



UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01659020 0

UNIV. OF  
TORONTO  
LIBRARY



Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation



BINDING LIST FEB 15 1922.











1997

ARISTOPHANIS

ACHARNENSES.





ARISTOPHANIS  
ACHARNENSES.

CUM PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. ORD.

LUGDUNI BATAVORUM  
APUD A. W. SIJTHOFF

MDCCCGI

164229  
22/8/21





PIAE MEMORIAE

CAROLI GABRIELIS COBET,

, CUI VIVO OLIM DEDICAVI HUIUS LIBRI PROECDOSIN,

ALTERA HAEC EDITIO SACRA ESTO.



## PROLEGOMENA <sup>1)</sup>.

### I.

Sextum iam annum absumebatur Graeciae flos et robur bello internecivo; sextum iam annum impune grassabatur odium innatum quo Iones Doresque inter se prosequabantur, hi morum priscorum tenaces neque antiquius quicquam habentes quam ut tradita tuerentur, illi libertatis magis appetentes; hi rerum praeteritarum laudatores neque extra circulum angustum ambitionem suam evagari sinentes, illi immensum terrarum orbem mentis oculis avidè lustrantes novaque semper spe elati.

Quamquam quid dico. Non duarum gentium duarumve civitatum sibi oppositarum certisque terrarum finibus discretarum haec erat contentio, neque navibus tantum copiisve terrestribus gerebatur, sed quotquot urbes bellum inierant, totidem fiebant certamina. Nam in quovis oppido, in qualibet insula maris Aegei, in Sicilia Epiroque et in Thraciae Asiaeque oris eadem passim inter se conflictabantur hominum partes, quorum alteri Spartam potissimum, alteri Atheniensium civitatem suspiciebant ducemque sequebantur, ita tamen ut et in Laconica et in Attica utris-

---

<sup>1)</sup> Cum prolegomena tum annotationum bonam partem desumsi e fabulae editione, quam patrio sermone usus anno 1885 edidi: *Blijspelen van Aristophanes met inleiding en aanteekeningen voorzien*, 1<sup>e</sup> stuk, de Acharniers, Leiden E. J. Brill. Non pauca tamen ex iis quae tunc scripseram nunc omisi aut mutavi, multo autem plura addidi, Blaydesii praesertim usus copiis, qui anno 1887 fabulam edidit uberrimo commentario instructam, in quam nescire se an plus laboris quam in ullam aliam Aristophanis fabulam impenderit scribit Praef. p. XVI.

que sui essent sectatores. Neque de exiguis profecto certabatur rebus quaeve paucis tantum mortalibus certove tantum tempore cordi esse possent, sed usque ad nostrum aevum eadem valent studia et consilia, nec nisi cum ipso genere humano extinguentur. Hinc autem fit ut si quis hodie belli Peloponnesiaci memoriam recolens secum reputet quid Periclis Alcibiadisve aequales cogitarint, fecerint, assequi fuerint conati, suam rem agi sentiat; neque nobis qui nunc vivimus facilius est sine ira aut studio de illis temporibus iudicare quam fuit ipsis eius aevi hominibus.

Immo difficilium multo. Non enim testes oculati sententiam ferimus, sed ex aliorum testimoniis pendemus toti. Suae autem aetatis res describere nobilium potissimum virorum tunc erat, qui a militia vitave publica recentes commentariis componendis otia sua insumebant, non omnibus scribentes, sed cultioribus potissimum inter aequales, qui et ipsi in oratorum scholis didicissent quid esset presse et concise vel ornate et copiose dicere; qui gauderent rebus magni momenti gravi sermone expositis eleganterve enarratis, neque quaelibet ex historiarum libris discere cuperent, — quippe et ipsi iisdem rebus innutriti, — sed ea tantum quae commemoratu viderentur digna.

Scriptores igitur Athenienses, ex quorum operibus illius aevi notitia nobis est petenda, aut omnes aut fere omnes addicti fuerunt partibus optimatum, qui a popularibus superati priscum reipublicae statum flagrantissimo studio desiderabant, non sibi solis salutiferum eum fore sperantes, sed — quae est hominum omnia ad suum ipsorum modulum exigentium confidentia — ipsi quoque patriae. Is autem qui ceteris longe antecellit Thucydides, licet rebus rerumque causis inquirendis plurimum temporis insumserit, et strenue operam dederit ut suum cuique tribueret, a sodalium tamen studiis in libertatem asserere se neque potuit neque voluit, sed eodem quo illi flagravat amore eodemque arsit odio — quippe homo et ipse; caecus autem sit qui non in quavis fere pagina eius operis agnoscat scriptorem bonis viris faventem.

Neque aliter est iudicandum de comicorum operibus, de Aristophanis igitur praesertim fabulis illis — utinam maior esset earum numerus! — quae integrae ad nos pervenerunt. Nam Aristophanes quoque sui aevi erat filius, et mobilis eius animus variis affectibus facilius etiam abripiebatur quam sagacium magistratum, strenuorum ducum, gravium philosophorum. Minime admirabatur consilia Periclis, quae nunquam satis agnovisset aut cognoscere cupivisset. Cleonem non partium ducem habebat acutum, disertum, incorruptum, sed hominem nequam, clamosum, incultum, invenustum <sup>1)</sup>. Bellum vitari non potuisse nisi prosperitatis fontes praecludi sibi vellet civitas, aut parum intellegebat aut minus curabat: oculis scilicet obiecta habebat spectacula tristissima, quae bellum in lucem ferebat. Civium intra urbis moenia conglomeratorum florem videbat absumi pestilentia, et quot funera tot crimina ei videbantur contra belli impij auctores proferri. Atticae campi amoeni, per quos puer vagari fuerat solitus, nunc ferro ignique vastabantur, et hostium axes avita vineta et oliveta caedentium rauco fremitu ei sonabant: „sistite arma fratresque esse tandem mementote!” Iuvenis erat nimirum <sup>2)</sup> et poeta, melioraque tempora, quorum imago vividissima mentis oculis observabatur, fervidis votis vocabat, spem contrahere vitae aerumnis nondum edoctus et quaedam

<sup>1)</sup> De Cleone vid. Prolegom. Equit. p. III sqq.

<sup>2)</sup> Aristophanem inde ab anno 427 usque ad annum 388 fabulas scenae comisisse constat; itaque inde a iuventute comoediis scribendis manum eum admovisse apparet, primae autem fabulae iuvenile ingenium luculenter prodere mihi certe videntur. Sed annus eius natalis ignoratur; nam ex iis quae in Equitum Nubiumque parabisibus de suis studiis scripsit, eius aetas effici nequit (vid. quae ad Eq. 514 et Nub. 530 sq. observavi), de nihilo autem fictum est id quod in scholio Aldino ad Nub. 530 perhibetur, lege cautum fuisse ne quis ante aetatis annum quadragesimum vel trigesimum suo nomine fabulam doceret. Cuiusmodi lex annalis si extitisset olim priscisque grammaticis innotuisset, fieri non potuisset ut Aeschylus Sophocles Euripides scenam adiisse ferrentur tricenariis minores, Eupolis septendecim annos natus, Menander item, Antiphanes annos viginti, neque ipse Aristophanes Equitum l. l. exorasset spectatores „ne sibi stomacharentur, quod modestum hactenus se praestitisset.” Nam quae tandem ista erat modestia, chorum non petivisse ante tempus legitimum? Et quomodo a spectatoribus precari poterat poeta ut ignoscerent sibi quod legibus obtemperasset?



vera esse somnia sibi etiam persuadens. Spes ei ostentabat Auroram roseam post longam malorum noctem surgentem melioris diei praenunciam; cernere sibi videbatur in terras Astraeam reducem, hastas renatis vitibus appositas, enses in falces mutatos <sup>1)</sup>, novis messibus Atticae agros ridentes, novis cantibus Atticae pagos resonantes.

Enixe ergo operam dabat ut vota illa rata fierent; suum ducebat insectari omnes qui paci obsisterent, infamiaeque iis notam inurere; suum ducebat paratissimis ingenii telis quemlibet aggredi, qui novas res molitus a patrum institutis descisceret.

Quis autem non videat ab homine, cui ea mens, ea studia essent, quidvis expectandum fuisse potius quam veram rerum expositionem sedatumve iudicium! Absurdum autem sit, quicquid comicus iocose vel maligne dixit inserere belli Peloponnesiaci annalibus. Ettamen nimis multi inter posteros in eiusmodi errores inciderunt, cum aut non sentirent aut non satis secum reputarent quid interesset inter fabulas et rerum gestarum commentarios, et quid esset illud: „ridendo dicere verum”. Sic quae de belli causis in Acharnensium fabula narrantur quantumvis ludicra et manifeste ficta <sup>2)</sup>, a posteris tamen saepius sine ulla dubitatione pro veris sunt venditata <sup>3)</sup>. Quae autem Aristophanes in eadem fabula choro tribuit verba: „regem Persarum inquisivisse nuper utrum Lacedaemonii an Athenienses a poeta vehementius carperentur, eos enim, quibus plura maledixisset ille, superiores e bello evasuros” <sup>4)</sup>, — a spectatoribus ne non suo pretio aestimarentur minime erat metuendum, sed ab aevi recentioris stupore non satis cavit comicus, nam qui eius Vitam enarravit deterioris notae grammaticus, serio suis verbis ea rettulit <sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> Pac. 1200, 1263.

<sup>2)</sup> Vs. 524 sqq., ubi vid. quae annotavi.

<sup>3)</sup> E. g. in schol. Pac. 502: *αἰτίαν εἶχον οἱ Μεγαρεῖς ἀρχηγοὶ γενέσθαι τοῦ πολέμου διὰ τὴν ἀρπαγὴν τῶν πορῶν Λοπυαίας κτ.*

<sup>4)</sup> Vs. 646 sqq.

<sup>5)</sup> οὕτω γέγονεν ἡ φήμη τοῦ ποιητοῦ ἔνδοξος, ὡς καὶ παρὰ Πέρσας διήκειν, καὶ τὸν βασιλεῖα Περσῶν πυνθανέσθαι παρ' ὀποτέροις εἶη ὁ κωμωδοποιός. — Vide autem quid

Sed licet historiam sui temporis vere referre placideve diudicare noluerit Aristophanes neque potuerit, — licet luce clarius sit quae apud eum narrentur non ita se habuisse, neque homines qui deridentur ita egisse taliave dixisse, sed ex feraci ingenio poetae et res fluxisse et verba, ex nullo tamen auctore aevum illud melius cognosci potest quam ex fabulis Aristophaneis. Ipsam enim vitam hae nobis exhibent, ipsos homines nobis ostendunt, parum decoros fortasse, parum prudentes, parum magnanimos, parum serios, sed viventes loquentesque. Ita nunc feriunt lectorem atque abripiunt, ut olim abreptos tenuerunt spectatores. Nam diei praesenti sunt scriptae, nulla habita ratione serorum nepotum; et si quis totus in iis versatur, inter ipsius poetae aequales degere aliquantisper sibi videtur, et cum illis sperare et metuere, diligere et abominari, cum illis lugere laetitiae exultare discit.

## II.

Acta est Acharnensium fabula Lenaeis Ol. LXXXVIII 3 sive mense Febuario anni 425 ineunte <sup>1)</sup>. Biennio ante primam fabulam Aristophanes nomine alieno scenae commiserat τούς

---

ad Aristophanis illos versus annotaverit Dindorf: „quae v. 647—654 narrat poeta, minus vera putat Genelli in libro de theatro Atheniensium p. 252.” „Minus vera” scilicet et „putat”! Ipsum autem Dindorfium minime credulum se praestitisse isti Genellii suspitioni, ex eius verbis satis apparet.

Sic Thesmophoriazusae fabula nisi aetatem tulisset, fide quidem parum digna viderentur quae ex ea in Euripidis Vitam irrepserunt, sed ipse fons illarum nugarum indicari non posset. Sunt autem haec: λέγουσι δὲ καὶ ὅτι αἱ γυναῖκες διὰ τούς ἠρόλους, οἷς ἐποίησε αὐτὰς διὰ τῶν ποιημάτων, τοῖς θεσμοφοροῖσι ἐπέστησαν αὐτῶ βουλόμεναι ἀνελεῖν, ἐφείσαντο δ' αὐτοῦ πρῶτον μὲν διὰ τὰς Μοῦσας, ἔπειτα δὲ βεβαίωσάμενον μηδέτι αὐτὰς κακῶς ἐρεῖν. „Neque de nihilo haec ficta esse” addit homo doctior quam prudentior „inde efficio quod in Melanippa fabula mulieres viris praestantiores esse deinde autumavit.”

Et ex aeo recentiore ut errorem afferam viri multis scholiastis sagacioris nec sine reverentia nominandi, Casaubonus ex Aristophanis ioco Ach. 916 effiebat Athenienses, ut navalibus suis ab incendio caverent, e Boeotia ellychnia importari vetuisse (cf. Böckh Staatshaush. I<sup>3</sup> p. 69 b).

<sup>1)</sup> Dicitur hoc in fabulae hypothesis, ipse autem poeta festum indicavit vs. 504 (vid. etiam vs. 1224), annum vs. 266 et 890.

*Δαιταλίας* sive *Epulones*, quae praemio secundo est ornata. Magnis autem Liberalibus anni sequentis -- mense Martio anni 426 — τὸν Βαβυλωνίους Callistrati nomine in certamen demisit, quae item secundas tulit fabula. Sed cum Callistratus propter huius fabulae argumentum apud senatum esset insimulatus ὡς τὸν δῆμον καθυβόισας, nec sine minis — fortasse multa indicta — esset dimissus <sup>1)</sup>, poeta tractandam sibi sumsit materiem aliquanto hilariorem et aliquanto minus periculosam. Itaque in scena iam ostendit paci quanta insint bona; ostendit laetas pompas et choreas, quales habuerant tempora priora; ostendit civibus tenuissimo dudum victu utentibus epulas opiparas effusamque illam laetitiam, quam fugavit bellum. „O si non in scena tantum obtingant ea omnia!” secum spectatores non sine gemitu loquuntur; nam risus cantusque hi anni parum habuerunt, neque anguillas leporesve iam cernere est Athenis extra comicorum pulpita. Quibus respondet poeta: minime difficilia ad assequendum sunt quae optatis; Dicaeopolidem illum imitati inducias inite cum Lacedaemóniis, quibus nimis diu est maledictum. Libentissime belli finem facient illi condicionibus minime iniquis. Pacem inite — et uberrima huc affluent bona, ut in aedes probi illius agricolae. Male autem dispereant quicumque turbas et tumultus amant. Qui si sanguinis sui sunt prodigi alienive sitientes, in barbarorum regiones migranto. Pugnare Thracum est, nobis patronus esto Bacchus ille, cuius festum hodie more avito celebramus cantando et iocando.

Fabula laetissima risuque effreno resonans, audacissimis inventis abundans, variis ingenii luxuriantis copiis exornata, spectatores mirabundos detinuit, plausu est accepta, primum tulit praemium. Quae eo maior fuit laus, quod Cratinum et Eupolidem in hoc certamine poeta habuerat aemulos multis victoriis inclutos. Ab illo inde die clarissimum Athenis fuit Aristophanis nomen.

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 6, 377—382, 502 sq., Vesp. Prolegom. p. IX sq.

Quamquam non ipsi Aristophani, viro inquilino <sup>1)</sup>, primae sunt delatae, alii enim homini hanc fabulam, ut Daetalenses et Babylonios, crediderat in certamen demittendam. Itaque Callistratus, qui suo nomine eam docuerat primasque partes in ea egerat <sup>2)</sup>, publice est laudatus; sed dicis causa id factum esse nemo erat Athenis qui nesciret, neque bonum Callistratum sed ipsum poetam ingeniosissimum exinde suspiciebant cives laudibusque cumulabant privatim.

Pacem non reduxit Aristophanis comoedia neque Cleonem de statione depulit; non enim carminibus flectuntur fata hominum. Sed sua sibi regna habent poetae; quod autem fabula incongrua passimque sibi obloquens, quod dictio saepe obscura saepius impudica etiam hodiernos lectores miro lenocinio detinet, id non ingenium tantum comici efficit, sed magis etiam anima candida patriaeque amantissima, cuius splendore etiam abiectissima ludibria perfusa nitent <sup>3)</sup>. Facetissimi huius scurrae iocis ideo praesertim delectamur, quod non semper eum risisse sentimus, neque solos cachinnos notos habuisse sed etiam stridulos luctus clamores iraeque effrenae tripudia. Se ipsum dedit Aristophanes in suis operibus, suos habebit admiratores donec homines manebunt homines vivetque recti et pulcri sensus.

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 653 sq.

<sup>2)</sup> Etiam poetam fuisse Callistratum ex Vesp. 1018 videtur effici. Callistratum Acharnensem, qui Pericli in praetura fuit collega, eundem esse hominem vix quisquam sibi persuadeat (vid. ad vs. 406).

<sup>3)</sup> Artem Aristophanis nemo melius pinxit quam Müller Strübing *ὁ μαχαλῆς*; his verbis, quae latine utcunque versa hic liceat adscribere: „quicquid comicus „sibi sumit facile ferimus, quoniam ex innata laetitia et mente vitae lucisque „plena profluunt ea omnia; quoniam innocenter nobiscum lascivit ille per amoenum „paradisum, ubi pudor ignoratur neque inter mobiles ingenii ludos aut tristitiae „locus est aut libidini; quoniam audacter transmissio spatio, quo homines ab „alitibus coelitibusque sunt seiuncti, et deiectis morum decorisque cancellis, „quibus misellam hanc vitam anxie tutari solemus, eminens nobis ostentat beatam „illam dicionem, ubi licet quod placet. Quae cum a vero poeta tractantur suae „arti obtemperanti, etiam hodiernus lector — nisi tenebrio sit sine sanguine aut „nervis — duces temerarium per aspera et densa sequetur libensque ridensque. „Nam in risu sunt omnia; ridere qui nescit, Aristophanem ne legito” (Aristoph. u. die h. Kritik p. 114).

## III.

Qui ex Athenarum arce vel a moenibus septentrionem versus intendebat oculos, *Parnethis* montis paucas horas distantis adspiciebat iuga, regionis fines a natura positos. Interiacebat illos montes et urbem planities in paucis fertilis, *Cephiso* flumine rigata. Mediam tenebat *Acharnae* oppidum, unde duabus horis in urbem perveniebatur <sup>1)</sup>, eratque ad ceteram quoque Atticam inde iter; nam tres viae illuc conveniebant e regionibus vicinis, quarum una e Peloponneso per Isthmum *Eleusinem* tendebat, duae e Boeotia, per fauces *Deceleae* et *Phylae*. Haec quoque oppida, quorum nomina bello Peloponnesiaco inclaruerunt, ex Atheniensium urbe oculis exercitatis apparebant <sup>2)</sup>. Inter utrumque iacebat *Lipsydrum*, ubi Alcmeonidae ab Hippia tyranno sunt oppressi <sup>3)</sup>.

Itaque mirum non est ad Acharnas castra saepius locata esse a belli ducibus. Sic anno 408, cum trigintaviri contra Thrasybulum copias suas eduxerunt, ibi constiterunt <sup>4)</sup>, ineunte autem bello cum Peloponnesii Atticam invaserunt, Archidamus rex Acharnis castra posuit, et ex illo loco copias suas in arva adiacentia immisit praedatum <sup>5)</sup>.

Ex Athenarum moenibus clare cernebantur hostium castra ipsique milites praedia Attica usque ad proximam urbis viciniam diruentes <sup>6)</sup>. Qui inertem Atheniensium patientiam demirati anno sequenti maiore audacia redierunt, et per quadraginta dies campos Atticos longe lateque ferro et igni vastarunt <sup>7)</sup>. Anno 428 tertium venerunt <sup>8)</sup>, quartum anno 427, tunc autem nihil omnino intactum

<sup>1)</sup> Hodie *Menidhi*. Stadia ab urbe aberat sexaginta: Thucyd. II 21.

<sup>2)</sup> De Decelea disertis verbis id testatur Thucydides VII 19, et ipsa res id fert.

<sup>3)</sup> Herodot. V 62, [Aristot.] Rep. Ath. c. 19 § 3.

<sup>4)</sup> Diodor. XIV 32 (Xenoph. Hellen. II 4 § 2).

<sup>5)</sup> Thucyd. II 19—23.

<sup>6)</sup> Thucyd. II 21.

<sup>7)</sup> Thucyd. II 57.

<sup>8)</sup> Thucyd. III 1.



reliquerunt, sed quicquid aut oculos populantium antea fugerat aut interim procreverat, impio studio delendum curavit Cleomenes novus dux <sup>1)</sup>, recentibus scopis bene verri nimis luculenter ostendens. Sequenti vero anno cum denuo ad saltus Isthmios convenissent hostes, crebris terrae motibus perterriti re infecta redierunt <sup>2)</sup>.

Quid autem rusticis Atticis putamus fuisse animi, qui in urbem cum suis confugerant, nummorum si quid erat et supellectilis fortasse aliquid secum portantes, sed praedia sua, ipsas opes spemque futuri, hostibus relinquentes diripienda. Nunc moenia tuentes eminus adspiciebant milites in ipsorum patrumque laborem furentes, immo matri dilectissimae vim inferentes. Nam e terrae gremio prognatos fabulae ferebant, et veros terrae filios se sentiebant ipsi <sup>3)</sup>. Aureis cicadis comas olim ornaverant homines Attici in communis originis memoriam <sup>4)</sup>: at nunc in eorum vineis *χαμόθην ἦδον οἱ τέτιγες* <sup>5)</sup>, arbores quibus insiderent nullas inventientes. Neglecta iam iacebat eorum regio, ubi *Αηαίτιος* olim — ut erat in prisca theogonia — *Πλοῦτον ἐγένετο νείω ἐνὶ τριπόλῳ*. Nam tenue quidem solum colebant, minime tamen ingratum quodve *πάνν δίκαιον ὄν* — ut rusticus ille iocatur — tot grana quot sementis tempore accepisset redderet messoribus <sup>6)</sup>. Hordei quantum in usum quotidianum satis erat ex agris suis colligebant <sup>7)</sup>; vinum potabant non pretiosum sed suum; olivis et ficis ipsorum horti abundabant. Parnethis faci

<sup>1)</sup> Thucyd. III 26. Decelea tamen cladem communem effugit teste Herodoto IX 73.

<sup>2)</sup> Mense Aprili anni 426; vid. Thucyd. III 87 et 89. Quae concussiones praenunciaverunt vehementissimam eruptionem Aetnae, quae brevi post Acharnensium fabulam scenae commissam accidit: Thucyd. III 116. Itaque etiam per hiemem anni 426/5 terram saepius esse motam veri est simile.

<sup>3)</sup> Vid. ad Eq. 41, 805 Vesp. 1076.

<sup>4)</sup> Vid. ad Nub. 984.

<sup>5)</sup> Quibus verbis ultimam regionis vastitatem vivide pinxit Stesichorus ab Aristotele Rhetor. II 21 § 7 allatus.

<sup>6)</sup> Menandr. fr. 96 Xen. Cyrop. VIII 3 § 38.

<sup>7)</sup> *κρηθοφόρος ἀρίστη ἢ Ἀττικὴ*: Theophr. Hist. Plant. VIII 8 § 2, hordeum autem Acharnense commemorat Athenaeus 235 c (cf. 234 f'), arva Acharnensium Lucianus XLVI § 18.

et querceta licet ligna navibus fabricandis idonea non praeberent <sup>1)</sup>, plurimos tamen alebant lignatores et carbonarios <sup>2)</sup>, qui cophinos carbonibus repletos in urbem quotidie deferebant, dorso asinorum <sup>3)</sup> aut — si angusta nimis iis esset res — suo ipsorum impositos <sup>4)</sup>. Inexhaustas inter naturae opes vivebant satis beati, nisi axibus taedisque hostilibus delerentur quae multorum annorum peperisset sudor;

ἡ μὲν γὰρ εἰρήνη γεωργὸν καὶ ἐν πέτραις  
τρέφει καλῶς, πόλεμος δὲ καὶ ἐν πεδίῳ κακῶς <sup>5)</sup>.

Sic Acharnensium regio hominum gentem in lucem tulerat strenuam et industriam, tulerat indefessos cursores ferreosque luctatores <sup>6)</sup>, simplici vita gaudentes suumque sibi celebrantes Bacchum „Cantorem hederaque redimitum”, quod Acharnis prima hedera esset nata <sup>7)</sup>. Complura autem eorum erant milia <sup>8)</sup>, et belli initio cum rustici in urbem confugissent, *carbonarii Acharnenses* prae ceteris in se convertebant oculos hominum urbanorum, quemadmodum Amstelaedamensibus piscatores Marciani vel Parisinis Arverni <sup>9)</sup> homines ab ipsis plane videntur diversi. Multis autem annis post orator quidam ut civibus in memoriam

<sup>1)</sup> Peregre Athenas advehendae erant pinus ceteraque ligna unde naves fiebant vid. e. g. Thucyd. IV 108 Demosth. XVII § 27 sq.

<sup>2)</sup> Verba e carbonariorum arte desumpta collegit Pollux VII 109 sq.

<sup>3)</sup> In proverbio erant asini Acharnenses; vid. Hesych. s. v.; Demosthenis (XLII § 7) autem tempore sex asini *ἀλαργοί* Phaenippo cuidam plus quam duodecim drachmas quotidie merebant.

<sup>4)</sup> Vid. Acharn. 213.

<sup>5)</sup> Menandr. fr. 719.

<sup>6)</sup> Ex iis fuit Timodemus pancratiasta, qui brevi post bellum Persicum Nemea victi, aequalis igitur senum qui fabulae nostrae chorum efficiunt (cf. vs. 215). Cuius genti innatum fuisse ut ludis patriis primas ferrent ait Pindarus Nem. II.

<sup>7)</sup> Pausan. I 31.

<sup>8)</sup> οἱ *Μαχαρνή*: μέγα μέρος ἦσαν τῆς πόλεως, τρισχίλιοι γὰρ ὄπλιται ἐγένοντο, apud Thucydidem legimus II 20. Quae sana esse cum vix possint, — nam parum est credibile quartam omnium copiarum partem effecisse Acharnenses et quinquaginta ad minimum hominum milia in illorum pago vixisse, — non *tria milia* (*Γ'*) sed *trecentos* (*Τ'*) legendum esse probabiliter autumavit Müller Strübing (Arist. p. 640). Ratio vero, quam iniiit Polle, ut pro *ὄπλιται* legatur *πολίται*, speciem quidem habet, sed propter *γίνεσθαι* verbum nequit probari: *magna erant civitatis pars, nam ex iis fiebant tria milia . . . civium.*

<sup>9)</sup> *Les Auvergnats* (cf. lepida Daudeti fabula romanensis l'Immortel).

revocaret belli calamitates, „utinam” exclamavit „numquam „redeant tempora illa, quibus carbonarios vidimus cum liberis „et uxoribus in urbem confluentes, ubi nobiscum inclusi herbis „agrestibus vescerentur” <sup>1)</sup>.

Nunc igitur alacres illi qui fuerant montani, per urbis plateas oberrabant, nihil quod agerent habentes taediaque sua vix devorantes, aut moenium propugnaculis acclines in Cephisi oras vastatas prospiciebant et diris devovebant Peloponnesios, vix autem poterant retineri quin spretis sanae mentis consiliis per portas provolarent, ut scelestissimos praedones ulciscerentur <sup>2)</sup>; satius enim esse ferro hostili trucidari quam fame et desidia tabescere vel abripi pestilentia <sup>3)</sup>, quae inter rusticos male habitantes <sup>4)</sup> male nutritos <sup>5)</sup> vehementius etiam quam inter ceteros cives saeviebat <sup>6)</sup>.

En igitur homines ex quibus comicus chorum suae fabulae composuit. Et in ipsa quoque scena ostendit virum belli appetentissimum, quippe ad vitam militarem natum, *Λάμαχον* taxiarchum <sup>7)</sup>. Nam casus felicissimus effecerat ut inter belli duces unus esset, cuius ipsum nomen arma et proelia sonaret <sup>8)</sup>; strenuus autem hic miles erat, qui mox strategus est creatus <sup>9)</sup>, et postea in expeditione contra Syracusas suscepta plurima vir-

<sup>1)</sup> Andocides apud Suidam s. v. *σπάνσις*. Vid. ad Eq. 19.

<sup>2)</sup> Thucyd. II 21: *οἱ Ἀχαρνῆς οἰόμενοι παρὰ σφίσιον αὐτοῖς οὐκ ἐλαχίστην μῆραν εἶναι Ἀθηναίων, ὥς αὐτῶν ἡ γῆ ἐτέμετο, ἐνήγον τὴν ἕξοδον* (contra Archidami copias populantes, anno 431) *μάλιστα*. — Cap. 59: *μετὰ τὴν δευτέραν εἰσβολὴν τῶν Πελοποννησίων οἱ Ἀθηναῖοι, ὥς ἢ τε γῆ αὐτῶν ἐτέμητο τὸ δεύτερον καὶ ἡ νόσος ἐπέκειτο ἅμα καὶ ὁ πόλεμος, ἠλλοίωοντο τίς γνώμας, καὶ τὸν μὲν Περικλῆα ἐν αἰτίᾳ εἶχον κτί*. Et hanc ob causam multa tunc Pericli est indicta (cap. 65).

<sup>3)</sup> Denuo prorupit anno 427, per integrum autem ad minimum annum saeviit: Thucyd. III 87. Itaque quo tempore Acharnenses fabula est acta, nuper demum eius vis decreverat.

<sup>4)</sup> Vid. Equit. 792 sq.

<sup>5)</sup> Vid. ad Acharn. 34 et 878—880.

<sup>6)</sup> Thucyd. II 52.

<sup>7)</sup> Vid. ad vs. 566—571.

<sup>8)</sup> Sic Pac. 304 dies pacis vocatur *ἡμέρα μισολάμαχος*, et ibid. vs. 473 Lamachus dicitur *ἐμποδῶν κάθησθαι* rusticis deam ex antro protrahere conantibus. Vid. etiam Pac. 1293.

<sup>9)</sup> Thucyd. IV 75; vid. ad vs. 593.

tutis et peritiae dedit exempla, donec fortiter pugnans ad illam urbem occidit <sup>1)</sup>.

Opponit autem poeta ei rusticum, belli mala et ipsum expertum <sup>2)</sup>, sed sanae mentis praeceptis aurem praebentem potius quam irae consiliis temerariis, pacisci igitur cum hostibus quam iniurias sibi illatas ulcisci magis cupientem. Quem *Δικαιοπόλιν* vocavit poeta, *iustum ac tenacem propositi virum*, suam sententiam se eius ore prolocuturum ipso nomine haud obscure indicans.

Dicaeopolidis igitur et Lamachi, qui proximi inter se habitant, ut studia et consilia sunt diversissima, sic ipsa vita in scena quam dissimillima instituitur. Ille postquam pacem sua sponte iniiit, opibus affluens cenam sibi parat lautissimam: huic salsa-mento est vescendum; — in laetum convivium invitatur ille: per nives hibernas speculatum mittitur hic in fauces montium; — victor ille redit e certamine bibendi, lascivarum puellarum brachiis molliter suffultus: hunc a praedonibus occursantibus vulneratum milites tristes lugentem deferunt in aedes medici publici. Quo fabulae exitu adspecto quis non cum choreutis ab ipso Dicaeoplide meliora edoctis exclamet:

οὐδέποτε ἐγὼ Πόλεμον οἶκαδ' ὑποδέξομαι!

#### IV.

Nunc paulisper nobiscum reputemus quaenam rerum Atheniensium condicio fuerit quo tempore Acharnensium fabula scenae est commissa.

Aequo fere Marte pugnatum fuerat hactenus, aliquanto tamen superiores evaserant Athenienses. Nam usta quidem iacebant eorum praedia, sed nihilo leviora damna hostibus intulerant ipsi, et anno 480 eorum classiarii oras occidentales sinus Saronici populati fuerant eodem tempore quo in plagis orientalibus gras-

<sup>1)</sup> Mortui honorifice mentionem fecit comicus Thesm. 841 Ran. 1039.

<sup>2)</sup> Vs. 512. Comicus aut non indicavit in quonam pago Dicaeopolidis praedium fuerit situm aut Chollidensem eum finxit. Vid. ad vs. 406.

sabantur copiae Peloponnesiorum <sup>1)</sup>. Miselli autem *Megarenses*, quorum regionem Atticae adiunxerat natura, fors vero inde seiunxerat, nunc demum experiebantur quid esset iratos sibi habere vicinos praepotentes; bis enim quotannis incursiones in eorum fines fiebant <sup>2)</sup>, et a mari iam seclusi ultima rerum inopia premebantur, quae ne templum quidem Iovis optimi maximi, quod tunc temporis in eorum urbe aedificabatur, ad finem perduci sinebat <sup>3)</sup>. Praeterea Potidaeam Athenienses ceperant, Aeginetas sedibus suis pulerant, Lesbum debellaverant, Corcyrae autem eorum sectatores devicerant optimates Peloponnesiis addictos. Soli Plataeensium urbi post longam obsidionem ab hostibus in deditionem acceptae opem ferre non potuerant.

Bellum autem cum instaret, in Thraciae plagis longinquis Pericles socium potentissimum sibi conciliaverat *Sitalcem*, regem Odrisarum, qui uxorem duxerat Abderis ex urbe Ionica oriundam huiusque fratris consiliis plurimum tribuebat. Post unum autem annum Thraci occasio est oblata animum devinctum Atheniensibus probandi. Miserant enim Lacedaemonii legatos in Persiam; qui caventes ne in Atheniensium inciderent triremes, simulque sperantes se *Sitalcem* in Lacedaemoniorum societatem pertracturos, per illius regionem iter faciebant. At casu in eius aula Atheniensium tunc legati aderant, hi vero ut ipsis traderentur illi a rege impetrarunt; in vincula coniectos Athenis miserunt, ubi morte poenam luerunt pro caede mercatorum Atticorum a Peloponnesiis captorum.

Sic nefaria crudelitate inter se saeviebant Graeci; qui autem prae ceteris regem Thracium permoverat ut ita violaret ius gentium, ipsius erat filius *Sadocus*, civitate nuper ab Atheniensibus donatus <sup>4)</sup>.

<sup>1)</sup> Thucyd. II 56. Vid. etiam Pac. 625 sqq.

<sup>2)</sup> In Charini psephismate, quod inter belli causas fuit, scriptum erat: *τοὺς στρατηγούς, ὅταν δυνώσῃ τὸν πατρικὸν θρόνον, ἐπομνύναι ὅτι καὶ δις ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι* (vid. ad vs. 528 et cf. vs. 760—763). Quam decreti partem usque ad annum 424 valuisse testatur Thucydides (II 31 et IV 66).

<sup>3)</sup> Pausan. I 40.

<sup>4)</sup> Vid. Thucyd. II 67 et Herodot. VII 137.



Equites et peltastas Atheniensibus auxilio missurum se sponderat Sitalces <sup>1)</sup>. Qui pervenerintne Athenas necne, non liquet; sed anno 429 bellum suscepit adversus Perdiccam Macedoniae regem callidissimum, qui unus omnium maxime obstabat Atheniensibus Chalcidicam in dicionem suam redigere studentibus. Ingentem exercitum colligebat e gentibus Rhodopes Haemique saltus habitantibus, e Triballis Getisque incolis planitie longinquaе quam perfluit Ister, e liberis Paeonibus ad fontes Strymonis Axiique sedes suas habentibus, quos plurimos alliciebat spes praedae <sup>2)</sup>. Instabat igitur periculum illud, quod dudum metuebant Graeci, ne Thraces inter se societatem inirent, unitis enim illorum viribus pares fore nullos <sup>3)</sup>. Peditum milia centum, equitum quinquaginta collegerat Thrax, et anxii expectabant Graeci quorsum ruitura essent infinita illa agmina barbarorum machaeras parmulas iacula quassantium <sup>4)</sup>, quos ipsa Martis patria <sup>5)</sup> inter rixas et rapinas et potationes enutrivisset.

Nec tamen Sitalces sociis suis praestare potuit quod operae esset pretium; Athenienses enim non suo tempore aderant ut classe sua iuvarent expeditionem, quam ipsorum potissimum in gratiam susceperat, sed novos legatos bellicae ducem Hagnonem sine copiis ei mittere satis habuerunt. Scilicet nuper pestilentia abreptus erat Pericles, et inter cives morbo belloque oppressos plus iam valebant consilia hominum meticulosorum vel ut ipsi loquebantur cautorum. Nam quod apud Thucydidem legimus, merum errorem effecisse ut Athenienses naves in Thraciae oram nullas mitterent, putasse enim fore ut promissis suis non staret Sitalces <sup>6)</sup>, id omnem profecto fidem superat;

<sup>1)</sup> Thucyd. II 29.

<sup>2)</sup> Thucyd. II 95—98. Cf. Herodot. VII 111.

<sup>3)</sup> Herodot. V 3. Soli Scythae fortitudine eos aequare videbantur vel etiam superare: Thucyd. II 97 § 6.

<sup>4)</sup> Cf. Lys. 563: *Θοῶς πέλιτην σείων καὶ ἀκόνητον, ὥσπερ ὁ Τηροῦς*, et descriptio copiarum Thracicarum apud Herodotum VII 75. Praeterea vid. Rhes. 311 cum schol. et Eur. Alc. 492.

<sup>5)</sup> Herodot. V 7, Soph. Ant. 970, Eur. Hec. 1091, Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 336.

<sup>6)</sup> Thucyd. II 101 § 1.

sponte certe eiusmodi errores in hominum mentibus nasci non solent. Cuncta Graecia reformidabat instantem Thracis impetum — et Athenienses, quibus sui ad Hebrum essent legati, eius consilia latuisse credimus? Immo civibus si ea quam dicit Thucydides fuit mens, falsis nunciis consulto deceptos esse ut sumamus cogimur. Quae minime inepta videtur suspicio, si reputamus aliquot annis post errorem nihilo minus mirificum tristissimam iis cladem ad Delion intulisse <sup>1)</sup>.

Graviter opinor sociorum socordiam tulit Sitalces. Nec tamen ab iis alienatum esse eius animum, certe a Theoro legato illum misso denuo conciliatum, testatur nostra fabula. Nova igitur auxilia promisit, fortasse misit. Sed ne nunc quidem magnopere profuit Atheniensium rei publicae, biennio autem post Acharnensium fabulam scenae commissam nondum praeterlapso — mense Novembri anni 424 — in expeditione adversus Triballos suscepta est mortuus <sup>2)</sup>, paucis diebus postquam ad Delion in Boeotia oppressae sunt Atheniensium copiae. De Sadoco autem altum silentium. Qui sive fortiter pugnans cum patre occubuit, sive — quod fuere qui suspicarentur — non belli fortuna sed fraude est extinctus, Athenienses exinde non socios habebant Thraces sed adversarios potius. Nam qui Sitalci in regno successit Seuthes consobrinus, uxorem duxerat Perdiccae regis sororem, et Peloponnesiis magis favebat; mox autem aderat Brasidas, qui vi armorum callidisque consiliis Athenienses e Thraciae oris pelleret. Et ipsum Odrysarum illud regnum, quod Graecis aliquantis per terrorem incusserat, brevi est dilapsum in gentes more avito inter se spoliantes pugnisque infinitis se proterentes. Tales Thraces novimus ex Xenophontis Anabasi <sup>3)</sup>.

---

<sup>1)</sup> Thucyd. IV 89. — Simillima autem anno 424 fuit ipsius Thucydidis socordia; qui strategus in Thraciae oram missus, quid Brasidas illic ageret ignorasse videtur, certe nihil curasse; Thasum autem insulam dum visit, accepto nuncio Laconem ad Amphipolidis esse portas, illuc festinavit sane cum classe sua, sed — sero venit, ut expectari poterat (Thucyd. IV 103—106).

<sup>2)</sup> Thucyd. IV 101.

<sup>3)</sup> Cuius operis vid. liber VII, praesertim autem cap. 2 § 32.

Tunc igitur longinquos illos barbaros ridere licuit impune. In nostra vero fabula cum scenam invadit manus hominum hirsutorum squalidorum famelicorum, magnisque cum cachinnis de iis dicitur: „ecce vero Odomanti, fortissima Thracum gens, qui totam Boeotiam direpturos se profitentur”, iocis aliquid etiam inest terroris, quem agmina illa barbarorum ferocium ante quinquennium Graecis incusserant.

In Thraciae autem oris dum nihil, quod quidem maioris esset momenti, accidebat, in Graeciae parte occidentali res gravissimae sunt gestae <sup>1)</sup>. Nam aestate anni praeterlapse Demosthenes et Procles triginta navibus oram Peloponnesi cum usque ad Leucadem legissent, in saltus Aetoliae audacter cum copiis penetrarunt. Sed prope *Aegitium* cum incidissent in loca praerupta densisque silvis obsita, tristissimam cladem sunt perpassi, armati autem ceciderunt centum et viginti, in his ipse Procles. Minime tamen animum despondens alter dux Demosthenes novum mox exercitum coegit Naupacti ex Acarnanum potissimum auxiliis, unde profectus ad *Olpas* profligavit Peloponnesiorum milites, qui cum Ambraciorum parte coniuncti fines Argivorum Amphilochicorum invaserant, novoque mox proelio ceteras Ambraciorum copias delevit in insidiis deprehensas.

Finem igitur expeditio a Demosthene suscepta meliorem habuit quam initium, et trecentis panopliis, quae ipsi cesserant cum divisa est praeda, ornata sunt templa Atheniensia.

In Sicilia alterum nunc annum classis Atheniensium, cui praerat Laches, opem ferebat Leontinis et Camarinae civibus cum Syracusanis bellum gerentibus <sup>2)</sup>; circa illud autem tempus, quo fabula nostra est acta, Athenienses decreverunt quadraginta insuper illuc mittere triremes, ne segnius illic protraheretur bellum. Lacheti, quem ab hostibus corruptum ferebat rumor,

<sup>1)</sup> Thucyd. III 91 sqq

<sup>2)</sup> Thucyd. III 86. Vid. etiam ad vs. 636.

Pythodorus quamprimum missus est successor cum navibus aliquot <sup>1)</sup>, secururae autem vere ineunte erant ceterae naves ducibus Sophocle et Eurymedonte, devictis prius optimatibus Corcyraeis insulae saltus tenentibus <sup>2)</sup>. Quas turbas Corcyraeas in fabula nostra spectat Dicaeopolis *Chaonum* mentionem faciens <sup>3)</sup>; etiam *Camarinae* et *Gelae* nomina <sup>4)</sup> in eius ore quid sibi velint ex iis quae observavimus apparet, et fortasse *Charetis* nomen ibidem obvium e *Lachete* iocose est detortum. Eurymedontis autem Sophoclisque illa expeditio quomodo Pyli ab Atheniensibus occupatae extiterit causa, res est notissima, sed ab argumento nostro aliena.

Mentio praeterea est facienda expeditionis non magni momenti neque in Acharnensibus commemoratae, quam Nicias aestate proxima susceperat adversus Melum civitatem Doricam. Qui illius insulae agris vastatis incursionem fecit in fines Tanagrae, adiuvantibus armatis Atheniensibus, quos non iam impediabant copiae Peloponnesiorum, quippe qui hoc vere Atticam non invasissent. Profligati sunt Tanagraei et qui opem iis ferebant Thebani, nec tamen clade graviore sunt affecti <sup>5)</sup>.

Denique ex ipsa nostra fabula apparet, et Athenienses et Lacedaemonios <sup>6)</sup> hoc tempore quam maxime operam dedisse ut foedus inirent cum *Persis*, quorum regi Artaxerxi seni grandaevo instabat mors <sup>7)</sup>, maximas turbas fortasse cum regni interioribus tum hominibus Asianis illatura. Nam licet aliunde nesciamus quasnam res spectaverit comicus, — legationis Susa profectae reditum expectasse cives suspicari quidem possumus, sed certi nihil habemus compertum <sup>8)</sup>, — id tamen constat non res de

<sup>1)</sup> Thucyd. III 115. Cf. Prolegom. Vesp. p. XXXIII sq.

<sup>2)</sup> Thucyd. III 85 IV 46—48.

<sup>3)</sup> Vs. 604.

<sup>4)</sup> Vs. 606.

<sup>5)</sup> Thucyd. III 91. Simillima fuit ratio expeditionis, quae biennio post cladem gravissimam Atheniensibus intulit ad Delion (cf. Thucyd. IV 76 sq.).

<sup>6)</sup> Vs. 647.

<sup>7)</sup> Anno vertente extinctus est.

<sup>8)</sup> Neque veri sunt similia quae hac de re scripsit Müller Strübing Arist. u.

nihilo fictas eum ridere sed ea quae tunc temporis in re publica gesta fuerint. Sequenti autem anno revera vir Persa Athenas est deductus: *Artaphernem* dico, qui Spartam cum missus esset legatus, in itinere ab Atheniensibus est interceptus et ipsorum rebus conciliatus <sup>1)</sup>.

---

die h. Kritik p. 703—706. Nihilo autem meliora protulerat Bergk Comment. p. 970; qui prisco interpreti (versu 614 decepto) temere creditit inter legatos illos fuisse *Morychum*, ipse frustra afferens *Vesparum* versum 1136, qui nihil eiusmodi probat.

<sup>1)</sup> Vid. Thucyd. IV 50 et ad Eq. 478.

---



ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ  
ΑΧΑΡΝΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Δικαιοπόλις γέρον <sup>1)</sup>

Κήρουξ <sup>2)</sup>.

Αμφίθεος.

Πρόσβειοι Αθηναίων παρὰ βασιλέως ἴκοντες.

Ψευδοστράβας.

Θέωρος.

Χορὸς Αχαρνέων.

Θυγάτηρ Δικαιοπόλιδος.

Θυρωρὸς Εὐριπίδου <sup>3)</sup>.

Εὐριπίδης.

Λάμαχος.

Μεγαρέυς.

Κόρα θυγατέρα τοῦ Μεγαρέως.

<sup>1)</sup> Dicaeopolidis rustici nomen cum per se satis est disertum, tum commentarii instar est Pacis versus 556: ὃ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα (dies pacis). Praeterea vid. infra vs. 500. Quinquagenario maior fingitur (vid. ad vs. 72 et de eius demo ad vs. 406).

<sup>2)</sup> Vs. 43, 1000, 1071. Ultimo autem loco in codicibus dicitur ἄγγελος, quod correxit Elmsley.

<sup>3)</sup> In codd. hic ianitor dicitur *Κημισσοφῶν*; de quo viro vid. ad Ran. 914. Servum loquentem nunc induci, non cantorem vel actorem vel quicquid fuit Cephisophon ille, testatur versus 401. Cf. quae de Plutonis ianitore in Ranarum fabulae editione observavi (pag. 2,1) nec non quae de servis in Equitibus (pag. 1,1).

Συκοφάντης α.

Βοιωτός.

Νίκασχος συκοφάντης β'.

Θεράπων Λαμιάου <sup>1)</sup>.

Δερκέτης γεωργός.

Παρόνυμφος.

Ἄγγελος <sup>2)</sup>.

Personae tacitae: Prytanes cum apparitoribus. Cives. Eunuchi duo. Odomanti milites. Servi et servae. Uxor Dicaeopolidis <sup>3)</sup>. Tibicines Thebani <sup>4)</sup>. Mulier pronuba. Meretrices duae.

Actor primus (Callistratus) *Dicaeopolidem* agit, secundus *Legatum, Theorum, Euripidem, Lamachum, Megarensem, Boeotum, Agricolam*, tertius *Amphitheum, Filiam* Dicaeopolidis, *Sycophantam* utrumque, *Ministros* Euripidis et Lamachi, *Mulierem Pronubam, Nuncium*.

Praeterea ad *Praeconis* et *Pseudartabae* partes agendas alii duo actores requiruntur, et duo pueri ad agendas *Filiolas* Megarensis.

Fabula Athenis agitur <sup>5)</sup>, prologus in Pnyce, reliqua fabula

<sup>1)</sup> Vs. 959 sqq., ubi in codd. dicitur ἄγγελος, et vs. 1174, ubi ἄγγελος audit in cod. P.

<sup>2)</sup> Vs. 1085 sqq.

<sup>3)</sup> Vs. 244 et 253—258 huic mulieri perperam tribuerunt Aldus alii.

<sup>4)</sup> Inter tacitas personas hos recenseo, quoniam non loquuntur; neque tamen silent, sed tibiis suis altum edunt strepitum (vid. vs. 862 sqq.). Cf. quae de catulis clamoris observavi Vesp. p. 1, 1 et de mulieribus coetui mystarum intermixtis Ran. p. 64, 1.

<sup>5)</sup> Quid igitur est quod Dicaeopolis inito cum Lacedaemoniis foedere dicit se *Διονύσια τὴ κατ' ἄγροῦς* iam esse celebraturum, quemadmodum olim pacis tempore solebat, mox autem pompam phallicam ducens *ἔκτω σ' ἔτει προσεῖπον*, ait, *εἰς τὸν δῆμον ἑλθὼν ἕσμενος*, ipsum *Φαλῆτα* allocutus (vs. 266 sq.)? Numne *rure* nunc versamur? Quomodo igitur repente illuc pervenit Dicaeopolis cum suis? Et qui fit ut senes, qui Amphitheum ad Pnycem redeuntem proximi modo persequabantur, extra urbem nunc occurrant Dicaeopolidi? Quid ipsi illic agebant? Rure autem

ante aedes Dicaeopolidis, quibus vicinae finguntur domus Euripidis et Lamachi <sup>1)</sup>. Tempus est Anthesteriorum <sup>2)</sup>.

---

si iam agitur res, quomodo Euripidem mox visere poterit Dicaeopolis? quomodo Lamachus e proxima vicinia prosilire? An hi quoque viri extra urbem inter ruderia praediorum a Peloponnesiis vastatorum degere credendi sunt? Et Lamachus certe circa finem fabulae Dicaeopolidi proximus habitat in urbe. Dicaeopolis autem cur in urbem deinde rediit? et quando? Nam quin circa fabulae exitum in urbe versetur ne dubitare quidem nos sinunt ipsius verba.

Ex hisce molestiis extricare nos non possumus, — nam nihil prodest sumere quod sumebam olim, duas recensiones esse permixtas, quis enim cur aut quando ita corrupturus erat quae olim melius cohaesissent aptiusque decurrissent? — nisi statuimus Dicaeopolidem, ut primum pace inita ei rediit canendi et iocandi amor, *in ipsa urbe celebrare parva Liberalia*, quorum tempus legitimum dudum praeteriit, *fugentem se rure versari*, quo cum suis mox est migraturus ut erigat quae hostium furor deiecit; nam diruta est eius villa, vastatum est praedium. Quod si quis minus probet consilium poetae, equidem ei non obloquar.

<sup>1)</sup> De *Pnyce* quod scripsi, defensione non eget. *Domum autem suam*, in urbe nescio ubi sitam, repetiturum se dicit Dicaeopolis vs. 202, et mox inde prodit (vs. 240), dein ante eam instruit *ἄγορὰν τὰν ἐν Μεγάραις* quam dicit Megarensis (vs. 729; vid. etiam vs. 900); in ea denique circa fabulae exitum laetus obit Anthesteria, et a sacerdotis ministro cenatum inde vocatur (vs. 1087). *Lamachum* autem et *Euripidem* vicinos Dicaeopolidi fingendo comicus fines arti suae concessos non est egressus.

<sup>2)</sup> *Temporis* indicia comoedia non habet nisi circa finem, ubi celebrantur *Anthesteria*. Nam *Lenaeorum* mentio, quae fit vs. 504, ad fabulam non pertinet, sed ipsius histrionis ad spectatores ea sunt verba.

## ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ.

### I.

ἔκκλησία ὑφέστηκεν Ἀθήνησιν ἐν τῷ φανερωῷ, καθ' ἣν πολεμοποι-  
οῦντας τοὺς ἤητορας καὶ προφανῶς τὸν δῆμον ἐξαπατῶντας <sup>1)</sup> Δικαιο-  
πόλις τις τῶν αὐτουργῶν ἐξελέγχων παρεισάγεται. τούτου δὲ διὰ τινος,  
Ἀμφιθέου καλουμένου, σπεισάμενου κατ' ἴδιαν τοῖς Λάκωσιν, Ἀχαρνικοὶ  
γέροντες πεπυσμένοι τὸ πρᾶγμα προσέρχονται διώκοντες ἐν χοροῦ  
σχήματι· καὶ μετὰ ταῦτα θύοντα τὸν Δικαιοπόλιν ὀρῶντες, ὡς ἐσπει-  
σμένον τοῖς πολεμιοτάτοις καταλεύσειν ὀρῶσιν. ὃ δὲ ὑποσχόμενος  
ὑπὲρ ἐπιζήνου τὴν κεφαλὴν ἔχων ἀπολογήσεσθαι, ἐφ' ᾧτε, ἐὰν μὴ  
πίσῃ τὰ δίκαια λέγων, τὸν τράχηλον ἀποκοπήσεσθαι, ἐλθὼν ὡς Εὐρι-  
πίδην πτωχικὴν στολὴν αἰτεῖ· καὶ στολισθεὶς τοῖς Τηλέφου ἡακώμασι  
παροφθεῖ τὸν ἐκείνου λόγον, οὐκ ἀχαρίτως καταπτόμενος Περικλέους  
περὶ τοῦ Μεγαρικοῦ ψηφίσματος. παροξυνθέντων δὲ τινῶν ἐξ αὐτῶν  
ἐπὶ τῷ δοκεῖν συνηγορεῖν τοῖς πολεμίοις, εἶτα ἐπιφερομένων, ἐνισταμέ-  
νων δὲ ἐτέρων ὡς τὰ δίκαια αὐτοῦ εἰρηκότος, ἐπιφανεῖς Λάμαχος  
θορυβεῖν πειροῦται. εἶτα γενομένου διελευσμοῦ κατελεγχθεὶς <sup>2)</sup> ὁ χορὸς  
ἀπολύει τὸν Δικαιοπόλιν, καὶ πρὸς τοὺς θεατὰς <sup>3)</sup> διαλέγεται περὶ τῆς  
τοῦ ποιητοῦ ἀρετῆς καὶ ἄλλων τινῶν. τοῦ δὲ Δικαιοπόλιδος ἄγοντος  
καθ' ἑαυτὸν εἰρήνην, τὸ μὲν πρῶτον Μεγαρικός τις παιδία ἑαυτοῦ,  
διεσκευασμένα εἰς χοιρίδια, φέρων ἐν σάκκῳ πρόσιμα παραγίνεται· μετὰ

<sup>1)</sup> Sic Brunck pro ἐξάπτουτας.

<sup>2)</sup> Codd. κατενεχθεὶς. Corr. Blaydes.

<sup>3)</sup> Sic Elmsley pro δικαστάς.

δὲ τοῦτον ἐκ Βοιωτῶν ἕτερος, ἐγγέλεις τε καὶ παντοδαπῶν ὀρνίθων γόνον <sup>1)</sup> ἀνατιθέμενος εἰς τὴν ἀγοράν. οἷς ἐπιφανέντων τινῶν συκοφαντῶν, συλλαβόμενός τινα ἐξ αὐτῶν ὁ Δικαιοπόλις, καὶ βαλὼν εἰς σάκκον, τοῦτον τῷ Βοιωτῷ ἀντίφορον ἐξάγειν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν παραδίδωσι. καὶ προσιόντων <sup>2)</sup> αὐτῷ πλειόνων, καὶ δεομένων μεταδοῦναι τῶν σπονδῶν, καθυπερηφανεῖ. παροικοῦντος δὲ αὐτῷ Λαμάρου, καὶ ἐνεστηκνίας τῆς τῶν Χοῶν ἐορτῆς, τοῦτον μὲν ἄγγελος παρὰ τῶν στρατηγῶν ἦκων κελεύει ἐξελθόντα μετὰ τῶν ὄπλων τὰς εἰσβολὰς τηρεῖν, τὸν δὲ Δικαιοπόλιν παρὰ τοῦ ἱερέως τοῦ Διονύσου καλῶν τις ἐπὶ δεῖπνον ἔρχεται. καὶ μετ' ὀλίγον ὃ μὲν τραυματίας καὶ κακῶς ἀπαλλάττων ἐπανήκει, ὁ δὲ Δικαιοπόλις δεδειπνηκῶς καὶ μεθ' ἑταίρας ἀναλύων <sup>3)</sup>.

τὸ δὲ δράμα τῶν εὖ σφόδρα πεποιημένων, καὶ ἐκ παντὸς τρόπου τὴν εἰρήμην προκαλούμενον.

ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθύνου <sup>4)</sup> ἄρχοντος ἐν Ἀθηναίοις <sup>5)</sup> διὰ Καλλιστράτου καὶ πρώτος ἦν. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις· οὗ σῶζονται. τρίτος Εὐπόλις Νουμηνίας <sup>6)</sup>.

## II <sup>7)</sup>.

ἐκκλησίας οὔσης παραγίνονται τινες  
 πρόσβεις παρὰ Περσῶν καὶ παρὰ Σιτάλκους πάλιν,  
 οἳ μὲν στρατιὰν ἄγοντες, οἳ δὲ χροσίον.  
 παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων δὲ μετὰ τούτους τινὲς

<sup>1)</sup> Blaydes ingeniose γόμον (= φορτίον).

<sup>2)</sup> Sic scripsi pro προσαγόντων.

<sup>3)</sup> I. o. *discedens a convivio*; frustra ni fallor Blaydes μεθύων.

<sup>4)</sup> Vulg. *Εὐθυμένους*, quod vitium e vs. 67 natum esse videtur; Εὐθύδημον Diodor. XII 58 Athen. 218b. Correxerit Dindorf (Schol. Ar. III p. 415).

<sup>5)</sup> Mense igitur Gamelione (diebus 19—25) Ol. 88,3 sive mense Februario anni 425 ineunte.

<sup>6)</sup> Verba οὗ σῶζονται in fine esse collocanda, nam etiam Eupolidis *Νουμηνίας* fabulam ignotam fuisse grammaticis Alexandrinis, probabiliter admodum statuit Elmsley.

<sup>7)</sup> Tralaticio errore Aristophani grammatico miselli hi versiculi, ut alii eiusdem generis, tribuuntur.

σπονδάς φέροντες, οὓς Ἀχαρνεῖς οὐδαμῶς  
 εἶασαν, ἀλλ' ἐξέβαλον. ὧν καθάπτεται  
 σκληρῶς ὁ ποιητής. αὐτὸ τὸ ψήφισμά τε  
 Μεγαρικὸν ἱκανῶς φησι καὶ τὸν Περικλέα  
 οὐκ τῶν Λακῶνων <sup>1)</sup> τῶνδε πάντων αἴτιον <sup>2)</sup>,

\* \* \* \*

σπονδάς λύσειν τε τῶν ἐφροστώτων κακῶν.

---

<sup>1)</sup> Probabiliter Bergk καὶ τὸν Λάκωνα.

<sup>2)</sup> Post hunc versum indicavi lacunam.



# ACHARNENSES.

## PROLOGUS.

(vs. 1—203).

(Scena repraesentat Phycem. Tempus est fere meridianum.

Solus in Phycis subselliis lapideis sedet *Dicaeopolis* cum pera et baculo.)

## SCENA PRIMA.

*Dicaeopolis* solus.

### ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὄσα δὴ δέδηγμαί τῆν ἔμαντοῦ καρδίαν!

ἦσοθην δὲ βαιά — πάννυ δὲ βαιά! — † τέτταρα †.

ἂ δ' ὠδυνήθην, ψαμμοκοσιογάργαρα.

2. πάννυ δὲ] Elmsley π. γε, Dobree π. τι. || τέτταρα] ferri nequit h. l. numerale, quoniam *Dicaeopolidem* non certas quasdam res delectabiles, quae numerari possint, ante mentis oculos nunc habere testantur eius verba vs. 4 sq.; quapropter \*βαιά' ἄττ' (ἐνθάδῃ?) legendum esse conieci, hinc Naber πάννυ τρι' ἄττ' ἢ τέτταρα proposuit ingeniose sane, quamquam haud scio an post βαιά i. e. pauca (non: exigua) quilibet numerus sit molestus. In mentem veniunt etiam \*ἦσοθην δὲ βαιά' ἄττ' ἐνθάδ', εἰ καὶ ταῦτ' ἄρα (ut Ran. 74) et alia; sed certi nihil praesto.

1. De locutione δάκνεσθαι τῆν καρδίαν vid. ad Ran. 43; praeterea cf. Lys. 8: κίκομαι τῆν καρδίαν.

2 sq. Haud inepte contuleris *Diphili* vorsiculum <sup>1)</sup>: ἢ τύχη | ἐν ἀγαθόν ὑποχέ-  
ασα τρι' ἐπαντεῖ κακά.

2. βαιά] i. e. ὀλίγα, pauca <sup>2)</sup>. Noster etiam *Nub.* 1013 usus est hoc adiectivo, quod comicae vix est dictionis.

— τέτταρα] aut hoc nomen corruptum

est aut vicina <sup>3)</sup>; nam frustra interpretes contulerunt versus quales sunt *Pac.* 1150 *Ran.* 915 *Antiphan.* fr. 172<sup>3</sup> alii, ut demonstrarent *quatuor* non de certo numero sed de exiguo nonnumquam fuisse adhibitum.

3. ψαμμοκοσιογάργαρα] ad instar numeralium τετρακοσίων ceterorum comice formatum est adiectivum ψαμμοκόσιοι ad indicanda ea quae tam sunt crebra

<sup>1)</sup> Fr. 107. — <sup>2)</sup> Cf. nostrum *lullel.* — <sup>3)</sup> Vid. annot. crit.

φείρ' ἰδῶ, τί ἦσθην „ἄξιον χαιρηθόνος;“  
 5 ἔγῳ οἷδ', ἐφ' ᾧ γε „τὸ κέαρ ἠύφρανθην ἰδῶν“  
 τοῖς πέντε ταλάντοις, οἷς Κλέων ἐξήμεσεν.

4. τί Elmsley] τί δ' codd.; cf. Eq. 119, 1214 Nub. 21. E tragoedia hanc quoque voculam, ut complura in hac vicinia, desumptam esse si constaret, servanda esset particula δέ, quoniam tragica dictio eiusmodi hiatus non admittit.

5. Virgulam post οἶδα addidit Brunck; cf. Thesm. 850. || ἠύφρανθην] εὐφρ.

ἴσα φάμαθός τε κόνις τε <sup>1)</sup>. Item apud Eupolidem: ἀριθμῆν θεατὰς ψαμμακασίους <sup>2)</sup>. In eadem autem dictione γάρ-γαρα infinitam multitudinem significat: ἔνδον γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἀνδρῶν γάργαρα <sup>3)</sup>, et: ὄρω δ' ἔνωθεν γάργαρα ἄνδρῶπων κύκλω <sup>4)</sup>. Quae vox cohaeret cum verbo Homericο καρχαίρειν <sup>5)</sup>, quod comicis est γαργαίρειν, e. g. in Cratini verbis: ἀνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γαργαίρει πόλις <sup>6)</sup>. Ex harum igitur vocum iunctura novum nunc compositum natum est.

4. φείρ' ἰδῶ] vid. ad Nub. 21.

— τί ἦσθην] de accusativi hoc usu vid. ad Ran. 748. Hiatus post τε passim apud comicos redit <sup>7)</sup>.

— χαιρηθόνος] nova vox et poetica, alias enim dicitur χαρά vel apud poetas χαρμονή. Eiusdem conformationis sunt ἀλγηθῶν, ἀχθῆσων.

5. τὸ κέαρ ἠύφρανθην] in his quoque poetica agnoscitur dictio; tragicorum enim est κέαρ. Conferri potest Aesch. Prom. 245: ἠλγύνθην κέαρ vel Miltiades apud Eupolidem Medeam imitatus <sup>8)</sup>:

οὐ γὰρ, μὲ τὴν Μαιραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην, | χαιρῶν τις αὐτῶν τοδμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

6. Propter quinque talenta illa quae evomuit Cleon. Rusticus dum secum reputat numquid gaudii haec tempora sibi attulerint urbem habitanti, in unam certe rem laetam tandem incidit; recordatur enim dulcissimi spectaculi quod proximis Liberalibus ferit eius oculos <sup>9)</sup>, cum Cleonem in scena comica rapinas suas evomentem, i. e. reddentem, vidit <sup>10)</sup>. Nempe in Babylonis fabula hoc finxerat Aristophanes <sup>11)</sup>, τὴν εἰσφορᾶν, quod tributum a Cleone nuper erat institutum <sup>12)</sup>, maligne ridens. De vera autem lite Cleoni intentata Dicaeopolidem loqui multi statuerunt, errore aperto <sup>13)</sup>; non tamen defuisse olim qui intellexerent eum nunc, ut in sequentibus, ea commemorare quae in ludis publicis spectaverit nuper aut audiverit, testantur Gregorii Corinthii verba <sup>14)</sup>: χαιρῆν οὖν ἔφη ὅτι ὁ Κλέων εἰσοχθῆ ἀπαιτούμενος τὸ πικρὸ τῶν ηἰρωτικῶν <sup>15)</sup> πέτε τάλαντα, ubi εἰσαγεῖν significat in scenam

<sup>1)</sup> Hom. I 385; cf. Lys. 1261 vel oraculi verba Herodot. I 47: οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμον τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης. — <sup>2)</sup> Eupol. fr. 286. Saepius deinde ioculare hoc numerale usurpatum est ab Alexide. — <sup>3)</sup> Aristomen. fr. 1, apud Macrob. V 20, qui locus conferendus. — <sup>4)</sup> Alcae. com. fr. 19, qui iocose ibi imitator Euripidis versus Or. 866. — <sup>5)</sup> r 157. — <sup>6)</sup> Cratin. fr. 290; cf. Aristoph. fr. 359, Sophron in scholiis et apud Athen. 229 f; contulerim autem gall. *regorger de*. — <sup>7)</sup> Vid. vs. 516, 555, 959 etc. — <sup>8)</sup> Eupol. fr. 90, cf. Euripid. Med. 394—397. — <sup>9)</sup> ἠύφρανθην ἰδῶν. — <sup>10)</sup> *Quinque talenta* de gravi multa etiam Eq. (435) 829 Nub. 758, 774 Pac. 171 dicitur. — <sup>11)</sup> Ex ipsis his verbis hoc sequitur. Nam laudatur comoedia aliqua, quae anno proximo scenae fuerit commissa (cf. vs. 15): ergo sermo fit de Aristophanis fabula proximo anno acta, i. e. de Babylonis. De aliorum comicorum iocis nostrum cum admiratione nunc loqui nemo opinor contendet. — <sup>12)</sup> Vid. ad Eq. 924. — <sup>13)</sup> Vid. Prolegom. Equit. p. XIII sq. — <sup>14)</sup> Rhetor. Graec. VII 1345 W. — <sup>15)</sup> Sic coll. scholiis scripsi; in codd. deest τὰ et pro ηἰρωτικῶν legitur στρατιωτικῶν.

ταῦθ' ὡς ἐγανώθην! καὶ φιλῶ τοὺς ἱππέας  
 διὰ τοῦτο τοῦτογον· „ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι.“  
 ἀλλ' ὠδυνήθην ἕτερον αὖ τραγωδικόν,  
 10 ὅτε δὴ ἐκεχρήνη προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον,  
 ὃ δ' ἀνεῖπεν· „εἴσαγ', ὦ Θέογνι, τὸν χορόν.“

7. ταῦθ' ὡς] τοῦτοις Elmsley coll. Vesp. 612.

*inducere.* In scholiis autem de eadem re legimus: παρὰ τῶν νησιωτῶν ἔλαβε πέντε τάλαντα ὁ Κλέων, ἵνα πείσῃ τοὺς Ἀθηναίους κομφίσει αὐτοὺς τῆς εἰσφοράς<sup>1)</sup>. αὐτῶν μὲν οὖν οἱ ἱππεῖς ἀντέλεγον καὶ ἀπήτησαν αὐτόν. μὲν γὰρ Θεόπομος<sup>2)</sup>. Cuiusmodi vero fuerint Theopompi verba, quae ad hanc rem pertinere veteribus interpretibus sunt visa, nescimus; sed in scholio prorsus absurda tradi certum est. Quae recentioribus imponere nunquam potuissent, nisi Theopompi auctoritatem prae se ferre essent visa.

— οἷς] per attractionem hoc dictum est pro ἄ<sup>3)</sup>.

— ἐξήμεσον] verbum ἐξμεῖν de restituta rapinis usurpatum est etiam Eq. 1148<sup>4)</sup>. Conferri potest praeterea fr. 614: τὴν φαρύγγα μηλῶν<sup>5)</sup> δύο δραχμῶς ἕξεις μόνας  
 7. ταῦτα] vid. ad Ran. 748.

— ὡς] vid. ad Eq. 269.

— ἐγανώθην] cf. γάνυμαι Vesp. 612, quod epicum est verbum nec non apud tragicos obvium<sup>6)</sup>.

— τοὺς ἱππεῖς] equites Cleoni illa talenta quomodo in Babyloniis fabula extorserint nescimus, neque coniectura talia assequi licet.

8. ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι] Telephi Euripidei<sup>7)</sup> verbis Dicaeopolis nunc utitur, ut infra saepius<sup>8)</sup>. De adiectivo ἀξίω vid. ad Nub. 474.

9. *At alia res dolore me affecit, et tragico quidem dolore.* — Gaudio, quod comica fabula ei attulit, opponit statim dolorem vere tragicum, quippe gravissimum cuiusque causa fuerit tragoedia.

10. ἐκεχρήνη] vid. ad Eq. 651.

— τὸν Αἰσχύλον] i. e. Aeschylus fabulam aliquam<sup>9)</sup>. Mortuus est Aeschylus abhinc annis triginta, sed Athenienses eius opera ita admirati sunt ὡς κρηπίσασθαι μετὰ θάνατον αὐτοῦ, τὸν βουλόμενον ἀναυδῶσκειν τὰ Αἰσχύλου χορῶν λαμβάνειν<sup>10)</sup>, suntuque eo modo multi coronati<sup>11)</sup>. Itaque post mortem etiam vivere se optimo iure gloriantem fecit noster in Ranis<sup>12)</sup>. Dicaeopolidi autem prisco viro, perinde atque Strepsiadi illi in Nubibus<sup>13)</sup>, prae Aeschylis sordet ars recentiorum poetarum; nuper igitur eum in theatro sederet, Aeschylis opus aliquod datum iri ratus, miro dolore eum affecit vox praeconis Theognidem poetam pessimum iubentis tragoediam suam in certamen committere.

11. ὃ] ille quem nostis, ὁ κήρυξ igitur.

— ἀνεῖπεν] *pronunciavit*<sup>14)</sup>.

— εἴσαγε] *induc in theatrum.* Ipsi actores et cantores itemque fabulae εἰσιέναι dicuntur<sup>15)</sup>. Tam malum autem tragicum potuisse λαβεῖν χορόν<sup>16)</sup> indignatur rusticus sive ipse Aristophanes.

— Θεόγνι] de hoc homine vid. ad vs. 140.

<sup>1)</sup> Confunduntur sociorum πρόροι et civium εισφοραί. — <sup>2)</sup> In X<sup>o</sup> libro Philippi-  
 corum, vid. schol. Equit. 226. — <sup>3)</sup> Vid. ad Vesp. 467. — <sup>4)</sup> Vid. etiam Eq. 404. —  
<sup>5)</sup> I. e. *specillo explorans, sondeerende*; vid. ad Eq. 1150. — <sup>6)</sup> Aesch. Eur. 970  
 Eur. Cycl. 504. — <sup>7)</sup> Eur. fr. 718. — <sup>8)</sup> Vid. vs. 430 sqq., 496 sq. etc. — <sup>9)</sup> Sic  
 hodie fortasse dixerit quispiam: „speraveram Racinium vel Shakespearium me  
 auditurum — at ecce Ibsenii data est fabula.“ — <sup>10)</sup> Sic in vita Aeschylis legitur. —  
<sup>11)</sup> Quinctiliani haec sunt verba X 1 § 66. — <sup>12)</sup> Vid. Ran. 868 sq. — <sup>13)</sup> Vid.  
 Nub. 1364 sqq. — <sup>14)</sup> Item Pac. 550 Av. 1071, 1076. — <sup>15)</sup> Sic vs. 14. — <sup>16)</sup> Cf. Ran. 94.

πῶς τοῦτ' ἔσεισέ μου δοκεῖς τὴν καρδίαν;  
ἀλλ' ἕτερον ἤσθην, ἡμί' ἐπὶ Μόσχῳ ποτὲ  
Ἀεξίθεος εἰσῆλθ' ἀσόμενος Βοιώτιον.

15 τῆτες δ' ἀπέθανον καὶ διεστράφην ἰδῶν  
ὅτε δὴ παρέκλυσε Χαῖρις ἐπὶ τὸν ὄρθιον.

12. τοῦτ' ἔσεισε] τοῦτο σείσαι Valckenaer; cf. Nub. 1368 Pac. 704. In vulgata praeter morem disiuncta sunt πῶς et δοκεῖς.

13. Μόσχῳ] non proprium hoc esse nomen sed vitulum dici (certaminis scilicet praemium) veteres quidam perperam putabant. || ποτὲ] fuit cum \*τότε conicerem; sed vid. commentarius.

12. πῶς...δοκεῖς] cf. matris filioli scelerata indignatae verba: τί μευ δοκεῖς τὰ σπλάγχνα τῆς κακῆς πάσχειν; <sup>1)</sup>. Praeterea vid. ad Ran. 54.

— τὴν καρδίαν] stomachum <sup>2)</sup>; vid. Nub. 1368.

13 sq. At laetatus sum rursus — ait rusticus — cum Moschum exceperit Dexitheus carmen boeotium canendo. In his verbis praepositionis ἐπί idem est usus atque in Theocriti versu: τῷ δ' ἐπὶ Λαμοίτας ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν <sup>3)</sup>, ad βοιώτιον autem, ut mox ad ὄρθιον, mente supplendum est νόμον, quae vox addita est in Sophoclis versiculo <sup>4)</sup>: ὅταν τις ἔδῃ τὸν βοιώτιον νόμον. Ioculariter nunc Moschi sive vituli nomini subiungitur carminis boeotii sive bubuli mentio, et suspicari licet non veri certaminis rusticum nunc recordari, sed ficta haec esse, ut verborum lusos posset captari; quam suspicionem auget indefinitum illud ποτε. Pessimum citharoedum fuisse Moschum, optimum Dexitheum, certe Aristophani esse visos, locus hic testatur; aliunde autem ignotus est uterque, nisi quod pythia vicisse Dexitheum ferunt scholia.

15. τῆτες] hoc anno <sup>5)</sup>: ad priorem igitur annum pertinent quae antecedunt <sup>6)</sup>. Nam etiam longius mente nunc recedere Dicaeopolidem nemo opinor contendet.

— ἀπέθανον] taedio sum enecatus. Conferendus est Pac. 700, siquidem de Cratino non mortuo sed etiam superstite noster illic iocatur; praeterea vid. Ran. 16—18 et ad Ran. 1089.

— διεστράφην] distortus sum. Vid. ad Eq. 175.

16. παρέκλυσε...ἐπὶ τὸν ὄρθιον] haec quoque verba, ut supra μόσχῳ et βοῦς, ioculariter nunc sibi opponuntur; nam κλύπει proprie cum dicitur est incurvare se, ὄρθιος autem erectus. Dicitur autem παρακλύπει de iis quae ab improviso apparent, de parum optatis igitur; sic Demosthenes <sup>7)</sup> de civitatis militibus mercenariis loquens τὰ ξενικὰ αἰτ παρακλύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως πόλεμον ducibus suis iussa dare potius quam ipsorum dictis obediant. Conferri potest ἀνακλύπειν emergere <sup>8)</sup>. De ὄρθιῳ νόμῳ, nam nunc quoque, ut in vs. 14, νόμος vox supplenda est, vid. ad Eq. 1279.

— Χαῖρις] tibicen hic homo dicitur in

<sup>1)</sup> Herod. Mimambi. III 42. Mon sang ne fit qu'un tour. — <sup>2)</sup> Vocis vim non assecutus est qui in scholiis annotavit: ἀείσειστον οὖσαν φύσει μᾶλλον ἐπίσεισε, de vero enim corde eum cogitasse videmus. Quo loco non ἀείσειστον sed ἄσειστον (εὐσειστον R) est in codicibus. Recte vero alius interpres: κέρχεται τῇ ὑπερβολῇ τῇ ἐπὶ τῆς καρδίας καὶ Θουκυδίδης, τὸ στόμα <τῆς γαστροῦς> φράζων (τὸ ὄνομα φράζων codd.). — <sup>3)</sup> Theocrit. VI 20. Item e. g. Hom. H 163 sqq. alibique passim. —

<sup>4)</sup> Soph. fr. 858. — <sup>5)</sup> Adverbium rarius; redit Nub. 624 Vesp. 400 fr. 148. —

<sup>6)</sup> Recte hoc observavit Ranke. — <sup>7)</sup> Philipp. I § 24. — <sup>8)</sup> Ran. 1068.

20 ἄλλ' οὐδ' ἐπώποτ' ἐξ ὅτου ἐγὼ ἤυπτομαι  
οὕτως ἐδήχθην... ὑπὸ κοινίας τὰς ὄφρῳς  
ὡς νῦν, ὅπότ' οὖσσης κυρίας ἐκκλησίας  
ἔωθινῆς ἔρημος ἢ Πινὺς αὐτήϊ,

17. ἐγὼ] *περ* vel *γε* Blaydes.

Anibus 1): ξυναυλείτω δὲ Χαίρις ὄδῳ. | — παῦσαι σὺ φροσῶν! Ἡράκλεις, τουτί τί ἦν; | τουτί μὰ Δεῖ' ἐγὼ πολλὰ δὴ καὶ δεῖν' ἰδῶν | οὐπω κόρακ' εἶδον ἰμπεφορβιωμένον. Sed „corvum” illum „capistratum” 2) etiam *fidibus* cecinisse, ea autem in arte nihilo meliore usum esse fama, praeter nostrum locum testantur Pherecratis versiculi 3): φίρ' ἴδω, κίθαροφῶδός τις κάκιστος; ἐγένετο; | — ὁ Πρωσίου Μέλῆς. — μετὰ δὲ Μέλῆτα τις; | — ἔχ' ἄτρεμι', ἐγὼ οἶδα Χαίρις. Pessimum igitur hunc cantorem cum nuper vidit in certamen citharoedicum prodeuntem, Dicaeopolis taedio et ira praene est emortuus.

17 sq. Praeter expectatum pro ζῷ καὶ βλέπω vel ἐτάφην 4) vel eiusmodi verbo ridicule comicus dicit ἤυπτομαι *labor* 5), dein in eodem loquendi genere persistens non addit id quod in mente habet οὕτως; ἐδήχθην ὑπὸ λύπης; τὴν καρδίαν, sed pro corde commemorat *supercilia* — ipsosque adeo oculos — *λαϊνία* morsos atque arrosos. De voce *κοινία* vid. Ran. 712.

19 sq. *κυρίας ἐκκλησίας ἔωθινῆς*] conciones *extraordinariae* 6) in quodvis tempus poterant iudici 7), sed *legitimae* —

quarum postea certe quaternae erant in singulis prytaniis — et certis diebus habebantur et certo tempore, ἄρ' ἔφω enim, ut senatus et iudicia 8), incipiebant 9). Prima autem concio legitima singularum prytaniarum sola *κυρίαν* nomen habuisse in [Aristotelis] opere de Rep. Ath. 10) videtur dici 11); sed cum ibidem 12) legamus morem fuisse ut legati non in primam illam sed in tertiam quartamque conciones admitterentur, nostra autem in fabula legationes duae introducuntur in eam concionem quam *κυρίαν* nunc vocat Dicaeopolis, apparet iis potius fidem esse habendam qui conciones legitimas omnes *κυρίας* dictas esse tradiderunt 13), id quod et ipsa huius vocis potestas verisimile reddit.

20. Digna quae conferatur est narratione ludica, quam ex Theopompo descripsit Plutarchus 14): λέγεται ἐκκλησίας ποτὲ οὖσης τὸν μὲν δῆμον καθήμενον περιμένειν πολὺν χρόνον, ὀψὲ δ' εἰσελθεῖν Κλέωνα ἐστεφανωμένον καὶ παρακαλεῖν ὑπερθεῖσθαι τὴν ἐκκλησίαν εἰς ἀγρίον "ἰσχυλοῦμαι γάρ" ἔφη "σήμερον, ἐστῶν μέλλων ζένους καὶ τεθυκῶς τοῖς θεοῖς;" τοῖς δ' ἄθῃ-

1) Av. 858 sqq. — 2) De quo praeterea cf. Ach. 866 et Pac. 951. — 3) Pherecr. fr. 6. — 4) Ut Av. 322. — 5) Cf. Antiphan. fr. 148: ἤυπτεται, προσέρχεται, σμηται, κενίχεται κτέ. — 6) ἔξυγκληται. — 7) Vid. ad Vesp. 595. — 8) Demosth. XVIII § 169 Vesp. 104 etc. — 9) Vid. Thesm. 376 Eccl. 20, 283, 291, 377, 741. — 10) C. 43 § 4. —

11) Videtur, inquam, nam nescio an alia ratione alius locus sit interpretandus; lingua certe non obstat quominus in § 6 ad ἐτέραν et ad αἰ δὲ δύο mente suppleamus *κυρίαν ἐκκλησίαν* et *κυρίαί ἐκκλησίαί*, et in § 4 verba *μίαν κυρίαν* etiam facilius sic explicantur; nam si *unam* tantum ex quatuor illis concionibus *κυρίαν* nomen habuisse dicere volebat scriptor, *μίαν <τὴν> κυρίαν <λεγομένην>* potius erat dicendum. — 12) § 6. — 13) Vid. schol., Phot. s. v. *κυρία ἐκκλησία*, schol. Dem. XXIV § 20. Ternae autem an quaternae Aristophanis aetate fuerint nunc non rogo, et alium aliis temporibus morem invaluisse credibile est. — 14) Nic. 7, Com. adesp. fr. 1341. Theopompum auctorem affert, qui eandem fabellam commemorat, scholiasta ad Lucian. Tim. 30; ibidem subiuncta leguntur absurda quaedam de Cleone a Mytilenaeis corrupto, de quibus vid. ad Eq. 834.



(in forum subiacens despicere se fingit:)

οὐδ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι κἄνω καὶ κάτω  
τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλωμένον.  
οὐδ' οἱ προτάνεις ἤκουσιν, ἀλλ' ἀωρίαν  
ἤκοντες, εἴτα δ' ὥστιοῦνται πῶς δοκεῖς  
ἐλθόντες ἀλλήλοισι περὶ πρῶτον ξύλον,

25. πρῶτον ξύλον Naber] πρῶτου ξύλου codd.; vid. Teleclid. fr. 1<sup>13</sup> Alex. 41. Meineke articulum desiderans ἀλλήλοισι περὶ τοῦ πρῶτου ξύλου.

ταίους γελᾶσαντας ἀναστήναι καὶ διαλύσαι τὴν ἐκκλησίαν. Quae e comoedia aliqua fluxisse nemo — admonitus certe — non videt <sup>1)</sup>).

21. Tempore, quod meridiem proxime antecedit, frequentissimum esse solet forum, quapropter vox ἀγορὰ πλεθροῦσα <sup>2)</sup> vel ἀγορῆς πληθώρα <sup>3)</sup> usurpatur ad tempus illud indicandum <sup>4)</sup>.

— ἄνω καὶ κάτω] vid. ad Nub. 616.

22. E foro ad Pnycem adscendebat platea quaedam. Brevi autem ante concionis initium ceteri fori aditus a licitoribus claudebantur, et qui tunc temporis in foro versabantur cives ope funis miniati, quem tenebant aliquot magistratum apparitores, versus Pnycem urgebantur. Quod socordiae remedium minime inutile esse visum intellegimus, quadraginta certe annis intermissis in desuetudinem nondum abierat, in Ecclesiazussis enim fabula <sup>5)</sup> de eadem re dicitur:

πολὸν ἢ μίλτος ὦ Ζεῦ φίλτατε | γέλω παρῆσχεν, ἦν προσέρχαινον κύλων.

23. ἀωρίαν] sero <sup>6)</sup>. Oppositum est τὴν ὥραν <sup>7)</sup> sive ἐν ὥρᾳ suo tempore <sup>8)</sup>.

24. εἴτα] vid. Nub. 624.

— ὥστιοῦνται] frequentativum hoc verbi ὠθεῖσθαι dicitur de iis qui inter se trepidantes trudent <sup>9)</sup>. Ipsum ὠθεῖσθαι de hominibus in turba sese impellentibus usurpat muliercula apud Theocritum <sup>10)</sup>: ὠθεῖνται ὡσπερ ὕες, idemque fere valet τυρῆσθαι <sup>11)</sup>.

— πῶς δοκεῖς] vid. Ran. 54.

25. περὶ πρῶτον ξύλον] in primo subselliorum ordine <sup>12)</sup>. Sic apud Teleclidem in aureae aetatis laudibus dicitur: τῶν δὲ πλακοῦντων ὡσαυξομένων περὶ τὴν γνάθον ἦν ἀλαλητός <sup>13)</sup>, et apud Alexidem <sup>14)</sup>: ἐνταῦθα περὶ τὴν ἐσχάτην δεῖ κερκίδα | ἐμάς καθιζούσας θεωρεῖν ὡς ξίνας. Cives concionantes in Pnycis lapidibus sedebant <sup>15)</sup>, sed in usum prytanum —

<sup>1)</sup> Ad Eupolidis Aureum Genus incerta admodum coniectura referebat vWilamowitz. Equitum autem fabulae haud unum locum Cleonis illae epulae et corona in mentem nobis revocant. — <sup>2)</sup> Apud Xenophontem. — <sup>3)</sup> Herodot. VII 223. — <sup>4)</sup> Manifesto errore scholiasta vocem ἀγορὰν h. l. interpretatur τὴν ἐκκλησίαν, certe videtur interpretari; nam suspicor priscum hunc interpretem non εἶναι τὴν ἐκκλησίαν scripsisse ipsum sed: καὶ γὰρ τὴν ἐκκλησίαν. De re vid. ad Eq. 410, 1373 Nub. 1056 sq. — <sup>5)</sup> Eccles. 378. — <sup>6)</sup> Redit vox (in nominativo) Herodot. VIII 113, cf. ἀωρί Eccl. 741. — <sup>7)</sup> Herodot. II 2 VIII 19 Lucian. XLV § 7 LXVI § 22, vid. etiam Aesch. Eum. 109 Eur. Bacch. 723, item καιρόν Soph. Ai. 34, 1316 Eur. Hel. 479. — <sup>8)</sup> Vid. ad Vesp. 242. — <sup>9)</sup> Redit vs. 42, 844 Lys. 330 Plut. 330 Teleclid. fr. 1<sup>13</sup>, translato autem sensu de altercationibus verbum usurpavit Herodotus III 76 et ὁσιαμόν de altercatione saepius. — <sup>10)</sup> Theocr. XV 73. — <sup>11)</sup> Pac. 1007. — <sup>12)</sup> Cf. vs. 693 et Vesp. 90. — <sup>13)</sup> L. l. fr. 1<sup>13</sup>. — <sup>14)</sup> Fr. 41. — <sup>15)</sup> Cf. Eq. 783.



ἄθροι καταρρόντες· εἰρήνη δ' ὅπως  
 ἔσται προτιμῶς<sup>3</sup> οὐδέν. ὦ πόλις, πόλις!  
 ἐγὼ δ' αἰὲ πρόωιστος εἰς ἐκκλησίαν  
 30 ροστῶν κέθημαι· κᾶτ' ἐπειδὰν ὦ μόνος,  
 στένω, κέχηνα, σκορδινῶμαι, πέροδομαι,  
 ἀπορῶ, γράφω, παρατίλλομαι, λογιζομαι,  
 ἀποβλέπων εἰς τὸν ἀγρόν, εἰρήνης ἐρῶν,  
 „στρυγῶν μὲν ἄστν“, τὸν δ' ἐμὸν δῆμον ποθῶν,  
 ὅς οὐδεπόποτ' εἶπεν· „ἄνθρακας πρῶ“,

26. ἄθροι] ἀθροῖοι codd.; item Vesp. 1334. Cf. Arist. fr. 633 apud Eustath. 1387,4: ἐστῶτας ὡσπερ τοὺς δρεωκόμους ἄθρους.

31. λογιζομαι] λυγιζομαι Bergk.

fortasse etiam ceterorum magistratum et quorundam aliorum — e ligno constructa esse sedilia aliquanto minus incommoda, noster locus docet<sup>1)</sup>. Translatum est loquendi hoc genus in Ionis Euripidei verbis<sup>2)</sup>: ἦν εἰς τὸ πρῶτον πόλιος δόμηθεις ζυγόν | ξητῶ τις εἶναι.

27. προτιμῶσι] cf. Ran. 638.

29. ροστῶν] verbum apud comicos rarum idem nunc valet quod φοιτῶν<sup>3)</sup>. Cf. compositum περιρροστῶν de oberrantibus dictum<sup>4)</sup> et verbi νέεσθαι sive νέεσθαι usus in recentioribus carminum epicorum partibus<sup>5)</sup>.

30. Cf. Vesp. 1306, de verbo autem σκορδινῶσθαι (randiculari) videatur ad Vesp. 642.

31. γράφω] baculo meo<sup>6)</sup> solum conscribillo.

— παρατίλλομαι] taedii signum; item

in Pace fabula institor cui male est dicitur τίλλειν ἑαυτὸν<sup>7)</sup>.

— λογιζομαι] quemadmodum Strepsides ille longae taedia noctis conatur fallere<sup>8)</sup>.

32. Vid. ad Eq. 805.

— ἀποβλέπων] vid. vs. 291.

33. στρυγῶν μὲν ἄστν] verba e tragoedia desumpta<sup>9)</sup> aut dictionem tragicam imitata; nam στρυγῆν verbum a sermone quotidiano alienum est<sup>10)</sup>, item adiectivum στρυγῆρός<sup>11)</sup>.

34. Demus meus nunquam mihi dixit: „eme carbones“, „eme acetum“, „eme oleum“, neque novat illud „eme“, quo nunc obtunduntur mihi aures. Illic dum habitabam, nunquam a meis inbebar hoc vel illud emere, praedium enim meum quaecunque in usum quotidianum opus erant abundanter satis ferebat. Nunc

<sup>1)</sup> Credibile non est id quod perhibent scholia et Pollux VIII 113, sedium lapidearum ordines in ore populi dictos esse ξύλα; nam quae tandem esse poterat causa cur ita loquerentur homines, a vero vocis sensu aberrantes? Paucae autem si erant sedes lignae, melius etiam intellegitur cur circa eas se truserint homines. — <sup>2)</sup> Ion. 595. — <sup>3)</sup> Item fere apud Pherecratem fr. 82: ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια ροστήσω χροία. Proprium autem redeuνδῆ sensum obtinet Av. 1270 Plut. 610. — <sup>4)</sup> Pac. 762 Thesm. 796 Plut. 121, 494. — <sup>5)</sup> Vid. ad Φ 48 et Enchirid. dict. ep. p. 511 sq. — <sup>6)</sup> Vid. ad vs. 111. — <sup>7)</sup> Pac. 546. — <sup>8)</sup> Nub. 18 sqq. — <sup>9)</sup> Cf. e. g. Admeti verba Eur. Alc. 338: στρυγῶν μὲν ἢ μ' ἔτικτεν, ἐχθαίρων δ' ἐμὸν | πατέρα. — <sup>10)</sup> Cf. vs. 472. In carmine verbum στρυγῆν usurpatum est Thesm. 1144. — <sup>11)</sup> Infra vs. 1191, 1207.

35 οὐκ „ὄξος“, οὐκ „ἐλαιον“, οὐδ' ἦδει „πρίω“,  
 ἀλλ' αὐτὸς ἔφερε πάντα — ἡὼ πρίων ἀπῆν.  
 νῦν οὖν ἀτεχνῶς ἦκω παρεσκευασμένος  
 βοᾶν, ὑποκρούειν, λοιδορεῖν τοὺς ῥήτορας,  
 εἴαν τις ἄλλο πλὴν περὶ εἰρήνης λέγῃ.

(Prytanes adeunt Pnyceum. Apparitores eos comitantur, civibus dein  
 sensim impletur Pnyx.)

40 ἀλλ' οἱ πρυτάνεις γὰρ οὐτοῖι μεσημβρινοί.  
 οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὐγὰ ἔλεγον  
 εἰς τὴν προεδρίαν πᾶς ἀνὴρ ὡστίζεται.

### SCENA SECUNDA.

Dicaeopolis, Praeco, Amphitheus.

#### ΚΗΡΥΞ.

πάριτ' εἰς τὸ πρόσθεν!

πάριθ', ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος.

vero in urbe degentibus emenda sunt ea omnia et pretio insano emenda, itaque olei iam numerantur guttae <sup>1)</sup>, carbonum nonnisi festis diebus necnisi parcus est usus <sup>2)</sup>, ficus qui poscit videtur heluo <sup>3)</sup>, ne talpae quidem monedulaeve cibus plane contemnendus quibusdam videtur <sup>4)</sup>.

36. ὁ πρίων ἀπῆν] more suo vocem e dictione communi desumptam in usum novum atque inauditum detorquet comicus <sup>5)</sup>; est enim ὁ πρίων is qui *serra secal* <sup>6)</sup> aut ipsa *serra*, sed nunc sic dicitur is qui vocem illam „πρίω“ perpetuo in ore habet. Simillimo autem ioco in Pace fabula <sup>7)</sup> ei qui „ἡ πάϊων“ clamavit alter „ἄφελε τὸ πάϊων“, respondet, „ἀλλ' ἡ μόνον λέγε“. Cuiusmodi in lusibus neglegi solet quantitas syllabarum <sup>8)</sup>, itaque quod πρίων et πρίων lon-

gum habent iota, πρίασθαι vero breve, id nunc non curat comiens.

38. ὑποκρούειν] *interpellare* <sup>9)</sup>.

40—42. Agnoscimus eosdem homines in Equitum fabula prae sua gula res publicas flocci non facientes <sup>10)</sup>.

40. μεσημβρινοί] item Vesp. 774.

41. οὐκ ἠγόρευον;] vid. ad Nub. 1456. — τοῦτ' ἐκεῖν' οὐγὰ ἔλεγον] vid. ad Ran. 318 et Nub. 1167.

42. ὡστίζεται] vid. vs. 24.

43 sq. Lustratur concio circumlato porcello, cuius sanguis circumspergitur; quo officio qui apparitorungebatur *περιστίαρχος* nomen habebat. In Ecclesiazusis autem fabula cum mulieribus concionem imitantibus porcus non sit praesto, mustela eum in usum adhibetur <sup>11)</sup>. — De praeconis verbis vid. ad Eq. 751.

<sup>1)</sup> Nub. 57 Vesp. 352. — <sup>2)</sup> Vs. 891. — <sup>3)</sup> Vesp. 291—302. — <sup>4)</sup> Vid. ad vs. 878—880. — <sup>5)</sup> Vid. ad Vesp. 353. — <sup>6)</sup> Vesp. 694. — <sup>7)</sup> Pac. 453. — <sup>8)</sup> Vid. vs. 726 Pac. 1211 et ad Vesp. 194. — <sup>9)</sup> Vid. ad Eq. 47. — <sup>10)</sup> Eq. 675. — <sup>11)</sup> Eccl. 128.

## ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

(Celeri cursu in Pnycem irruit, dein ad Dicaeopolidem:)

45

ἤδη τις εἶπε;

ΚΗΡΥΞ.

τίς ἀγορεύειν βούλεται;

ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

(alta voce:)

ἐγώ.

ΚΗΡΥΞ.

τίς ὦν;

ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

Ἀμφίθεος.

ΚΗΡΥΞ.

οὐκ ἄνθρωπος;

ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

οὔ,

45. ἤδη τις εἶπε;] ad solum Dicaeopolidem haec verba dici statui; quae incommodi nihil sic habent. Reicio igitur coniecturas Bergkii: *Αἰαντὶς* εἶπε (quod a poetae ipsiusque comoediae atticae ingenio mire aberrat), Hamakeri: *σίγα, σὺ πά, Halbertsmae* denique, qui versum 43 in eorum locum substituebat.

46 sqq. Praeconis verba uni e prytanibus tribuuntur in cod. B, quocum consentit schol. ad vs. 54.

46. οὐκ ἄνθρωπος;] coll. Thesm. 541 conieci \*οὐκ ἄρ' ἀστός; non civis igitur es? Quod postquam homo male sanus et fastu elatus cum indignatione negavit, statim detrahitur de suggesto, unde verba facere solis civibus licitum.

45. Commentarii instar sunt Aeschinis verba: πῶς δὲ (ὁ νομοθέτης) κελεύει τοὺς προέδρους χρηματίζειν: ἐπειδὴν τὸ καθάρσιον περιερχοῦν καὶ ὁ κήρυξ τίς πατρίους εὐχὰς εὐζήτητα, προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς πρωτόδρους περὶ ἰερῶν τῶν πατρίων καὶ κληρονομίας καὶ πρεσβείας καὶ ὁσίων, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ κήρυξ: „τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πενήκοντα ἔτη γεγονότων;“ ἐπειδὴν δὲ οἱ τοὶ πάντες εἶπωσι, τότε ἤδη κελεύει λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλούμενον οἷς ἔξεστιν<sup>1)</sup>. Vid. etiam Demosthen. XVIII

§ 170 Eur. Or. 885 et de locutione τίς ἀγορεύειν βούλεται ad Nub. 1456 et Vesp. 186.

46. τίς ὦν;] vid. Nub. 893.

— Ἀμφίθεος] nomine hoc ioculariter ficto significatur *Hermogenes* Hipponici filius Calliae frater, a Triptolemo Cereris alumno<sup>2)</sup> gentem ducens<sup>3)</sup>; qui numinibus carum se esse deque rebus futuris per praesagia et insomnia edoceri perhibebat<sup>4)</sup>, licet domi re angusta uteretur admodum<sup>5)</sup>. *Socrate* autem τῶν ἐν Ἀνκείῳ

<sup>1)</sup> Aeschin. I § 23. — <sup>2)</sup> Cf. h. Cer. 475 sq. — <sup>3)</sup> Xen. Hell. VI 3 § 6. — <sup>4)</sup> Xen. Conv. 3 § 14, 4 § 48. — <sup>5)</sup> Plat. Cratyl. 384c Xen. Mem. II 10.

50 ἄλλ' ἀθάνατος. ὁ γὰρ ἴ' Ἀμφίθεος ἴ' Δήμητρος ἦν  
καὶ Τριπολέμου, τούτου δὲ Κελεὸς γίγνεται,  
γαμῆ δὲ Κελεὸς Φαιναρέτην τήθην ἐμὴν,  
ἔξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ', ἐκ τούτου δ' ἐγὼ  
ἀθάνατος εἰμ'. ἐμοὶ δ' ἐπέτρειπαν οἱ θεοὶ  
σπονδὰς ποιῆσαι πρὸς Λακεδαιμονίους μόνω.

47. Corruptum esse textum testantur numeri, quoniam adiectivum ἀθάνατος etiam apud comicos (e. g. Av. 1224), ut apud Homerum tragicosque, syllabam initialem habet productam, ita ut in lectione tradita tres deinceps syllabae crearent ietu (— / — / — / — / — / — /). Quod metri vitium redit in codd. (Ach. 928) Nub. 663 Pac. 246 Av. 108 Thesm. 285 Eccl. 315 Plut. 1011. Nostro loco Elmsley numeros sanabat ἀθανάτος γ' scribendo; sed gravius latere mendum, Amphithēi enim nomen ab hoc versu esse alienum, observavit Meineke. Equidem ut ostendam quid fere requiri mihi videatur, propono \*πρόγοιτος.

51. ἀθάνατος] Ἀμφίθεος Halbertsma vix recte; vid. commentarius.

52. ποιῆσαι Elmsley] ποιῆσθαι codd., quod ferri nequit, nam ut solus sibi (privatim) cum Lacedaemoniis pacisceretur Amphithēus ex aerario publico pecuniam poscere non potuit; itaque urgendum non videtur argumentum, quod indicat mihi amicus Hartman, μόνον adiectivum in lectione vulgata aliquanto aptius subiungi (ut vs. 131 et 290). Vitium redit vs. 58 et 131; cf. Pac. 212.

τὰς διατριβὰς ποιουμένη<sup>1)</sup>, qui *Lycini* nomine ideo iocose nunc designatur, familiariter utebatur; huius igitur filius spiritualis dici poterat, quapropter eius avia nunc vocatur *Phaenarete*, Socratis mater, quam *μαίας* functam esse officio nemo ignorabat qui ipsum nosset Socratem<sup>2)</sup>, ipsis igitur fati designata cuius proli annumeraretur vir „*satus Mercurio*” ὄν τέκε *Μαῖα*<sup>3)</sup>. Hic igitur vates instigante numine in concionem nunc irrui ut belli statuat finem, in paucis aptus ad pacem inter utramque civitatem conciliandam, erant enim eius familiares Sparta proxeni<sup>4)</sup>.

— οὐκ ἄνθρωπος] praeco non pro no-

mine proprio sed pro adiectivo habens illud ἀμφίθεον<sup>5)</sup> *immortalem* intellegit, itaque „*Non homo igitur es?*” rogat.

47. ἀθάνατος] vid. ad Ran. 629.

50 sq. ἐκ τούτου δ' ἐγὼ | ἀθανάτος εἰμι] agnoscere mihi videor Socratis τοῦ ἀθανατίζοντος; deque animi post mortem conditione multa disputantis irrisionem<sup>6)</sup>.

51. ἐπέτρειπαν] vid. ad Ran. 529.

52. σπονδὰς ποιῆσαι] in conviviis ὁ τραπέζοποιός, i. e. is cui cura instruendae mensae est mandata, ποιῆ τὰς σπονδὰς<sup>7)</sup>, *libationes parat*; convivae autem τὰς σπονδὰς ποιοῦνται sive σπένδουσι, *libant*. Translato vero verbi sensu σπονδὰς ποιῆσαι dicitur is qui efficit ut foedus fiat,

<sup>1)</sup> Plat. Euthyphr. initio. — <sup>2)</sup> Cf. Prolegom. Nub. p. XXXI sqq. Nub. 137 Plat. Theat. 148 e. — <sup>3)</sup> Amphithēi nomen ingeniosissime sic expedit Müller Strübing Aristoph. p. 697, cuius explicationi quod deerat — *Lycini* enim nomen non satis intellegere se illic profitetur — supplevit Hartman. Simillimo autem ioco *Dosiadem*, qui e *Lycō* Rhegino sapiebat, *Lycidam* vocavit Theocritus in Idyllio VIIo, si verum vidit vWilamowitz. — <sup>4)</sup> Vid. Xen. Hell. I. I. (VI 3 § 4). — <sup>5)</sup> Similia sunt ἰμίδεος; et ἀμφιθαλής; (Av. 1737). De huiusmodi autem iocis vid. ad Vesp. 84 et 401. — <sup>6)</sup> Vid. Nub. Prolegom. p. XXXI sqq. — <sup>7)</sup> Antiphan. fr. 152.

ἀλλ' ἀθάνατος ὢν, ὃ ἄνδρες, ἐφόδι' οὐκ ἔχω·  
οὐ γὰρ διδώσιν οἱ πρυτάνεις.

ΚΗΡΥΞ.

οἱ τοξόται!

(Accurrunt sagittarii, qui correptum Amphitheum abducunt.)

ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

(dum abducitur:)

55 ὃ Τριπτόλεμε καὶ Κελεέ, περιόψεσθέ με;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὃ ἄνδρες πρυτάνεις, ἀδικεῖτε τὴν ἐκκλησίαν  
τὸν ἄνδρ' ἀπάγοντες, ὅστις ἡμῖν ἤθελε  
σπονδὰς ποιῆσαι καὶ κρεμάσαι τὰς ἀσπίδας.

ΚΗΡΥΞ.

κάθησο σῖγα.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὐ,

58. ποιῆσαι] ποιῆσθαι R; cf. vs. 52.

59. σῖγα] σῖγα codd. quidam, fortassé recte (cf. vs. 64, 123 Vesp. 905 etc.).  
Certum est σῖγα vs. 238.

διαλλάξαι, *pacem conciliare* 1); σπονδὰς ποιήσασθαι autem, ut διαλλαγῆναι, est eorum qui *foedus ineunt* 2).

54. De civibus verba coram populo facere iussu magistratum vi prohibitis vid. ad Eq. 655.

— οἱ τοξόται!] sagittarii olim trecenti, dein sexcenti fuerant numero, nunc sunt mille ducenti 3), in Areopago excubantes. Quorum ope cavebatur ne quid in concionibus aliasve in urbe turbaretur 4); servi autem erant et barbari aut omnes aut fere omnes, et Σκύθαι saepe vocabantur 5). Hinc τοξότης, quod honorificum olim fuerat epitheton, — Hercules enim

et Philoctetes et Ulixes et ipse adeo Apollo arcu inclaruerant, — Atheniensibus in probris erat 6), quoniam idem fere sonabat quod *barbarus* vel *mancipium* 7).

55. Cf. Vesp. 438 sq. et de verbo περιόρῶν τινα vid. ad Nub. 124.

58. σπονδὰς ποιῆσαι] vid. ad vs. 52.

— κρεμάσαι τὰς ἀσπίδας] vid. ad vs. 279.

59. κάθησο σῖγα] *in sede tua facilis remane*. Versu vero 123 κάθιζε *conside* dicitur ad stantem. — Ne turbas faciat Dicaeopolidem admonet praeco.

— μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὐ] vid. ad Nub. 732.

1) Item vs. 58, 131 Pac. 212 Thucyd. V 32 § 5 etc., εἰρήνην ποιῆσαι Pac. 1199. — 2) Vs. 268 Av. 1599 Lys. 154, 951, 1006 Thesm. 1161, εἰρήνην ποιῆσθαι Xen. Hell. VI 3 § 5 Lys. XIII § 47. — 3) Aeschin. II § 174. — 4) Vid. ad Eq. 665. — 5) Lys. 451, 455 Thesm. 1026 etc. — 6) Ut nostrum *rakker*. — 7) Vid. infra vs. 704, 707, 711 Soph. Ai. 1120 Eur. Herc. 159 sqq.



60 ἦν μὴ περὶ εἰρήνης γε πρυτανεύσῃτέ μοι.

KHPTE.

οἱ πρόσβεις οἱ παρὰ βασιλέως.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ποίου βασιλέως; ἄχθομαι ἐγὼ πρόσβεισι  
καὶ τοῖς ταῶσι τοῖς τ' ἀλαζονεύμασιν.

60. πρυτανεύσῃτε] -εύσῃτε Meineke. Aoristus certus est locis simillimis Av. 440 Thesm. 270.

61. οἱ — βασιλέως R] οἱ παρὰ βασιλέως πρόσβεις complures.

62. (ε)γὼ R] γὰρ codd. nonnulli, τοῖς Brunck.

60. περὶ εἰρήνης] vid. ad Eq. 669.  
— πρυτανεύσῃτε] id quod *χρηματίσῃτε* <sup>1)</sup>;  
significat igitur nunc *permittere alicui*  
*ut cum populo de aliqua re agat* <sup>2)</sup>.

62. ποίου βασιλέως;] vid. ad Ran. 529.  
63. τοῖς ταῶσι] pavonis <sup>3)</sup> nomen ita  
scribendum esse docet Tryphon <sup>4)</sup>, in-  
ternus autem vocis spiritus e gutturali  
consona prodiit; nam apud Indos, unde  
oriundum est avium hoc genus, *cikhi*  
nomen habent, quod apud Phoenices in  
*tukki* abiit <sup>5)</sup>. Quinto saeculo ante Chr.  
Graecis innotuerunt; quo tempore Sami  
in Iunonis templo ali coepti sunt pavones,  
hinc autem aetate Periclis, anno  
fortasse 440, cum debellata esset Samus,  
Athenas aliquot sunt translati. Stupe-  
bant tunc Athenienses aves splendide  
pietas, quibus nihil simile praebebat  
Europa, et perinde atque gallos colchicos  
<sup>6)</sup> inter naturae prodigia habebant.  
Mox autem civis quidam Atheniensis,  
cui *Pyrilampes* nomen erat, in aviario  
pavones alere coepit, et fuit in scena

comica qui perhiberet vel fingeret Periclem — huic enim Pyrilampes ab amicis erat — hisce avibus dono datis mulierum ingenuarum sibi conciliare amores <sup>7)</sup>. Quod regale profecto erat donum, centum enim minis pavonum par tunc temporis aestimabatur <sup>8)</sup>. Pyrilampis dein filius *Demus* <sup>9)</sup> per multos annos pretiosissimas illas aves aluit, et noviluniis <sup>10)</sup> aviarium suum visentibus spectandum praebebat <sup>11)</sup>. Per saeculum autem fere totum pavones insano pretio sunt aestimati, ut Alexidis quidam locus testatur <sup>12)</sup>; dein vero nimis cito eorum honor decrevit et „ipsis cothurnicibus frequentiores” dici mox potuerunt <sup>13)</sup>. Nostro loco propter Pyrilampem fortasse fit pavonum mentio, hic enim legatus in Persiam aliquando est missus <sup>14)</sup> eiusque filius Demus aureum poculum a Persiae regis dono accepit <sup>15)</sup>. Sed nihil hac de re constat, veros autem pavones in scenam secum adducere legatos, aut vestes gerere pen-

<sup>1)</sup> Sic recte scholion interpretatur. Cf. Aeschin. I § 23 [Aristot.] Rep. Ath. 43 § 6 etc. — <sup>2)</sup> Verbo etiam Demosthenes XV § 3 ita utitur. — <sup>3)</sup> Quae de hoc avium genere apud veteres inveniuntur composuit Helm Culturpf. <sup>4)</sup> p. 286 sqq. — <sup>4)</sup> Athen. 397 e. — <sup>5)</sup> I Reg. 10 § 22. — <sup>6)</sup> Vid. ad Nub. 109. — <sup>7)</sup> Vid. Plat. Pericl. 13. — <sup>8)</sup> Teste Antiphonte apud Ael. Hist. Anim. V 21, ubi pro *σαρχμῶν μυρίων* alii legunt *χιλίων* (MI mille). — <sup>9)</sup> Vid. Vesp. 98. — <sup>10)</sup> Quo spectare Eupolidis comœdiam *Νουμηνίας* hoc anno scenae commissam nimis incerta est Rankii (Vit. Arist. p. 374) coniectura. — <sup>11)</sup> Vid. Antiphon apud Athen. 397 e, d. — <sup>12)</sup> Alex. fr. 123. — <sup>13)</sup> Vid. Antiphon. fr. 205 apud Athen. 654 e. — <sup>14)</sup> Plat. Charmid. 158 a. — <sup>15)</sup> Lys. XIX § 25.



## ΚΗΡΥΞ.

σίγα.

(Legati e Persia reduces cum crebris pedissequis splendido vestiti  
a parte dextra prodeunt.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

βαβαιάξ! ὦ Ἐκβάτανα, τοῦ σχήματος!

## SCENA TERTIA.

Dicaeopolis, Praeco, unus e Legatis.

## ΠΡΕΣΒΥΣ.

65 ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν,  
μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας,  
ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(secum:)

οἴμοι τῶν δραχμῶν!

## ΠΡΕΣΒΥΣ.

καὶ δῆτ' ἐτροχόμεσθα παρὰ Καῦστριον

68. παρὰ Καῦστριον | ποταμὸν Blaydes coll. Herodot. V 100 et scholii verbis] διὰ  
(παρὰ R) τῶν Καῦστρίων | πεδίων codd., παρὰ Καῦστριον | πεδίων Dindorf. Quod Blaydes  
praeterea coniecit -μεσθ' ἀνά τὸ Καῦστριον πεδίων (coll. Xen. Anab. VII 4 § 2) a  
comici dictione alienum est, qui lyricis tantum locis (Av. 1265 Ran. 326, 441)  
praepositionem ἀνά ita usurpavit. *Caystri pedium* urbis Phrygiae nomen apud Xen.  
Anab. I 2 § 11 hinc est alienum.

nis pavoninis ornatas quibusve pavónum |  
figurae sint intextae, non est cur in |  
animum nobis inducamus, cum praesertim |  
persica haec non sit avis. Sed ταῖς |  
homines *iaculantes, nugatores* nunc dicuntur, |  
ἀλαζόνες<sup>1)</sup> sive φλύαροι, quibuscum |  
οἱ ταῖς coniuncti inveniuntur in Strat- |  
tidis versiculo: πολλῶν φλυάρων καὶ ταῶν |  
ἀντάξια<sup>2)</sup>.

— ἀλαζονεύμασιν] vid. Ran. 909.

64. βαβαιάξ] vid. ad Eq. 1.

— ὦ Ἐκβάτανα] vid. Eq. 1088 sq.

— τοῦ σχήματος!] vid. Vesp. 161.

67. *Euthymenes* duodecimo abhinc |  
anno archon fuit<sup>3)</sup>; itaque plus quam |  
talentum singuli hi legati per annos |  
illos meruerunt. Sed non certae res nunc |  
respiciuntur, immo fictam esse totam |  
hanc legationem ipsa poetae verba claro |  
ostendunt; perridicule autem et cetera |  
cuncta quae legatus refert ultra quam |  
credibile est sunt aucta et temporis |  
spatium, per quod in Persia commora- |  
tum se dicit.

— τῶν δραχμῶν!] vid. Vesp. 161.

68 sq. Cuiusmodi fuerint illae aeru-

<sup>1)</sup> Cf. vox quae sequitur ἀλαζονεύματα. — <sup>2)</sup> Stratt. fr. 27. — <sup>3)</sup> Ol. LXXXV, 4 = 437/6.

71) ποταμῶν ὄδοιπλανοῦντες ἐσκηνημένοι,  
 ἐφ' ἄρμαμαξῶν μαλθακῶς κατακείμενοι,  
 ἀπολλύμενοι.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

σφόδρα γὰρ ἐσφῆζόμην ἐγὼ  
 παρὰ τὴν ἔπαλξιν ἐν φορυτῷ κατακείμενος.

70. Dicaeopolidi dat Reiske.

71. γὰρ] τῷ Mehlher.

mnae, quae Susa iter per viam regiam facientibus essent exantlandae, ex Herodoto <sup>1)</sup> satis novimus; qui „σταθμοί τε” inquit „πανταχῇ εἰσι βασιλῆιοι καὶ καταλύσεις κἀλλισται, διὰ οἰκιομένης τε ἢ ὁδοῦ ἅπανα καὶ ἑσφαλῆος”, multusque dein est in ὁδοῦ illius βασιλῆιῆς laudibus. Ex Xenophontis autem Anabasi probe cognitae habemus crebras huius viae stationes, quae quinis fere horis inter se distabant. Et in Caystirii quidem planitie, quae Ephesum Sardesque intercedit, minus etiam quam per Asiae interiora molestum erat iter; neque longa via defessi sed a maris littore recentes erant legati, dum ad illius fluminis ripas curru vehebantur. Itaque „ἐτροχόμεσθα ὄδοιπλανοῦντες;” quo iure dicat hic homo de itinere, quod neque molestias neque errandi occasiones habere potuerit, nullus aut nunc lector non intellegit aut olim intellexit spectator.

70. Persica carpenta mollibus stratis erant instructa et a solis ardore coelive intemperie protegabant itinerantes; quapropter σκηνῆς τροχηλάτους ea dicit Aeschylus <sup>2)</sup>. Graecos autem vix scire quid

essent σφῶματα et ὑποστρωγνῆναι ipsi Persae autumabant <sup>3)</sup>. Itaque hominibus, qui domi concionantes in nuda Phycis rupe sedere solerent <sup>4)</sup>, per patriae autem saltus iter facientes suis pedibus uterentur vel in iumentis dorso iactarentur, somnus et requies videri debuit huiusmodi iter per latas stratasque Persiae vias. Ad dictionem quod adinet, conferri possunt Theopompi versiculi: ἐπίνομεν μετὰ ταῦτα... | κατακείμενοι μαλακώτατ', ἐπὶ τροκλινίῳ | Τελαμῶνος οἰμώζοντες ἀλλήλοισι μέλη <sup>5)</sup>.

71. γὰρ] ironice dictum, scilicet <sup>6)</sup>.

— ἐσφῆζόμην] ioculariter hoc τῷ ἀπόλλυσθαι opponit Dicaeopolis <sup>7)</sup>.

72. Sic in Pace <sup>8)</sup> chorus agricolarum: πολλὰ γὰρ ἀνεσχόμην πράγματά τε καὶ σιβάδας, vid. etiam Chionidis <sup>9)</sup> versiculi: πολλοὺς ἐγὼ οἶδα καὶ κατὰ σέ νεανίας | φρουροῦντας ἀτεχνῶς καὶ ἐν σάμακι <sup>10)</sup> κοιμωμένους.

— παρὰ τὴν ἔπαλξιν] Atheniensium copiae bello ineunte constabant e tredecim milibus armatorum sedecimque millibus inquilinorum et civium vicenariis minorum vel quinquagenariis maiorum <sup>11)</sup>, quibus castella Attica et ipsa urbis moenia

<sup>1)</sup> Herodot. V 52. — <sup>2)</sup> Pers. 1001. Vid. etiam Plut. Them. 22: Persarum mulieres iter facientes ὑπὸ σκηνῆς κύκλω περιπεφραγμέναις ἐπὶ τῶν ἄρμαμαξῶν ὄχουνται. — <sup>3)</sup> Vid. Plut. Artax. 22. — <sup>4)</sup> Eq. 783 sqq. — <sup>5)</sup> Theopomp. fr. 64. Adiectivum μαλ(θ)ακός etiam Av. 122 ita est adhibitum. — <sup>6)</sup> Nos: zeker (Ik had het zeker erg best...!). Vid. Nub. 1366. — <sup>7)</sup> Conferri potest εὐδαμονεῖν Eq. 175, ἀπολαθεῖν Av. 177, 1358. — <sup>8)</sup> Pac. 347. — <sup>9)</sup> Chionid. fr. 1. — <sup>10)</sup> I. e. in manipulo, stroovisch. — <sup>11)</sup> Lyc. Leocrat. § 39 Aeschin. § 23 sq.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ξενιζόμενοι δὲ πρὸς βίαν ἐπίνομεν  
 ἐξ ὑαλίνων ἐκπωμάτων καὶ χρυσίδων  
 ἄκρατον οἶνον ἡδύν.

75

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

ὦ Κραναὰ πόλις,  
 ἄρ' αἰσθάνει τὸν κατάγελων τῶν πρέσβεων;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

οἱ βάρβαροι γὰρ ἄνδρας ἡγοῦνται μόνους  
 τοὺς πλεῖστα δυναμένους φαγεῖν τε καὶ πιεῖν.

73. δὲ] γὰρ R.

78. φαγεῖν Morell] καταφαγεῖν codd. metro et sententia inivitis, requiritur enim simplex; cf. Theophil. fr. 3: ἀνδρῶν ἀπάντων πλεῖστα δυνάμενος φαγεῖν, Pherecrat. fr. 108<sup>32</sup> Simonid. fr. 131 etc.

credebantur tutanda. Hi sunt quos τοὺς ἐν τοῖς φρουρίοις καὶ τοὺς παρ' ἐπαλξιν | dicit Thucydides <sup>1)</sup>. Dicaeopolidem autem e senioribus fuisse fabula ipsa docet, vocatur enim γέρων <sup>2)</sup> et πρέσβυς <sup>3)</sup>, et adulta ei est filia <sup>4)</sup>.

— ἐν φορητῷ] in stramento! <sup>5)</sup>.

73. πρὸς βίαν ἐπίνομεν] id quod ἴσον τῷ διψῆν κακὸν vocat nescio quis apud Sophoclem <sup>6)</sup>, sed qui aliquanto magis φίλοινο; erat Alcaeus laetissima aliquando occasione oblata nunc est bibendum! exclamavit <sup>7)</sup>, νῦν χρῆ μεθύσθην καὶ τινα πρὸς βίαν | πῶνην, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλο;! <sup>8)</sup>.

74. χρυσίδων] aurea rocula (φιάλαι) sic |

dicuntur <sup>9)</sup>, quemadmodum *argentea* ἀργυρίδες audiebant <sup>10)</sup>.

75. ἄκρατον οἶνον] quod erat barbarorum — vel heluonum <sup>11)</sup>.

— ὦ Κραναὰ πόλις] priscum Atheniensium nomen Κραναοὶ erat <sup>12)</sup> arcisque ἡ Κραναὰ, i. e. *Rupes* <sup>13)</sup>.

76. τὸν κατάγελων] *irrisionem*. Vox rarior <sup>14)</sup>, quacum cf. καταχρήνη <sup>15)</sup>.

77 sq. Cf. Isocratis verba <sup>16)</sup>: ὄρων γὰρ ὑμᾶς τούτους μόνους ἄνδρας νομίζοντας τοὺς ἀπειλοῦντας καὶ τοὺς ἐμπορεύσαστας τίς ἄλλας πόλεις κτέ., vel Euripidis: τοὺς περισοῦς καὶ τι πρῶσσοντας πλέον | τιμῶμεν ἄνδρας τ' ἐν πόλει νομίζομεν <sup>17)</sup>. Praeterea vid. ad Nub. 823.

<sup>1)</sup> Thucyd. II 13 § 6, vid. etiam VII 28 § 2. — <sup>2)</sup> Vs. 397. — <sup>3)</sup> Vs. 1228. — <sup>4)</sup> Vs. 244 sqq. — <sup>5)</sup> Vox redit vs. 927. — <sup>6)</sup> In satyrico, fr. 701. — <sup>7)</sup> Apud Athen. 430 c. — <sup>8)</sup> Vox πρὸς βίαν (*op kommando, met geweld, uit dwang*) apud nostrum redit Vesp. 443, 1080 Lys. 163 Ran. 1457 Eccl. 467, 471. — <sup>9)</sup> Item Pac. 425 Cratin. fr. 124. — <sup>10)</sup> Pherecr. fr. 129. — <sup>11)</sup> Vid. ad Eq. 1187 sq. — <sup>12)</sup> Vid. Av. 123 Herodot. VIII 44 Aesch. Eumen. 1011. — <sup>13)</sup> Item Lys. 480 Pind. Ol. VII 151 Κρανααῖς ἐν Μθάναις, Hom. h. Cer. 357 Ἐλευσίνος Κραναῶν πολιεθρον etc.; apud Homerum insulae nomen proprium est Κραναῖ. — <sup>14)</sup> Redit vs. 1126 Aesch. Agam. 1264 Plat. Criton. 45 c etc.; vid. etiam infra vs. 606. — <sup>15)</sup> Vesp. 575. — <sup>16)</sup> Isocr. XV § 121. — <sup>17)</sup> Eur. fr. 786.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(itom:)

ἡμεῖς δὲ λαικαστάς τε καὶ καταπύγονας.

## ΠΡΕΣΒΥΣ.

80

ἔτει τετάρτῳ δ' εἰς τὰ βασιλεί' ἤλθομεν  
 ἀλλ' εἰς ἀπόπατον ὄχητο, στρατιὰν λαβῶν,  
 καὶ ἔχεξεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσοῦν ὀρῶν.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(itom:)

πόσου δὲ τὸν προικτὸν χρόνου ξυνήγαγεν;  
 τῇ πανσελήνῳ;

## ΠΡΕΣΒΥΣ.

καὶ τ' ἀπῆλθεν οἴκαδε.

79. τε] γε Elmsley, fortasse recte, sed propter praecedentis versus particulas τε καὶ praestat nihil mutare.

80. τὰ βασιλεί] propter versum sequentem nescio an praestet \*βασιλείως.

84. τῇ πανσελήνῳ;] Dicaeopolidi continuavit Elmsley interrogationis signo addito, non enim praeconem colloqui cum Dicaeopolide; in codd. legati totus est versus.

79. λαικαστάς] vid. ad Eq. 167.

80. Revera non trium annorum sed trimestre hoc erat iter, si quis modice festinaret: ἐν Σαρδίων στάδιά ἐστι εἰς τὰ βασιλῆα τὰ Μεμόνια καλεόμενα <sup>1)</sup> πεντακόσια καὶ τρισχίλια καὶ μύρια... πενήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν στάδια ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ διεξίωσαι <sup>2)</sup> ἀναισιμούνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα <sup>3)</sup>. Similis igitur horum legatorum est impudentia atque Nicomachi illius, qui ἀντὶ τετάρων μνῶν ἐξέτη τὴν ἀρχὴν ἐποίησατο <sup>4)</sup>.

81. ἀπόπατον] proprie *secessum* valet et ἀποπατεῖν *secedere* <sup>5)</sup>; hinc, ut ἄροδος <sup>6)</sup>, nomen est honestum loci quo quis secedit ad ventrem exonerandum.

— στρατιὰν] vid. ad Vesp. 354.

82. Conferri potest versus vix minus ridiculus Eccl. 808.

— ἐπὶ χρυσοῦν ὀρῶν] *in Persarum montibus qui esse perhibentur aurei* <sup>7)</sup>. Aurea omnia Graecis erant in longinqua illa Ecbatanorum Susorumque regione <sup>8)</sup>, quam qui obtineret ἤδη τῷ Διὶ πλούτου πέρι ἐρίζειν posse <sup>9)</sup> videbatur <sup>10)</sup>. Auream illam Xerxis platanum <sup>11)</sup> in memoriam nobis revocant scholia.

83. πόσου] *intra quantum temporis spatium* <sup>12)</sup>, *τίνος χρόνου* <sup>13)</sup>.

— ξυνήγαγεν] festive adhibitum esse *cogendi* sive *claudendi* verbum, nam ξυνάγεισθαι etiam στρατὸν, observant scholia.

84. τῇ πανσελήνῳ;] negligentior est horum verborum structura; nam dicere

<sup>1)</sup> Priscam Susorum arcem regiam. — <sup>2)</sup> Quod spatium homo expeditus quinque horis haud difficulter conficit *pedibus*. — <sup>3)</sup> Herodot. V 53. Item Xen. Ages. 1 § 10. — <sup>4)</sup> Lys. XXX § 2. — <sup>5)</sup> Cf. πάτος *via* Hom. Z 202, *περιπατεῖν obambulare*. — <sup>6)</sup> Eccl. 1059 etc., cf. germ. *abtritt*, *abort*. — <sup>7)</sup> Plaut. Stich. I 1, 22. — <sup>8)</sup> *El dorado*. — <sup>9)</sup> Quod in proverbio fuisse de incredibilibus opibus apparet coll. Hom. δ 78. — <sup>10)</sup> Herodot. V 50. — <sup>11)</sup> Herodot. VII 27 Xen. Hell. VII 1 § 38. — <sup>12)</sup> Vid. ad Eq. 1079. — <sup>13)</sup> Eur. Or. 1211.

85

εἶτ' ἐξένιξε, παρετίθει δ' ἡμῖν ὄλους  
ἐκ κριβάνου βοῦς.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

καὶ τίς εἶδε πώποτε

βοῦς κριβανίτας; τῶν ἀλαζονευμάτων!

ΠΡΕΣΒΥΣ.

καὶ καὶ μὰ Δί' ὄρνιν τριπλάσιον Κλεωνύμου

85. παρετίθει 9' Athen. 130 f] καὶ παρετίθει R, παρετίθει δ' cett., παρατιθείς Cobet.

vult rusticus: *pleniluniumne ille expectavit priusquam...cogeret?* — Lacedaemoniis revera morem fuisse ut plenilunium expectarent priusquam „coactis copiis” expeditionem inirent, observant scholia.

85. παρετίθει] vid. ad Eq. 52.

86 sq. Simile exaggerationis comicae exemplum Demetrius in libro de Elocutione <sup>1)</sup> cum nostro loco componit: ὅτι Μηδόκης ὁ βασιλεὺς (Odrysarum) βοῦν ἔφερον ὄλον ἐν γνάθῳ, et piscem tota Creta insula maiorem commemorat fusque describit scurra aliquis apud Ephippum <sup>2)</sup>. Sed aliquanto festiviora sunt nostri legati verba, qui ridicula quidem iactat, non tamen plane absurda quaeve in rerum natura esse omnino nequeant. Immo οἱ εὐδαιμόνες τῶν Περσῶν βοῦν καὶ ἵππον καὶ κάμηλον καὶ ὄνον προτιθέαται ὄλους ὀπτῶς ἐν καμῖνοισι, οἱ δὲ πένητες τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων — quae Herodoti verba <sup>3)</sup> in mente nunc habet Aristophanes <sup>4)</sup>, nec non postea habuisse videtur Antiphanes, apud quem Asianus

homo Graecos irridens <sup>5)</sup> τί δ' ἄν inquit Ἕλληνες μικροτάπεινοι | φυλλοτρῶγες δάσσιαν, ὅπου | τέταρα λήψει χρεία μίγρ' ὄβολου. | παρὶ δ' ἡμετέροις προγόνοισιν ὄλους | ὀπτῶσιν βοῦς, ἐλάφους, ἄρνας | τὸ τελευταῖον δ' ὁ μάγειρος ὄλον | τέρας ὀπτήσας μεγάλῳ βασιλεῖ | θεομῆν παρέθηκε κάμηλον <sup>6)</sup>. Erat autem in proverbio μηδικὴ τράπεζα <sup>7)</sup> ἐπὶ τῶν πολυτελῶν καὶ ἄβρων <sup>8)</sup>, et apud Polyaeum <sup>9)</sup> legi potest quantum ciborum in mensam illam quotidie requiretur. Inter Graecos vero in *furno* <sup>10)</sup> non cameli bovesve assabantur <sup>11)</sup> sed *ρανιούλι*; ἄρτους κριβανίτας probe norant <sup>12)</sup>, βοῦς κριβανίτης; merum iis videbatur mendacium, itemque βοῦς ἀπηνθηρακισμένος <sup>13)</sup>, nam ἐπηνθηρακίδες iis non boves erant sed *πισιούλι* <sup>14)</sup>.

86. καὶ] vid. ad Nub. 210.

— τίς εἶδε πώποτε] vid. Nub. 1061 et ad Nub. 386.

87. τῶν ἀλαζονευμάτων!] vid. ad Vesp. 161.

88. De *Cleonymo* vid. ad Nub. 353. Apud Pherecratem commemoratur *περι-*

<sup>1)</sup> Rhetor. Graec. III p. 290 et 298 Spengel. — <sup>2)</sup> Ephipp. fr. 5. — <sup>3)</sup> Herodot. I 133. — <sup>4)</sup> Sedulo eum cum aequalibus suis Herodotum lectitasse, etiam in Avibus fabula passim apparet; praeterea vid. infra ad vs. 524 sqq. — <sup>5)</sup> Antiph. fr. 172. — <sup>6)</sup> Etiam Alexidis fr. 62 fortasse huc pertinet. — <sup>7)</sup> *Persici apparatus* Hor. Od. I 38,1. — <sup>8)</sup> Diogenian. VI 37. — <sup>9)</sup> Polyae. IV 3 § 32. — <sup>10)</sup> Vesp. 1153. — <sup>11)</sup> *Porcelli* furno impositi apud Aeschylum (fr. 321), in satyrico igitur, fiebat mentio. — <sup>12)</sup> Qui tragico stilo descripti sunt apud Antiph. fr. 176; vid. praeterea infra vs. 1123 Plut. 765 fr. 125. Similia sunt nomina ἄρτος ἰπνίτης, ἰσχαρίτης, σποδίτης, ἀποπυρίτης, ζυμίτης, χονδρίτης (Athen. 109 b sqq.). — <sup>13)</sup> Ran. 506. — <sup>14)</sup> Vid. ad Eq. 645.



παρέθηκεν ἡμῖν ὄνομα δ' ἦν αὐτῷ φέναξ.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

90 ταῦτ' ἄρ' ἐφενάκιζες σύ, δύο δραχμὰς φέρων.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

καὶ νῦν ἄγοντες ἤγομεν Ψευδαρτάβαν,  
τὸν βασιλέως Ὀφθαλμόν.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

ἐκκόψειέ γε

91. ἄγοντες ἤγομεν] ἤκοντας ἄγομεν R, qui error est apertus sed notatu dignus.

στέρμον ὁμοῖον Κλεισθένει<sup>1)</sup>, sed illius loci ignoratur contextus.

89. *Avis φέναξ*, cuius nomen *phoenicem orientis* alitem celeberrimum<sup>2)</sup> in mentem revocat audientibus, in patria τοῦ κομπολακῦθου<sup>3)</sup> et τοῦ ἱππαλεκτρύονος<sup>4)</sup> quaerenda est. De vero autem vocis φένακος et verbi φενακίζειν sensu vid. ad Ran. 909.

90. ταῦτ' ἄρα] non est obiectum verbi φενακίζειν, sed *hanc igitur ob causam* valet; vid. ad Nub. 319.

— ἐφενάκιζες] de imperfecti usu vid. ad Vesp. 183.

91. Simillimus est versus Euripidis: *Ἐθρυσθέα σοὶ τόνδ' ἄγοντες ἤγομεν*<sup>5)</sup>, quod mero tamen casu tribuendum. Notatu autem dignissimum est id quod observavit Hartman, loco nostro simillima esse quae de Iphicrate narrantur apud Polyaeum: Ἰφικράτης, ἐν ἀπορίᾳ χρημάτων τῶν στρατιωτῶν θορυβούντων καὶ κοινῇ ἐκκλησίᾳ αιτουμένων, ἀνδρας ἐμπείρους τῆς Περσίδος γλώττης στολὰς Περσικὰς ἐνδύσας

προσέταξε πλῆθους; τῆς ἐκκλησίας ἐπιφανῆσαι, καὶ παρελθόντας ἀγγέλλειν βαρβαριστί: ἠπλησίον οἱ τὰ χρήματα κομίζοντες ἡμεῖς δὲ προουπέμφθημεν τοῦτο σημαίνοντες. ταῦτα μνησάντων οἱ στρατιῶται διέλυσαν τὴν ἐκκλησίαν<sup>6)</sup>. Iphicrates autem si et revera et primus hac fraude est usus<sup>7)</sup>, ex Aristophane fortasse eam desumpsit<sup>8)</sup>.

— Ψευδαρτάβαν] fictum esse hoc nomen neminem latet, recte autem in scholiis observatur *Artabanī* nomen fuisse Persicum et ἀρτάβην mensuram Persicam<sup>9)</sup>; quae paullo plus capiebat quam medimnus Atticus<sup>10)</sup>. Et comicum cum nomen hoc fingeret illam mensuram cogitasse collato versusu 103 satis apparet. Fortasse autem praeterea *Artaphernis* nomen in memoriam revocare voluit spectatoribus<sup>11)</sup>.

92. Regis familiares quidam, quibus maxime confidebat, eius *Oculi* et *Aures* nomen habebant. Sic Xenophon<sup>12)</sup> commemorat τοὺς βασιλέως καλουμένους ὀφθαλ-

<sup>1)</sup> Therecr. fr. 135. — <sup>2)</sup> Herodot. II 73. — <sup>3)</sup> Vid. vs. 589. — <sup>4)</sup> Vid. ad Ran. 932. — <sup>5)</sup> Heracl. 929. — <sup>6)</sup> Polyaeus. III 9 § 59. — <sup>7)</sup> Nam „in cap. 9 erhalten wir eine ganze reihe abschnitte, welche eben so gut von jedem andern söldnerführer erzählt werden können und zum theil auch erzählt werden. Iphikrates ist eben das urbild des söldnerführers“ (IMelber Suppl. band Fleckeis. Jahrb. 1885 p. 567). — <sup>8)</sup> Sic Pacis initio nimis similia Polyaeus habet VII 22. — <sup>9)</sup> Primitus Aegyptiam, *ortob*. — <sup>10)</sup> Herodot. I 192. Polyaei loco quem ad vs. 86 sq. attuli, singulorum ciborum mensurae artabis sunt indicatae. — <sup>11)</sup> Vid. Prolegom. p. XVIII. — <sup>12)</sup> Cyr. VIII 2 § 10.



κόραξ πατάξας — τόν τε σὸν τοῦ πρέσβεως.

ΚΗΡΥΞ.

ὁ βασιλέως Ὀφθαλμός.

(Pseudartabas comitantibus duobus eunuchis a parte dextra procedit. Ridicule est ornatus, unum autem eumque ingentem habet oculum in media fronte, sub quo longa dependet barba more barbaro plexa.)

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

ὦ ἄναξ Ἡράκλεις!

95 πρὸς τῶν θεῶν, ἄνθρωπε, ναύφαρκτον βλέπεις!

93. πατάξας] om. R. || τε A] γε R cett.

95. Corruptus esse videtur hic versus, fortasse etiam contextus; nam nisi legatur *τί πρὸς θεῶν, ἄνθρωπε* vel: *πρὸς τῶν θεῶν, τί οὕτω*, sequentia apte subiungi nequeunt. Sed gravius etiam displicet quod *navis* vox, cui assimilatur Pseudartabas, deest. Intellegerem \**ναῦς σταθμὸν βλέπεις; navisne es stationem spectans (= pelens)?* Reicio quod in mentem venit *ναῦς φρυκτὸν*. || *ναύφαρκτον* Phot.] *ναύφαρκτον* codd.

μοῦ; καὶ τὰ βασιλέως ὄτα, Aeschylus <sup>1)</sup> Xerxis πιστὸν πάντ' ὀφθαλμὸν, quales viri alias apud eundem <sup>2)</sup> βασιλῆς δίοιοι <sup>3)</sup> audiunt <sup>4)</sup>. Festive autem comicus nomine, quod orientis dictio ornata peperit, ita est usus, ut novum quendam Polyphemum induceret, cuius personam oculus ingens habet fere totam.

92 sq. *ἐκκόψει γέ κτε.*] legati verba excipiens subiungit haec Dicaeopolis: *regis illum oculum utinam effoderet cornu simul* <sup>5)</sup>. Simillimum est Strepsiadis in Nubibus votum <sup>6)</sup>: *fili equus isle κοππατίας εἶθ' ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ*. Eodem autem haec redeunt ac si *εἰς κόρακας* <sup>7)</sup> Dicaeopolis optaret his impostoribus.

95 sq. *Vultum sanequam marilimum habes! Numquid navis circa promunturium*

*cursum flectens navale prospicis?* Haud abs re fuerit meminisse pro animalibus inde ab epico tempore Graecis fuisse ἄλλοις ἕππους illas, quas in Equitum fabula vel inter se confabulantes finxit noster <sup>8)</sup>. Facies his erat *πρόφα πρόσθεν ὄμμασι βλέπουσ' ὀδόν* <sup>9)</sup>, quam *μυλοπαρήιον* vel *φουρικοπαρήιον* vocavit pater poseos <sup>10)</sup>; neque raro in vetustis navium imaginibus cernuntur eiusmodi oculi <sup>11)</sup>, quibus etiamnunc piscatores Capreenses cymbas suas ornare solent. Ingens igitur Pseudartabae oculus rustico in mentem vocat praegrandens illos oculos navium, quapropter navi portum petenti ipsumque navale veluti circumspectanti hominem assimilatur. Ipsa tamen verba molesti quid habent; nam vox *πρὸς τῶν θεῶν* aut *interrogantis* est aut *iubentis*,

1) Pers. 980. — 2) Ibid. vs. 44. — 3) I. e. *principes quibus rex oculorum vice utitur*. Sic in nostra lingua annis abhinc triginta quinque nata est vox *dwaarskijker*, quo tempore legatio Iaponica hanc vicinasque gentes visit primum, et exinde inter nos illud nomen ad designandos *επισκόπους* inservit. — 4) Vid. etiam Herodot. I 114. — 5) Etiam Plut. 180 Platon. fr. 173<sup>21</sup> optativo ita subiuncta est particula *γε*. — 6) Nub. 24. — 7) Vid. ad Ran. 187. — 8) Eq. 1300 sqq. — 9) Aesch. Suppl. 716. — 10) Vid. ad B 637. — 11) Vid. e. g. imago perantiqua Mon. d. Inst. IX T. 4 (Engelmann Bilderatlas Odysse. n. 12), Assmann Jahrbuch d. Arch. Inst. 1889 p. 99 sq. Etiam *επιωτιός* erant in prora triremium: Thucyd. VII 35 § 4, 36 § 2, 62 § 3.

ἢ περὶ ἄκρον κάμπτων νεώσοικον σκοπεῖς;  
 ἄσκαμ' ἔχεις πον περὶ τὸν ὀφθαλμὸν κάτω!

## SCENA QUARTA.

Dicaeopolis, Praeco, Legatus, Pseudartabas,  
 dein Amphitheus.

## ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἄγε δὴ σύ, βασιλεὺς ἅττα σ' ἀπέπεμψεν φράσον  
 λέξοντ' Ἀθηναίοισιν, ὃ Ψευδαρτάβα.

## ΨΕΥΔΑΡΤΑΒΑΣ.

100 ἱαρχαμὰν ἔξαρχας ἀπισῶναι σάτρα.

## ΠΡΕΣΒΥΣ.

ξυνίεθ' ὃ λέγει;

96. ἦ Bothe] ἦ codd.

100. ἔξαρχας] ἔξαρχαν codd. complures. || ἀπισῶναι σάτρα] πισῶναστρα R, ἔξαρχ' ἀναπισῶναι σάτρα Brunck. Res dubia in sonis sensu destitutis; nolim tamen vocis ἔξαρχας, *Artaxerxis* nomen ni fallor in memoriam revocantis, abicere exitum.

101. ξυνίεθ' Cobet] ξυνήκαθ' codd.; ξυνίεθ' ὃ τι λέγει anonymus Mnemos. 1852 p. 414.

sequentia vero verba *ναύφαρχτον βλέπεις* ut nunc quidem habent *exclamantis* sunt; neque aperte satis indicatum est navi assimilari Pseudartabam <sup>1)</sup>. De adiectivo *ναύφαρχτων* vid. ad Eq. 567, de verbo *βλέπειν* ita adhibito ad Ran. 562.

97. *Istud autem, quod sub oculo geris, folliculus est opinor.* Ingentem hominis oculum, sub quo barba densa promissa est, Dicaeopolis nunc assimilat navium foraminibus, per quae transmittuntur remi, *ἀσκάματος* sive folliculi ope iis adaptati <sup>2)</sup>.

100. Barbaros ubi loquentes inducit Aristophanes, aut Graeca quidem verba iis tribuit, sed mutila inque terminos absurdos excurrentia, ut mox vs. 104 <sup>3)</sup>, aut sonos inanes fundentes fingit, ut hoc loco <sup>4)</sup>, ubi *αρχα* et *αρχας* et *σατρα* persicum quidem sonant, *Artaxerxis* enim et *satrapae* nominibus sunt subsimilia <sup>5)</sup>, sed verba vere persica inde efficere inque integram sententiam coniungere velle, id cum ratione insanire est profecto <sup>6)</sup>.

101. ξυνίεθ' ὃ λέγει] item Av. 945 ξύνες ὃ τοι λέγω.

<sup>1)</sup> Vid. annot. critica. — <sup>2)</sup> Vid. ad Ran. 364. — <sup>3)</sup> Item Av. 1678 sq. Thesm. 1082 sqq. fr. 168, cf. Ammon. p. 191 Valcken., Martial. VI 17. — <sup>4)</sup> Item Av. 1615. —

<sup>5)</sup> Etiam *Pissuthnis* nomen comici menti obversatum esse suspicatur Merry. —

<sup>6)</sup> Cuiusmodi lubricationes commemoratas vide apud Ribbeckium, ubi multi id praesertim non sine voluptate legerunt opinor quod de voce *χαυνόπρωκτε* est observatum: „*πρωκτ'* etwa *prokta* berühmt“; aliasque huiusmodi delicias complures habet ille locus.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ.

## ΠΡΕΣΒΥΣ.

πέμψειν βασιλέα φησὶν ὑμῖν χρυσίον.

λέγε δὴ σὺ μείζον καὶ σαφῶς τὸ χρυσίον.

## ΨΕΥΔΑΡΤΑΒΑΣ.

οὐ λῆψι χρυσό, χαυνόπρωκτ' Ἴαοναῦ.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(alta voce:)

105 οἴμοι κακοδαίμων, ὡς σαφῶς.

## ΠΡΕΣΒΥΞ.

τί δαὶ λέγει;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὄ τι; χαυνοπρώκτους τοὺς Ἴάονας λέγει,

εἰ προσδοκῶσι χρυσίον ἐκ τῶν βαρβάρων.

104. Ἴαοναῦ] Ἴᾶον αὔ vel αῦ (barbarum pro οὔ) schol.

105. δαὶ Elmsley] δ' αὔ codd., οὐν Brunck.

106. ὄ τι; Reiske] ὄτι codd.

107. χρυσίον] χρυσόν Elmsley metri causa, cum durior sit haec anapaesti incisio (— | —).

— μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ] vid. ad Nub. 732.

104. Haec demum Dicaeopolidi et spectatoribus perspicua dicit legatus, et vel nimis perspicua. Sic regis epistulae cuiusdam, quam affert Aeschines<sup>1)</sup>, haec erant verba ultima: ἐγὼ ὑμῖν χρυσίον οὐ δώσω μὴ με αἰτεῖτε, οὐ γὰρ λήψεσθε. Cum epitheto ridicule probroso χαυνοπρώκτω componenda est χαυνοπολιτης vox infra obvia<sup>2)</sup>; ipsum autem *Ionum* nomen, quo Graecos designare solebant Persae<sup>3)</sup>,

Atheniensibus parum gratum incidebat in aures<sup>4)</sup>. Cum absurda denique nominis forma conferatur βασιλιναῦ vox, quae in „Triballi” ore valet βασιλειαν<sup>5)</sup>).

107. Idem viginti annis post dixit Callicratidas Lacedaemoniorum nauarchus: ἀθλιωτάτους εἶναι τοὺς Ἕλληνας, ὅτι βαρβάρους κολακεύουσιν ἕνεκα ἀργυρίου<sup>6)</sup>. Cf. etiam verba quae Hecubae suae tribuit Euripides: οὔ ποτ' ἂν φίλον | τὸ βάρβαρον γένοιτ' ἂν Ἕλληγι γένος, | οὐδ' ἂν δύναιτο<sup>7)</sup>).

<sup>1)</sup> Aeschin. III § 238. — <sup>2)</sup> Vs. 635; vid. praeterea ad Nub. 875 et 1330. — <sup>3)</sup> Cf. Aesch. Pers. 178. — <sup>4)</sup> Plerique *IONES*, in *his Atheniensis, Ionum nomen repudiarunt*, καὶ νῦν φαίνονται μοι οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἐπαισχύνεσθαι τῷ οὐνόματι, Herodot. I 143. — <sup>5)</sup> Av. 1678. De nominis Ἴαόνων vocalibus -ᾶο- vid. Enchirid. Dict. Ep. p. 32. — <sup>6)</sup> Xen. Hell. I 6 § 7. — <sup>7)</sup> Eur. Hec. 1199 sqq.

## ΠΡΕΣΒΥΣ.

οὐκ, ἀλλ' ἀχάνας ὅδε γε χρυσίου λέγει.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ποίας ἀχάνας; σὺ μὲν ἀλαζῶν εἶ μέγας.

110

ἀλλ' ἄπιθ'· ἐγὼ δὲ βασιανῶ τοῦτον μόνος.

(Vultu minaci sublatoque baculo ad Pseudartabam accedens.)

ἄγε δὴ σὺ φράσον ἐμοὶ σαφῶς, πρὸς τουτουί,

ἵνα μὴ σε βάψω βάμμα σαρδιανικόν·

βασιλεὺς ὁ μέγας ἡμῖν ἀποπέμψει χρυσίον;

(Capitis nutu negat Pseudartabas eumque imitati eunuchi.)

ἄλλως ἄρ' ἐξαπατώμεθ' ὑπὸ τῶν πρέσβων;

(Nutu affirmant Pseud. et eunuchi.)

108. ὅδε Bentley] ὅδι codd.

111. τουτουί Reiske] τουτοῖ codd. (vid. vs. 367 et ad Nub. 141). Idem vitium in Platonis Protagora 320a correxerunt Grou et Heindorf.

113 sq. Pseudartabam capitis nutu prius negare, dein affirmare, cum contextus docet tum diserte dicunt parepigraphae, quas adscriptas habent codd., commemorant scholia: ἀνατεύει post vs. 113, ἐπιτεύει post vs. 114.

108 sq. ἀχάνας] mensuram hanc esse persicam docet contextus; quam medimnos cepisse quadraginta quinque ex Aristotelis auctoritate docent scholia <sup>1)</sup>.

109. ποίας] vid. ad Ran. 529.

110. Item mulier in Thesmophoriazosis: ἄπιθ'· ἐγὼ γὰρ βασιανῶ ταύτην καλῶς <sup>2)</sup>.

111. πρὸς τουτουί] *per huncce meum baculum* <sup>3)</sup> — quo in pulvere modo <sup>4)</sup> scripsit.

112. βάμμα σαρδιανικόν] idem hoc est quod infra dicitur ζάινειν εἰς φοινικίδα <sup>5)</sup> et apud Aeschylum ἀμείβειν χρῶτα πορφυρῆ βαφῆ <sup>6)</sup>. Nam φοινικόβαπτα <sup>7)</sup> sive πορφυρόβαπτα <sup>8)</sup> erant quae Sardibus fiebant vestimenta <sup>9)</sup>. Cf. Pacis locus:

θεοῖσιν ἐχθρὸν ταξιαρχὸν προσβλέπων | τρεῖς  
λόφους ἔχοντα καὶ φοινικίδ' ὀξείαν πάννυ, |  
ἣν ἐκείνός φησιν εἶναι βάμμα σαρδιανικόν, |  
ἣν δὲ που δὴν μάχεσθαι ἔχοντα τὴν φοινι-  
κίδα, | τηρικαυτ' αὐτὸς βέβηπται βάμμα κυ-  
ζικηρικόν, | κατὰ φεύγει πρῶτος ὅσπερ ξουθός  
ἰππαλεγκρυθὸν | τοὺς λόφους σείων· ἐγὼ δ'  
ἕστηκα λινοπιτῶμενος <sup>10)</sup>. Item apud Plautum ridetur vapulantium *corium proenitium* <sup>11)</sup>. Adiectivum σαρδιανικόν productum est e voce solita σαρδιανῶ, quemadmodum Λάκων abiit in Λακωνικόν <sup>12)</sup>.

113 sq. Cf. Lysistratae fabulae locus, ubi mulieres audito quid a se expectetur pallidae flentesque μοιμυῶσι καὶ ἀνατεύουσιν <sup>13)</sup>.

114. ἄλλως] vid. ad Nub. 1203.

<sup>1)</sup> Cf. Poll. X 164 sq. Hesych. s. v. — <sup>2)</sup> Thesm. 626; vid. etiam Pac. 660. — <sup>3)</sup> Vid. infra ad vs. 331. — <sup>4)</sup> Vs. 31. — <sup>5)</sup> Vs. 320. Nos *bont en blauw slaan*. — <sup>6)</sup> Pers. 317. — <sup>7)</sup> Aesch. Eum. 1028. — <sup>8)</sup> Plat. com. fr. 208. — <sup>9)</sup> Cf. Athen. 690b Vesp. 1139. — <sup>10)</sup> Pac. 1172 sqq. — <sup>11)</sup> Pseud. I 2 extr. Rud. IV 3,61. — <sup>12)</sup> Vid. ad Nub. 186. — <sup>13)</sup> Lys. 126.

- 115 ἑλληνικόν γ' ἐπένευσαν ἄνδρες οὐτοί,  
 κούκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἰσὶν ἐνθ' ἐνδ' αὐτόθεν.  
 καὶ τοῖν μὲν εὐνοούχοιν τὸν ἔτερον τουτοῖ  
 ἐγὼ οἶδ' ὅς ἐστι, Κλεισθένης ὁ Σιβυρτίου.  
 „ὦ θερμοβουλον“ πρωκτὸν ἐξυρημένε  
 120 „,τοιόνδε δ', ὦ πίθηκε, τὸν πάγων' ἔγων“

115. ἄνδρες] ἄνδρες codd. || οὐτοί] οὐτοί  $L^1$ , quae lectio fortasse aliquid valet ad commendandam coniecturam meam \*ἐπένευσαν, ἄνδρες, οὐτοί, | κούκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἔστιν, cui favent praeterea verba scholii: ἐπένευσε δὲ μετὰ τὸ περιάγειν τὴν κεφαλὴν. Certam autem cum olim hanc ducerem correctionem, nunc veritus sum in textum recipere duas ob causas. Particula enim μὲν in vs. 117 indicio esse videtur non de aliis hominibus loqui ibi incipere Dicaeopolidem, — quod si ita esset, potius καὶ...δὲ dicendum erat, — sed etiam in praecedentibus versibus de pedissequis, perinde atque de ipso regis Oculo, fuisse sermonem. Deinde *cives* neque hactenus allocutus est Dicaeopolis neque nunc satis apte fortasse potest alloqui.

116. κούκ R] οὐκ cett.

118. ὅς] ὅστις R, hinc οἶδ' ὅτι Meineke. Cf. vs. 442.

119. ἐξυρημένε Suid. s. v. Κλεισθένην et Στράτων] ἐξυρημένε codd.; temere Blaydes coniecit ἀποτεταμένε coll. Ran. 424.

120. τοιόνδε... τὸν πάγων'] τοιόνδε... τὴν πυγὴν (ut apud Archilochum) Bentley,

115. Merq̄ ioco Graecorum annuendi ratio peculiare quid habere nunc dicitur; quod ne observatu quidem dignum esset, nisi scholia serio huiusmodi discrimen inter Graecos et barbaros staterent.

116. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ] vid. ad Ran. 640.

— ἐνθ' ἐνδ' αὐτόθεν] item alibi ἐνθαδὶ (-δὲ) αὐτοῦ <sup>1)</sup>.

117—122. Clisthenes eiusque amicus Straton sunt iuvenes molles atque famosi, quos παῖδας ἀγενεῖους noster vocavit alibi <sup>2)</sup>. Etiam in Equitibus coniunctim ridentur <sup>3)</sup>; praeterea cf. Thesm. 235 et vid. ad Ran. 48 et 422 sqq.

118. ὅς ἐστι] relativi hic usus redit infra vs. 442, neque alibi est rarus <sup>4)</sup>.

— ὁ Σιβυρτίου] hunc (aut hominem cognominem) paedotribam fuisse docet Plutarchus <sup>5)</sup>, quapropter Elmsley suspicatus est non verum Clisthenis nunc indicari patrem, sed hominem a corporis exercitatione alienum iocose paedotribae filium dici, — frigidum iocum comico sine iusta causa imputans <sup>6)</sup>.

119. Tragicum verbum ὦ θερμοβουλον σπλάγγρον <sup>7)</sup> suos in usus convertit Dicaeopolis. De adiectivo θερμοῦ vid. ad Eq. 382.

— ἐξυρημένε] cf. Thesm. 191 <sup>8)</sup>.

120. Archilochi versum τοιόνδε δ' ὦ

<sup>1)</sup> Vesp. 765 Plut. 1187. — <sup>2)</sup> Fr. 407. — <sup>3)</sup> Eq. 1374. — <sup>4)</sup> Vid. Plut. 59, 369 Av. 804 Cratin. fr. 56<sup>2</sup> Soph. Ai. 1259 Oed. R. 1068 Oed. C. 571 fr. 152 Eur. Alc. 640 Hel. 818 Demosth. LII § 7 etc. — <sup>5)</sup> Alcib. 3. — <sup>6)</sup> Silyrtii *amasium* eum fuisse aliquanto certe probabilius suspiceris; sed quidni pater eius fuerit Silyrtius? — <sup>7)</sup> Quod in Euripidis Medea dictum esse falso perhibet scholion. Fortasse igitur dicebat Medea in alia tragoedia (Eur. fr. 852). — <sup>8)</sup> Vid. etiam Ctesias apud Athen. 528<sup>f</sup> sq. a.



εὐνοῦχος ἡμῶν ἤλθεσ ἐσκευασμένος;  
ὄδὶ δὲ τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δὴ που Στρατών;

ΚΗΡΥΞ.

σίγα, κάθιζε.

125 τὸν βασιλέως Ὀφθαλμὸν ἢ βουλή καλεῖ  
εἰς τὸ Πρωτανεῖον.

(Legatus cum Pseudartaba et pedissequis dextrorsum abeunt.)

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγγόνη;

καὶ ἔπειτ' ἐγὼ δῆτ' ἐνθαδὶ στραγγεύομαι;  
τουσδὶ ξενίζειν! οὐδένα ποτ' ἴσχει θύρα;

quoniam absurdum potius quam festivum est hominem glabrum dicere barbatus; sed clunes Clisthenis neque cernuntur nunc neque argumentum praebere possunt. Itaque si quis eiusmodi quid requirit, τοιάνδε... τὴν πόσθην vel κρείθην potius legat; quamquam ne id quidem satisfacit. || δ') γ' R.

126 sq. Permutari iussit Schütz, nescio an iure.

126. στραγγεύομαι] στραγεύομαι R (cf. Nub. 131), στρατεύομαι multi.

127. τουσδὶ (τούσδε) Brunck] τοὺς δὲ codd. || ξενίζειν!] post hoc verbum punctum

πίθῃκε τὴν πυγὴν ἔχων<sup>1)</sup> ita mutatum ad hominem, qui propter faciem glabram corpusque depilatum inter omnes notus erat, ridicule referens Dicaeopolis tunc igitur, ait, quem tali barba cernamus ornatum — et manu fictam illam barbam indicat<sup>2)</sup> — *eunuchum agis?* Quippe et verus Clisthenes ἐνουχικώτατος erat ad spectu, et eunuchi, qui in scena nunc adspiciuntur, leves omnino habent genas<sup>3)</sup>. De voce *πίθῃκω* convicii loco usurpata vid. Ran. 708.

121. ἐσκευασμένος] vid. ad Ran. 523.

122. οὐ δὴ που] vid. ad Ran. 522.

123. σίγα, κάθιζε] cf. vs. 59<sup>4)</sup>.

124 sq. Mos ferebat ut legati ad pry-

tanum cenam<sup>5)</sup> invitarentur, et contumeliae instar erat τὸ μὴ ἐπὶ ξένια καλέσαι legatum vel praeconem<sup>6)</sup>.

125. ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγγόνη;] item Aeschines<sup>7)</sup>: τοῦτο δ' ἄρ' ἦν ἀγγόνη<sup>8)</sup> τοῦτω, Euripides<sup>9)</sup>: ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγγόνης ἐπάξια; et<sup>10)</sup>: τὰδ' ἀγγόνης πέλαις, Sophocles<sup>11)</sup>: ἐργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγγόνης εἰργασμένα. Praeterea vid. Eur. Alc. 230 et ad Nub. 988.

126. καὶ ἔπειτα...δῆτα] item alibi: καὶ ἔπειτα δῆτα...διαπέτε...;<sup>12)</sup> Praeterea vid. ad Nub. 210 et 226.

— στραγγεύομαι] vid. ad Nub. 131.

127. τουσδὶ ξενίζειν!] *hosne in prytaneum recipi nebulones!*<sup>13)</sup>. Simillimae sunt ex-

<sup>1)</sup> In scholiis allatum (fr. 89). De vera simia apud Archilochum sermo fuisse videtur; cf. fab. Aesop. 44: ὁ πίθῃκε, οὐ τοιαύτην πυγὴν (τύχην cod., ψυχὴν alii) ἔχων τῶν ἀλόγων ζώων βασιλεύεις; — <sup>2)</sup> Nam vere δεικτικὸν pronomen τοιόσδε est h. l., ut τοιόσδε Eq. 77. — <sup>3)</sup> Fortasse infra vs. 1024 similis est iocus. — <sup>4)</sup> Item Vesp. 905; vid. etiam Eccl. 130 Thesm. 381. — <sup>5)</sup> De qua vid. ad Eq. 280 sq. — <sup>6)</sup> Vid. Xen. Hell. VI 4 § 20. — <sup>7)</sup> II § 38. — <sup>8)</sup> In codd. sequitur καὶ λύπη. — <sup>9)</sup> Bacch. 246. — <sup>10)</sup> Heracl. 246. — <sup>11)</sup> Oed. R. 1374. — <sup>12)</sup> Av. 1217. — <sup>13)</sup> Item nos: *dāt volk onthalen?*!



ἀλλ' ἐργάζομαι τι δεινὸν ἔργον καὶ μέγα.  
ἀλλ' Ἀμφιθέος μοι ποῦ ἔστιν;

## ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

(e civium turba accurrens:)

οὕτως ἴτερα.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

130

ἐμοὶ σύ, ταυτασί λαβῶν ὀκτῶ δραχμῶς,

habent RA, plerique vero codd. orationem continuant; sed ἴσχειν cum infinitivo licet apud Herodotum (III 77 V 91) vel poetas (Theogn. 816 Eur. Iph. Aul. 661) non sit inauditum, a rustici nostri sermone alienum duco, neque ζενίζειν sed ζενίζεσθαι vel potius μὴ ζενίζεσθαι sic erat dicendum. Exclamationis signum posuit Blaydes coll. Vesp. 835 Eccl. 530 (vid. commentarius). || \*οὐδένα ποτ' ἴσχει θύρα;] οὐδέποτ' ἴσχει θύρα R, quae verba lacunosa in ceteris codd. varia ratione sunt expleta: οὐδέποτ' ἴσχει ἢ θύρα schol., οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἢ θύρα Suid. (s. v. ἴσχειν), οὐδέποτ' vel οὐδέποτέ γ' ἴσχ' ἢ θύρα codd. multi. Elmsley οὐδέποτέ γ' ἴσχει θύρα (item Eupol. fr. 265), sed γε languet ita positum. Equidem litteras ΝΑ inserui et interrogationis signum scripsi. Etiam \*οὐδέν' ὄν fortasse habet speciem.

clamationes: τοιουτοὶ τρέφειν κύνα! <sup>1)</sup> et: τῆς λεχοῦς δ' οὐ φροντίζουσι...; <sup>2)</sup> Praeterea vid. ad Ran. 741.

— οὐδένα ποτ' ἴσχει θύρα;] *nullo sane igitur homines illic arceat ianua?* Cuilibet iam patet aditus ad cenam, ubi cum senatoribus vescantur cives qui de patria bene meruerunt? Simillimum verum Eupolidis citant scholia: νῆ τὸν Ποσειδῶν κούδέποτ' ἴσχειν ἢ θύρα <sup>3)</sup>. Cf. praeterea Solonis versiculus <sup>4)</sup>: αὔλειοι δ' ἔτ' ἔχειν ὄκκ' ἐθέλουσι θύραι (calamitates irruentes), et mulierculae apud Herodam <sup>5)</sup> verba: τοὺς τελῶνας πᾶσα νῦν θύρη φράσσει. Proverbium autem erat: κόρακι κλήεθ' ἢ θύρα <sup>6)</sup>. Etiam locutio οὐδέν ἴσχει ἡμῶς nihil est quod nos retineat <sup>7)</sup> huc facit, nec non adulatorum apud Eupolidem verba: οὐ πῶς οὐδέ σίδηρος | οὐδέ χαλκός ἀπειργεῖ | μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον <sup>8)</sup>.

128. δεινὸν ἔργον καὶ μέγα] item alias: πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα <sup>9)</sup>, et: ἐργάζεσθαι δεινὸν ἔργον καὶ σχέλιον <sup>10)</sup>.

129. Amphitheum igitur, cum a suggesto esset detractus <sup>11)</sup>, non in carcerem esse abductum intellegimus.

130. Nisi ἐφόδια sibi darentur, iter divinitus mandatum suscipere se non posse supra conquestus est Amphitheus; quapropter viaticum nunc ei praebet Dicaeopolis. Octo autem quod ei dat drachmas, id fortasse ita intellegi voluit poeta, ut duas in singulos dies acciperet <sup>12)</sup>, duarum enim dierum Spartam erat iter, si quis quam maxime festinaret <sup>13)</sup>; quadriduo igitur absolvi poterat haec legatio. Sed nescio an argutari hoc sit, temporis enim nulla nunc habetur ratio. Cum dimittitur concio, redux est Amphitheus.

— ταυτασί δραχμῶς] vid. ad Nub. 60.

<sup>1)</sup> Vesp. 835. — <sup>2)</sup> Eccl. 530. — <sup>3)</sup> Eupol. fr. 265, si recte sic scribo; codd. οὐδέποτ' ἴσχει ἢ θύρα, Elmsley κούδέποτέ γ' ἴσχει θύρα, Porson οὐδέποτέ γ' ἴσχειν ἢ θύρα. — <sup>4)</sup> Solon. fr. 4<sup>23</sup>. — <sup>5)</sup> Herod. Mimiamb. VI 64. — <sup>6)</sup> Posidipp. fr. 7. — <sup>7)</sup> Pac. 949; cf. Eq. 724 Vesp. 1264. — <sup>8)</sup> Eupol. fr. 162. — <sup>9)</sup> Pac. 403 Thesm. 581. — <sup>10)</sup> Av. 1175; vid. etiam Plut. 445 Eur. Med. 1121. — <sup>11)</sup> Vs. 55. — <sup>12)</sup> Cf. vs. 66. — <sup>13)</sup> Herodot. VI 120.

σπονδὰς ποιήσον πρὸς Λακεδαιμονίους μόνῳ  
καὶ τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇ πλάτιδι.

(Nummis acceptis Amphitheus abit. — Dicaeopolis secum:)

ὑμεῖς δὲ πρεσβεύεσθε καὶ κερήνετε.

ΚΗΡΥΞ.

προσίτω Θεώρος ὁ παρὰ Σιτάλους.

(Procedit Theorus.)

SCENA QUINTA.

Dicaeopolis, Praeco, Theorus.

ΘΕΩΡΟΣ.

ὁδὶ.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(secum:)

135 ἕτερος ἀλαζῶν οὗτος εἰσκηρύττεται.

ΘΕΩΡΟΣ.

χρόνον μὲν οὐκ ἔμειν' ἂν ἐν Θοράκῃ πολύν —

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

μὰ Δί' οὐκ ἂν, εἰ μισθόν γε μὴ ἔφερες πολύν.

131. ποιήσον Elmsley] -σαι codd.; cf. vs. 52.

133. κερήνετε Herodian. in Bekk. Anecd. p. 1287] -νατε codd.; cf. κεκράγετε (-γατε R) Vesp. 415.

136. ἔμειν' ἂν Elmsley] ἂν ἤμειν codd.; singularem requiri docent sequentia (vs. 137, 141, 155). Blaydes ἂν ἤν ἂν male, nam ἤ dicendum erat, neque iteratum ἂν aut imperfectum aut ipsum verbum εἶναι huic loco aptum est.

131. σπονδὰς ποιήσον] vid. ad vs. 52.

132. πλάτιδι] vox πλάτις alibi non obvia uxorem significat, ut prisca illa ἄλοχος et ἄκοιτις, παρὰ τὸ πελάζειν τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν κοίτην, ut recte dicitur in scholiis. Cf. aoristus pass. πλαθήναι apud tragicos saepius obvius <sup>1)</sup>. Eiusdem conformationis est masculinum πελάτης <sup>2)</sup>. Dignum

praeterea quod conferatur est vocabulum τάλις sponsa item uno tantum loco <sup>3)</sup> obvium.

133. κερήνετε] vid. Eq. 651.

134. De Theoro <sup>4)</sup> vid. Eq. 608 Nub. 400 Vesp. 42, et de Sitalce Prolegom. pag. XIII—XV.

137. οὐκ ἂν] vid. ad Nub. 5.

<sup>1)</sup> Aesch. Prom. 897 Eur. Hec. 890 etc. — <sup>2)</sup> Soph. Phil. 677 Plat. Euthyphr. 4 c. — <sup>3)</sup> Soph. Ant. 829. — <sup>4)</sup> Non certum virum, cui Theoro esset nomen, sed fictum aliquem legatum „qui tamquam θεωρός dies festos celebraret (v. 136, 141)” esse intellegendum, infelicissima est Keckii Quaest. Ar. p. 69 suspicio.

## ΘΕΩΡΟΣ.

εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν Θοράκην ὄλην,  
καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ'.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον,

140

ὅτ' ἐνθαδὶ Θέογγις ἠγωνίζετο.

## ΘΕΩΡΟΣ.

τοῦτον μετὰ Σιτάλκους ἔπινον τὸν χρόνον.  
καὶ δῆτα φιλαθήναιος ἦν ὑπερφυῶς,  
ὑμῶν τ' ἐραστῆς ὡς ἀληθῶς, ὥστε καὶ

139<sup>b</sup> sq. In codd. Theoro continuatos Dicaeopolidi reddidit Nauck.

143. ὡς Dobree] ἦν codd. || ἀληθῶς] ἀληθῆς; R et plerique.

138 sq. κατένιψε... ἔπηξε] impersonalia quomodo fiant verba, hic locus luculenter docet. Nempe *κατανίφειν* pridem verum impersonale est factum <sup>1)</sup>, ad *πηγνύναι* vero necessario mente nunc splendendum est ὁ θεός, quod additum legitur e.g. apud Aeschylum: θεός | χειμῶν' ἄωρον ὤρσε, πηγνυσὶν δὲ πᾶν | ῥέεθρον ἀγνοῦ Στρομόνος <sup>2)</sup>.

140. *Theognidem* hunc eundem esse qui postea inter triginta viros fuit <sup>3)</sup>, perhibet grammatici <sup>4)</sup>, fortasse recte; certe etiam Critiam illum scimus fuisse poetam. Anno autem proximo *Theognidem* tragoediis certasse, supra <sup>5)</sup> nos docuit Dicaeopolis; harum igitur frigore non cives tantum sunt enecatī sed etiam longinqua illa Thracia obriguit, quae vel sic ἡ χιόνι κατάρροτος, ἡ χιονώδης nuncupari solebat <sup>6)</sup>. Idem de eodem iudicium tulit noster decimo quinto anno post <sup>7)</sup>: ὁ δ' αὖ Θεόγγις ψυχρός ὦν

ψυχρῶς ποιεῖ <sup>8)</sup>. Sic in *Avibus* fabula ad frigidum poetam dicitur: ἔχε τὴν σπολάδα πάντως δέ μοι ἕγῶν δοκεῖς <sup>9)</sup>. De ipsius autem Aristophanis filio Ararote nihilo clementius postea indicavit Alexis aemulus, apud quem nescio quis βούλομαι αἰτ' ὑδατός σε γεῦσαι· χεῖμα δ' ἐστὶ μοι μέγα | φρεάτος ἔνδον, ψυχρότερον Μααρότος <sup>10)</sup>, et simillimo ioco indulgens dicax puella apud Machonem <sup>11)</sup> vinum suum Diphili prologis refrigerare se perhibuit, Catullus autem <sup>12)</sup> gravedine tussique maligna correptum aliquando se ait, cum oratio frigidissima sibi esset lecta. Praeterea cf. locutiones *ψυχρὴ νίκη* <sup>13)</sup>, *ψυχρὴ ἐπικουρῆ* <sup>14)</sup>, *ψυχρὰ τέρμις* <sup>15)</sup>, similia.

142. φιλαθήναιος] cf. Vesp. 282.

— ὑπερφυῶς] vid. ad Ran. 611.

143. ἐραστῆς] vid. ad Eq. 732.

— ὡς ἀληθῶς] ut verum (dicam), re- vera <sup>16)</sup>.

<sup>1)</sup> Cf. Nub. 965. — <sup>2)</sup> Pers. 495 sq.; cf. e. g. ἔσεισεν *terra mota* Thucyd. IV 52 § 1 (= ἔσεισεν ὁ θεός Lys. 1142 Xen. Hell. IV 7 § 4). — <sup>3)</sup> Xen. Hell. II 3 § 2. — <sup>4)</sup> Vid. schol. Harpocr. Suid. — <sup>5)</sup> Vs. 11. — <sup>6)</sup> Eur. Andr. 215 Hec. 81. — <sup>7)</sup> Thesm. 170. — <sup>8)</sup> Simillima his sunt Ctesippi iuvenis irati ad sophistam verba Plat. Euthyd. 284e: τοὺς γοῶν ψυχροὺς ψυχρῶς φασὶ καὶ διαλέγεσθαι. — <sup>9)</sup> Av. 935. Cf. etiam Thesm. 848. — <sup>10)</sup> Alex. fr. 179. — <sup>11)</sup> Athen. 580. — <sup>12)</sup> In lepido carmine XLIV. — <sup>13)</sup> Herodot. IX 49. — <sup>14)</sup> Herodot. VI 103. — <sup>15)</sup> Eur. Alc. 353 etc. — <sup>16)</sup> Item Herodot. IV 187, Plat. passim, etc.; cf. Aristot. Rhetor. III 3.

- 145 ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφ' „Ἀθηναῖοι καλοί.“  
 ὁ δ' υἱός, ὃν Ἀθηναῖον ἐπεποιήμεθα,  
 ἦρα φαγεῖν ἀλλάντας ἐξ Ἀπατουριῶν,  
 καὶ τὸν πατέρ' ἠντεβόλει βοηθεῖν τῇ πάτρῃ·  
 ὃ δ' ὤμοσε σπένδων βοηθήσειν, ἔχων  
 στρατιὰν τοσαύτην, ὥστ' Ἀθηναίους ἐρεῖν·  
 150 „ὅσον τὸ χρῆμα παρόπων προσέροχεται!“

146. ἀλλάντας] -τος A non male (ut *ἐλατήρος* Eq. 1182); quamquam comicum plurali ἀλλάντων sic potius usurum fuisse observat Blaydes.

147. ἠντεβόλει] ἠντιβόλει codd.; cf. Eq. 667.

— ὥστε καὶ] item Eq. 319 Nub. 613 Av. 1290.

144. Mos nomina puerorum dilectorum parietibus inscribendi etiam in Vespis<sup>1)</sup> iocandi praebet materiem.

145. ὁ δ' υἱός] *Sadocus*, de quo vid. Prolegom. p. XIII.

— ὃν... ἐπεποιήμεθα] plusquamperfecti quae h. l. sit vis melius fortasse apparet si in passivum haec convertuntur: ὃς ἐγγεγένητο, qui civis Atheniensis nuper tunc factus erat.

146. ἦρα φαγεῖν] sic etiam epops in avium illa barbarie ἐρεῖ φαγεῖν cibos at-ticos<sup>2)</sup>.

— ἐξ Ἀπατουριῶν] ab *Apaturiorum festo* provenientes<sup>3)</sup>. Huius festi mentio fit praesertim propter ambiguum nomen, quod *fallendi* verbum non sono tantum in mentem revocabat sed etiam deductum inde esse credebatur. Nempe olim — sic scholia — πόλεμος ἦν Ἀθηναίους πρὸς Βοιωτοὺς περὶ Κελαϊνῶν, ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. Ξάνθος δὲ Βοιωτὸς παρεκαλέσατο τὸν Ἀθηναῖον βασιλεῖα Θυμοίτην· οὐ δεξα-μένον δέ, Μέλανθος ἐπιδημῶν, Μεσσήνιος, τὸ γένος ἀπὸ Περακλυμίνου τοῦ Νηλέως,

ὑπέστη ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ. μονομαχοῦντων δὲ ἐφάνη τῷ Μέλανθῳ τις ὑπισθεν τοῦ Ξάνθου, τραγῆν (τουτέστιν αἰγίδα μέλαιναν) ἐνημέ-νος. ἔφη οὖν ἀδικεῖν αὐτὸν δευτερον ἦκοντα. ὃ δὲ ἐπιστράφη. ὃ δὲ παίσας ἀποκτείνει αὐτόν<sup>4)</sup>. Falsa ceteroquin erat illa origi-natio nominis, quod ex σα- (ἄμα) et πατήρ prodiiit vocibus, id quod *δροπατόρια* igitur significans. Erant enim *Apaturia* phratriarum prisicum festum omnibusque gentibus Ionicis commune<sup>5)</sup>, quod mense *Pyanopsione* per tres dies cenis laetis et opiparis celebrabatur<sup>6)</sup>. Primo autem diei nomen erat *δρόπια*, secundo *ἀνάρ-ρυσσις*, tertio *κουρεῶσις*, quo die liberorum legitimorum, qui anno proximo nati essent, nomina a patribus deferebantur in album curialium inscribenda<sup>7)</sup>. Quae altera comico est causa huius festi com-memorandi, quoniam *Sadoci* civitate nuper donati, qui *φράτερας οὐπω ἔφρυσεν*, ut in *Ranis* loco festivo dicitur<sup>8)</sup>, nunc fit mentio.

149. στρατιὰν] vid. Vesp. 354.

150. ὅσον τὸ χρῆμα... προσέροχεται] vid. Thesm. 281 et ad Ran. 1278 Vesp. 266.

— παρόπων] vid. Vesp. 1311.

<sup>1)</sup> Vesp. 98 sq., ubi vid. — <sup>2)</sup> Av. 76; eadem autem structura est Plut. 1009 ἐρωῶν ἀκούσαι. — <sup>3)</sup> Praepositionis idem est usus vs. 412 Thesm. 558 etc. —

<sup>4)</sup> Cf. Polyæn. I 19; de similibus autem fabulis vid. infra vs. 961. — <sup>5)</sup> Herodot. I 147, cf. Xen. Hell. I 7 § 8. — <sup>6)</sup> Cf. Thesm. 558 et vid. ad Nub. 1198. — <sup>7)</sup> Vid. ad Ran. 417 sqq. et 798. — <sup>8)</sup> Ran. 418.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

κάκιστ' ἀπολοίμην εἴ τι τούτων πείθομαι,  
ὧν εἶπας ἐνταυθοῖ σύ, — πλὴν τῶν παρόπων.

ΘΕΩΡΟΣ.

καὶ νῦν ὄπερ μαχμώτατον Θρακῶν ἔθνος  
ἔπεμψεν ὑμῖν.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

τοῦτο μὲν γ' ἤδη σαφές.

ΚΗΡΥΞ.

155 οἱ Θρακῆες, ἴτε δευρ', οὓς Θέωρος ἤγαγεν.

(Turba Thracum ridicule ornatorum et armatorum prodit.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

τουτὶ τί ἐστὶ τὸ κακόν;

ΘΕΩΡΟΣ.

Ὀδομάντων στρατός.

152. ἐντάνθου] ἐνταῦθα R, ἐνταυθί Elmsley; vid. ad Nub. 814.

153. ἔθνος R] γένος multi.

156<sup>b</sup>] Theoro tribuit B, praeconi multi.

152. πλὴν τῶν παρόπων] quippe qui quaelibet devorent. Vert.: *praeter verbum istud „locustas”* <sup>1)</sup>).

156. τουτὶ τί ἐστὶ τὸ κακόν;] *quid hoc mali?* <sup>2)</sup>).

— Ὀδομάντων στρατός;] non Dicaeopolidi respondens hoc dicit Theorus sed cunctis civibus novos hos socios indicans. Odomantium prodeunt milites aliquot ridicule ornati et fortasse seminudi; paedore autem horrere finguntur. Sic in Hermippi Phormophoris, quae his annis acta est fabula, Dionysus per mare late regnans exquisitasque undique deli-

cias Athenas advectans παρὰ Σιάλλου ψώραν Λακεδαιμονίους immittere dicitur <sup>3)</sup>. — Habitabant Odomanti in Strymonis ora sinistra <sup>4)</sup>, prope Amphipolim et Drabescum, ubi ante annos quadraginta multa milia civium Atheniensium a Thracibus in pugna aperta fuerant caesa <sup>5)</sup>. Anno autem 422 Cleon Amphipolim oppugnaturus ab eorum rege Polle petivit auxilia <sup>6)</sup>. E Thracibus erant liberis; quorum gentes occidentales in Rhodopes saltibus viventes *μαχαιοφόροι* a Graecis vocabantur, omnium autem Thracum ferocissimae habebantur <sup>7)</sup>.

<sup>1)</sup> De cuiusmodi structura vid. ad Eq. 124. — <sup>2)</sup> Nos: *wat is dat voor gekheid?* vid. ad Ran. 39 et cf. Nub. 184. — <sup>3)</sup> Hermipp. fr. 63<sup>7</sup>. — <sup>4)</sup> Vid. Herodot. VII 112 et Thucyd. II 101. — <sup>5)</sup> Vid. Thucyd. I 100 IV 102 Pausan. I 29 § 4. — <sup>6)</sup> Vid. Thucyd. V 6 § 2. — <sup>7)</sup> Vid. Thucyd. II 96 et 98.



## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

ποιῶν Ὀδομάντων; εἰπέ μοι, τουτὶ τί ἦν;  
 τίς τῶν Ὀδομάντων τὸ πέος ἀποτεθρίακεν;

## ΘΕΩΡΟΣ.

160      τουτοῖς ἕάν τις δύο δραχμὰς μισθὸν διδῶ,  
 καταπελάσσονται τὴν Βοιωτίαν ὄλην.

158. ἀποτεθρίακεν schol. Eq. 1010, Hes., Suid., Anecd. Bekk. p. 437] ἀποτίθρακεν (-θρακεν ἄν, -θρακε τίς, -θρακεν) codd.; ἀποτεθρήκιεν Hermann parum probabiliter, licet conferri possit verbum ἀποσκυθίσαι (Eur. Troad. 1026 El. 241). Vid. commentarius.

Cum mille et trecentis illorum μαχαροφόρον sanguinis avidorum drachmam pro die merentibus Diitrephes Atheniensium strategus anno 413 invasit Boeotiam; qui capta Mycalesso huius urbis incolae quotquot erant vere ferina crudelitate trucidarunt<sup>1)</sup>.

157. ποιῶν] vid. Ran. 529.

— τουτὶ τί ἦν;] vid. ad Ran. 39. In hac locutione<sup>2)</sup> ἦν idem valet quod praesens; qua de re vid. ad Vesp. 183.

158. Thraces hi heroes ἐν γυναιξί certe quin sint ἄλκιμοι dubitari nequit; prodeunt enim ἀπεψωλημένοι<sup>3)</sup> sive ἐστονότες, intenti in venerem, — a cuiusmodi iocis minime alienus erat comicus ipsave comoedia attica<sup>4)</sup>. Verbo autem ἀποθριάζειν id nunc indicatur; θρία enim sive folia ficulnea carnisque aliisque cibis involvendis inservire solebant<sup>5)</sup>, hinc ἐντεθριάσθαι est ἐγκεκαλύφθαι, involutum esse<sup>6)</sup>, ἀποθριάζειν autem nostro loco est ἀποκαλύπτειν, removere. Quod vero in scholiis perhibetur et a viris doctis saepius est repetitum, reculitos fuisse Odo-

mantos<sup>7)</sup>, id credat iudaeus Apella; nam fac circumcisionem in illa regione viguisse, fac autem Athenis tam accurate cognitos fuisse gentis longinquaes mores, nihil tamen talia ad nostrum locum. Nam comicus quid velit apertissimis verbis mox significat<sup>8)</sup>; qui autem sic rogat: „quis istorum penes renudavit?“ manifesto loquitur de re inexpectata quaeque fidem minuat. Nempe Odomantos hos esse vix et ne vix quidem credit rusticus, sed fictum ei videtur Thracicum hoc foedus, ut ficta erat Persica illa legatio, et bellatores hos salaces magis quam pugnaes non ex Rhodopes faucibus sed ex Athenarum angiportibus prorupisse suspicatur.

159. δύο δραχμὰς] binae drachmae ingens erat merces diurna, nam vix totam drachmam pro die poterant expectare latrones<sup>9)</sup>. Potidaea cum obsidebatur, διδραχμοὶ quidem ὀπλίται illic ἐφρούρου<sup>10)</sup>, sed peregrinis auxiliis tantam mercedem solvere, id vesanae profecto fuisset prodigalitatibus.

<sup>1)</sup> Vid. Thucyd. VII 27, 29, 30 Pausan. I 23 § 3. Etiam Thucyd. V 6 huc facit. —  
<sup>2)</sup> Quae Vesp. 183, 1509 Av. 1030, 1495 Lys. 445 Ran. 39 Plut. 1097 fr. 589 redit; vid. etiam Ach. 767 Ran. 438 fr. 125. — <sup>3)</sup> Ut dicitur vs. 161, cf. Lys. 1136 etc. — <sup>4)</sup> Qua de re vid. quae ad Nub. 538 sq. observavi. — <sup>5)</sup> Vid. ad Vesp. 436. — <sup>6)</sup> Lys. 663; vid. ad Nub. 10. *Locustae alae* sive *involucra θρία* vocantur Vesp. 1312. — <sup>7)</sup> Cui rei etiam Helbigium Hom. Ep.<sup>1</sup> p. 8 fidem habuisse miror. — <sup>8)</sup> Vs. 161. — <sup>9)</sup> Vid. ad vs. 156. — <sup>10)</sup> Thucyd. III 17 § 3.



## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(item:)

τοισδὶ δύο δραχμᾶς τοῖς ἀπειψωλημένοις;  
 ὑποστένοι μέντ' ἄν ὁ θρανίτης λεῶς,  
 ὁ σωσίπολις.

(Thracas Dicaeopolidis peram spoliant. Alta voce Dicaeopolis:)

οἷμοι τάλας, ἀπόλλυμαι,

ὑπὸ τῶν Ὀδομάντων τὰ σκόροδα πορθηόμενος.

165 οὐ καταβαλεῖτε τὰ σκόροδ';

## ΘΕΩΡΟΣ.

ὦ μοχθηρὲ σύ,

οὐ μὴ πρόσει τούτοισιν ἐσκοροδισμένοις;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ταυτὶ περιείδεθ' οἱ πρυτάνεις πάσχοντά με  
 ἐν τῇ πατρίδι, καὶ ταῦθ' ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων;  
 ἀλλ' ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν

170 τοῖς Θραξὶ περὶ μισθοῦ λέγω δ' ὑμῖν ὅτι

167. περιείδεθ' ] temere Blaydes περιόψεοθ' (ut Thesm. 698 Ran. 1476 Nub. 124 Lys. 1019) vel περιορᾶτ' (ut Vesp. 439); aptissimum enim h. l. est tempus praeteritum, quippe de re peracta.

162. ὑποστένοι μέντ' ἄν] *mussilaret profecto*. Cf. Ulixis apud Euripidem verba <sup>1)</sup>: ἐπεὶ τῶν μεγάλα γ' ἢ Τροία στένοι, | εἰ φευξόμεσθ' ἔν' ἄνθρα (Cyclopem), μυσίον δ' ὄχλον | Φρυγῶν ὑπέστην πολλάκις ξὺν ἄσπιδι.

— ὁ θρανίτης λεῶς] sic milites dicit classarios, partem pro toto nominans, quoniam thranitarum gravior quam zygitarum thalamarumve in triremibus erat labor. Qui si opus esset in littus escendebant, ut proelio pedestri contenderent <sup>2)</sup>.

163. ὁ σωσίπολις] cf. Palladis epitheton poeticum ἠσίοπιτολις <sup>3)</sup>.

164. Manifestum statim martii ardoris exemplum edunt latrones; expugnant enim — peram Dicaeopolidis. Qui priusquam concionem adiit, alii aliquid in foro emit sibi suisque <sup>4)</sup>; emenda enim iam sunt talia <sup>5)</sup>. Cum participio πορθηόμενος ioculariter nunc adhibito cf. Mnesilochi adusti clamor: τί θαρρῶ καταπεπυρολημένος! <sup>6)</sup>.

165. Sic in Pace servus ad sortilegum furacem: οὐ καταβαλεῖς τὰ κόφιδ', ὦ θρηπῶλε; <sup>7)</sup>.

166. ἐσκοροδισμένοις] vid. ad Eq. 494.

167. περιείδετε] vid. ad Ran. 509.

170. περὶ μισθοῦ] vid. ad Eq. 669.

<sup>1)</sup> Cycl. 198 sq. — <sup>2)</sup> Vid. ad Ran. 1074 et 121. — <sup>3)</sup> Hom. Z 305 Aesch. Sept. 129. — <sup>4)</sup> Allium non eo consilio in concionem secum attulisse Dicaeopolidem ut ipse eo frueretur si diutius protraherentur deliberationes (cf. Eccl. 306), ex versu 174 apparet. — <sup>5)</sup> Cf. vs. 34. — <sup>6)</sup> Thesm. 242. — <sup>7)</sup> Pac. 1124.

διοσημί' ἐστὶ καὶ ἕανίς βέβληκέ με.

ΚΗΡΥΞ.

τοὺς Θοῤᾰκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ' εἰς ἔννην  
οἱ γὰρ πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν.

(Abeunt omnes praeter Dicaeopolidem. Amphitheus cistam tenens a parte sinistra celerrime in scenam irruit.)

SCENA SEXTA.

Dicaeopolis, Amphitheus.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οἴμοι τάλας, μυτιωτὸν ὅσον ἀπόλεσα!  
175 ἀλλ' ἐκ Λακεδαίμονος γὰρ Ἀμφίθεος ὀδί.  
χαῖρ', Ἀμφίθεε.

ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

μήπω πρὶν ἂν σωθῶ τρέχων

172. ἔννην] ἔννην codd.

176. πρὶν ἂν σωθῶ vHerwerden] γε πρὶν ἂν στῶ codd. metro invito, cui ut succurreret Brunck scripsit πρὶν ἂν γε στῶ (ut vs. 296 Eq. 961 Vesp. 920 etc.), Meineke γε πρὶν ἂν ἐστῶ (ut Nub. 196 etc.), item Cobet. Et potuit fortasse salva grammatica ita dici (*untill I stop running* Blaydes coll. Demosth. X § 10), sed contextui id parum aptum.

171. Obnunciatione haud raro solutas esse conciones et hinc discimus — nam rem in ridiculum non detorsisset comicus nisi eiusmodi quid revera factum esset identidem — et ex iis quae de tempore concionum magistratibus creandis leguntur in [Aristot.] Rep. Athen.<sup>1)</sup>: ἀρχαιρείσις ποιῶσιν οἱ μετὰ τὴν ἔκτην (post sextam prytaniam) πρυτανεύοντες ἐφ' ὧν ἂν (sc. ἡμερῶν) εὐσημία γίνηται. Nempe in colle aperto concionari per procellam civibus nimis fuisset molestum, etiamsi religio obstare non esset visa<sup>2)</sup>.

172. παρεῖναι εἰς ἔννην] comperendinatur concio. De verbi autem structura vid.

ad Eq. 751, de voce ἔννη ad Nub. 1134.

173. Vid. ad Eq. 674.

174. *Ex allio surrepto quantum moreli fieri poterat!* Cf. Ran. 134 et de moreto vid. ad Eq. 771.

175. Amphitheus ἦκει φέρον κίστην πλείαν σπονδῶν, ut Mercurii in Pace fabula verbis utar<sup>3)</sup>.

176. „Salvere” ne me iubeas, precor; nondum vacat, nondum enim in tutum evasi. Simillimo ioco infra Megarensis illud „χαῖρε” sic deprecatur: „ἀλλ' ἄμιν οὐκ ἐπιχώριον”<sup>4)</sup>.

— τρέχων] ita fere ut ἀνύσας (τι)<sup>5)</sup> vel homericum θείων<sup>6)</sup> hoc participium nunc adhibetur<sup>7)</sup>.

<sup>1)</sup> C. 44 § 4. Vid. etiam ad Nub. 581—594. — <sup>2)</sup> Cf. etiam Eccl. 791 Thucyd. V 45 § 4 Plut. Nic. 10. — <sup>3)</sup> Pac. 666. De κίστη; usu vid. infra vs. 1086 et ad Eq. 1211. — <sup>4)</sup> Vs. 832; vid. etiam ad Nub. 609. — <sup>5)</sup> Vid. ad Vesp. 30. — <sup>6)</sup> © 331 O 442 etc. — <sup>7)</sup> Item vs. 828 etc.; vid. ad Vesp. 30.

δεῖ γάρ με φεύγοντ' ἐκφυγεῖν Ἀχαρνέας.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τί δ' ἔστ' ;

ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

ἐγὼ μὲν δεῦρό σοι σπονδάς φέρων

178. δ'] del. Elmsley. || ἔστ'] ἔστι(ν) vel ἔστι(ν) codd.; vid. ad Nub. 214. || δεῦρό σοι R] σοι δεῦρο codd. complures, hinc alii ἔστι; σοὶ μὲν δεῦρ' ἐγώ.

177. φεύγοντ' ἐκφυγεῖν] i. e. φεύγειν ἵνα ἐκφύγω. *Fugiendum est mihi, ut illos effugiam.* De participii praesentis usu vid. ad Nub. 1212. Non inolitum autem haec est dictionis abundantia. Sic alibi legimus: βέλτερον δὲ φεύγων προφύγη κακὸν ἢ ἐ Φαλώη<sup>1)</sup>, vel: ἦν μὴ γε φεύγων ἐκφύγησ πρὸς αἰθέρα<sup>2)</sup>, vel: ἐὰν μὴ ἐκφύγω φεύγων αὐτόν<sup>3)</sup>, etc.; qualibus locis agnoscitur *reduplicandi* illud studium, quod linguae Graecae penitus est insitum; proxime enim *παμφαίνειν* *καρκαίρειν* *μαρμαίρειν* similia<sup>4)</sup> distant a locutionibus quales sunt βάδον βαδίζειν<sup>5)</sup>, λέγειν λόγους<sup>6)</sup>, vel φεύγειν φυγή<sup>7)</sup>, vel φεύγοντα ἐκφυγεῖν. Nec non huc facit *nominum* reduplicatio, cui debentur πόνω πονηρός<sup>8)</sup>, πόνοι πρόπονοι<sup>9)</sup>, κακά πρόκακα<sup>10)</sup>, κακὸς... κακῶς<sup>11)</sup>, πολλὰ ἐπὶ πολλοῖς<sup>12)</sup>, κάλλει καλλῆς, μεγάθει μεγάλης, τέχνῃ σοφῆς<sup>13)</sup>, πλῆθει πολλοί<sup>14)</sup>, alia eiusmodi<sup>15)</sup>. Etiam verba cum emphasi iterata hic sunt commemoranda: ἄπιστ' ἄπιστα cetera, vel πότμος ἄποτμος aliaque eiusmodi multa, qualia dicitio poetica affectat, noster autem risit in Ranis<sup>16)</sup>.

178. Lepide comicus ambigua voce

*σπονδαῖς* nunc utitur<sup>17)</sup>. Quae proprie adhibita significat *libationes*, i. e. merum quod effunditur cum fiunt induciae. Quae de re cf. Homeri locus notissimus<sup>18)</sup>: *Φοῖνον δ' ἐκ κρητῆρος ἀφυσάσμενοι δεπάεσαι | ἔκχεον, ἡδ' ἠῦχοντο θεοῖσ' αἰγιγενέτησι. | ὠδὲ δὲ τις 'Φεῖπεσκεν Ἀχαιῶν τε Τρώων τε' | "Ζεῦ κύδιστε μέγιστε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι, | ὀπότεροι πρότεροι ὑπέρ ὄρθια πημήνεια, | ὠδὲ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ἰέοι ὡς ὄδε Φοῖνος.*" Hinc autem *σπονδαὶ* et *σπένδουσαι* usu notissimo etiam de ipsis foederibus dicuntur. Amphitheus igitur tria nunc *σπονδῶν γεύματα* — tres nimirum lagenas — secum affert. Foederum autem, ut vini, cum annorum numero crescit pretium. Itaque varpae instar Dicaeopolidi gustanti sunt *σπονδαὶ* quinquennales, et vix meliores videntur decennales, quae novum bellum parantium potius esse videntur quam veram stabilemque pacem appetentium. At tricennales *σπονδαί*, in integram hominum aetatem<sup>19)</sup> ineundae, egregie placent; tales inducias ante annos viginti cum Lacedaemone inierat Pericles<sup>20)</sup>, tale foedus inter Argos Spar-

<sup>1)</sup> Hom. *Ξ* 81. — <sup>2)</sup> Eur. Phoen. 1216. — <sup>3)</sup> Plat. Hipp. Mai. 292a. Plura huiusmodi vid. Herodot. V 95 Thucyd. VII 70 § 8 Xen. Anab. II 5 § 7 IV 2 § 27; cf. etiam Eq. 286 sq. — <sup>4)</sup> Vid. Enchirid. dict. ep. § 138. — <sup>5)</sup> Av. 42; vid. ad Eq. 487. — <sup>6)</sup> Vid. Vesp. 1320. — <sup>7)</sup> Vid. Plat. Conv. 195b. — <sup>8)</sup> Vesp. 466. — <sup>9)</sup> Soph. Ai. 1197. — <sup>10)</sup> Aesch. Pers. 986, vid. etiam ibid. 1041 Soph. Ai. 866. — <sup>11)</sup> Vid. ad Nub. 554. — <sup>12)</sup> Vid. ad Eq. 411. — <sup>13)</sup> Theophil. fr. 127; etiam apud Herodotum I 51 alibi legitur *μεγάθει μέγας*. — <sup>14)</sup> Herodot. VI 44. — <sup>15)</sup> Vid. etiam infra vs. 235 Ran. 1046 Soph. Ai. 475 etc., Schulze Quaest. Ep. p. 509, Zacher Aristophanesstudien I p. 25 sq. — <sup>16)</sup> Ran. 1334, 1336. — <sup>17)</sup> Sequenti autem anno in Equitum fabula (vs. 1332 et 1388) festivum hunc locum spectato-ribus in mentem revocavit noster. — <sup>18)</sup> *Γ* 295 sqq. — <sup>19)</sup> Herodot. VII 149. — <sup>20)</sup> Thucyd. I 23 et 115.

- ἔσπευδον' οἱ δ' ὄσφροντο πρεσβῦται τινες  
 180 Ἀχαρνικοί, σιπιτοὶ γέροντες, πρίνινοι,  
 ἀτεράμονες, μαραθωνομάχοι, σφενδάμνινοι.  
 ἔπειτ' ἀνέκραγον πάντες' „ὦ μιαρῶτατε,  
 „σπονδὰς φέρεις, τῶν ἀμπέλων τετμημένων;“  
 κἄς τοὺς τράβωναξ ξυνελέγοντο τῶν λίθων.  
 185 ἐγὼ δ' ἔφηνον' οἱ δ' ἐδίωκον καὶ ἔβῳων.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οἱ δ' οὖν βοῶντων! ἀλλὰ τὰς σπονδὰς φέρεις;

180. σιπιτοὶ] στρυφνοὶ (ut Vesp. 877) coniecit Elmsley, σιφυροὶ Blydes.

181. μαραθωνομάχοι] -χαι R alii, quae lyricae dictioni relinquenda est forma; vid. ad Eq. 1331 et cf. Nub. 986.

tamque vigeat inde ab anno 450<sup>1)</sup>. In quinquaginta annos pacti sunt Graeci anno 421, in idem spatium Athenienses dein cum Lacedaemoniis foedus iniierunt<sup>2)</sup>, in centum autem annos mox cum Argivis<sup>3)</sup>.

180. Ἀχαρνικοί] de nominis forma vid. ad Nub. 186.

— σιπιτοὶ] *firmi*<sup>4)</sup>.

— πρίνινοι] proprie *iligneum* significat hoc adiectivum; quale lignum quoniam igni impositum magnum strepitum edere solet<sup>5)</sup>, homines *truculentum* dicuntur *πρίνινοι* et *πρινώδεις*. Vid. ad Vesp. 383<sup>6)</sup>.

181. ἀτεράμονες] vid. Vesp. 730.

— μαραθωνομάχοι] vid. Nub. 986.

— σφενδάμνινοι] *acerni*<sup>7)</sup>. Eo fere sensu

quo πρίνινον nunc usurpari hoc adiectivum intellegimus. Subsimilis autem fuit usus vocis *δραχαρνέως*, qua hominem stolidum aliquando indicatum esse docent grammatici<sup>8)</sup>.

182 sq. Simillima in Equitibus verba sunt: οἱ δ' ἐξ ἐνός στόματος ἄπαντες ἀνέκραγον [ *ἤννη περι σπονδῶν*;“<sup>9)</sup>. — Ab iis, quorum caesae sunt vineae, vinum et σπονδαὶ sunt aliena, pax vero *θεῶν πασῶν* est *φιλαμπελωτάτη*<sup>10)</sup>.

184. τῶν λίθων] vid. ad Ran. 1263 et ad Vesp. 199.

186. οἱ δ' οὖν βοῶντων!] *clament per me licet!* Contemnentis haec sunt verba, perinde atque Strepsiadis illud: οὐ δ' οὖν κάθευθε<sup>11)</sup>.

<sup>1)</sup> Thucyd. V 14. — <sup>2)</sup> Item olim Anaeti cum Metapiis, teste inscriptione saeculi VII<sup>i</sup> (Collitz 1150, IGA. 118) et cum Argivis Lacedaemonii anno 418 (Thucyd. V 79). — <sup>3)</sup> Foedus centum annorum inter Eleos et Heraeos commemoratur in inscriptione perantiqua (Collitz 1147, CIG. 11, IGA. 110). — <sup>4)</sup> Soph. Phil. 33 Theophr. Ign. § 37; *close-grained* recte Merry, qui totum versum bene sic reddidit: *close-grained, hearts-of-oak, case-hardened Marathonian heroes, tough as maple*. — <sup>5)</sup> Vid. infra vs. 667. — <sup>6)</sup> Speciem quidem habet versio *robustus*, quoniam *πρίνος* = *robur*; sed fallax tamen est. Non enim eum qui viribus praecellit sed hominem acrem, iracundum, molestum (*knorrig*) hoc adiectivum indicare apparet locis quae ad Vesp. l. l. contuli. — <sup>7)</sup> Suum sensum obtinet apud Cratinum, ubi *τράπεζαι τρισκελεῖς σφενδάμνιναι* commemorantur (fr. 301). Cf. Theophr. Hist. Plant. III 3 § 1. — <sup>8)</sup> Fr. com. adesp. 75. Cf. germ. *kohlerglaube*. — <sup>9)</sup> Eq. 670 sq. — <sup>10)</sup> Pac. 308. Cf. etiam Pac. 628 sq. et infra vs. 512. — <sup>11)</sup> Nub. 39. Cf. etiam Soph. Ai. 961 etc.

## ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

ἔγωγε φημί, τρία γε ταυτὶ γεύματα.

(Lagenam e cista exromptam Dicaeopolidi praebet.)

αὗται μὲν εἰσι πεντέτεϊς. γεῦσαι λαβῶν.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(Lagenam ad os admovet, dein aversatur.)

αἰβοῖ.

## ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

τί ἐστίν;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐκ ἀρέσκουσίν μ', ὅτι

190 ὄξουσι πίττης καὶ παρασκευῆς νεῶν.

## ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

(aliam ei offerens lagenam:)

σὺ δ' ἀλλὰ τασδὶ τὰς δεκέτεϊς γεῦσαι λαβῶν.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(hanc quoque acceptam repudians:)

ὄξουσι χαῖται πρέσβειων εἰς τὰς πόλεις

ὀξύτατον, ὥσπερ διατριβῆς τῶν ξυμμάχων.

192 sq. Om. R (in margine supplevit manus recentior). || ὄξουσι χ'... ὀξύτατον] speciem fortasse habet quod olim conieci: \*ὀξύτατον... ὄξουσι χ', nam particula καὶ in versu priorē vix est utilis, in altero autem desideratur potius. Nunc tamen recipere sum veritus collato Pac. 526.

193. διατριβῆς τῶν ξυμμάχων] haec suspecta; vHerwerden coniecit διατριβῆς καὶ ξυλλόγων. Equidem pro διατριβῆς malim nomen quo indicetur Peloponnesios operam daturus ut civitates foederatas ab Atheniensium symmachia in suas ipsorum partes pertrahant.

187. ταυτὶ] vid. Nub. 60.

189. μ'] vid. ad Ran. 103.

190. ὄξουσι πίττης] pice[m] redolent[em] σπον-  
δαί. Pice enim in asservando vino ute-  
bantur<sup>1)</sup>, pice navium rimas obturabant<sup>2)</sup>.  
De verbo ὄξιν vid. ad Nub. 1007.

191. σὺ δ' ἀλλὰ] vid. ad Nub. 1364 sq.

193. Quod ad verborum structuram  
adinet, simillimus est versus, ubi Pacis

comes Theoria πνεῖν dicitur γλυκύτατον  
ὥσπερ ἀσπρατίας καὶ μέρου<sup>3)</sup>. Quod autem  
ad sententiam, cf. vir amoris stimulis  
agitatus, qui unguentum oblatum διατριπ-  
τικόν καὶ οὐκ ὄξιν γάμων vocat<sup>4)</sup>. Vocatur  
igitur διατριβῆ τῶν ξυμμάχων pax, quae  
potius bellum intermissum moxque re-  
dintegrandum foret vocanda. Nam δια-  
τριβῆ si sanum est<sup>5)</sup>, procrastinationem

<sup>1)</sup> Plut. Conviv. Quaest. V 5,1. Nos fere: die wijn smaakt naar de kurk. —  
<sup>2)</sup> Cf. Ran. 364. — <sup>3)</sup> Pac. 526. — <sup>4)</sup> Lys. 943. — <sup>5)</sup> Vid. annot. critica.



## ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

195 ἀλλ' αὐταὶ τοί σοι τριακοντούτιδες  
κατὰ γῆν τε καὶ θάλατταν.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(Tertiam lagenam accipit; qua degustata laetitiae et admirationis effusae signa ostendit.)

ὦ Λιονύσια!

αὐται μὲν ὄξουσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος,  
καὶ μὴ ἐπιτηρεῖν σιτί' ἡμερῶν τριῶν,

194. τοί σοι Bothe] σοι σπονδαί R, σπονδαί cett.; γάρ σοι Elmsley (ut vs. 40, 175, 594, 738 Av. 1168 Lys. 1239).

197. Verba corrupta. Post versum 198 collocabat Reiske, quem verum vidisse puto; dein eum secutus Burges ἐπιτήρει coniecit. Sic concinnior sane fit oratio, sed nondum satis apta sententia evadit haec: „hae induciae dicunt: abi quo libet et victum in triduum parare noli”. Quod *non iuberi* satis, etiam *vetari* nimium. Accedit verbi ἐπιτηρεῖν usus insolitus (vid. commentarius); quapropter μὴ ἐπαγείρειν Bergk, μηκέτι τηρεῖν Meineke, μηκέτι μετρεῖν Hamaker coniecerunt, frustra omnes. Longius a litteris traditis discedit quod unum satis probabile invenio: \*κοῦ μὴ ἐπιταχθῆς, neque verendum iam est ne imperetur tibi.

significat: ad bellum paratos iam habebimus socios, qui si dimittentur nunc, brevi autem intermisso temporis spatio denuo accessentur, ludificatos se querentur tempusque inutiliter esse tritum, minus alacrem ideo nobis ferentes operam. *Perniciem* nostro loco valere διατριβὴν fuere qui perperam pararent <sup>1)</sup>.

— ὡσπερ] vid. ad Nub. 1276.

194. τοί σοι] eadem est iunctura Av. 356 <sup>2)</sup> et Ran. 1046 (τοί σοι).

196. Cf. Polyphemi vinum primum gustatum collaudantis verba: τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπόρρωξ <sup>3)</sup>.

197. Cf. Pacis versus, quem ad vs. 193 attuli, et Apollodori Carystii versus <sup>4)</sup>: ὄσφ δ' ἠδίονα | τὰ πράγματα' ἐν ταῖς πόλεσιν ἦν ἂν ἡ τὰ νῦν, | εἰ μεταβαλόντες τὸν βίον διήγομεν! | „πίνειν Ἀθηναίους

ἄπαντας τοὺς μέχρι | ἐτῶν τριάκοντ'“ „ἐξείνια τοὺς ἰππείας | ἐπὶ κῶμον εἰς Κόρινθον ἡμέρας δέκα“ κτέ. — Milites cum in expeditionem evocantur, iubentur ἔχοντες ἴκειν σιτί' ἡμερῶν τριῶν, *afferre victum in triduum* <sup>5)</sup>. Quae verba nimis frequenter his annis audita noster in ridiculum saepius detorsit. Sic Cleon in Vespis indices iussisse dicitur ἐν ὄρα ἦκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν πονηράν <sup>6)</sup>. Pax autem cum Theoria Athenas redux senatoribus affert ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν <sup>7)</sup>.

— ἐπιτηρεῖν] infinitivus non habet unde suspendatur, ipsum autem verbum praeter morem usurpatum est, significat enim *observare*, et de iis quae quis diligenter animadversa et aliquantisper expectata suos in usus convertit solet dici <sup>8)</sup>; latet igitur vitium <sup>9)</sup>.

<sup>1)</sup> Collato verbo διατριβῆναι Herodot. VII 120, quo loco vera videtur l. a. ἐκτριβῆναι. — <sup>2)</sup> Item Eur. Suppl. 1068. — <sup>3)</sup> Hom. ε 359. Praeterea vid. Hermippus fr. 827—10 (vinum σαπρίαυ laudans) et ad Ran. 1150. — <sup>4)</sup> Apollod. fr. 516 sqq. — <sup>5)</sup> Pac. 312. Cf. Pac. 1182 Thucyd. I 48 Eubul. fr. 20 etc. — <sup>6)</sup> Vesp. 243. — <sup>7)</sup> Pac. 716; alieni hinc Eq. 1079 Pac. 151. — <sup>8)</sup> Cf. infra vs. 922, Eubul. fr. 80: ἐνταῦθ' ἐπετήρουν τὴν τρόφον τῆς παρθένου et ad Ran. 1151. — <sup>9)</sup> Vid. annot. critica.



καὶ ἐν τῷ στόματι λέγουσι „βαῖν' ὅποι ἐθέλεις.“  
ταύτας δέγομαι καὶ σπένδομαι καὶ ἐπιόμαι,  
χαίρειν κελύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας·  
ἤδη δὲ πολέμου καὶ κακῶν ἀπαλλαγεῖς  
ἄξω τὰ κατ' ἀγρῶν εἰσιῶν Διονύσια.

## ΑΜΦΙΘΕΟΣ.

ἐγὼ δὲ φεύξομαι γε τοὺς Ἀχαρνέας.

(Scena mutata domum Dicaeopolidis ostendit, cui ab altera parte vicina est Lamachi, ab altera Euripidis domus. Domum suam intrat Dicaeopolis lagenam tenens, Amphitheus vero dextrorsum abit.)

198. ὅποι] ὅπη R alii, ὅπου schol.

199. σπένδομαι] σπείσομαι Meineke.

200. Post vs. 202 collocatum malim, quoniam iteratum τοὺς Ἀχαρνέας sic demum non displicet, si altera vox alteram statim velut echo quaedam excipit. Eodem consilio Elmsley versus 201 sq. post vs. 203 collocabat, Hamaker autem et Meineke deletos eos malebant (coll. vs. 250 et 269); at abesse nequeunt. || χαίρειν] κλάειν Bentley (ut vs. 1131) sine causa.

201. ἤδη Dobree] ἐγὼ codd., quae vocula e versus 203 initio irrepsit; Dindorf coniecit οὕτω. || καί] τε καὶ R, quod servari potest si \*καὶ νῦν legitur versus initio.

202. εἰσιῶν] male vGent εἰσιῶν, ἐξ ἐτῶν Reiske. Vid. commentarius.

203. φεύξομαι] φευξοῦμαι R.

198. ἐν τῷ στόματι λέγουσι] haec verba cum „*aperte proloquuntur*“ possunt intellegi, quemadmodum apud Homerum dici solet ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀρᾶσθαι <sup>1)</sup> vel ὄψαι πάντες ἄκρονον <sup>2)</sup>, tum: „ἐν ore διβήντης hae σπονδαὶ felicissima quaevis promittunt“ <sup>3)</sup>.

— βαῖν' ὅποι ἐθέλεις] item alibi: ἔτε χαίροντες ὅποι βούλεσθε <sup>4)</sup> et in dictione cothurnata: ἔθ' ὅποι χερῆεις <sup>5)</sup>. De verbo ἐθέλειν vid. ad Vesp. 493.

200. χαίρειν... πολλὰ] ironice dictum — hic et alibi saepius <sup>6)</sup> — idem valere

quod κλάειν μακρὰ et similia <sup>7)</sup>, vix est quod observem.

201. Simillima sunt hominis ignoti verba <sup>8)</sup>: ἐν τῶν κατ' ἔστυ πραγμάτων ἀπαλλαγεῖς | εἰς τὸν ἀγρὸν εἰμι κἀνδρὶ συνέσομαι φίλῳ | καὶ γῆθεν ἀναμίνομαι τὴν ἐπιχαρπίαν. Praeterea vid. ad Eq. 805.

202. Domum meam redeo <sup>9)</sup> ut *Liberalia rustica celebren*. Verba ἄξω εἰσιῶν idem valent quod εἰσιέρχομαι (vel εἰσεῖμι) ἄξων. Sic e. g. ἐγὼ δὲ δοῖδον' εἰσιῶν ποιήσομαι <sup>10)</sup> idem est quod εἰσιέρχομαι (vel εἰσεῖμι) ποιησόμενος δοῖδονα <sup>11)</sup>.

<sup>1)</sup> A 587 etc. — <sup>2)</sup> M 442. — <sup>3)</sup> Utramque explicationem praebent scholia. Quod vero *ora dolii* dicitur στόμα (Hermipp. fr. 827), id hinc alienum est. — <sup>4)</sup> Vesp. 1009. — <sup>5)</sup> Nub. 891 (Eur. fr. 721). — <sup>6)</sup> Aesch. Agam. 572 Eur. Hipp. 1059 Plat. Phaedr. 272e etc. — <sup>7)</sup> E. g. vs. 1131; vid. ad Ran. 34. — <sup>8)</sup> Fr. com. adesp. 133. — <sup>9)</sup> Cf. e. g. Lys. 636: οὐκ ἄρ' εἰσιόντα σ' οἶκαδ' ἢ τεκοῦσα γνώσεται. Nub. 125 Vesp. 107 (ubi vulgatam mutare non debebam) Thesm. 395 Ran. 981 etc.; oppositum est ἐξεῖναι vs. 240, vid. etiam vs. 1139. — <sup>10)</sup> Pac. 288. — <sup>11)</sup> De hoc participii praesentis usu vid. ad Nub. 1212.

**PARODUS CHORI.**

(vs. 204—240.)

(Cantus.)

(Chorus senum Acharnensium viginti quatuor in orchestram irruit per aditum qui spectatoribus a parte sinistra est. Lapides tenent animumque commotum gestu significant.)

**SCENA SEPTIMA.**

Chorus solus.

Stropha (vs. 204—218).

**ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.**

205 τῆδε πᾶς ἔπου, δίωκε, καὶ τὸν ἄνδρα πυνθάνου  
τῶν ὀδοιπόρων ἀπάντων τῆ πόλει γὰρ ἄξιον  
ξυλλαβεῖν τὸν ἄνδρα τοῦτον.

(Ad spectatores:)

ἀλλά μοι μηνύσατε,  
εἴ τις οἶδ' ὅποι τέτραπται γῆς ὃ τὰς σπονδὰς φέρων.

**UNUS E CHOREUTIS.**

210 ἐκπέφενγ', οἴχεται φροῦδος. οἴμοι τάλας τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν.  
οὐκ ἄν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων ἀνθράκων φορτίον

206. μηνύσατε R] μηνύετε cett.

211. οὐκ ἄν] οὐ γὰρ Blaydes coll. Eq. 524.

204. πᾶς] imperativo additum legitur etiam infra<sup>1)</sup>: παῖε πᾶς τὸν μιανόν, et omisso imperativo, sed praemisso adverbio quod imperativi instar est, σῖγα πᾶς et δεῦρο πᾶς<sup>2)</sup>. Praeterea vid. ad Ran. 372<sup>3)</sup>.

205. ἄξιον] vid. ad Nub. 474.

206. Sic etiam Pacis initio<sup>4)</sup> ad spectatores dicitur: ὑμῶν δέ γ' εἴ τις οἶδ' ἐμοὶ μηνύσάτω.

211—218. Senes laetos iuventae dies in mentem sibi revocantes, quo senectutis molestias sublevent, etiam in

Vespis inducuntur<sup>5)</sup>; vid. etiam senum chorus in Pluto fabula festinare coactus<sup>6)</sup>. Praeterea conferri possunt Eur. Herc. 312 sqq., apud Homerum autem crebrae sunt eiusmodi querelae in ore Nestoris et mendici personati. Prae ceteris vero digni qui h. l. laudentur sunt versus, quos ex epigrammate in olympionicae cuiusdam honorem conscripto affert Aristoteles<sup>7)</sup>: πρόσθε μὲν ἀμφ' ὀμοισιν ἔχων τραχείαν ἄσπιλιν | ἰχθῦς ἐς Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον.

211. Sic in Equitibus<sup>8)</sup> de poeta gran-

<sup>1)</sup> Vs. 282. — <sup>2)</sup> Vs. 238 sq. — <sup>3)</sup> Ubi locis allatis addendi sunt Pac. 512 Ran. 1125. — <sup>4)</sup> Pac. 20. — <sup>5)</sup> Vesp. 231, 1060. — <sup>6)</sup> Plut. 257 sq. — <sup>7)</sup> Rhetor. I 7 § 32. — <sup>8)</sup> Eq. 524.

215 ἡκολούθουν Φαῦλλῳ τρέγων, ὧδε φράυλως ἂν δ  
 σπονδοφόρος οὔτος ὑπ' ἐμοῦ τότε διωκόμενος  
 ἐξέφυγεν οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἂν ἀπεπλιζέτο.

Antistropa (vs. 219—233).

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

220 νῦν δ', ἐπειδὴ στερρὸν ἤδη τοῦμόν ἀντικνήμιον,  
 καὶ παλαιῷ Λακρατείδῃ τὸ σκέλος βράνεται,

215—218. Unus creticus aut excidit e versibus antistrophis 230—233, ubi vid., aut hoc loco abundat. Quapropter Bentley debebat ἐξέφυγεν, Porson ἐλαφρῶς, Hermann φράυλως, Hirschig pro ὑπ' ἐμοῦ τότε legebat ὄ.

218. οὐδ' ἂν... ἂν] ἂν οὐδ' (omisso altero ἂν) R.

220. Λακρατείδῃ Bentley] -τίδῃ codd.; in inscriptione attica commemorata Λακρατείδης Σωστράτου Ἰκαριεύς, Cobet autem contulit nomina Σωκρατείδης, Ἀντιγενείδης, Θεαγενείδης. Peperit igitur nomen Λακράτης (Xen. Hell. II 4 § 33 etc.) patronymicum Λακρατε(σ)ίδης. Immerito olim cum aliis suspectum habui terminum -τείδην.

daevo dicitur: *τελευτῶν ἐπὶ γήρωσ* — οὐ γὰρ ἐφ' ἡβῆς! — *ἐξεβλήθη*. Ubi vid. quae de praepositionis ἐπὶ hoc usu sunt observata. Cf. etiam Philoctetis verba <sup>1)</sup>: οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε | εἰλὴν με' ἐπεὶ οὐδ' ἂν ὧδ' ἔχοντ', εἰ μὴ δόλω.

215. Φαῦλλῳ] de Phayllo Crotoniata cursore velocissimo vid. ad Vesp. 1206. Inter aequales senum τῶν μαραθωνομάχων fuerunt praeterea Euchidas ille Plataeensis, qui intra unius diei <sup>2)</sup> spatium mille stadia confecisse fertur <sup>3)</sup>, Philippides (vel Phidippides) Atheniensis, qui stadia mille et ducenta percurrit bido <sup>4)</sup>, Scyllias Scionaeus urinator, quem octoginta stadiorum fretum sub aqua natantem aliquando permensus esse fuere qui perhiberent <sup>5)</sup>.

— φράυλως] i. e. ἡραδίως <sup>6)</sup>, ut in versu subsimili: οὐ ἡραδίως οὔτως ἂν αὐτοὺς δέφυγες <sup>7)</sup>.

218. ἀπεπλιζέτο] verbum πλίσεισθαι, apud Homerum primum obvium <sup>8)</sup>, idem valet quod βραίνειν, de *gradientibus* igitur usurpatur; πλιγμα est βῆμα, διαπεπλιγμένο <sup>9)</sup> est διαβεβηκώς, περιπεπλιγμένος <sup>10)</sup> dicitur qui *pedibus complexis sedet* <sup>11)</sup>, ἀμφιπλιζ εἰληφέναι <sup>12)</sup> est *complexum tenere* <sup>13)</sup> etc. <sup>14)</sup>.

220. παλαιῷ Λακρατείδῃ] *senex Lacratides*, qui nominatim a coryphaeo nunc designatur <sup>15)</sup>, unus est e choreutis, is opinor qui Phaylli aemulum modo se praedicavit. Qualia apud comicum satis sunt frequentia <sup>16)</sup>. Est autem Λακρατείδης e disertis illis nominibus, quae adamat

<sup>1)</sup> Soph. Phil. 947 sq. — <sup>2)</sup> I. e. *νυχθημέρου*. Vid. Unger Chronologie in IMulleri Enchiridio I p. 552. — <sup>3)</sup> Plut. Aristid. 20. — <sup>4)</sup> Herodot. VI 106. — <sup>5)</sup> Herodot. VIII 8; cf. Pausan. X 19, Apollonidis epigr. 16, Plin. Hist. Nat. XXXIV 11, Hauvette Rev. de Phil. 1886 p. 137. — <sup>6)</sup> Vid. ad Vesp. 656. — <sup>7)</sup> Vesp. 461. — <sup>8)</sup> ζ 318. — <sup>9)</sup> Archil. fr. 60. — <sup>10)</sup> Stratt. fr. 63. — <sup>11)</sup> τὴν πόδε ἰναλλάξ ἔχων, ut dicitur Nub. 983. — <sup>12)</sup> Soph. fr. 538. — <sup>13)</sup> περιβάδην, vid. ad vs. 399. — <sup>14)</sup> Cf. Ar. fr. 198, Cobet Mnemos. 1859 p. 55 sqq. Var. Lect. p. 135. — <sup>15)</sup> Nimis absurda — et a nostro certe loco prorsus aliena — sunt quae de prisco quodam Lacratida, qui Persici belli tempore archon fuerit, nugantur scholia: huius scilicet anno gelu tam vehemens fuisse ut frigida quaevis — senes autem frigent semper — exinde Λακρατίδου nomine designarentur. — <sup>16)</sup> Cf. vs. 273, 609, 612 Eq. 242 sq. Vesp. 230—234, 401 Pac. 1142 Lys. 254, 259, 266.

οἴχεται. διωκτέος δέ· μὴ γὰρ ἐγγάνοι ποτέ  
μηδέ περ γέροντας ὄντας ἐκφυγὼν Ἀχαρνέας.

## UNUS E CHOREUTIS.

- 225 ὅστις, ὃ Ζεῦ πάτερ καὶ θεοί, τοῖσιν ἐχθροῖσιν ἐσπέισατο,  
οἷσι παρ' ἐμοῦ πόλεμος ἐχθροδοπὸς αὐξεται τῶν ἐμῶν χωρίων
- 230 κοῦκ ἀνήσω πρὶν ἂν σχοῖνος αὐτοῖσιν ἀντεμπαγῶ  
ὀξύς, ὀδυνηρός, ὤ—ὤ ἐπίκωπος, ἴνα

221. ἐγγάνοι Brunck] -νη(ι) codd.

222. ὄντας] om. R alii, ἄνδρας; Fritzsche male.

230. ἀντεμπαγῶ R] ἄτ' ἐμπαγῶ plerique.

231. ἀνιαρός metri causa (vid. ad vs. 215—218) addidit Blaydes coll. Plut. 561, coniectura nimis incerta, cum praesertim quod sequitur ἐπίκωπος sit molestissimum, ipsum autem ἀνιαρός post ὀδυνηρός insertum arte palaeographica magis quam aurium iudicio commendetur. Post ἀντεμπαγῶ addendum esse καὶ σκόλοψ e Suida s. v. σκόλοψ efficiebat GHermann, sed vocis σχοῖνου hoc est glossema manifestum.

comoedia <sup>1)</sup>; indicat enim hominem *robore praevalentem* <sup>2)</sup>. Talis igitur erat olim, cum Phayllos cursu aequabat vel antevertebat; at — πρὶν ποτ' ἦν, πρὶν ταῦτα! <sup>3)</sup>.

221. ἐγγάνοι] vid. infra vs. 1197 et ad Vesp. 721.

222. γέροντας ὄντας] sonorum hanc similitudinem minime vitarunt veteres <sup>4)</sup>.

225. Ζεῦ πάτερ καὶ θεοί] vid. ad Nub. 413.

227. τῶν ἐμῶν χωρίων] *pro praediis meis vastatis* <sup>5)</sup>. Genitivo indicatur res pro qua poena est luenda, ut Vesp. 1424: ἀποτεῖσαι ἀργύριον τοῦ τραύματος.

230. οὐκ ἀνήσω] vid. vs. 347 et ad Ran. 200.

— σχοῖνος... ὀξύς] *iuncos acutos* <sup>6)</sup> ranarum promachi in mures olim sunt

iaculati <sup>7)</sup>, apud Pollucem autem <sup>8)</sup> inter frutices spinosas, quibus horti circumdari solent, *σχοῖνος* recensetur. Quamquam identidem recurrit mihi suspicio, non de veris iuncis nunc esse sermonem, qui muribus quam hominibus magis metuendi fuisse videntur, sed etiam instrumenta quaedam ad deterrendos fures circa hortorum aditus disposita ita fuisse vocata <sup>9)</sup>, τοῖς τριβόλοις similia, quod item fruticis <sup>10)</sup> et instrumenti bellici <sup>11)</sup> nomen fuit.

— ἀντεμπαγῶ] similia minatur coryphaeus in Vespis <sup>12)</sup>: εἰ δὲ μὴ τοῦτον μεθήσεις, ἔν τί σοι παγήσεται — aculeum suum dicens.

232. ἐπίκωπος] proprie sic dicitur remex, qui ἐπὶ κόπην ἴσων <sup>13)</sup> remum iam iam est ducturus <sup>14)</sup>, hinc i. u. *paratum*

<sup>1)</sup> De quibus vid. ad Vesp. 84 et 401. — <sup>2)</sup> Compositum est e λα- (λαω-) et nominis κράτους stirpe addito patronymicorum termino. Minime autem inauditum erat; nam Lacratidam Periclis accusatorem commemorat Plutarchus Per. c. 35 ex Heraclidis Pontici auctoritate; redit autem nomen Isae. VII § 12 Plut. Lys. 30. — <sup>3)</sup> Vesp. 1063. — <sup>4)</sup> Vid. Eq. (270?) 533 Vesp. 277, 1192, 1384 Pac. 698 Av. 1256 etc. — <sup>5)</sup> De voce χωρίους vid. Eq. 1077. — <sup>6)</sup> Etiam apud Theophrastum H. Pl. IV 12 § 1 hoc adiectivo designatos. — <sup>7)</sup> Batrachom. 248, 256. Cf. etiam Plat. com. fr. 201: *σχοῖνους λαβῶν ἀνεῖρε τὰ κρία*. — <sup>8)</sup> X 131, nostri fortasse loci fide. — <sup>9)</sup> *Voetangels*. — <sup>10)</sup> Lys. 576 Nub. 1003 etc. — <sup>11)</sup> Plut. Mor. 200a etc. — <sup>12)</sup> Vesp. 437. — <sup>13)</sup> Vid. ad Ran. 197. — <sup>14)</sup> Cf. *πρόσκωπος*; Thueyd. I 10 § 4.

μήποτε παῶσιν ἔτι τὰς ἐμὰς ἀμπέλους.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

235 ἀλλὰ δεῖ ζητεῖν τὸν ἄνδρα καὶ βλέπειν Βαλλήναδε  
καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς, ἕως ἂν εὐρεθῆ ποτε  
ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκείνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(intra domum:)

εὐφημεῖτε! εὐφημεῖτε!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

240 σῖγα πᾶς. ἤκούσατ', ἄνδρες, ἄρα τῆς εὐφημίας;  
οὗτος αὐτός ἐστιν ὃν ζητοῦμεν. ἀλλὰ δεῦρο πᾶς  
ἐκποδῶν· θύσων γὰρ ἀνήρ, ὡς ἔοικ', ἐξέρχεται.  
(Chorus secedit in orchestrae partem remotiorem.)

232. ἔτι] om. R.

236. ἐμπλήμην R<sup>1</sup>] ἐμπλείμην cett. fere omnes.

238. σῖγα Bentley] σίγα codd. || ἄνδρες] ὠνδρες Blaydes. || ἄρα] ἄρα Halbertsma.

240. ἀνήρ] ἀνήρ codd.

vel instantem potuit significare <sup>1)</sup>, sed nisi de hominibus apte usurpari vix potuit, *iuncti* vero epitheton est nimis absurdum! Quippe lacunosa haec sunt verba.

233. μήποτε... ἔτι] non insolitus est hic particularum ordo; sic alibi dicitur e. g. μηδέποτε μ' ἐλθεῖν ἔτι <sup>2)</sup>.

234. Βαλλήναδε] vox iocose ficta <sup>3)</sup> ad imitationem nominis demi Παλλήνης; et Παλλήναδε <sup>4)</sup>. Simillimum est quod in Equitibus dicitur βλέπειν ὄστρακίνα <sup>5)</sup>, praeterea de huiusmodi iocis vid. ad Eq. 79 et Ran. 427 <sup>6)</sup>.

235. γῆν πρὸ γῆς] sic Io apud Aeschylum <sup>7)</sup>: μαστίγι· θεία γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνο-

μαι. Conf. πληγὴν παρὰ πληγὴν <sup>8)</sup> et similia, quaeque de verborum reduplicandorum studio ad vs. 177 observavi.

237. εὐφημεῖτε!] vid. ad Ran. 354.

238 sq. σῖγα πᾶς et δεῦρο πᾶς] vid. supra vs. 204 <sup>9)</sup>.

238. ἄρα] hoc interrogativum verbo suo interdum, ut h. l., postponitur <sup>10)</sup>.

239. Pompam celebraturum auditis eius verbis intellegunt choreutae, unde — audaci sane coniectura! — efficiunt eum ipsum esse quomodo petunt, solum enim inter belli strepitum pacis bonis frui, cum hostibus nimirum modo pactum.

240. ἐξέρχεται] cf. εἰσιῶν vs. 202.

<sup>1)</sup> Cf. Athen. 686a. — <sup>2)</sup> Plut. 1000. Cf. etiam Pac. 221, 1084 Soph. Oed. R. 1412 etc. — <sup>3)</sup> Haud male reddas: *den Gooikant op kijken, to Hurlingham* (Merry). —

<sup>4)</sup> Herodot. I 62. — <sup>5)</sup> Eq. 855, ubi vid. — <sup>6)</sup> Neque ad rem facit quod coelites cum gigantibus Pallenae olim conflixisse credebantur (vid. Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 70,3), neque id quod scholia observant, Pisistratum illic pugnasse cum adversariorum copiis (Herodot. I 62 Andocid. I § 106 [Aristot.] Rep. Ath. 15 § 3). — <sup>7)</sup> Prom. 682. Etiam apud Ciceronem ad Att. XIV 10 et alibi locutio occurrit. Item nos *voet voor voet, stap voor stap*. — <sup>8)</sup> Ran. 643. Cf. nostra *leven om leven, dag aan dag, slag op slag*. — <sup>9)</sup> σῖγα πᾶς legitur etiam Eur. Rhes. 730. — <sup>10)</sup> Item Eccl. 672 Plut. 579 Soph. Oed. C. 409 Eur. Or. 1512 Heracl. 640 El. 1229.



## SCENA OCTAVA.

(Dicaeopolis ollam manibus tenens ex aedibus procedit pompam ducens.  
Quem sequuntur uxor, filia canistrum gestans, servi duo cum phallo.)

Dicaeopolis, Filia.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

εὐφημεῖτε! εὐφημεῖτε!

· προῖτω εἰς τὸ πρόσθεν ὀλίγον ἢ κανηφόρος.

ὁ Ξανθίας τὸν φαλλὸν ὀρθὸν στησάτω.

κατάθου τὸ κανοῦν, ὦ θύγατερ, ἵν' ἀπαρξώμεθα.

## ΘΥΓΑΤΗΡ.

(posito canistro:)

245 ὦ μῆτερ, ἀνάδος δεῦρο τὴν ἔτηρῶσιν,  
ἵν' ἔτνος καταχέω τοῦ ἐλατήρος τουτουί.  
(Mulieres placentam ornant.)

242. προῖτω εἰς Wolf] προῖθ' ὡς codd., προῖθ'(ι) εἰς Elmsley (cf. Eccl. 742 sq.).

214. Matri dat Ald., sed muta haec videtur fuisse persona.

241. εὐφημεῖτε!] vid. ad Ran. 354.

242. προῖτω εἰς τὸ πρόσθεν] vid. ad Eq. 751.

— κανηφόρος] κόρην κανοῦν φέρουσαν ἐν πομπῇ τινι <sup>1)</sup> sic vocabant.

243. τὸν φαλλὸν] ξύλον ἐπίμηκες, ἔχον ἐν τῷ ἄκρῳ σκόντιον αἰδοῖον ἐξηρημένον <sup>2)</sup>, sic dicebatur. Cuiusmodi phallo Bacchica pompa nulla poterat carere; ludicri autem obscenive nihil habere veteribus hoc signum videbatur <sup>3)</sup>, id quod melius fortasse quam proluxae disputationes docent quae in decreto aetatis Pericleae de colonia Bream deducenda <sup>4)</sup> leguntur: quotannis huic coloniae, ut aliis, in Panathenaeorum festum mit-

tendos esse bovem duosque bidentes, in Liberalia autem — phallum <sup>5)</sup>).

244. In canistro, quod tenet puella, est supellex quae ad sacrum ferendum requiritur <sup>6)</sup>. Itaque deponere iam canistrum iubetur, ut sacrificandi initium fieri possit <sup>7)</sup>.

245 sq. De vocibus ἔτνει et ἔτηρῶσει vid. ad Eq. 1171 et 1091. Puls unde nunc adsit accuratius non indicatur; fortasse mater in olla (χύτρα) attulit <sup>8)</sup>; ἐλατήρ autem sive placentā <sup>9)</sup> ni fallor est in χύτρῃ illa, quam ipsum Dicaeopolidem manibus tenere infra apparet <sup>10)</sup>. De verbo denique καταχεῖν vid. infra vs. 1040.

<sup>1)</sup> Thucyd. VI 56 § 1. — <sup>2)</sup> Schol. — <sup>3)</sup> Quamquam ad iocos obscenos necessario pelliciebat hic mos; ut infra vs. 260 videre est, cui loco nequitiam inesse probe sensere scholiastae. — <sup>4)</sup> CIA. I 31 (Dittenb. Syll. 12). — <sup>5)</sup> Etiam CIA. II 321 commemoratur Atheniensium φαλλαγία; vid. praeterea Herodot. II 49 Athen. 445 ὁ Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 712,4. — <sup>6)</sup> Cf. Pac. 956 Av. 43, 850 Eur. Herc. 926 Iph. Aul. 1569 Demosth. XXII § 78 Menandr. fr. novum (Oxyrh. Papers II) vs. 22. — <sup>7)</sup> Etiam Pac. 1056 loco simili verbum ἀπαρξέσθαι occurrit. — <sup>8)</sup> Nam plures simul quominus deo offerrentur χύτραι nihil obstat; vid. infra ad vs. 284. — <sup>9)</sup> Vid. Eq. 1182. — <sup>10)</sup> Vid. vs. 284.



ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

καὶ μὴν καλὸν γ' ἔστ'.

(Precans:)

250

ὦ Διόνυσε δέσποτα,  
 κηραρισμένως σοι τήνδε τὴν πομπὴν ἐμὲ  
 πέμψαντα καὶ θύσαντα μετὰ τῶν οἰκετῶν  
 ἀγαγεῖν τυχηρῶς τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια,  
 στρατιᾶς ἀπαλλαγέντα, τὰς σπονδὰς δέ μοι  
 καλῶς ξυνενεγκεῖν τὰς τριακοντούτιδας.

(Ad filiam:)

255

ἄγ' ὦ θύγατερ, ὅπως τὸ κανοῦν καλὴ καλῶς  
 οἴσεις, βλέπουσα θυμβροφάγον. ὡς μακάριος  
 ὅστις σ' ὀπύσει καὶ ἐκποιήσεται γαλᾶς  
 σοῦ μηδὲν ἤττους . . . βδεῖν ἐπειδὰν ὄρθρος ἦ!

247. καὶ — ἔστ'] Puellae tribuit A, ceteri codd. dant Dicaeopolidi, nulla post ἔστ' scripta interpunctione; quam restituit Brunck.

251. \*ἀπαλλαγέντα] -χθέντα codd.; cf. vs. 201, 270 Pac. 293, 303, 352 Eccl. 1082, 1100 Plut. 263, 271, 316 fr. 387<sup>3</sup>. Redit error Vesp. 484, 504 Av. 910 Plut. 66.

253—258. Haec quoque *Matri* dedit Ald.; vid. ad vs. 244.

254. οἴσεις R] -σει (-ση) cett.

256. ἤττους Elmsley] ἤττον codd.; Brunck γαλᾶς; σὲ . . . ἤττον absurde.

247. καλὸν γ' ἔστι] *pulcra sane est puls!* <sup>1)</sup>.

250. τυχηρῶς] *priseum adiectivum et in precibus solemne* <sup>2)</sup>.

251. στρατιᾶς ἀπαλλαγέντα] cf. vs. 269 sq., de substantivo autem vid. ad Vesp. 354.

253. ἄγ' . . . ὅπως] vid. ad Nub. 489.

— καλὴ καλῶς] vid. ad Nub. 554.

254. βλέπουσα] vid. ad Ran. 562.

— θυμβροφάγον] in scholio non male redditur verbis ἀγορικὸν καὶ ἐλευθέριον <sup>3)</sup>.

255. ὀπύσει] *uxorem habebit*. *Priseum* verbum <sup>4)</sup> apud comicos non redit. De futuri usu vid. ad Eq. 1107.

— ἐκποιήσεται] *procreabit* <sup>5)</sup>.

256. Nihilo magis urbanis verbis in Thesmophoriazasis utitur Mnesilochus ut filiae suae felices apprecetur nuptias <sup>6)</sup>. Mustelas puellis puellas mustelis saepe assimulavit dictio popularis <sup>7)</sup>, quod praesertim docet fabula de mustela in mulierem mutata <sup>8)</sup>. Sic matrona apud Theocritum <sup>9)</sup> ad tardam

<sup>1)</sup> Ad καλὸν mente supplendum esse τὸ ἔτιος, cavendum autem esse ne ita ut καλῶς ἔχει interpretemur, optimo iure observavit Blaydes. — <sup>2)</sup> Redit Thesm. 305. Cf. Aesch. Ag. 464. — <sup>3)</sup> Cf. Nub. 421. — <sup>4)</sup> Hom. *Θ* 304 ζ 63 etc., item in lege Gortynia passim, etc.; nostro loco similis est ο 21: (mulier) *κείνου βούλετα οἶκον ὀφελλέμεν*, ὅς κεν ὀπύη. — <sup>5)</sup> Item Pac. 708. — <sup>6)</sup> Thesm. 289 sq. — <sup>7)</sup> Vid. docta Hehnii nota Kulturpf. <sup>4</sup> p. 499. — <sup>8)</sup> Babrii fab. 32; quam narratiunculam Aristophanis aevo non esse recentiorem testatur Strattidis fr. 71. — <sup>9)</sup> XV 28.

πρόβαινε, καὶ ἐν τῷ ὄγλῳ φυλάττεσθαι σφόδρα  
μὴ τις λαθῶν σου περιτράγη τὰ χρυσία.

(Ad servos:)

260 ὦ Ξανθία, σφῶν δ' ἐστὶν ὀρθὸς ἐκτέος  
ὁ φαλλὸς ἐξόπισθε τῆς κανηφόρου.  
ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν ἕσομαι τὸ φαλλικόν  
σὺ δ', ὦ γύναι, θεῶ μ' ἀπὸ τοῦ τέρους. πρόβα.

(Uxor aedes intrat. Dicaeopolis pompam ducens cum ceteris progreditur.)

(Cantus.)

Φαλλῆς, ἑταῖρε Βακχίου,

262. Θεῶ μ'] θεῖα' male Blaydes coll. Pac. 907, cuius loci alia est ratio; θεῶ enim significat: *specta per temporis aliquod spatium*, θεῖσαι vero: *nunc ipsum spectata certam hanc rem (quam tibi indico)*.

ancillam: *πάλιν αἱ γαλαί μαλακῶς χρῆζοντι καθεύδειν*; <sup>1)</sup>. Nostro autem loco post *μηδὲν ἤττους* expectatur *amatorium* verbum aliquod <sup>2)</sup>, ut designentur matre pulchra filiae etiam pulchriores et ἡδιούς ἐν τοῖς στρώμασιν τὴν νύκτα παννυχίζειν. Sed ne nimis diu scilicet seria videantur agi a Liberalia celebrantibus, ioculariter subiungitur nunc *βδεῖν* <sup>3)</sup>, quemadmodum verbo *πέρεσθαι* in ore populi designabatur supina negligentia et securitas <sup>4)</sup>.

258. *περιτράγη*] vid. Eq. 1026.

— *τὰ χρυσία*] *aurea monilia* reliquosque mundus. Sic in Avibus dicitur: *ὅσον δ' ἔχει τὸν χρυσόν, ὥσπερ παρθένος!* <sup>5)</sup> vel apud Homerum <sup>6)</sup>: *χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἔεν ἴντε κούρι*, <sup>7)</sup>.

261. Pompae in Bacchi honorem ductae et versus fescennini a φαλλοφόροις cantati in Attica sunt moris antiquissimi,

qui quin etiam extra Atticam inde a priscais temporibus passim viguerit non est dubium <sup>8)</sup>. Sic Sicyonii φαλλοφόροι commemorantur apud Athenaeum <sup>9)</sup>, et Semus Delius — suorum civium ut videtur mores describens — „phallophori” ait „vultu aperto, densis autem hederæ violæque coronis ornati <sup>10)</sup> villosisque vestibus <sup>11)</sup> tecti theatrum intrant, talia cantantes: σοί, Βάκχε, τάνδε μούσαν ἀγλαΐζομεν, | ἀπλοῦν ἔυθυμὸν χέοντες αἰὼφ μέλει, | καινάν, ἀπαρθέρευτον, οὔτι ταῖς πάρος | κεχρημέναν ψδαῖσιν, ἀλλ' ἀκήρατον | κατάρχομεν τὸν ὕμνον. Dein in spectatores incurrentes dieteriis mordacibus et festivis eos vellicant” <sup>12)</sup>. — Recte autem observavit Aristoteles, ipsam comoediam ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὰ φαλλικά προδιῆσθαι <sup>13)</sup>. Nempe carminibus procaecibus rusticorum Liberalia saltando et iocando celebrantium <sup>14)</sup> volventibus annis addi coepita

<sup>1)</sup> Hodie eodem sensu dicunt *poesjes*, *chattes*, similia; quemadmodum etiam Aesopea illa mustela apud Lafontanum novam metamorphosin passa in feliem abiit. — <sup>2)</sup> Quod clarius etiam intellegitur coll. Lys. 966 et 1089. — <sup>3)</sup> Conferri potest Plut. 693. — <sup>4)</sup> Cf. Eq. 115 Nub. 9 Eccl. 464 Plut. 176. — <sup>5)</sup> Av. 670. — <sup>6)</sup> B 872. — <sup>7)</sup> Cf. etiam Ar. Lys. 1190 Thesm. 894 Eccl. 447 Eur. Hec. 154. — <sup>8)</sup> De suo tempore disertis verbis testatur Aristoteles Poet. 4. — <sup>9)</sup> Athen. 621f. — <sup>10)</sup> Vid. ad Eq. 1323. — <sup>11)</sup> *καυνάκαις*, vid. Vesp. 1137. — <sup>12)</sup> Athen. 622b-d. — <sup>13)</sup> Poet. 4. — <sup>14)</sup> Ipsum quoque Bacchum summa libertate fuisse tractudum et noster locus testatur et licentia qua de Baccho iocati sunt comici. Cf. Prolegom. Ran. p. XV sq.

265 ξύγκομε, νυκτοπεριπλάνητε, μοιχέ, παιδοεραστά.  
 ἔκτω σ' ἔτει προσείπον εἰς τὸν δῆμον ἔλθῶν ἄσμενος,  
 σπονδάς ποιησάμενος ἑμαυτῷ, πραγμάτων τε καὶ μαχῶν  
 270 καὶ Λαμιάων ἀπαλλαγείς.  
 πολλῶ γάρ ἐσθ' ἥδιον, ὦ Φαλῆς, Φαλῆς,  
 κλέπτουσεν εὐρόνθ' ὄρικὴν ἑλιφρόρον.

265. νυκτοπεριπλάνητε] -πλανῆτα Blaydes.

sunt colloquia iocularia; verbi causa *ἔμμεϊτό τις ἐν εὐτελεῖ τῇ λέξει κλέπτοντάς τινὰς δπώραν* <sup>1)</sup>, aliaque huiusmodi multo cum risu verborumque clamosa licentia agebantur. Quae facetae extemporales inter *Dores* videntur esse natae, apud *Lacedaemonios* autem huiusmodi scurrae *δεικηλικταί* dicebantur, *Thebis* *ἔθελονταί*, in *Italia* *φλύπκες*, *alibi* *αὐτοκάρδῶλοι* <sup>2)</sup>.

264. νυκτοπεριπλάνητε] cum adiectivo *alibi* non obvio cf. tragica *νυκτίπλαγκτος* <sup>3)</sup> et *πολυπλάνητος* <sup>4)</sup>.

266. Simillima in Pace dicunt agricolae deam recuperatam salutantes: ὦ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα, | ἄσμενός σ' ἰδὼν προσεῖπεν βούλομαι τὰς ἀμπέλους, | τὰς τε συνὰς, ἅς ἐγὼ ἐφύτευον ὦν νεώτερος, | ἀσπάσασθαι θυμὸς ἡμῖν ἐστι πολλοστῶ χρόνῳ <sup>5)</sup>. Cf. etiam *Lycurgi de Leocrate* <sup>6)</sup>: *civium pro patria ad Chaeroneam mortuorum οὐδὲ τὰς θήκας παριῶν ἡσχύνθη ὀγδόω ἔτει τὴν πατριδα αὐτῶν προσαγορεύων*.

— ἔκτω... ἔτει] vid. ad Eq. 793.

— σε... προσείπον] *salutavi te*, i. e. *salutare te mihi tandem denique contigit*. *Dictionis* *exquisitoris* est *προσαγορεύειν* ita usurpatum, nec tamen rarum apud nostrum <sup>7)</sup>. Ceterum non est obliviscen-

dum *finji* haec a *Dicaeopolide*, qui urbem neque reliquit neque mox est relicturus, nam tota fabula Athenis agitur <sup>8)</sup>.

268. σπονδάς ποιησάμενος] vid. quae ad vs. 52 observavi.

269 sq. Simillima sunt *Trygaei* ad agricolas in Pace verba <sup>9)</sup>: νῦν ἐστιν ἡμῖν ὦ ἄνδρες Ἕλληρες καλόν, | ἀπαλλαγείσι πραγμάτων τε καὶ μαχῶν | ἔξελεύσασί τῆν πᾶσιν *Εἰρήνην φίλην*, et hominis ignoti <sup>10)</sup>: *πραγμάτων ἀπαλλαγείς* | *εἰς τὸν ἀγρόν εἶμι* <sup>11)</sup>. De vocis *πραγμάτων* hoc usu vid. ad *Vesp.* 1392, cum verbis autem *μαχῶν* et *Λαμιάων* annominatione iunctis <sup>12)</sup> cf. similes verborum lusus *Γέλα καὶ Καταγέλα* <sup>13)</sup>, *σπαράττων καὶ ταράττων* <sup>14)</sup>, *λόχους καὶ λόφους* <sup>15)</sup>, *σχῆμα καὶ λῆμα* <sup>16)</sup>, *πίνειν καὶ βινεῖν* <sup>17)</sup>, *δαπάνης καὶ φάτης* <sup>18)</sup>.

271—275. πολλῶ γάρ ἐσθ' ἥδιον κτέ.] cf. chorus in Pace fabula <sup>19)</sup>, qui ruris otia et hilara convivia prae belli urbisque aerumnis laudaturus ab iisdem fere verbis dicendi initium facit: οὐ γάρ ἐσθ' ἥδιον ἢ κτέ.

272. Quantopere a furibus sit cavendum eo tempore quo urae ceterique fructus maturescunt, probe norunt omnes quibus e vineis hortisque vita est <sup>20)</sup>; itaque popelli iocularia eiusmodi nebulo-

<sup>1)</sup> Verba sunt *Sosibii* apud Athen. 621d. — <sup>2)</sup> *Ibid.* f, *Semus Delius* *ibid.* 622f. — <sup>3)</sup> *Aesch. Ag.* 12, 330 *Choeph.* 524, 751. — <sup>4)</sup> *Eur. Hel.* 1319. — <sup>5)</sup> *Pac.* 556; vid. *ibid.* 596 sqq. et *infra* 989 sqq. — <sup>6)</sup> *Leocr.* § 45. — <sup>7)</sup> Cf. vs. 882, 891 *Pac.* 520, 522, 557, 581; vid. etiam ad *Eq.* 806. — <sup>8)</sup> *Vid. supra* pag. 2 not. 5. — <sup>9)</sup> *Pac.* 292. — <sup>10)</sup> *Fr. com. adesp.* 133. — <sup>11)</sup> *Vid. etiam* vs. 251 et 757. — <sup>12)</sup> *Etiam* *infra* vs. 1071. Cf. *Prolegom.* p. XI, 8. — <sup>13)</sup> *Infra* vs. 606. — <sup>14)</sup> *Infra* vs. 688. — <sup>15)</sup> *Infra* vs. 1074. — <sup>16)</sup> *Ran.* 463. — <sup>17)</sup> *Wijnste en Trijntje*, *Ran.* 740. — <sup>18)</sup> *Nub.* 13. — <sup>19)</sup> *Pac.* 1140 sqq. — <sup>20)</sup> Cf. *Vesp.* 449.

τὴν Στρυμοδώρου Θραῖτταν ἐκ τοῦ φελλέως,  
 275 μέσην λαβόντ', ἄραντα, καταβαλόντα καταγιγαρτίσαι.  
 Φαλῆς, Φαλῆς,  
 ἐὰν μεθ' ἡμῶν ξυμπίης, ἐκ κραιπάλης  
 ἔωθεν εἰρήνης ἡορήσει τρυβλίον  
 ἢ δ' ἄσπις ἐν τῷ φεψάλῳ κρημήσεται.

## SCENA NONA.

(Choreutae in Dicaeopolidem irruunt lapidibusque eum petunt. Fugiunt in aedes filia servique.)

Chorus, Dicaeopolis.

## ΧΟΡΟΣ.

280 οὔτος αὐτός ἐστιν, οὔτος.

276. Φαλῆς Φ. Elmsley] ὦ Φ. Φ. codd.

278. ἡορήσει Elmsley] -σεις codd.; cf. Vesp. 814. Vitium redit Eq. 360 Pac. 716.

nes deprensos et punitos saepe repraesentasse libenter credimus Sosibio <sup>1)</sup>.

— ὠρικὴν] *floridam* <sup>2)</sup>. Frequentius est ὠραῖος eodem sensu dictum <sup>3)</sup>.

273. *Strymodori* nomen non certam ob causam nunc elegit comicus <sup>4)</sup>.

— ἐκ τοῦ φελλέως] praepositionis idem usus est e. g. in Eupolidis versiculo: ἔστι δέ τις θήλια Φιλόξενος ἐκ Λιομειῶν <sup>5)</sup>. De voce φελλεῖ vid. ad Nub. 71.

274. μέσην λαβόντα] cf. ξυναρπάσαι μέσην Lys. 437 et vox e palaestra desumpta ἔχουσι μέσος <sup>6)</sup>.

275. καταγιγαρτίσαι] *comprimere*. Sunt γίγαρτα *vinacea*, βρώτεια <sup>7)</sup>, καταγιγαρτίσαι autem est *ex uvis prelo subiectis succum exprimere*. Verbo igitur e vinitorum lingua desumpto ita utitur Dicaeopolis ut chorus in Pace de nova nupta dicens τρυγί-

σομεν αὐτήν <sup>8)</sup>. Subsimili ioco κατατριζοντουτίσαι novum verbum debetur <sup>9)</sup>, ad poenae autem genus quod attinet, cf. Vesp. 769.

277. ἐὰν μεθ' ἡμῶν ξυμπίης] sic in Ranis Dionysus perterritus ad suum sacerdotem — loco honorificentissimo in theatro assidentem — ἱερεῦ! clamat διαφύλαζόν μ', ἵν' ὦ σοι ξυμπότης! <sup>10)</sup>.

— ἐκ κραιπάλης] vid. ad Vesp. 1255 Ran. 217.

278. Simillima sunt Paphlagonis ad herum suum verba: ἐγὼ γάρ φημί σοι παρέξειν, | ὦ Δῆμιε, μηδὲν δρῶντι μισθοῦ τρυβλίον ἡορήσαι <sup>11)</sup>. Ad quem locum vid. de usu hoc genitivi.

279. *Clipeus autem in favilla pendebit*. Sic etiam supra σπονδάς ποιῆσαι καὶ κρημάσαι τὰς ἄσπίδας dictum est <sup>12)</sup>. Vox

<sup>1)</sup> Vid. supra ad vs. 261. Iuvat etiam recordari τῆς καρπαλας, saltationis mimicae, quam apud Thraeces spectavit Xenophon (Anab. VI 1 § 8). — <sup>2)</sup> Item Plut. 963 fr. 235. — <sup>3)</sup> Vid. ad Ran. 395. — <sup>4)</sup> Redit Vesp. 233 Lys. 259. Praeterea vid. supra ad vs. 220. — <sup>5)</sup> Eupol. fr. 235. — <sup>6)</sup> Vid. ad Ran. 469. — <sup>7)</sup> Cf. Pac. 634. — <sup>8)</sup> Pac. 1338. Praeterea in nota afferendum videtur *συκάζειν* (Av. 1699 Eq. 259) de re amatoriae dictum Stratt. fr. 3. — <sup>9)</sup> Eq. 1391. — <sup>10)</sup> Ran. 297; vid. etiam infra vs. 1087. — <sup>11)</sup> Eq. 904 sq. — <sup>12)</sup> Vs. 58; cf. praeterea vs. 539 Pac. 336, 438, 662.

βάλλε, βάλλε, βάλλε, βάλλε,  
 παῖε πᾶς τὸν μαρόν.  
 οὐ βαλεῖς; οὐ βαλεῖς;

Stropha (vs. 284—301).

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἔστι; τὴν χύτραν ξυντρίψετε.

282. πᾶ; Bergk] παῖε codd.; similis est error Av. 1187. Cf. vs. 204 etc.

φρίφαλος scintillam significat<sup>1)</sup>, nunc vero vi collectiva usa *fumum* vel *favillam* valet<sup>2)</sup>. In Avium autem comoedia<sup>3)</sup> revera in culinam suspendenda deferuntur arma Pithetaeri et Euelpidis, et aptissimum profecto ibi locum inventura sunt, pro clipeis enim iis fuerunt catini, pro galeis ollae, pro hastis verua. Lignea quoque supellex et instrumenta in camino, ubi ab humore et vermibus tuta essent, servari solebant, ut docent Hesiodi versus: αἰψὰ κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθειο et: πηδάλιον δ' ἐυφρογῆς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι<sup>4)</sup>, quos imitatus noster de grue in Libyam migrante: πηδάλιον τότε ναυκλήῳ φράζει κρεμάσαντι καταθειοῖεν<sup>5)</sup>. Et clipei qui e solo corio constarent ibi reponi poterant fortasse, quoniam fumo siccatur et indurescit corium. Si tamen aere, ut fieri solebat<sup>6)</sup>, vel ferro erant tecti, procul a fumo erant habendi, et procis arma e conclavi remota mirantibus non poterat non probabile videri Telemachi responsum<sup>7)</sup>: ἐκ καπνοῦ κατέθηξ', ἐπεὶ οὐκέτι τοῖσι Ἰεφοῖκει | οἶά ποτε Τροίηνδε κίων κατεῖπεν Ὀδυσσεύς. ἀλλὰ κατεψεικῶτα

ἄσον πυρὸς ἕκετ' ἀντιμή. Itaque si cui fulgens clipeus coruscave hasta curae erat, involucro<sup>8)</sup> eorum splendorem protegebatur; nostro autem loco Dicaeopolis Hesiodea illa verba ioculariter imitatus idem fere dicit quod: *clipeus in malam rem abeat!* Sic in Euripidis Erechtheo chorus pacem celebrans κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχλαις canebat<sup>9)</sup>, Bacchylidis fortasse imitatus versus: ἐν δὲ σιδεροδέτοις πόρπαζιν αἰθᾶν ἀραχλαῖς ἰστοὶ πέλονται<sup>10)</sup>.

281 sq. Cf. Nub. 1508, de verbis autem παῖε πᾶς vid. supra ad vs. 204. Mero casui tribuenda videtur similitudo, quae est inter hunc locum et Rhesi versus: βάλλε βάλλε βάλλε βάλλε, θεῖνε θεῖνε τίς ἦδ' ἀνήξ; et: παῖε παῖε παῖε πᾶς<sup>11)</sup>.

284. χύτραν sive ollarum lente aliove leguminibus repletarum in sacris ferendis erat usus, praesertim in dedicandis aris signisve deorum. Sic in Pluti fine τὰς χύτρας — ad anum ait Chremylus — αἶς τὸν θεὸν | ἰδρυσόμεθα λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεραιῆς φέρε<sup>12)</sup>, in Euripidis Danaïdibus nescio quis: μαρτύρομαι δὲ Ζητὸς ἐρκίου χύτρας, | μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἰδρῦθη

<sup>1)</sup> Vs. 667 et Vesp. 227. — <sup>2)</sup> ἐν τῷ καπνῷ schol. (καπνῶν codd., καμίνω Elmsley, καπνίω Pierson). — <sup>3)</sup> Av. 435 sqq. — <sup>4)</sup> Oper. 45 et 629. — <sup>5)</sup> Av. 711. — <sup>6)</sup> ἐπίχαλκοι, Vesp. 16. — <sup>7)</sup> τ 7 sqq. — <sup>8)</sup> σάγμασι, ἔλύτρω, vid. vs. 574 et 1120. — <sup>9)</sup> Eur. fr. 370 Plut. Nic. 9. — <sup>10)</sup> Bacchyl. fr. 46<sup>9</sup>. Neque alienus hinc est Pacis fabulae locus festivus, ubi armorum post pacem recuperatam vilescentium qualis posthac futurus sit usus indicat Trygaeus: vs. 1197—1264. Cf. etiam fr. 295, ubi pro putei operculo est clipeus. — <sup>11)</sup> Rhes. 675 et 685. Nostrī menti observatum esse Rhesi illum locum vix crediderim, — nam nimis incerta est quam apud Merryum invenio critici Britannī suspicio, Theognidis (vs. 140) drama esse Rhesum, — et minus etiam id quod putat WRibbeck, Rhesi poetam ex Aristophane sua petivisse. Similis inter Av. 213 et Eur. Hel. 1111 intercedit ratio. — <sup>12)</sup> Plut. 1197.



## ΧΟΡΟΣ.

285

σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν, ὦ μιὰρὰ κεφαλή.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀντὶ ποίας αἰτίας, ὦ Ἀχαρνέων γεραιτάτοι;

## ΧΟΡΟΣ.

290

τοῦτ' ἐρωτᾷς; ἀναίσχυντος εἶ καὶ βδελυρός,  
ὦ προδότα τῆς πατρίδος, ὅστις ἡμῶν μόνος  
σπεισάμενος εἶτα δύνασαι πρὸς ἔμ' ἀποβλέπειν.

286. γεραιτάτοι] -τεροι Blaydes coll. Eq. 604, 1301 Nub. 1391, 1395 Lys. 1126 Eccl. 473. At non *seniores* nunc dicuntur Acharnenses sed *honoratissimi*.

291. εἶτα δύνασαι] ἔπειτα δύνασαι νῦν R alii, εἶτα τολμᾷς Hirschig. || ἀποβλέπειν] Blaydes ἡμᾶς βλέπειν, ego olim \*ἔτι βλέπειν, sed vid. comment.

ποτέ <sup>1)</sup>, in Pace Trygaeus: *deae signum χύτραις ἰδρυτίον* <sup>2)</sup>, cui coryphaeus: *χύτραισιν, ὥσπερ μεμφόμενον Ἐκιδιον; quapropter ovem potius mactare placet. Etiam cives novam patriam anquirentes in Avibus χύτραν (-ς) cum canistro et coronis secum ferunt* <sup>3)</sup>.

285. Pentapodia anapaestica sic sola per se collocata alibi non invenitur <sup>4)</sup>.

— μιὰρὰ κεφαλή] item de Midia Demosthenes: *ταῦτ' ἔλεγεν ἡ μιὰρὰ καὶ ἀναδής αὐτῆ κεφαλή* <sup>5)</sup>. Cf. Homericum *φίλη κεφαλή* <sup>6)</sup>.

288. ἀναίσχυντος... καὶ βδελυρός] vid. ad Ran. 465.

290. μόνος] *essetne e nobis an sine nobis* interpretandum, veteres dubitabant <sup>7)</sup>. Hoc melius, non tamen queritur chorus non sibi quoque fuisse facultatem cum hostibus paciscendi, sed *clam se* <sup>8)</sup> initas esse inducias.

291. εἶτα] vid. ad Nub. 624.

— δύνασαι] *potes*, i. e. *audes*. Inversa ratione apud poetas verba *audendi* *τολμήσαι* et *τλήναι* saepe de iis dicuntur,

qui ad aliquam rem *permoveri* se patiuntur <sup>9)</sup>.

— πρὸς ἔμ' ἀποβλέπειν] *oculos adversus me tollere*; cf. Ran. 1471 et vid. ad Eq.

292. Cuiusmodi locis *βλέπειν* vel *προσβλέπειν* dici solet, *ἀποβλέπειν* autem proprie est *eminus spectare* <sup>10)</sup>, hinc vero saepe ad ea quorum *rationem habemus*, quae *respicimus* transfertur, et sic fit ut etiam ad ea quae in proxima vicinia sunt *ἀποβλέπειν* sive *oculos dirigere* dici possit aliquis. Sic Socrates e. g. apud Platonem dicit: *τοῦτο ἐγὼ ἔπαθον διὰ σέ, ὦ Φαῖδρε, πρὸς σέ ἀποβλέπων, admiratione sum perculsus dum intentissimis oculis te intuebar* *Lysiae orationem recitantem* <sup>11)</sup>, vel Peleus Euripideus: *εἷς γε τοιόδ' ἄνδρ' ἀποβλέψας μόνον | τροπαῖον αὐτοῦ στήσομαι* <sup>12)</sup>, vel apud Plutarchum Agesilaus ad clarum histrionem „*nonne nosti me, o rex?*” *superbuis se compellantem ἀποβλέψας εἶπεν*, „*ἀλλ' οὐ τὴ γ' ἔσοι Καλλιππίδας ὁ δεικηλίκτας;*” <sup>13)</sup>. Inest igitur huic composito frontis *perfrictae* nunc vel *superbiae* quaedam notio.

<sup>1)</sup> Eur. fr. 245. — <sup>2)</sup> Pac. vs. 923. — <sup>3)</sup> Av. 43, 357; vid. supra ad vs. 244. —

<sup>4)</sup> Cf. Christ *Metrik* <sup>2)</sup> p. 272. In longiore carmine reperitur etiam Av. 456, 544. —

<sup>5)</sup> Demosth. XXI § 117. Item § 135, 194 XVIII § 153. — <sup>6)</sup> Θ 281. — <sup>7)</sup> Vid.

schol. — <sup>8)</sup> *Buiten ons om, zonder onze voorkennis*. — <sup>9)</sup> Vid. ad Vesp. 327. —

<sup>10)</sup> Vid. vs. 32 Nub. 91 Ran. 1171 Eccl. 726 Plut. Them. 19 etc. — <sup>11)</sup> Plat.

Phaedr. 234d. Item Xen. Oecon. IV § 43. — <sup>12)</sup> Eur. Andr. 762. — <sup>13)</sup> Plut. Ages.

21. Quo loco non male reddideris: *en le toisant, hem uit de hoogte aanzieude*.



## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀντί δ' ὦν ἐσπεισάμην ἀκούσατ'! ἀλλ' ἀκούσατε!

## ΧΟΡΟΣ.

295 σοῦ γ' ἀκούσωμεν; ἀπολεῖ! κατά σε χάσομεν τοῖς λίθοις.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

μηδαμῶς πρὶν ἂν γ' ἀκούσῃτ'! ἀλλ' ἀνάσχεσθ', ὦ ἀγαθοί.

## ΧΟΡΟΣ.

300 οὐκ ἀνασχίσομαι. μηδὲ λέγε μοι σὺ λόγον  
ὥς μεμίσηκά σε Κλέωνος ἔτι μᾶλλον, ὃν ἐ-  
γὼ τεμῶ τοῖσιν ἵππεῦσι καττύματα.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

σοῦ δ' ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακροῦς,  
ὅστις ἐσπείσω Λάκωσιν, ἐλλὰ τιμωρήσομαι.

293. ἀκούσατ' Hamaker] οὐκ ἴσατ' R, οὐκ ἴστε (γ' vel ε') cett.; οὐκ ἴστε μ' Dobree (cf. vs. 377), οὐκ ἴστ' ἔτ' Elmsley infelicitè (nam dicendum erat οὔπω), vix autem melius Dindorf οὐκ οὔσατ' (sic).

295. ἀκούσωμεν Elmsley] ἀκούσομεν codd.

296. ἂν γ' Bentley] γ' ἂν R, sic vel ἂν vel γ' cett.; cf. Vesp. 920.

299. μοι σὺ Hermann] σὺ μοι R, δὴ σὺ complures, σὺ alii.

301. τεμῶ Elmsley dubitanter] κατατεμῶ codd. metro invito; praeterea vid. ad Eq. 768. || καττύματα Dindorf] ποτ' ἔ(ι); καττύματα codd., sed ποτε om. schol. et Suidas s. v. κατατεμῶ et καττύματα.

293. Simillima in Vespis Bdelycleonis ad chorum sunt verba: ὦ ἀγαθοί, τὸ πρῶτόν μ' ἀκούσατ', ἀλλὰ μὴ νεκρωθεῖτε<sup>1)</sup>.

295. κατα... χάσομεν] cf. verba καταχῶσαι τίνα τοῖς λόγοις apud Platonem<sup>2)</sup>.

297 sq. ἀνάσχεσθε... ἀνασχίσομαι] cf. Lysistratae verba: ἀλλ' ἀνάσχεσθ' ὦ ἀγαθοί<sup>3)</sup>, patientia aliquantisper ultimū.

299. λέγε... λόγον] vid. ad Vesp 1320.

300 sq. Cleonem — sic fere poeta, nam ipse Aristophanes coryphaei ore haec dicit verba, — Cleonem nuper ostendi quinque illa talenta ab equitibus evomere coactum<sup>4)</sup>, mox totum in lora

dissectum iis praebebo, id est ab iis dissectum ostendam in scena. Equitum igitur fabulae, quae anno sequenti acta est, in mente comici iam nunc vivit argumentum<sup>5)</sup>. Conferendae autem cum his minis sunt Paphlagonis sive Cleonis verba<sup>6)</sup>: ο Deme, nisi te amo, ἀπολοίμην καὶ διαπρωσθῆϊν διατρωσθῆϊν τε λέπαδνα<sup>7)</sup>. Ut h. l. τέμνειν καττύματα, sic alibi dicitur rarum τέμνειν λεπτά καὶ μικρά<sup>8)</sup>, πρῶτον τεμάχῃ κατατεμῆϊν<sup>9)</sup> vel κατατεμῆϊν πολλοῦς κύβου<sup>10)</sup>, et de voce καττύμασι sive soleis vid. Vesp. 1160<sup>11)</sup>.

303. λόγους λέγοντος] vid. ad Vesp. 1320.

1) Vesp. 415. — 2) Gorg. 512b. Nos: *overstelpen*. — 3) Lys. 765. — 4) Anno proximo in Babylonis fabula. Vid. supra ad vs. 6. — 5) Vid. ad Eq. 1393. — 6) Eq. 768. — 7) Vid. praeterea ad Eq. 370 Nub. 442, 455. — 8) Euphron. fr. 117. — 9) Epibipp. fr. 22. — 10) Alex. fr. 1\*74. — 11) Nos: *iemand aan zijn zolen lappen*.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

305 ὦ ἀγαθοί, τοὺς μὲν Λάκωνας ἐμποδῶν ἔασατε,  
τῶν δ' ἔμῳ σπονδῶν ἀκούσατ', εἰ καλῶς ἐσπεισάμην.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

πῶς δ' ἔτ' ἂν καλῶς, Λάκωσιν εἴπερ ἐσπείσω γ' ἄπαξ,  
οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ὄρκος μένει;

307. δ' ἔτ' Elmsley] δέ γ' codd. || , Λάκωσιν Bergk] λέγοις R, λέγοις ἂν cett.; δοσοίη; Hamaker.

308. μένει] μέλει FWSchmidt coll. Plat. Leg. 835e.

305 sq. Cf. Vesp. 415.

307. πῶς δ' ἔτ' ἂν] vehementer et cum indignatione negantis haec sunt. Sic in Avibus: πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν εὐταχτοῦ πόλις, [ ὕπου κτέ. <sup>1)</sup> ], quo loco Euripidis versum noster imitatur: πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις, [ ὕταν κτέ. <sup>2)</sup> ], et in Lysistrata <sup>3)</sup>: καὶ πῶς ἔθ' ἀγνή δητ' ἂν ἔλθοιμ' εἰς πόλιν; Nec non — verbis aliter dispositis — in Vespis: πῶς οὖν διαχινώσκειν καλῶς δύνησομαι [ ὥσπερ πρότερον τὰ πράγματ' ἔτι μασώμενος <sup>4)</sup> ].

— εἴπερ... γε] vid. ad Nub. 251.

308. Quibus nihil valent foederis hostiis dextrisque iuribusque iuranda firmata. Sic de Iasonis perfidia conquesta Medea βοῶ μὲν ὄρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς [ πίστιν μεγίστην <sup>5)</sup> ]. Recte autem scholion: τρία ἐγκλήματα παραβασιᾶς προσέθηκεν αὐτοῖς: αἱ γὰρ συνθῆκαι διὰ τριῶν τελοῦνται, λόγων, ἔργων, χειρῶν. λόγων μὲν, ὅσον δι' ὄρκου ἔργων δέ, διὰ τῶν ἐν βωμοῖς θυσῶν χειρῶν δέ, ἐπειδὴ αἱ πίστεις διὰ τῶν δεξιῶν γίνονται, ὡς <sup>6)</sup> Ὅμηρος <sup>7)</sup>: „καὶ δεξιαὶ ἦσ' ἐπέπιθμεν.“ Dein affert Euripidis versus de Spartiatiarum crudelitate et perfidia ex Andromache fabula <sup>8)</sup>, quae circa belli initium scenae commissa est: ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστο βροτῶν, |

Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια, | ψευδῶν ἄνακτες, μηχανορράφοι κακῶν, | ἔλικτὰ κοῦδὲν ὀγιές, ἀλλὰ πᾶν πέριξ | φρονοῦντες! ἀδικῶς εὐτυχεῖτ' ἂν Ἑλλάδα. Vid. etiam senum misolacōnān in Lysistrata verba: ἀνδράσιν Λακωνικοῖς, [ οἷσι πιστὸν οὐδέν, εἰ μὴ περ λύκω κεχρησῆσι <sup>9)</sup> ]. Et iure profecto multi ita loquebantur de Peloponnesiis, qui navigatores Atticos, quotquot in ipsorum manus incidissent, obtruncare solerent <sup>10)</sup>; et saeviore etiam ante triennium se praestiterat Alcidas iste, qui cum incredibili tarditate effecisset ut capta demum Mitylena cum classe adesset opem miserae urbi laturus, Ioniae ora vastata captivos necaverat permultos, ne negotia scilicet sibi facerent <sup>11)</sup>. Neque in oblivionem abierat Ταινάριον illud ἄγος <sup>12)</sup>, neque alios uno anno post Acharnensium fabulam scenae commissa erga helotas se praestiterunt <sup>13)</sup>. Nempe Λακεδαιμόνιοι οὔτε μαθηάουσαι οὔτ' ἐπίστανται δίκαιον ἄλλο πλὴν τῆν Σπάρτην αὐτῶν < ἦσ' > εἰν νομίζουσαι, quae Plutarchi est observatio <sup>14)</sup>. Sed vix clementiores erga victos hostes se praestabant Athenienses — meminimus enim sortis Aeginetarum <sup>15)</sup> et Mitylenaeorum aliarumque urbium expugnatarum —, et meminerat ipse

<sup>1)</sup> Av. 829. — <sup>2)</sup> Suppl. 447. Cf. Troad. 961: πῶς οὖν ἔτ' ἂν θρησκόιμ' ἂν ἐνδίκως. — <sup>3)</sup> Lys. 912. — <sup>4)</sup> Vesp. 779 sq.; quo loco iungenda sunt: πῶς οὖν... δουήσομαι ἔτι... διαχινώσκειν μασώμενος. Post πράγματα igitur virgulam scribere non debebam. — <sup>5)</sup> Eur. Med. 21. — <sup>6)</sup> Vulg. καὶ (om. R). — <sup>7)</sup> B 341. — <sup>8)</sup> Androm. 445 sqq. — <sup>9)</sup> Lys. 628. — <sup>10)</sup> Thucyd. II 67. — <sup>11)</sup> Thucyd. III 32. — <sup>12)</sup> Thucyd. I 128 et infra ad vs. 510—512. — <sup>13)</sup> Thucyd. IV 80 Plut. Lyeurg. 28. — <sup>14)</sup> Ages. 37. — <sup>15)</sup> Vid. ad vs. 653 sq.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

310

οἶδ' ἐγὼ καὶ τοὺς Λάκωνας, οἷς ἄγαν ἐγκείμεθα,  
οὐχ ἀπάντων ὄντας ἡμῖν αἰτίους τῶν πραγμάτων.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐχ ἀπάντων, ὦ πανοῦργε; ταῦτα δὴ τολμᾶς λέγειν  
ἐμφανῶς ἤδη πρὸς ἡμᾶς; εἴτ' ἐγὼ σου φείσομαι;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐχ ἀπάντων! οὐχ ἀπάντων! ἀλλ' ἐγὼ λέγων ὀδὶ  
ῥᾶστ' ἂν ἀποφίμαιμ' ἐκείνους ἕσθ' ἢ καὶ ἀδικουμένους.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

315

τοῦτο τοῦπος δεινὸν ἤδη καὶ ταραξικάρδιον,  
εἰ σὺ τολμήσεις ὑπὲρ τῶν πολεμίων ἡμῖν λέγειν.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

κῆν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ, —

312. ἤδη] οὕτω Dobree.

314. \*ῥᾶστ' πόλλ' codd., μεγάλη Hamaker, ἄλλ' Wecklein. In idem mecum nunc incidit Blaydes. || ἀδικουμένους] ἠδικημένους Hamaker.

317 sq. Ordine inverso collocat vdSande Bakhuyzen, cui non assentior; vid. commentarius.

317. κῆν] κᾶν codd. || λέγω] λέξω R non recte, teste altero subinnectivo δοκῶ. || μηδὲ] μήτε R. || Lineolam in fine versus addidit Muller.

Aristophanes; quapropter nimios illos clamores de hostium mala fide et saevitia in risum nunc convertit<sup>1)</sup>.

309. ἄγαν ἐγκείμεθα] *nimis argemus*<sup>2)</sup>. Cf. πρόσκεισθαι<sup>3)</sup>, ἐπίκεισθαι<sup>4)</sup>, ἐρείδειν εἰς<sup>5)</sup>, similia.

312. ἐμφανῶς ἤδη] clam hostibus favere te putabamus, tanta vero te esse impudentia ut etiam *palam* eos defendere sustineres, id ne suspicati quidem fueramus<sup>6)</sup>.

— εἴτα] vid. ad Nub. 226.

— φείσομαι] de futuri usu vid. ad Eq. 1183. Cf. etiam Eur. Suppl. 246 καὶ ἔπειτ' ἐγὼ σοὶ ζύμαχος γενήσομαι.

313. λέγων] i. e. διὰ λόγων, oratione.

315. τοῦτο... δεινὸν ἤδη] cf. Vesp. 426: τοῦτο μέντοι δεινὸν ἤδη, Eccl. 645: τοῦτ' ἤδη δεινὸν ἀκοῦσαι<sup>7)</sup>.

— ταραξικάρδιον] cf. ταραξίπóστρατος Eq. 247.

317 sq. In Telepho Euripidis tragoedia, de qua mox plura, heros aliquis<sup>8)</sup> ita loquebatur<sup>9)</sup>: Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ πέλεκυν

<sup>1)</sup> Item Pac. 1063 sqq.; vid. etiam infra ad vs. 504 sqq. — <sup>2)</sup> Nos: *al te hard vallen*. Idem verbi usus est Thucyd. I 69 § 3 II 59 § 2 IV 22 § 2 etc. — <sup>3)</sup> Vid. ad Eq. 245. — <sup>4)</sup> Vid. ad Eq. 252. — <sup>5)</sup> Vid. Nub. 558. — <sup>6)</sup> Adverbium ἐμφανῶς idem valet quod φανερώς. Cf. Nub. 611 Lys. 261. — <sup>7)</sup> Item Xen. Mem. II 1 § 14; particulae ἤδη usus idem est praeterea Eq. 437 Herodot. II 148 VIII 105 sq. etc., vid. etiam infra vs. 1081. — <sup>8)</sup> Telephus ipse? cf. vs. 501f. An Menelaus? — <sup>9)</sup> Eur. fr. 706.

ὕπερ ἐπιζήνου ἐθειλίσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν.

318. ἐθειλίσω] ὄθειλω ὄγω Blaydes (coll. Lys. 473), alterum tamen huiusmodi dictionis exemplum indicans Plut. 319; vid. praeterea commentarius meus. || τὴν κεφαλὴν] metri causa τὴν δέσσην Brunck (cf. Eur. Or. 1199), τὸν λάρυγγ' Elmsley, τὴν σφαγὴν Geel (ut Plut. Anton. 12; sed τὸν τραχὴλον potius vel τὸν αὐχένα ferit securis), Bergk τήνδ' ἔχων οὕτω (ὕμιν Blaydes) λέγειν (cf. Plut. 321), alii aliter. Et suspectissimus sane, nisi in nominibus propriis, est dactylus inter numeros trochaicos (vid. Vesp. 496 Av. 396, 788 Eccl. 1156 Eur. Phoen. 612); sed probabilis huius loci correctio nondum est prolata.

ἐν χερσὶν ἔχων | μίλλοι τις εἰς τραχὴλον | ἐμβάλεῖν ἐμὸν, | σιγήσομαι δίκαιά γ' ἀντει-  
πειν ἔχων. Apud Locros autem vige-  
bat mos, ut si quis novam legem ferret,  
ἐν βρόχῳ τὸν τραχὴλον ἔχων eam propo-  
neret; quae si displiceret, morte afficie-  
batur ἐπισπασθέντος τοῦ βρόχου <sup>1)</sup>. Et olim <sup>2)</sup> Thasi cum lex esset sancita  
morte esse multandum quicumque de  
induciis cum Atheniensibus ineundis  
ageret, βρόχον τῷ τραχὴλῳ περιβαλὼν εἰς  
ἐκκλησίαν εἰσῆλθε Hegetorides quidam,  
ut sua morte salutem ceterorum civium  
fame diurnoque bello pereuntium effi-  
ciceret <sup>3)</sup>. Talia ex tragicorum fabulis  
ipsaque vita communi desumpta <sup>4)</sup> co-  
micos nostro loco imitatur; item in  
Vespis, ubi Philocleon stricto ense cum  
filio disputat, alter Ajax ipse se con-  
fossurus si victus fuerit <sup>5)</sup>. Aliquot annis  
post in concione minatus fertur Cleo-  
phon, cultro se quemvis percussurum  
qui de pace cum Lacedaemone ineunda  
muttire auderet <sup>6)</sup>.

317. κῆν γε μὴ] item Ion: κῆν γε μὴ  
φράσω γε, κατθανεῖν ὑφίσταμαι <sup>7)</sup>.

— δίκαια] vid. ad vs. 500.

318. Non apodosin haec efficiunt, sed  
ipsa apodosi reticetur; integra enim  
haec foret sententia: *iusta autem dicere*  
*si visus non fuero, <interficere me licebit,*  
*nam> caput super caudice tenens verba fa-*

*cere paratus sum*. Similis autem verborum  
et structura est et sententia in Equitibus:  
καὶ μὴν εἴ ποῦ τις ἀνὴρ ἐφάνη κτέ., ἐθέλω  
περὶ τῆς κεφαλῆς περιδύσθαι, *si quis me*  
*melior civis unquam extitit, <morì non*  
*recuso, nam> ipsum meum caput pro*  
*regnare dare paratus sum* <sup>8)</sup>. Item apud  
Thucydidem Lesbiorum legati ad Pello-  
ponnesios: ὃ γὰρ δοκεῖ μακρὰν ἀπεῖναι ἢ  
λέσβος, — τὴν ὀφέλειαν αὐτῷ ἐγγύθεν  
παρεῖσι, *si quis autem longius a vobis*  
*remotam putat Lesbum, <alia omnia mor*  
*sentiet, nam> praesentissimum ei prae-*  
*bebit auxilium* <sup>9)</sup>. Cf. etiam Diodoti ad  
cives verba: ἢ τοῖνυν δεινότερόν τι τοῦτου  
δέος εὐρεσιόν ἐστιν ἢ τόδε γ' οὐδὲν ἐπίσχει,  
*aut igitur supplicium est excogitandum quod*  
*ipsa morte sit terribilius aut <alia via*  
*est ineunda, nam> hodierna nihil effici-*  
*tur* <sup>10)</sup>. Nostro autem loco futuri notio  
ex ea parte enunciati, quae silentio est  
suppressa, migravit in verbum ἐθέλειν.  
Etiam in Pluto fabula futurum βουλή-  
σομαι invenitur in verborum structura  
quae praesens potius requirebat βούλο-  
μαι <sup>11)</sup>.

— ἐπιζήνου] vid. ad Eq. 152. Subs-  
mille est verbum isiciarii: *ni oculis meis*  
*plus te diligo, o Deme, ἐπι ταυτησί κατα-*  
*κνησθειῖν ἐν μυτιῶσι μετὰ τυροῦ* <sup>12)</sup> — men-  
sulam suam indicans.

— ἐθειλίσω] vid. ad Vesp. 493.

<sup>1)</sup> Demosth. XXIV § 139. — <sup>2)</sup> Anno 462. — <sup>3)</sup> Vid. Polyæn. II 33. — <sup>4)</sup> Ad tribunal his annis gladio se confodit Paches (Plut. Aristid. 26 Nic. 6). — <sup>5)</sup> Vesp. 522 sq. — <sup>6)</sup> Vid. ad Ran. 678. — <sup>7)</sup> Eur. Ion. 1415. — <sup>8)</sup> Eq. 790 sq.; vid. etiam Eq. 770. — <sup>9)</sup> Thucyd. III 13 § 5. — <sup>10)</sup> Ibid. 45 § 4. — <sup>11)</sup> Plut. 319. Item Eur. Med. 726. Simili autem ratione fortasse potest defendi futurum ἔσται in Cleonis apud Thucydidem verbis III 38 § 1: *θανάξω ὅστις ἔσται ὁ ἀντερῶν* (ubi ἔσται e coniectura dedit vHerwerden). — <sup>12)</sup> Eq. 771.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

320 εἶπέ μοι, τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὧ̄ δημόται,  
μὴ οὐ καταζαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰς φοινικίδα;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οἶον αὖ μέλας τις ὑμῖν θυμάλωψ ἐπέξεσεν!  
οὐκ ἀκούσεσθ<sup>3</sup>; οὐκ ἀκούσεσθ<sup>3</sup> ἔτεόν, ὧ̄ Ἀχαρνῆϊδαι;

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐκ ἀκουσόμεσθα δῆτα.

320. τοῦτον εἰς] τουτογι Halbertsma (ut dicitur θεῶδ σε θύλακον similia).

321. οἶον R] οἶος cett. || τις] ἐφ' R.

322. οὐκ... οὐκ R] οὐδ'... οὐκ complures, οὐδ'... οὐδ' P.

319. εἶπέ μοι] vid. ad Ran. 39.

320. μὴ οὐ] dicitur φειδομαι μὴ... et οὐ φειδομαι μὴ οὐ..., e. g.: ὡς οὐκ ἀρκέσαι | τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταζανθεῖς θανεῖν<sup>1</sup>). Nostro autem loco eadem obtinet verborum structura, quoniam τί φειδόμεσθα idem valet quod μὴ φειδώμεθα. Item post τί ἐμποδῶν<sup>2</sup>), τί μέλλεις<sup>3</sup>) et similia<sup>4</sup>).

— καταζαίνειν... εἰς φοινικίδα] idem supra<sup>5</sup>) dictum est βᾶπτειν τινὰ βάμμα σαρδιανικόν<sup>6</sup>). De voce φοινικίδι vid. ad Eq. 967, verbum autem ζαίνειν proprio sensu dicitur de carminanda lana. Sic Croesus misellum quendam hominem revera κατέζηεν olim, quem ἐπὶ νάφου ἔλκων δέεφθειρεν<sup>7</sup>). Sed talia vix sunt in rerum natura, καταζαίνειν autem verbum, quod frequens est apud poetas, maxima constantia ad *flagra, aerumnas,*

similia ab iis transfertur<sup>8</sup>), et nostro loco iocularem comicus locutionem inde effinxit proprium ei sensum praebendo<sup>9</sup>). Quibus diris simillima sunt mulierculae apud Herodam in Mimiambis verba: *σι quis Apellam parum admiratur, ποδὸς χρέματ' ἐκείνος ἐν γραφῆς οἴκω*<sup>10</sup>), ubi supra caveam vimineam extensus sulfuris fumo dealbetur<sup>11</sup>), dein carminetur.

321. οἶον] vid. ad Eq. 367.

— θυμάλωψ] *fumum*<sup>12</sup>) intellegendum esse contextus docet; sed etiam carbones ambustos — fumosos igitur — θυμάλωπας dictos esse docet Pollux alatis Strattidis verbis: *χομισαί μοι τις θυμαλώπων ὄδε μεστήν ἐσχάρων*<sup>13</sup>).

— ἐπίξεσεν] *effertescere* nunc dicitur atra fuligo vel fumus, ut alibi *χολή, πῆμα*, similia<sup>14</sup>).

322. ἔτεόν] vid. ad Vesp. 8.

<sup>1</sup>) Soph. Ai. 727. — <sup>2</sup>) Xen. Anab. III 1 § 13. — <sup>3</sup>) Aesch. Prom. 627. — <sup>4</sup>) Cf. Aesch. Prom. 1056 Soph. Ai. 540 Eur. Med. 1243. — <sup>5</sup>) Vs. 112. — <sup>6</sup>) Etiam Pac. 303 huc facit: *τάξεων ἀπαλλαγέντες καὶ κακῶν φοινικικῶν*, ubi *κακὰ φοινικικά* vocantur belli mala, quorum causa extiterunt improbi nebulones, qualis est taxiarchus iste Cleonymus sago puniceo insignis; sed probabilis illic est Meinekii coniectura *φοινικίδων*, idque a scholiasta lectum videri observavit Rutherford. — <sup>7</sup>) Herodot. I 92. — <sup>8</sup>) Vid. e. g. Eur. Hipp. 274 Troad. 755 Phoen. 1145 Suppl. 503 etc., vWilamowitz ad Eur. Herc. 285. — <sup>9</sup>) Cognatus est iocus, quo Lys. 578 noster utitur. — <sup>10</sup>) Herod. Mimiamb. IV 78. — <sup>11</sup>) Apulei. IX 193. — <sup>12</sup>) *Walm.* — <sup>13</sup>) Poll. VII 110 X 101, Stratt. fr. 55. Vox praeterea occurrit Thesm. 729, cui loco non inepta quidem est *fumi* notio, aptior tamen *titio- nis*. — <sup>14</sup>) Vid. ad Eq. 919.



## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(querula voce:)

δεινά τᾶρα πείδομαι.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἐξολοίμην ἦν ἀκούσω.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(supplex:)

μηδαμῶς, ὦ Ἀχαρνικοί!

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

325 ὥς τεθνήξων ἴσθι νυνί.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(minanter:)

δῆξομαι ἄρ' ὑμᾶς ἐγώ.

ἀνταποκτενῶ γὰρ ὑμῶν τῶν φίλων τοὺς φιλιτάτους.

323. τᾶρα (τᾶρα) Elmsley] γ' ἄρα (vel γ' ἄρα) codd.

324—326. Dicaeopolidis verba „μηδαμῶς ὦ Ἀχαρνικοί” et „δῆξομαι — φιλιτάτους” locum inter se permutare iussit Hamaker, manifesto errore, nam verbum ἀνταποκτενῶ post illud ἴσθι τεθνήξων demum locum habet. Lenius et probabilis Ribbeck coryphaei clamores „ἐξολοίμην ἦν ἀκούσω” et „ὥς τεθνήξων ἴσθι νυνί” ordine inverso dedit. Quem olim sequebar; nunc sanam duco vulgatam. Vid. commentarius.

325. ἄρ' (ἄρ') ὑμᾶς Bentley] ὑμᾶς ἄρ' R, γὰρ ὑμᾶς ceteri. Utrum ἄρ' (cum crasi igitur proferendum) an ἄρ' — quod volebat Bentley — verum sit dubito; cf. Thesm. 248.

326. ὑμῶν] ὑμῖν Reiske. || τοὺς φιλιτάτους] τὰ φιλιτάτα Blaydes.

323. δεινά τᾶρα πείσομαι] *indignissime igitur iniuria afficiar* <sup>1)</sup>. Vid. ad Ran. 253.

324. ἐξολοίμην ἦν ἀκούσω] fortius denuo negat coryphaeus. De verborum autem structura vid. ad Eq. 694 sq.

— μηδαμῶς] *nolite dicere!* vel: *ita spernere nolite preces meas!* Mente igitur suppleri potest — non debet, nam vocis modulatione Dicaeopolis satis indicat quid velit — sed potest suppleri οὕτως: *εἴπητε* vel *δράσητε ὃ μέλλετε* <sup>2)</sup> vel eiusmodi quid. Quod autem salva lingua

etiam potest intellegi μηδαμῶς ἐξόλοισθε, festivius etiam hac re fit colloquium <sup>3)</sup>.

— Ἀχαρνικοί] vid. ad Nub. 186.

325. Ad rerum desperationem adductus Dicaeopolis a precibus, quas vanas esse videt, ad minas venit.

— δῆξομαι] vid. ad Ran. 43.

326 sq. Egregie errabat interpres, qui ad hunc locum annotavit: *ταῦτα λέγει τῶν Ἀχαρνίων ἀρπάσας κόφινον γερόντων*, quibus fidem habere non debebant editores <sup>4)</sup>. Non Dicaeopolis choreu-

<sup>1)</sup> *Dan zal ik schandelijk worden behandeld!* sive: *wat een schandelijke behandeling!* — <sup>2)</sup> Cf. vs. 334. — <sup>3)</sup> Quadamtenus igitur similis est verborum lusus, quem ambiguus verbi παρῆμι sensus praebet Eq. 340 sq. — <sup>4)</sup> Recte nunc Merry.



ὡς ἔχω γ' ὑμῶν δμηήρους, οὓς ἀποσφάξω λαβών.

(In aedes necopinato irruit.)

KOPYΦAIOΣ.

εἰπέ μοι, τί τοῦτ' ἀπειλεῖ τοῦπος, ἄνδρες δημόται,

τοῖς Ἀχαρικοῖσιν ἡμῖν; μῶν ἔχει του παιδίον

330

τῶν παρόντων ἔνδον εἴρξας; ἢ ἐπὶ τῷ θρασύνεται;

328 sq. τοῦπος — ἡμῖν] abesse haec malim, sunt enim molesta potius quam utilia, et duo potius quam tres e coryphaei ore expectantur versus.

328. ἄνδρες] ὄνδρες Blaydes.

tarum alicui cophinum eripere nunc potest, nullis enim cophinis onusti Amphitheum hi sunt persecuti; neque mox misellae illi corbi stricto ense mortem minitari poterit, nisi ensem sibi petiverit prius; non enim *ἰσδιηροφόρον* opinor huius aetatis cives Athenienses. Et delirantis profecto foret versu 327 consilium illud aperire, ut versu demum 331, omnium in se conversis oculis, id perpetraret. Coryphaeus igitur cum dicit (vs. 333): *αγνοσκο ἰλλαν κορβαν, εστ ενιμ ε μεῖς κυριαλιβυς*, non loquitur de corbe ipsis choreutis modo surrepta, sed nunc demum illam corbem adspicit. Nempe carbones, quibus in urbe cives utebantur, Acharnis magnam partem afferebantur; itaque carbones, quos Dicaeopolis e culina sua nunc effert cum ipso qualo abreptos <sup>1)</sup>, Acharnensibus affines dicuntur ioco qui nulli spectatori obscurus esse potuit.

327. Eadem quae hoc loco, in Thesmophoriazasis fit rerum conversio <sup>2)</sup>; utrobique enim obside potitur is, cui

perniciem minatur chorus, nostra in fabula corbe carbonaria, illic utre vino repleto. Tragicorum autem artificia iocose haec imitantur, prae ceteris Telephum Euripideum <sup>3)</sup>. Qui cum mendicantis habitu in Achivorum castra penetrasset, Orestem puerulum e cunis abreptum interfectorum se minatus est <sup>4)</sup>, ni precibus suis aurem praebuissent <sup>5)</sup>. In Oreste autem fabula — sed haec Acharnensibus recentior — simillimo artificio usi Orestes et Pylades cum in ultimo vitae periculo versantur, Helena et Hermiona potiuntur, quas obtruncaturos se minantur nisi ipsis parcat <sup>6)</sup>. Nec non hic est commemorandus vir priscis heroibus optimo iure aequatus Themistocles, qui ad Admetum Molossorum regem cum confugisset, filiolum eius arripuit eumque tenens ad focum consedit supplex, quo maiore religione receptum se tueretur <sup>7)</sup>.

328. εἰπέ μοι] vid. ad Ran. 39.

329. Ἀχαρικοῖσιν] vid. ad Nub. 186.

330. θρασύνεται] vid. ad Nub. 1349.

<sup>1)</sup> Quod in scholiis ad vs. 332 recte dicitur: *πριαθον ἄνθράκων προσενήραεν* (Dicaeopolis). — <sup>2)</sup> Thesm. 689 sqq. — <sup>3)</sup> *Aeschyli* Telephum rideri manifesto — me quidem iudice — errore aiunt scholia. — <sup>4)</sup> Iis verbis usus quae sua facit Mnesilochus Thesm. 693 sq.: *ἐνθάδ' ἐπὶ τῶν μηρίων | πλὴγὴν μαχαίρῃς τῆδε φρονιάς φλέβας | καθαματώσει βουμόν*. Nam non comici *παρὰτραγωδοῦντος*; haec esse videntur sed ex ipsa Euripidis fabula desumta. — <sup>5)</sup> Vid. ad Nub. 922—924. Res depicta est in cista funeraria originis Etruscae et in vasculis duobus; vid. Vogel *Scenen Euripideischer Tragödien*, 1886, p. 88—90. — <sup>6)</sup> Orest. 1296 sqq. — <sup>7)</sup> Thucyd. I 136 Plut. Themist. p. 123 Nepot. Themist. 8. Subsimili strategemate Menelaus apud Euripidem efficit ut Andromache e Thetidis sacello sponte sua prodeat (Androm. 262 sqq., 309 sqq.).

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

edit manibus tenens corbem carbonibus repletam et ense nudum.)

βάλλετ', εἰ βούλεσθ'· ἐγὼ γὰρ τουτονὶ διαφθερῶ.  
εἴσομαι δ' ὑμῶν τάχ' ὅστις ἀνθρώκων τι κήδεται.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὡς ἀπαλώμεσθ'! ὁ λάρκος δημότης ὅδ' ἔστ' ἐμός.  
ἀλλὰ μὴ δράσης ὃ μέλλεις! μηδαμῶς! ὦ μηδαμῶς.

Antistrophe (vs. 335—346).

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

335 ὡς ἀποικτενῶ! κέκραχθι ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀκούσομαι.

## ΧΟΡΟΣ.

ἀπολεῖς ἄρ' ὀμήλικα τόνδε φιλανθρακία;

334. ὦ] μὴ Elmsley coll. Pac. 385.

335. κέκραχθι] κέκραχθ' codd., quod etiam pro plurali κέκραχθε (= κερράγετε Vesp. 415) haberi potest; cf. Homericum ἐργήγορθε.

336. ἄρ' ὀμήλικα Reisig] ἄρα τὸν θ' ἤλικα R, ἄρα τὸν ἤλικα (vel ἄρα θ' ἤλικα) cett., αὐ τὸν ἤλικα Bentley, δὲ τὸν ἤλικα Elmsley, ἄρ' ἀφήλικα Bergk.

331. τουτονὶ] sic solo pronomine demonstrativo supra indicatur *baculus* <sup>1)</sup>, mox *vestis* <sup>2)</sup>, *olla* <sup>3)</sup>,  *poculum* <sup>4)</sup>, alibi *mensula* <sup>5)</sup>, *trulla* <sup>6)</sup>, *corona* <sup>7)</sup>, *taeniae* <sup>8)</sup>, *ensis*, *laquei*, *venenum* <sup>9)</sup> etc. Cuiusmodi res cum in scena ostendantur, suo nomine eas indicare molestae foret *κακοζηλίας*. Alibi honestius sic indicatur quod palam nominare turpiculum foret; vid. Av. 414.

332. τι κήδεται] vid. ad vs. 1028.

333. ὡς] suspensum est hoc enunciatum a verbo omisso, *crede mihi* <sup>10)</sup>. Comparari potest ellipticum οὐ μὴ cum sub-iunctivo aoristi <sup>11)</sup>.

— ὁ λάρκος δημότης ὅδ' ἔστ' ἐμός] agno-

scunt senes corbem <sup>12)</sup> ex carbonario- rum regione oriundam <sup>13)</sup>. Haud alienum autem hinc est iocus Epicharmi <sup>14)</sup>, apud quem corbis <sup>15)</sup> — Andromachae credo verbis usa — ancillam <sup>16)</sup> patrem suum et matrem et fratrem vocabat.

334. μηδαμῶς! ὦ μηδαμῶς!] cf. coryphaei ad Mercurium in Pace preces <sup>17)</sup>: μηδαμῶς, ὦ δέσποθ' Ἐρμῆ! μηδαμῶς! μὴ, μηδαμῶς!

335. Torvus feroxque iam e supplice evasit Dicaeopolis, chorus autem a minis ad humillimas preces descendit.

— ὡς] vid. ad vs. 333.

336. ὀμήλικα . . . φιλανθρακία] *aequalem carbonariisque caram senex dicit cor-*

<sup>1)</sup> Vs. 111. — <sup>2)</sup> Vs. 316; item Av. 948. — <sup>3)</sup> Vs. 465. — <sup>4)</sup> Vs. 1227. — <sup>5)</sup> Eq. 771. — <sup>6)</sup> Eq. 922. — <sup>7)</sup> Thesm. 381. — <sup>8)</sup> Lys. 602 sq. — <sup>9)</sup> Ran. 1504 sqq. — <sup>10)</sup> Item vs. 335 (Eq. 389?) Nub. 209 Vesp. 416 Av. 338 Lys. 32, 499 Soph. Ai. 39 Oed. C. 861 Eur. Med. 609 Andr. 255, 587 Hec. 400 Phoen. 720, 1664 Hel. 831. — <sup>11)</sup> Vid. vs. 662 Vesp. 394 etc. — <sup>12)</sup> Vox *λάρκος* redit Alex. fr. 208; cf. infra vs. 340 et Eur. fr. 285. — <sup>13)</sup> Vid. ad vs. 326 sq. Vocis *δημότου* similis est usus vs. 675. — <sup>14)</sup> Commemoratur in schol. Pac. 185. — <sup>15)</sup> *φορμύς*. — <sup>16)</sup> τὴν σηκίδα. — <sup>17)</sup> Pac. 385; vid. etiam Eur. Or. 1598.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐδ' ἔμοῦ λέγοντος ὑμεῖς ἀρτίως ἠκούσατε.

## ΧΟΡΟΣ.

ἀλλὰ νυνὶ λέγ', εἴ σοι δοκεῖ, τὸν τε Λακε-  
δαιμόνιον αὐτὸν ὅτι τῷ τρόπῳ σοὶ ἔστι φίλος·  
ὥς τότε τὸ λαρκίδιον οὐ προδώσω ποτέ.

340

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τοὺς λίθους νῦν μοι χαμαῖζε πρῶτον ἐξεράσατε.

## ΧΟΡΟΣ.

(dum deiciunt lapides:)

οὐτοί σοι χαμαί, καὶ σὺ κατάθου πάλιν τὸ ξίφος.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀλλ' ὅπως μὴ ἐν τοῖς τρίβωσιν ἐγκάθηνται πού λίθοι.

## ΧΟΡΟΣ.

(dum violenter quatiant vestes:)

ἐκσέσεισται χαμαῖζ' οὐχ ὄρας σειόμενον;

338. νυνὶ Bentley] νῦν codd. || εἰ] εἴ τι R, Elmsley ὅ τι (cf. vs. 487); an \*ἀλλὰ νῦν εἰ δοκεῖ πᾶν τε λέγε τὸν τε κτέ.? || τε] om. R.

339. τῷ τρόπῳ] vitium hic latet, non enim potuit dativus ita usurpari pro διὰ τὸν τρόπον vel διὰ τοὺς τρόπους. Kock ingeniose αἶνεσον ὅτῳ τρόπῳ σοῦσσι φίλον et satis probabiliter, simplex tamen αἰνεῖν vix est huius dictionis; Blaydes αὐτὸν ὁποίῳ τρόπῳ σοῦσσι φίλον. || σοὶ ἔστι] σοῦσσι codd. || φίλος; R] φίλον cett.

341. λίθους νῦν (νῦν) μοι Bentley] νῦν μοι λίθους codd. invito metro.

bem vetustam <sup>1)</sup>, poeticae autem — i. e. tragicae — dictionis utrumque est nomen <sup>2)</sup>, φιλανθρακεὺς iocose est assimilatum voci vitae communis φιλανθρώπων.

— τόνδε] vid. ad Nub. 60.

338 sq. *At nunc loquere, si lubet, ipsumque adeo Lacedaemonium dilectum tibi esse dic.* Id est: nunc igitur loquere ad libitum, etiamsi ipsos Lacedaemonios collaudare velis. Urbane invitantis sunt εἰ δοκεῖ et εἰ βούλει, si videtur <sup>3)</sup>.

339. τῷ τρόπῳ] moribus suis. Sic τρόπος

et τρόποι saepe dicuntur <sup>4)</sup>, dativus tamen (instrumenti) post φίλος ferri nequit.

340. λαρκίδιον] cf. vs. 333.

341. ἐξεράσατε] vid. ad Vesp. 993.

342. οὐτοί σοι χαμαί] item in Thes-mophoriazusis Mnesilochus ad Euripidem *pone vestem* iubenti: καὶ δὴ χαμαί <sup>5)</sup>.

343. ὅπως μὴ] modo ne <sup>6)</sup>. Interrogandi, certe suspicandi, notio huiusmodi enunciatis inest.

344 sq. Raro solvitur ultimus pes ver-

<sup>1)</sup> Sic recte olim quidam; alii eum qui loquitur se ipsum his verbis significare putabant. — <sup>2)</sup> ὁμηλικὸς legitur Eur. Alc. 958 Hipp. 1098 Troad. 1183 Bacch. 201 Herodot. I 99. — <sup>3)</sup> *S'il vous plait.* — <sup>4)</sup> E. g. Eq. 1133 sing., infra vs. 370 Eq. 192 Eccl. 214 plur. — <sup>5)</sup> Thesm. 214. — <sup>6)</sup> Nos: *als maar niet...*

- 345 ἄλλὰ μὴ μοι πρόφασιν, ἀλλὰ κατὰθου τὸ βέλος·  
ὡς ὕδρ' γε σειστὸς ἄμα τῇ στροφῇ γίγνεται.  
(Dicaeopolis ponit corbem et ense.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

- ξμέλλετ' ἄρα πάντως ἀνήσειν τῆς βοῆς,  
ὀλίγου τ' ἀπέθανον ἄνθρακες Παρνήσιοι,  
καὶ ταῦτα διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν δημοτῶν.  
350 ὑπὸ τοῦ δέους δὲ τῆς μαρτῆς μοι συγνήν  
ὁ λάρκος ἐνετίλησεν, ὥσπερ σῆπια.

347. πάντως ἀνήσειν τῆς βοῆς Dobree] codd. πάντες ἀνασειέιν βοῆς (βοῆν R corr.).  
Emendatio palmaris!

348. τ'] γ' Elmsley, δ' Meineke. || ἀπέθανον] ἀπεθάνετ' Tyrwhitt non male. ||  
Παρνήσιοι (-θιοι) Bentley] Παρνά(σ)ιοι codd.; idem vitium in codd. est Ran. 1057.  
Apte Elmsley confert adiectivum Τρικουρῆσις Lys. 1032, vid. etiam infra ad  
vs. 985.

suum creticorum, ut h. l. <sup>1)</sup>; quo vividius  
leves hi numeri crebram vestium con-  
cussionem veluti pingunt.

345. μὴ μοι πρόφασιν] item apud Alexi-  
dem emtor ad propolam: καὶ μὴ πρόφά-  
σεις ἐνταῦθα μοι μηδ' „οὐκ ἔχω“ <sup>2)</sup>. De  
vocibus μὴ μοι vid. ad Nub. 84.

346. ὕδρ'] ὁ τριβῶν. Vid. ad vs. 331.

— ἄμα τῇ στροφῇ] dum saltans versor.  
Suum sibi locum hic obtinet vox στροφή,  
hinc inter artis rhythmicæ vocabula  
transiit <sup>3)</sup>. Iocum autem festivum prae-  
bet in Thesmophoriazusi, ubi Agathon  
foras prodit, ut ad solis radios flectat  
carmina, quoniam per frigora hiberna  
κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ἠήδιον <sup>4)</sup>.

347. Probe noram remisuros vos aliquid  
de istis clamoribus. Vid. ad Ran. 268 et  
de verbo ἀνείναι supra vs. 230 et ad  
Ran. 700.

348. Παρνήσιοι] sic apud Euphanem  
comicum <sup>5)</sup> magnam lignorum vim ferens

nescio quis εἰς κόρακας! clamabat, ἤζω  
φέρων τε (?) δεῦρο τὸν Πάρνηθ' ἄλον.

350. ὑπὸ τοῦ δέους] vid. ad Nub. 835.

— τῆς μαρτῆς . . . συγνήν] de hoc genere  
loquendi vid. ad Vesp. 199 et ad Ran.  
1263; μαρτῆν dictam esse favillam docet  
Suidas s. v. allatis Cratini versiculo <sup>6)</sup>:  
ἐφθάρη μαρτῆς τὴν φάρυγα πλείαν ἔχων et  
ignoti comici verbis <sup>7)</sup>: χαλκὸς οἶά τις  
γέμων καπνοῦ τε καὶ μαρτῆς. Infra autem  
unus ex carbonariis Acharnensibus Ma-  
rilades audit <sup>8)</sup>.

351. Qualus anxius fuliginem e corpore  
exsudat perinde atque sepia, animal  
maris mediterranei incolis notissimum <sup>9)</sup>,  
quod cum terretur, fuscum eiaculatur li-  
quorem <sup>10)</sup>; unde inter Boeotos nomen  
ei est inditum ὀπιθοτίλα <sup>11)</sup>, unam autem  
ex omnibus aquae incolis satis scire  
„quid intersit inter album nigrumque“  
lepide dixit Matron <sup>12)</sup>. De verbo ἐντιλῶν  
vid. ad Ran. 366 <sup>13)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. Christ Metrik<sup>2</sup> p. 105. — <sup>2)</sup> Alex. fr. 127. Cf. etiam Av. 581. — <sup>3)</sup> Vid.  
Ran. 775 Christ Metrik<sup>2</sup> p. 617. — <sup>4)</sup> Thesm. 68. — <sup>5)</sup> Euphan. fr. 1. — <sup>6)</sup> Cratin.  
fr. 257. — <sup>7)</sup> Fr. com. adesp. 443. — <sup>8)</sup> Vs. 609. — <sup>9)</sup> Cf. vs. 1041. — <sup>10)</sup> Cf.  
Antiphan. fr. 26. — <sup>11)</sup> Vid. ad vs. 871. — <sup>12)</sup> Vid. Athen. 135c et ad Eq. 1279. —  
<sup>13)</sup> Cf. etiam Nub. 411.

355 δεινὸν γὰρ οὕτως ὀμφακίαν πεφυκέναι  
 τὸν θυμὸν ἀνδρῶν, ὥστε βάλλειν καὶ βοᾶν  
 ἐθέλειν τ' ἀκοῦσαι μηδὲν ἴσον ἴσῳ φέρον,  
 ἐμοῦ ἐθέλοντος ὑπὲρ ἐπιξήνου λέγειν  
 ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἄπανθ' ὅσ' ἂν λέγω.  
 καίτοι φιλῶ γε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγώ.

Stropha (vs. 358—365).

ΧΟΡΟΣ.

360 τί οὔν οὐ λέγεις ἐπὶ ξήνον ἐξενεγκῶν θύραζ'  
 ὅ τι ποτ', ὦ σχέτλιε, τὸ μέγα τοῦτ' ἔχεις;  
 πάννυ γὰρ ἐμέ γε πόθος ὅ τι φρονεῖς ἔχει.

(Dicaeopolis aedes intrat, extemplo autem redit caudicem coquinarem tenens, quem in pulpito collocat.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

365 ἀλλ', ἦπερ αὐτὸς τὴν δίκην διωρίσω,  
 θεῖς δεῦρο τοῦ πτόξηνον ἐγχείρει λέγειν.

353. ἀνδρῶν] ἑμῶν Meineke.

356. ὑπὲρ] περι Meineke (cf. vs. 712); et sunt sane negligentius dicta ὑπὲρ ἐπιξήνου... ὑπὲρ Λακεδαιμονίων, sed tamen sana videtur vulgata, quoniam Dicaeopolis non de sed pro Lacedaemoniis verba facturus esse saepius in vicinis dicitur (vid. vs. 316, 369, 482).

358. οὐ] om. R alii.

352. ὀμφακίαν] *acerbum*; vini hoc est epitheton. Sic in Vespis „cum Persis *dimicavimus*” marathonomachi aiunt „θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες”<sup>1)</sup>.

354. μηδὲν ἴσον ἴσῳ φέρον] μηδὲν ὅ ἂν φέρῃ ἴσον ἴσῳ, *nihil quod iustum ferat temperamentum, nihil quod sinat tantundem ab altera parte reponi quantum prolatum fuerit*. Sic τὸ λέγοντα ἀκούειν sive τὸ διαλέγεσθαι nunc dicitur voce quae e conviviis et pincernarum arte est desumpta<sup>2)</sup>.

355. Vid. vs. 318 et de voce ἐπιξήνω ad Eq. 152.

— ἐθέλοντος] vid. ad Vesp. 493.

358—363. De metro dochmiaco vid. ad Vesp. 730.

358. τί... οὐ λέγεις] vid. ad Eq. 1207.

360. Simillimus in Lysistrata est versus: λέγε δῆτα τὸ σπουδαῖον ὅ τι τοῦτ' ἐστὶ σοι<sup>3)</sup>.

362 sq. πόθος ὅ τι φρονεῖς ἔχει] i. e. θαυμάζω sive ἀκούσαι ἐπιθυμῶ ὅ τι φρονεῖς. Eadem dicendi est libertas in locutione ἢ καρδία πηδᾶ ὅ τι λέξει<sup>4)</sup>. Similia apud tragicos sunt: τοῦτο καὶ ἔμ' ἔχει πόθος, ὅπως κτέ.<sup>5)</sup> et: καὶ μ' ἤμαρ... ἰνπιεῖ, τί πρῶσσε<sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Vesp. 1082; vid. ad Ran. 1150. — <sup>2)</sup> Vid. ad Eq. 1187 sq. — <sup>3)</sup> Lys. 96. — <sup>4)</sup> Nub. 1391 sq. — <sup>5)</sup> Eur. Ion. 572. — <sup>6)</sup> Soph. Oed. R. 73 sq.



## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἰδοὺ θείασαι, τὸ μὲν ἐπίζηνον τοδί,  
 ὁ δ' ἀνήρ ὁ λέξων οὐτοσί τυννουτοσί.  
 ἀμέλει μὰ τὸν Δί' οὐκ ἐνασπιδώσομαι,  
 λέξω δ' ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἅ μοι δοκεῖ.

(Secum:)

- 370 καίτοι δέδοικα πολλά. τοὺς τε γὰρ τρόπους  
 τοὺς τῶν ἀγροίκων οἶδα χαίροντας σφόδρα,  
 ἔάν τις αὐτοὺς εὐλογῇ καὶ τὴν πόλιν  
 ἀνὴρ ἀλαζῶν καὶ δίκαια καὶ ἄδικα  
 καὶ ἐνταῦθα λανθάνουσ' ἀπεμπολώμενοι.
- 375 τῶν τ' αὖ γερόντων οἶδα τὰς ψυχὰς ὅτι  
 οὐδὲν βλέπουσιν ἄλλο πλὴν ψήφῳ δακεῖν.

366. θείασαι R] θεᾶσθε cett. (ut Soph. Trach. 1079).

371. χαίροντας] χαίρόντων Bothe.

375. τ'] δ' Blaydes, item vs. 377.

376. ψήφῳ δακεῖν Ald.] ψηφοδακεῖν R, sic vel ψηφιδακεῖν cett. codd.; ψήφῳ δάκνειν Brunck (ut Av. 19) non recte, hoc enim i. u. dicitur *mordere* (quemvis, quoties res id tulerit), δακεῖν vero est *certo temporis articulo aliquem* [me nunc] *morsu laedere*. Vid. commentarius.

366. ἰδοὺ θείασαι] vid. ad Eq. 997.

— ἐπίζηνον] vid. ad Eq. 152.

367. ὁ ἀνὴρ... οὐτοσί τυννουτοσί] cf. Lys. 1087: ὡς ἄνθρωπος ἡμῆς οὐτοσί τοιουτοῦ. Praeterea cf. Nub. 141 et de adiectivo τυννουτοσί vid. ad Ran. 139.

368. οὐκ ἐνασπιδώσομαι] non *singularem quandam cautionem adhibebo*; rem capessam potius quam cuti meae caveam et post clipeum meum latitans ab adversariorum ictibus me protegam <sup>1)</sup>.

370 sqq. Quod coram adversariis non vult proloqui, id sibi tamen et spectatoribus confitetur Dicaeopolis, magno in metu se versari. Nam apud senes rusticos causam sibi esse dicendam, apud eos igitur homines, qui et falsis oppleti

sint opinionibus propter rerum publicarum inscitiam et reos etiam iniquissime damnare in iudiciis publicis didicerint.

371—373. Vid. ad Eq. 1116.

373. δίκαια καὶ ἄδικα] vid. ad Nub. 99.

374. ἐνταῦθα] idem nunc quod τότε. Vid. ad Eq. 543 Nub. 370.

— ἀπεμπολώμενοι] *vendi se*, i. e. *prodi et falli*. Item in Pace: τὸν τρόπον πολλοῦμενος τὸν αὐτὸν οὐκ ἐμάνθανεν <sup>2)</sup>. Apud tragicos autem usitatissimum est hoc genus loquendi, e. g.: ὡς μὴ ἐμπολήσων ἴσθαι τὴν ἐμὴν φρένα <sup>3)</sup>. Qui etiam verbo κλέπτειν notionem *decipiendi* et *celandi* tribuere solent.

376. *Nihil se habere antiquius quam ut*

<sup>1)</sup> Consimili imagine usi nos de reformidantibus dicimus *in zīn schulz kwiipen, in concham suam se abdere*, quod cochlearum est multorumque animalium marinarum. — <sup>2)</sup> Pac. 633. — <sup>3)</sup> Soph. Ant. 1063. Cf. ibidem vs. 1036 Aesch. Phil. 579, 978 Choeph. 132, 915 Eur. Troad. 973, et vid. ad Eq. 176.

380

αὐτός τ' ἔμαυτὸν ὑπὸ Κλέωνος ἔπαθον  
 ἐπίσταμαι διὰ τὴν πέρυσσι κωμῳδίαν.  
 εἰσελκύσας γάρ μ' εἰς τὸ βουλευτήριον  
 διέβαλλε καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου  
 καὶ ἐκυκλοβόρει καὶ ἔπλυνεν, ὥστ' ὀλίγου πάνυ  
 ἀπωλόμην μολυνοπραγμονούμενος.

(Ad chorum:)

νῦν οὖν ἄγε με πρῶτον ἄπειρον λέγειν ἔασατε

383 sq. Iteratum pronomem ferri nequit; quapropter pro μ' Elmsley scribebat γ', Valckenaer autem (ad Hipp. 1029) dubitabat an totus versus 384 delendus esset, redit enim infra (vs. 436), quo loco *subiecti* accusativus est με. Quod si ita esset, lacuna hoc loco esset statuenda. Blaydes *ἐνοσκεία* ἔμαυτὸν coniecit, quae minus placet elisio (vid. ad Nub. 7), neque mutandus videtur hic versus. Quapropter

*tabellarum morsu aliquem laedant* <sup>1)</sup> *vultu manifeste ostendunt*. Verbo βλέπειν infinitivus additus est etiam in versu Alexidis: ἔπεινον ὀρχεῖσθαι μόνον | βλέποντες, ἄλλο δ' οὐδέν <sup>2)</sup>. Cf. etiam unius ex trulentis hisce iudicibus verbum: τιμῶν βλέπω <sup>3)</sup>, et de hoc verbi βλέπειν usu vid. ad Ran. 562.

377—382, Ipsius actoris Callistrati ad spectatores haec sunt verba; eadem autem res respicitur infra <sup>4)</sup>. In Babyloñis Aristophanes riserat τὰς κληρωτὰς καὶ χειροτονητὰς ἀρχὰς καὶ Κλέωνα, quapropter Cleon ἐγράψατο αὐτὸν ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας, ὡς εἰς ὕβριν τοῦ δήμου τοῦτο πεποιηκότος, ut legitur in scholiis, quibuscum cf. Pseudoxenophontis verba <sup>5)</sup>: κωμῳδεῖν καὶ κακῶς λέγειν τὸν δῆμον οὐκ εἰῶσιν. Cuiusmodi crimen cum certis finibus non esset circumscriptum neque certa lege vetitum esset certamve sibi poenam haberet praestitutam, non ad iudicium aliquod sed ad senatum fuerat delatum <sup>6)</sup>. Non recte autem in scholii verbis supra allatis ipse Aristophanes dicitur laesae

maiestatis apud senatum a Cleone esse insimulatus; hic enim in iure ignorabatur, sed Callistrato, qui suo nomine illam fabulam in certamen proposuit et scenae commisit, poena luenda erat, si quid in ea delictum esse videretur.

379. εἰσελκύσας... εἰς τὸ βουλευτήριον] non ad litteram haec esse accipienda, sed iocose sic dici τὴν εἰσαγγελίαν qua apud senatum accusatus est Callistratus, vix est quod moneam.

380. διέβαλλε] respicitur huc Eq. 64? — κατεγλώττιζε] vid. ad Eq. 352.

381. ἐκυκλοβόρει] vid. ad Eq. 137.

— ἔπλυνεν] transfertur verbum, ut saepius <sup>7)</sup>. Dein mente add. με οὕτως <sup>8)</sup>.

382. Cf. Eq. 309—311, cum verbo autem μολυνοπραγμονεῖν, quod ad analogiam verbi πολυπραγμονεῖν <sup>9)</sup> ioculariter nunc fingitur, cf. Pacis locus, ubi poeta dicitur cum Cleone strenue conflixisse διαβῆς βυρσῶν ὁμοῦς δεινῆς καὶ ἀπειλᾶς βορροθιμοῖ <sup>10)</sup>.

383. πρῶτον πρῖν] si sana haec <sup>11)</sup>, cf. Eq. 542.

<sup>1)</sup> Hoe zij iemand een knauw zullen geven met hun stem. — <sup>2)</sup> Alex. fr. 97. — <sup>3)</sup> Vesp. 847. — <sup>4)</sup> Vs. 502 sqq., 630 sq.; vid. etiam ad vs. 575 et Prolegom. p. VII, 2 Eq. p. XIV. — <sup>5)</sup> Rep. Ath. 2 § 18. — <sup>6)</sup> Cf. Poll. VII 51 Harpocr. s. v. εἰσαγγελία. — <sup>7)</sup> Cf. nostra doorhalen, de ooren wasschen, het jak uitvegen etc. et vid. ad Nub. 838. — <sup>8)</sup> Vid. ad vs. 943. — <sup>9)</sup> Vid. ad Ran. 228. — <sup>10)</sup> Pac. 753. — <sup>11)</sup> Vid. annot. crit.

„ἐνσκευάσασθαι μ' οἶον ἀθλιώτατον.“

Antistropa (vs. 385—392).

ΧΟΡΟΣ.

- 385 τί ταῦτα στρέφει τεχνάζεις τε καὶ πορίζει τριβάς;  
λαβὲ δ' ἔμοῦ γ' ἔνεκα παρ' Ἰερωνύμου  
390 σκοτοδασυπυκνότριχά τιν' Ἄιδος κυνήν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἐξάνοιγε μηχανὰς τὰς Σισύφου,

veri multo est similius in versu 383 errori deberi pronomen; recte haberent omnia si ibi legeretur \*νῦν ἄρα πρῶτον vel \*νῦν οὖν, τὸ δέινα (vid. ad Vesp. 524).

385. ταῦτα] δῆτα Elmsley coll. Plat. Phaedr. 236 e. || στρέφει R] στρέφεις; complures codd., fortasse recte (vid. Ran. 957 Plat. Hipparch. 228 a Plat. com. fr. 92 et prae ceteris Eur. Hec. 750 τί στρέφω τάδε;). Exquisitior tamen videtur lectio quam recepi.

386. πορίζει vHerwerden] πορίζεις codd.; vid. commentarius.

390. τιν' Brunck] τήν codd.

391. ἀλλ' Suid. s. v. Σίσυφος] εἶτ' codd.; εἰ' Dobree.

384. Molestissimum est pronomen με. De verbo ἐνσκευάζειν vid. ad Ran. 523, et de voce οἶος superlativo addita ad Eq. 978.

385—390. De metro vid. ad Vesp. 730.

385. τί... στρέφει] item Phaedrus apud Platonem <sup>1)</sup>: τί δῆτα ἔχων στρέφει; De verbo vid. ad Ran. 957.

— ταῦτα] i. e. ταύτας τὰς τροφάς <sup>2)</sup>.

386. τεχνάζεις] vid. ad Ran. 957 et ad Vesp. 192.

— πορίζει] sic in Ranis poetarum aemulorum ora δεινὰ dicuntur πορίσασθαι ὑήματα <sup>3)</sup>, Dionysodorum autem προφάσεις πορίζεσθαι ait Demosthenes <sup>4)</sup>.

389. Hieronymus etiam in Nubibus <sup>5)</sup> ridetur ob caesariem promissam, quae nostro loco *Orci* quidam dicitur *galerus*; quem qui capiti habet impositum cerni nequit. Sic Minerva cum Diomedem in pugna comitatura est δύνει Ἄφιδος κυ-

νήην, μή μιν Φίδη ὄβριμος Ἄρης <sup>6)</sup>, Perseus autem ea instructus Gorgones est adortus <sup>7)</sup>, in item Mercurius gigantes <sup>8)</sup>. In poetica olim dictione ita designabatur *caligo* sive *nubes* <sup>9)</sup>, itaque *Orci* illum *galerum* capiti suo imponere idem est quod apud priscos epicis dicitur ἡέρι καλύπτεσθαι, et eodem sensu voces *σκότον* et *νέφος* usurpans *Orestes* Euripideus <sup>10)</sup> dicit: τίνα σκότον | λάβω προσώπω; ποῖον ἐπίπροσθεν νέφος | θῶμαι γέροντος ὀμμάτων φεύγων κόρας; Nostro autem loco comicus verbo sesquipedali *σκοτοδασυπυκνότριχίς* imitatur ipsius Hieronymi dictionem tumidam — erat enim poeta lyricus <sup>11)</sup>. Neque sermonis quotidiani est epica forma Ἄιδος; veri autem simile duco Hieronymum *Orci* *galerum* in carmine aliquo commemorasse nuper et epitheto grandisono ornasse.

391. *Sisyphlus*, ἀνδρῶν κέρδιστος <sup>12)</sup>, tan-

<sup>1)</sup> Phaedr. 236 e. — <sup>2)</sup> Vid. ad Nub. 131. — <sup>3)</sup> Ran. 880 sq. — <sup>4)</sup> Demosth. LVI § 49. — <sup>5)</sup> Nub. 349 sqq. — <sup>6)</sup> Hom. E 844; cf. Plat. Rep. 612 b. — <sup>7)</sup> Hes. Scut. 227. — <sup>8)</sup> Apollodor. I 6 § 2. — <sup>9)</sup> „Ein altes symbol der unsichtbarkeit ist der sogenannte helm oder die kappe des Aïdes, die der tarn- oder nebelkappe der nordischen sage entspricht.“ Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 799. — <sup>10)</sup> Or. 1467 sqq. — <sup>11)</sup> Cf. epitheton σφραγιδονυχαργοκομήτης in eorundem hominum irrisionem fictum Nub. 332. — <sup>12)</sup> Hom. Z 153.

ὥς σκῆψιν ἄγων οὔτος οὐχὶ δέξεται.

(Dicaeopolis adit domum Euripidis.)

## SCENA DECIMA.

Dicaeopolis, mox Ianitor.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὦρα ἐστὶν ἄρα μοι καρτερὰν ψυχὴν λαβεῖν,  
καὶ μοι βαδιστέ' ἐστὶν ὡς Εὐριπίδην.

(Alta voce:)

395

παῖ! παῖ!

## ΘΥΡΩΡΟΣ.

(aperta ianua procedens:)

τίς οὔτος;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἔνδον ἔστ' Εὐριπίδης;

392. ἄγων] ἄγων codd. || οὐχὶ δέξεται Cobet] οὐκ εισδέξεται codd.

393. ἄρα μοι R] ἴδη cett. (ut Philyll. fr. 3).

395. Quem θυρωρὸν vocavi, is in codd. dicitur *Cephisophon*, invito poeta; quem errorem correxit Elmsley (θεράπων scribens, quod eodem redit). Vid. quae ad personarum indicem observavi pag. 1, 3. || τίς] τί R.

tae fuit calliditatis ut ipso rege inferorum decepto aufugerit inde, unde negant redire quemquam <sup>1)</sup>). Proxima autem aetate aequavit eum Ulixes, quem *sanguine cretum Sisyphio* <sup>2)</sup> finxerunt ideo poetae posthomeric <sup>3)</sup>. Dicaeopolidi nostro ipsique poetae comico aetate suppar fuit Dereclidas ille Spartiata, ἀνὴρ δοκῶν εἶναι μάλα μηχανητικός (*machinarum bellicarum peritus*), qui eam ob causam ἐπεκαλεῖτο Σίταφος <sup>4)</sup>.

392. His verbis etiam in Thesmophorizasis alteris usus est noster <sup>5)</sup>; eodem

autem sensu dicebatur: προφάσεις (vel πρόφασιν) ὁ ἄγων οὐ δέχεται <sup>6)</sup>. De vocabulo ἄγων vid. ad vs. 481 et ad Vesp. 533 Nub. 958 Ran. 883. Vox σκῆψις *causam fictam* significat, verbum σκῆπτεσθαι *causas interponere* <sup>7)</sup>.

393. ὦρα ἐστὶν] *tempus est*, item alibi apud nostrum: ὦρα βαδίζειν μοι ἐστὶν ἐπὶ τὸν δεσπότην <sup>8)</sup>. Cf. etiam versiculus e Telepho Euripideo servatus: ὦρα σε θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν <sup>9)</sup>. Praeterea vid. ad Vesp. 242.

394. βαδιστέα] vid. ad Ran. 1180.

<sup>1)</sup> Σίταφον δραπέτην satyricum scripsit Aeschylus. — <sup>2)</sup> Ovid. Metam. XIII 31. — <sup>3)</sup> Vid. Aesch. fr. 172 Ai. 190 Soph. Philoct. 417, 448, 624 sq., 1311 Eur. Cycl. 104. — <sup>4)</sup> Xen. Hell. III 1 § 8. — <sup>5)</sup> Fr. 331. — <sup>6)</sup> Plat. Cratyl. 421 d Leg. 751 d; vid. etiam Aesch. fr. 39. Apud Ibycum primum usurpatam esse locutionem perhibet Mylon apud Zenobium II 45. — <sup>7)</sup> Eccl. 1027 Plut. 904. — <sup>8)</sup> Fr. 464. — <sup>9)</sup> Eur. fr. 715.

## ΘΥΡΩΡΟΣ.

οὐκ ἔνδον ἔνδον τ' ἔστιν, εἰ γνώμην ἔχεις.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

πῶς ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον;

## ΘΥΡΩΡΟΣ.

ὀρθῶς, ὦ γέρον.

ὁ νοῦς μὲν ἔξω ξυλλέγων ἐπύλλια

396. οὐκ] κοῦκ R. || τ'] addidit Dindorf; possis etiam \*οὐκ ἔνδον ἔνδον δ' ἔστιν, Invernizzi κοῦκ ἔνδον ἔνδον ἔστιν male, Meineke ἔνδον τε κοῦκ ἔστ' ἔνδον (coll. Eur. Alc. 521), Cobet οὐκ ἔνδον ὦν ἔστ' ἔνδον (sed dicendum potius erat οὐκ ἔνδον ἔστ' ὦν ἔνδον, quamquam nimis invenusta haec foret verborum compositio), Blaydes ἔστιν τε κοῦκ ἔστ' ἔνδον (cf. Alcest. 521).

396. Qualis domina talis canis, ut est in proverbio <sup>1)</sup>. In Euripidis igitur aedibus tragici tumoris acutorumque verbulorum plena sunt omnia, et ipse ianitor utitur dicterii cothurnatis spissaque sapientia refertis. Sic etiam Agathonis poetae tragici minister in The-smophoriazusis domino condignum se praestat <sup>2)</sup>; praeterea cf. Orci ianitor in Ranis dictione Euripidea utens <sup>3)</sup>. Noster autem homullus quod nunc dicit, simillimum est Admeti verbis, qui Herculi, uxor eius Alcestis quomodo valeat roganti, ἔστιν τε respondet κοῦκίτ' ἔστιν, ἀγγύνη δέ με <sup>4)</sup>. Cuiusmodi dicteria imitatur etiam servus apud Platonem comicum, qui ad dominum Hyperbolo βουλή; ἐπιλαχόντα „ἀτὰρ οὐ λαχών" ait „ὄμως ἔλαχες, ἦν νοῦν ἔχῃς", fieri enim non posse quin impuro illo homine in δοκιμασίᾳ reiecto servi dominus senator eius loco creetur <sup>5)</sup>. — Verba εἰ γνώμην ἔχεις vertantur: *rem si recte diiudices* <sup>6)</sup>.

397. ὀρθῶς] de artis dialecticae hac voce vid. ad Nub. 251.

398 sq. *Animus eius per immensum aethera circumvolitans verbula aucupatur, corpus vero* <sup>7)</sup> *in lectulo recumbit fabulamque scribit*. Mire concinit dictum Creusae Euripideae: οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔσχον ἐνθάδ' οὐδὰ περ <sup>8)</sup>. Praeterea vid. ad Eq. 1119 sq.; quis autem non sentit rideri philosophos, quorum τῶ ὄντι τὸ σῶμα μόνον — ut Socratis utar verbis <sup>9)</sup> — ἐν τῇ πόλει κεῖται καὶ ἐπιδημεῖ, ἢ δὲ διάνοια, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν, ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον τὰ τε γῆς ὑπέρειρθε καὶ τὰ ἐπιπεδα γεωμετροῦσα οὐρανοῦ θ' ὑπὲρ ἀστρονομῶσα <sup>10)</sup>.

398. ἐπύλλια] Euripidis *senarioli* <sup>11)</sup> ridentur etiam Pac. 532 et Ran. 942 <sup>12)</sup>, item eius *ῥημάτια* infra <sup>13)</sup>. Suffixo -υλλο-, quod cernitur e. g. in adverbio καθαρύλλως <sup>14)</sup>, novo addito suffixo nata sunt ἐπύλλιον εἰδύλλιον.

<sup>1)</sup> *Tel maître tel valet*. Cf. etiam Apollodor. fr. 14: *amici aedes cum adis, ὁ θυρωρός ἰλαρός πρῶτόν ἐστιν, ἢ κύων | ἔσημι κτί*. — <sup>2)</sup> Thesm. 39 sqq. — <sup>3)</sup> Ran. 465 sqq. — <sup>4)</sup> Eur. Alc. 521. Similia sunt Hel. 138 Hipp. 1034 Phoen. 272 Iph. Taur. 512. — <sup>5)</sup> Plat. fr. 166. — <sup>6)</sup> Idem fere valet εἰ οἰσφρονεῖς, si sapis (vid. e. g. Thuc. III 44 § 1). De voce γνώμην sive νόῦν in eiusmodi locutionibus adhibita vid. Vesp. 64 Eccl. 600 Ran. 696. — <sup>7)</sup> Ut in Homericis αὐτοῦ; δὲ Φελώρια' τεῦχε κύνεσσι. Vert.: *naar het vleesch*. — <sup>8)</sup> Ion. 251. — <sup>9)</sup> Plat. Theaet. 173 e. — <sup>10)</sup> De cuiusmodi dictis vid. ad Nub. 228 sqq. et 761—763. — <sup>11)</sup> Cic. Tusc. V § 64. — <sup>12)</sup> Vid. etiam Ran. 892. — <sup>13)</sup> Vs. 444. — <sup>14)</sup> Cratin. fr. 27; vid. ad Eq. 224.



400

οὐκ ἔνδον, αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ  
τραγωδίαν.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη,

ᾧθ' ὁ δοῦλος οὐτωςὶ σοφῶς ὑποκρίνεται.

400. τραγωδίαν] τραγωδίαν schol. male.

401. σοφῶς R] σαφῶς cett. (ut Nub. 1245 Vesp. 964 Eur. Bacch. 1272), praeter mentem poetae. Cf. v. l. Eq. 196 et Thesm. 186. || ὑποκρίνεται R] ἀπεκρίνατο cett. (cf. fr. 585).

399. ἀναβάδην] in scholiis legitur: ἄνω τοὺς πόδας ἔχων ἐπὶ ὑψηλοῦ τόπου καθήμενος, quae post ἔχων esse interpungenda, duas enim easque diversas has esse notas, olim observavi<sup>1)</sup>. Posterior autem explicatio vera est; *sublimis* enim in machina monstratur Euripides, ut Socrates in Nubibus. Theophrastus autem quaedam haec est, et festive fingitur tragicus — nisi ipsa fama sic ferebat — aedium superiora cum libris suis habitare, ut quam longissime a strepitu vitae quotidianae sit remotus<sup>2)</sup>. — Adverbium βιάδην<sup>3)</sup> est *pedetentim, sensim*<sup>4)</sup>, in compositis autem praepositio indicat quorsum tendant gressus ipsave crura, itaque περιβάδην est id quod ἀμφιπλῆς<sup>5)</sup>, προβάδην<sup>6)</sup> de iis qui lentis gressibus procedunt dicitur, καταβάδην<sup>7)</sup> autem de iis qui in terra firma ambulant, ἀναβά-

δην denique<sup>8)</sup> de iis qui *per sublime, in aedium tabulatis* versantur. Quae proprie igitur movendi verbis iungi debuerunt, sed notissima loquendi libertate etiam verbis quae quietem indicant poterunt sociari, ut nostro loco<sup>9)</sup>.

401. Hoc enim habet ars Euripidis, quod meros gignit oratores et causarum patronos, nihilque interesse videtur Davusne loquatur an herus, ut ipse gloriari ait in Ranis<sup>10)</sup>.

— σοφῶς ὑποκρίνεται] cf. servi verba in Vespis ad sodalem, qui sagacissime somnium est interpretatus: εἴτ' οὐκ ἐγὼ δοῦς δὲ βροτῶ μισθώσομαι | οὕτω σ' ὑποκρινόμενον σοφῶς ὀνειράτα;<sup>11)</sup> Quod etiam nostro loco aptissimum est verbum, quoniam tragicas „partes quasdam agere” poetae ministri nunc dicuntur. De adverbio σοφῶς vid. ad Ran. 776.

<sup>1)</sup> De Aristophane Euripidis censore 1876, p. 55, l. Recte nunc sic edidit Rutherford. — <sup>2)</sup> Aliter GHermann (ad Viger. p. 373), qui priorem scholii partem secutus ἀναβάδην vertit *pedibus sursum versus extensis, pendente ac supino capite*, = *negligenter ac perfunctorie*, Euripidem igitur sibi fingens supina negligentia — ut Philocleonem illum Vesp. 1210 sq. — in lectulo ἀσχημόνας καὶ πᾶν ἀσέμνωσ; proiecitur, unde facili coniectura efficias etiam in arte sua exercenda poetam laxae et perfunctorie versari. At comicus non negligentiae sed nimiae potius diligentiae et vafritiae, *κακοζήλιας τινὸς καὶ πολυμηχανίας*, reum facere solet Euripidem. Quod autem tragicorum ecyclema non ex aedium tabulatis sed ex ipsa ianua protrudi solebat, faciliusque institui potuit poetae cum Dicaeopolide — ut Agathonis cum Euripide in Thesmophoriazosis — colloquium si in terra firma versaretur uterque, haec argumenta licet aliquid valeant, minime tamen sufficient ad Hermanni interpretationem tutandam; quae convellitur observatione, quam editoris Britannii Merry verbis indicabo: „the joke about Euripides having so many lame men in his plays (411) would be lost, unless we imagine the characters created at the top of a break-neck ladder, with every chance of tumbling down.” — <sup>3)</sup> Ach. 535 Lys. 254. — <sup>4)</sup> Gaandeweg. — <sup>5)</sup> Vid. ad vs. 218, Poll. II 172. — <sup>6)</sup> Ran. 351. — <sup>7)</sup> Vs. 411. — <sup>8)</sup> Redit vs. 410 Plut. 1123. — <sup>9)</sup> Perinde atque brit. *downstairs* et *upstairs*. — <sup>10)</sup> Ran. 949. — <sup>11)</sup> Vesp. 52 sq.

ἐκκάλεσον αὐτόν.

ΘΥΡΩΡΟΣ.

ἄλλ' ἀδύνατον.

(Abit ianuamque claudit.)

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἄλλ' ὅμως.

οὐ γὰρ ἂν ἀπέλθοιμ', ἀλλὰ κόψω τὴν θύραν.

(Ianuam pulsat.)

Εὐριπίδης! Εὐριπίδιον!

SCENA UNDECIMA.

Dicaeopolis, Euripides.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

(post scenam:)

ἄλλ' οὐ σχολή.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

405 ὑπάκουσον, εἴπερ πάποτ' ἀνθρώπων τινί!

406 Δικαιοπόλις καλῶ σε Χωλίδης ἐγώ.

402. ἐκκάλεσον] ἄλλ' ἐκκάλεσον R.

404. \*Εὐριπίδης!] Εὐριπίδη codd. || ἄλλ' οὐ σχολή] huc trahenda esse vidit Bentley; in codd. post vs. 406 leguntur. Simillimus est Nub. 80.

405. πάποτ' R] ὅη ποτ' codd. complures.

406. καλῶ Cobet] καλεῖ codd. || σε] σ' ὁ Brunck, fortasse recte. || \*Χωλίδης] Χολλίδης codd.; Χολλειδής (melius -ήδης) Elmsley, quae iusta demotici est forma, at talibus locis non sincera nomina adhibere est artis comici, sed iocose immutata: Βαλλήραδε, Κλωπίδαι, Ἀχραδούσιος, Ἀναφλάσιος, similia. Cf. Eq. 55 et vid. ad Eq. 79 Ran. 427.

402. ἄλλ' ὅμως] ellipticum hoc genus loquendi redit vs. 956<sup>1</sup>). Quid sit mente supplendum singulis locis e contextu apparet; hic *evocabo eum vel rei periculum faciam* addi potest.

404. Cf. Nub. 80.

— ἄλλ' οὐ σχολή] quod nunc herus, id ipse ianitor Socrati et Hippocrati Calliae ianuam pulsantibus respondet apud Platonem<sup>2</sup>); qui ἀνοίξας τὴν θύραν

καὶ ἰδὼν αὐτοὺς „ἔα“, ἔφη „σοφισταὶ τινεὶ οὐ σχολή αὐτῶ.“ καὶ ἅμα ἄμφοιν τοῖν χερσῶν τὴν θύραν πάνυ προθύμως — perinde atque Euripidis nunc ianitor — ὧς οἴος τ' ἦν ἐπήραζεν.

405. ὑπάκουσον] vid. ad Nub. 274.

— εἴπερ πάποτε] item Pac. 302; cf. etiam Nub. 356: εἴπερ τινὶ κάλλω.

406. Δικαιοπόλις καλῶ σε] nota haec est verborum structura. Sic apud Homerum:

<sup>1</sup>) Praeterea vid. Lys. 144 Eur. Hec. 843; cf. etiam Nub. 1363 Eur. Hipp. 358 etc. — <sup>2</sup>) Protag. 314*d*.

## ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

(item:)

409 ἄλλ' ἐκκυκλήσομαι καταβαίνειν δ' οὐ σχολή.

(Aperta aedium parte superiore in tablinum provolvitur Euripides in lectulo lucubratorio iacens sordido vestitu et libris variaque supellectile tragica circumdatus.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(admirabundus suspiciens:)

410 Εὐριπίδη!

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

408 ἄλλ' ἐκκυκλήθητ'.

## ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἄλλ' ἀδύνατον.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἄλλ' ὄμως.

408. Del. Dobree. Verba ἄλλ' ἀδύνατον ἄλλ' ὄμως e versu 402 admodum moleste sunt repetita, verba autem ἄλλ' ἐκκύκληθι magis etiam sunt molesta, nam consilium eccyclemate utendi ab ipso Euripide poeta πολυμηχάνω, quo unice dignum est, debet excogitari, non vero ei suggeri ab homine rustico, cui machinae scenicae ne notae quidem esse possunt. Cf. GHermann ad Nub. 1233.

οὐ Φεκάς οὗτος ἀνήρ, ... ὅς λαὸν ἤγειρα<sup>1)</sup>, |  
vel apud Euripidem: ἤγω Διὸς παῖς τήνδε |  
Θηβαίαν χθόνα | Διόνυσος<sup>2)</sup>). Qualibus locis  
saepe — ut nostro — pro prima persona  
in mss. irrepit tertia.

— Χωλίδης] Χολληδῶν<sup>3)</sup> nomine iocose  
sic detorto utitur, ut tragico χολοποιῶ<sup>4)</sup>  
se commendet<sup>5)</sup>. De cuiusmodi verbo-  
rum lusibus vid. supra vs. 234 et ad |  
Eq. 79 Ran. 427<sup>6)</sup>. Itaque ad hunc

locum recte interpretandum nihil attinet  
scire ubi Χολληδαί demus situs fuerit.  
Neque e poetae verbis pro certo effici  
potest eum Dicaeopolidem Chollidensem  
finxisse<sup>7)</sup>.

409. Ut ad aspectu dignetur hominem,  
Euripidem movet vox Χωλίδης mire ipsi  
accepta.

— ἄλλ' ἐκκυκλήσομαι] vid. ad Eq.  
1248 sq.<sup>8)</sup>.

<sup>1)</sup> β 41, ubi vid. — <sup>2)</sup> Bacch. 1. Praeterea vid. Eur. Hipp. 1285 Or. 1626 Herc. 4 Hel. 1644 Bacch. 1340 fr. 115 (Ar. Thesm. 1070) Rhes. 892 Plaut. Mil. III 2,5. —

<sup>3)</sup> Sic enim vocabantur Aristophanis aetate, postea scribebatur -εἶδα; vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.<sup>2</sup> p. 29. — <sup>4)</sup> Vid. Ran. 846 et infra ad vs. 411. —

<sup>5)</sup> Sic recte schol. — <sup>6)</sup> Ipsum poetam Chollidensem fuisse statuit Droysen; cui opinioni favet fortasse Lysiae locus XIII § 58 sq., ubi commemoratur Aristophanes quidam Chollidensis, qui οὐ καθαρῶς Ἀθηναῖος ὢν in eo fuit ut εἰς βασιανισμὸν traderetur carnifici (vid. ad vs. 653 sq.). — <sup>7)</sup> Acharnensem fingi Dicaeopolidem cum Elmsleio nego; nihil enim eiusmodi inest versui 34 aut 290 aut 333, neque δημόταξ suos Dicaeopolis usquam vocat choreutas, immo ex alio pago eum esse oriundum Amphitheus certe sumit veru 180. Nolim autem argumenti loco adhibere verba Androtonis in scholiis ad Aristidem oratorem allata, ubi inter nomina praetorum, qui cum Pericle gesserunt bellum Samium, commemoratur Callistratus Acharnensis; de quo loco Bergk (Comment. p. 57): „Callistratum Acharnensem „non novi, nisi forte est ille Callistratus, cuius nomine et auctoritate Aristophanes „in fabulis docendis utebatur.“ — <sup>8)</sup> Cf. etiam εἰσκυκλεῖν Vesp. 1475 translatum, si sana est eius versus lectio.

## ΕΤΡΙΠΙΔΗΣ.

τί λέλακας;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀναβάδην ποιεῖς,

ἐξὸν καταβάδην; οὐκ ἐτὸς χωλοῦς ποιεῖς.

ἀτὰρ τί τὰ δ᾿ἀκί' ἐκ τραγωδίας ἔχεις,

411—413. χωλοῦς... πτωχοῦς] ordine inverso habet R (errore aperto).

411. Interrogandi signum scripsit Elmsley pro semicolo.

412. Interrogandi signum in codd. deest, in schol. post τί collocatur; post ῥάκί' scripsit Bergk, qui praeterea ἦ 'x pro ἐκ coniecit. || Anapaestus in tertio pede ita incisus (ῥάκί' | ἐκ) apud nostram nonnisi Pac. 185 redit, quem versum probabiliter correxit Bentley.

410. λέλακας] vid. ad Ran. 97.

410 sq. ἀναβάδην... καταβάδην] vid. ad vs. 399.

411. οὐκ ἐτὸς] non sine causa <sup>1)</sup>. Cohaeret epicum adiectivum ἐτώσιος.— χωλοῦς ποιεῖς] claudicantes heroes tres ad minimum in scenam induxerat Euripides: *Telephum* Achillis hasta vulneratum <sup>2)</sup>, *Bellerophonem* de Pegaso delapsum <sup>3)</sup>, *Philoctetem* serpentis morsu laborantem <sup>4)</sup>. Quam ob causam in Ranis Euripides Aeschylō audit χωλοποιός <sup>5)</sup>. Bellerophonis autem parodiam festivissimam habet Pacis fabulae initium, ubi Trygaeus ingenti scarabaeo insidens coelum petit perinde atque Bellerophon Euripideus, de rerum terrestrium moderamine cum diis expostulaturus; cui in sublime tendenti *ἐκείνο τήρει*, filia clamat, *μὴ σφαλεῖς καταρρυσῆς | ἐντεῦθεν, εἶτα χωλὸς ὦν Εὐριπίδῃ | λόγον παράχῃς καὶ τραγωδία γένη <sup>6)</sup>*.

412 sq. Mendicorum habitu instructos

heroes non minus libenter quam claudos inducebat Euripides, τοὺς βασιλεύοντας ῥάκί' ἀμπισχών, ἴν' ἔλεινοι | τοῖς ἀνθρώποις φαίνονται εἶναι, ut Aeschylus ait in Ranis <sup>7)</sup>, πτωχοποιόν ideo et ἡκιοσυρραπάδην eum contumeliose admodum nuncupans <sup>8)</sup>. Prae ceteris autem *Telephus* hic denuo est commemorandus, qui pannis obsitus et pede lacinii involuto <sup>9)</sup> in Argivorum castra penetravit <sup>10)</sup>; de quo viro plura mox audiemus. Dein in censum venit *Bellerophon* ille, qui de Pegaso deiectus per campos oberravit pede captus, veste lacera et squalida <sup>11)</sup>, de rebus humanis divinisque desperans <sup>12)</sup>. Tertius quoque heros claudus *Philoctetes* spectatorum misericordiam tam habitu concitabat quam pede vulnerato, pellibus enim ferinis corpus texerat dum in insula deserta per longos annos vitam sustentat <sup>13)</sup>. Sed et alii commemorandi hic sunt heroes squalidi. *Oeneus* enim senex talem fere vitam vixit qualem tragicī Britannī

<sup>1)</sup> Redit locutio vs. 413 Av. 915 Thesm. 921 Eccl. 245 Plut. 404, 1166 fr. 10 Philaetaer. fr. 5 Anaxil. 30 Plat. Rep. 414e, 568a. — <sup>2)</sup> Quae fabula anno 438 simul cum Alcestide et Cressis est data. — <sup>3)</sup> Vid. vs. 427. — <sup>4)</sup> Quae cum Medea fabula anno 431 est data. — <sup>5)</sup> Ran. 846. — <sup>6)</sup> Pac. 146 sqq. — <sup>7)</sup> Ran. 1063 sq. — <sup>8)</sup> Ibid. vs. 842. — <sup>9)</sup> πτώχ' ἀμφίβληστρα σώματος λαβῶν ῥάκη | ἀρκτήρια τύχης. Eur. fr. 698. — <sup>10)</sup> Vid. ad vs. 327. — <sup>11)</sup> δυσπινὴ πεπλώματα ἔχων, ut mox dicitur vs. 426. — <sup>12)</sup> Eur. fr. 287 sq. Hom. Z 202. — <sup>13)</sup> τό τε γὰρ εἶδος ὑπὸ τῆς νόσου φορεθὸν ἢ τε στολή ἀήθης· δοραὶ θηρίων καλύπτουσιν αὐτόν, Ulixis sunt verba apud Dionem Chrysostomum LIX, oratione soluta fabulam succincte enarrantem.

ἔσθῃτ' ἔλεινῆν; οὐκ ἐτὸς πτωχοὺς ποιεῖς.  
 ἀλλ' ἀντιβολῶ πρὸς τῶν γονάτων σ', Εὐριπίδη,  
 415 δὸς μοι ῥάκιδόν τι τοῦ παλαιοῦ δράματος.  
 δεῖ γάρ με λέξαι τῷ χορῷ ῥῆσιν μακράν  
 αὕτη δὲ θάνατον, ἣν κακῶς λέξω, φέρει.

## ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τὰ ποῖα τρύχη;

413. ἔλεινῆν Porson] ἔλεινῆν codd., item ἔλεινῶς Thesm. 1063. Cf. Ran. 1063.

415. τοῦ] του Bergk non recte; vid. comment.

416. τῷ χορῷ] τῆμερον Naber coll. vs. 440.

heros Lear<sup>1)</sup>. *Phoenix* cum a patre suo esset excaecatus<sup>2)</sup>, pauper et exul venit in Thessaliam, ubi Chironis arte ei restituta est videndi facultas. *Thyestes* in Cressis fabula e patria pulsus Catreum adiit Cretae regem<sup>3)</sup>, idemque primas agebat partes in fabula cognomini, quae dapes illas habebat Thyesteas; sed haec fortasse post Acharnenses scenae est commissa<sup>4)</sup>. *Ino* e montium saltibus protracta<sup>5)</sup> et post variam caedem vesania correpta cum filio suo in maris fluctus se coniecit<sup>6)</sup>; vepallidus autem eius vultus commemoratur in *Vespis*<sup>7)</sup>. Horum igitur heroum Euripideorum pannos et squalorem nunc ridet comicus; praeterea autem *Menelaum* naufragum et *στολὴν ἄμορφον ἀμφὶ σῶμα ἔχοντα*<sup>8)</sup>, qui in Thesmophoriazasis tantorum cachinnorum causa extitit<sup>9)</sup>, non omisisset profecto, si notum habuisset; sed He-

lena fabula, in qua occurrit heros ille ridicule miser, anno demum 412 scenae est commissa. Et eiusdem fere temporis sunt *Electra*, quae *πιναρὰν κόμην καὶ πέπλων τρύχη ἔχουσα*<sup>10)</sup> prodiit, et *Orestes*<sup>11)</sup> barba inculta, squalidis capillis, ore spumante misericordiam et horroremiciens<sup>12)</sup>. Ipse autem *Euripides* quod eo habitu nunc prodit quem heroibus suis solet tribuere, conferri potest Agathon vestitu femineo insignis<sup>13)</sup>, quippe τὴν ἐσθῆθ' ἅμα γνώμην φορῶν<sup>14)</sup> artis parum virilis poeta.

413. οὐκ ἐτὸς] vid. ad vs. 411.

415. τοῦ παλαιοῦ δράματος] *prisci illius dramatis*, anno abhinc decimo quarto primum spectati. Cuius argumentum et pannos sordidos recordatur rusticus, si ipsum nomen teneret.

418. τὰ ποῖα τρύχη;] vid. Nub. 1233 et ad Ran. 529.

<sup>1)</sup> Pro exemplo γέροντος ἄτυχοῦντος etiam Timocli fr. 6<sup>16</sup> est Oeneus. — <sup>2)</sup> Argumentum huius fabulae, ut Bellerophontis Pelei Hippolyti aliarum, erat castus iuuenis ab iracunda muliere stupri insimulatus. Vid. Valcken. Diatrib. p. 262 sqq. Hom. I 447 sqq. (praesertim vs. 453). — <sup>3)</sup> Quae anno 438 cum Alcmeone Telepho Alcestide scenae est commissa. Vid. argumentum Alcestidis et ad Vesp. 762 sq. — <sup>4)</sup> Perperam pro una eademque tragoedia Cressas et Thyestem habuit Valckenaer; quem errorem refutavit G Hermann in praef. Cyclop. p. XIV, item v Wilamowitz Annot. crit. p. 12 et Anal. crit. p. 255, et ego de Soph. Aiace p. 167 et 175 sqq. (quae cum scribebam, Wilamowitzii hac de re observationes nondum mihi innotuerant). — <sup>5)</sup> De squalida eius veste vid. fr. 416. — <sup>6)</sup> Cf. Eur. Med. 1282—1289. — <sup>7)</sup> Vesp. 1414. — <sup>8)</sup> Hel. 561; cf. etiam ibid. vs. 1085 et 1220. — <sup>9)</sup> Thesm. 871 sqq. — <sup>10)</sup> El. 184, cf. vs. 304 et 501. Vid. etiam Troad. 496. — <sup>11)</sup> Quae anno 408 data est fabula. — <sup>12)</sup> Vid. Or. 219. — <sup>13)</sup> Thesm. 136. — <sup>14)</sup> Ibid. vs. 148.



(Unum ex suis libris ostendens:)

μῶν ἐν οἷς Οἰνέως ὀδί

ὁ δύσποτος γεραίὸς ἠγωνίζετο;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

420 οὐκ Οἰνέως ἦν, ἀλλ' ἐτ' ἀθλιωτέρου.

ΕΥΤΡΙΠΙΔΗΣ.

τὰ τοῦ τυφλοῦ Φοίνικος;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐ Φοίνικος, οὔ,

ἀλλ' ἕτερος ἦν Φοίνικος ἀθλιώτερος.

ΕΥΤΡΙΠΙΔΗΣ.

ποιῆς ποθ' ἀνήρ λακίδας αἰτεῖται πέπλων;

ἀλλ' ἦ Φιλοκλήτου τὰ τοῦ πτωχοῦ λέγεις;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

425 οὔκ, ἀλλὰ τούτου πολὺ πολὺ πτωχιστέρου.

ΕΥΤΡΙΠΙΔΗΣ.

ἀλλ' ἦ τὰ δυσπινῆ θέλεις πεπλώματα,

ἢ Βελλεροφόντης εἶχ' ὁ χολὸς οὔτοςί;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐ Βελλεροφόντης· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνος μὲν ἦν

418. ὀδί] „parum hic convenit ὀδί pro οὔτοςί (cf. vs. 427). Qu. ποτε” Blaydes, at utrumvis recte dicitur; ὀδί est quem teneo (vel digito indicō), οὔτοςί quem vides.

423. ἀνήρ] ἀνήρ codd.

424. Φ. τὰ τοῦ πτωχοῦ] τὰ τοῦ πτωχοῦ Φ. Blaydes male, nam multo maiorem vim habet epitheton in fine collocatum.

426. θέλεις] tragica dictione poeta utitur, itaque non est scribendum (ε) θέλεις.

428. καὶ ἐκεῖνος μὲν] μὴν κἀκεῖνος Bergk (ut Aesch. Ag. 1652 Isoer. V § 37 etc.).

— ὀδί] vid. ad Nub. 60.

425. πτωχιστέρου] eadem libertate ficta sunt λαλίστερος <sup>1)</sup> et μονοφαγίστατος <sup>2)</sup>. Comparativus rite formatus πτωχότερος invenitur in Timoclis versiculis <sup>3)</sup>: τοῦς γὰρ τραγωδοῦς πρώτον, εἰ βούλει, σκόπει, | ὡς ὠφελοῦσι πάντας. ὁ μὲν ὦν γὰρ πένης | πτωχότερον αὐτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον |

γενόμενον ἤδη τὴν πενίαν ἕξον φέρει, quaeque plura illic partim iocose partim serio disputantur de causis gaudii, quo afficiuntur qui tragoediam spectant.

426. θέλεις] vid. ad Vesp. 493.

428 sq. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνος μὲν ἦν | χολὸς κτέ.] quamquam et ille quem volo claudius erat etc.

<sup>1)</sup> Ran. 91. — <sup>2)</sup> Vesp. 923. — <sup>3)</sup> Timocli. fr. 6.

χωλός, προσαιτῶν, στωμύλος, δεινός λέγειν.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

430 „οἶδ’ ἄνδρα, Μυσὸν Τηλέφον“.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ναί, Τηλέφον!

τούτου δὸς ἀντιβολῶ σέ μοι τὰ σπάργανα.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ὦ παῖ, δὸς αὐτῷ Τηλέφου ῥακώματα  
κεῖται δ’ ἄνωθεν τῶν Θυεστείων ῥακῶν,  
μεταξὺ τῶν Ἴνοῦς.

(Minister affert vestimenta foeda et lacera.)

ἰδὸν ταυτὶ λαβέ.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(pallium acceptum dum dispandit ad lucem accuratiusque inspicit:)

435 ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῆ,

429. δεινός λέγειν] om. R. Itaque fieri potest ut iocosius quid dederit poeta, e. g. \*δεινός λαλεῖν.

430. οἶδ’] semicolon subiungit Blaydes (ut Nub. 213 Ach. 904 Eccl. 365 etc.); sic tamen accusativi qui sequuntur molesti sunt (mente suppleri iubet λέγεις).

434<sup>b</sup>. In codd. sunt servi (Cephisiphontis), Euripidi continuavit Beer.

435. πανταχῆ] admodum dubitanter propono \*πάντ’ ἔχω (deleto versu 436).

429. στωμύλος] vid. ad Ran. 92.

430. Novi hominem<sup>1)</sup>, Telephum Mysum. Ex Euripidis Telepho ad litteram desumpta esse haec videntur<sup>2)</sup>, tragicae certe dictionis esse testatur articulus omissus; aptissime autem conferri potest Sileni cum Ulixē apud Euripidem colloquium<sup>3)</sup>: ΣΕΙ. χαῖρ’, ὦ ξέν’, ὅστις δ’ εἶ φράσον πάτραν τε σήν. — ΟΔ. Ἰθακος Ὀδυσσεύς, γῆς Κεφαλλήνων ἄναξ. — ΣΕΙ. οἶδ’ ἄνδρα, κρόταλον ὀριμύ, Σισύφρου γένος.

432 sq. Telephi Thyestisque pannos coniunctim asservat Euripides, quia eiusdem sunt tetralogiae<sup>4)</sup>.

434. μεταξὺ τῶν Ἴνοῦς] eleganti qua-

dam brevitate haec sunt dicta, significant enim inter hos Inusque pannos. Sic epopi roganti quomodo Nubilocoegygiae incolae deos fame possint perdere, Pithetaerus ἐν μέσῳ δήπουθεν αἰτ’ ἀήρ’ ἐστι γῆς<sup>5)</sup>, ubi mente supplendum est καὶ οὐρανοῦ, ut integrum fiat enunciatum. Eadem brachylogia — aut si quis mavult, negligentia — apud Aeschylum<sup>6)</sup> μεταίχμιον σκότους δεικνύται, id quod inter lucem et caliginem interest. Cf. etiam τὰ μεταξὺ τῆς νήσου (mente add. καὶ τῆς ἡπείρου), fretum quod insulam et terram firmam intersluit<sup>7)</sup>, τὰ μεταξὺ τούτου interim<sup>8)</sup>.

435. Iovem, qui humana cuncta per-

<sup>1)</sup> Cf. Nub. 102. — <sup>2)</sup> Vid. Eur. fr. 703. — <sup>3)</sup> Cycl. 102 sqq. — <sup>4)</sup> Vid. supra pag. 75 not. 3. — <sup>5)</sup> Av. 187. — <sup>6)</sup> Choeph. 61. — <sup>7)</sup> Thucyd. III 51 § 3. — <sup>8)</sup> Soph. Oed. C. 291. Praeterea conferri potest ἐν μέσῳ de iis quae obstant dictum.

ἐνσκευάσασθαι μ' οἶον ἀθλιώτατον!

(Pallio amicitur.)

Εὐριπίδῃ, ἐπειδήπερ ἐχαρίσω ταδί,  
καὶ ἐκεῖνά μοι δὸς τὰκόλουθα τῶν ἡακῶν,  
τὸ πιλίδιον περὶ τὴν κεφαλὴν τὸ Μύσιον.

440

„δεῖ γάρ με δόξαι πτωχὸν“ εἶναι τήμερον,  
„εἶναι μὲν ὅσπερ εἰμί, φαίνεσθαι δὲ μή“.  
τοὺς μὲν θεατὰς εἰδέναι μ' ὅς εἴμ' ἐγώ,  
τοὺς δ' αὖ χορευτὰς ἡλιθίους παρεστάναι,

436. Versum etiam supra vs. 384 lectum (ubi vid.) hic del. Brunck.

437. ταδί Bentley] μοι ταδί codd., quod servans Blaydes dubitanter proponit ἐπειδὴ κεχάρισται coll. Eq. 54 Eccl. 1045, ad aoristum tamen defendendum ipse afferens Eq. 1368 Av. 1401.

440. εἶναι τήμερον] εἰς τὸ σήμερον Meineke, totum versum ex Euripide desumptum esse ratus (cf. commentarius).

441. ὅσπερ Suidas s. v. φαινόμενα et εἶναι] ὥσπερ codd.

442. ὅς] ὅστις R alii, quod merum glossema duco; Blaydes et alia coniecit et εἰδέν' ὅστις (ut Nub. 1262 etc.). Cf. vs. 118.

spicit et despicit, dum invocat Dicaeopolis<sup>1)</sup>, novum eumque perridiculum his epithetis tribuit sensum<sup>2)</sup>, per vestis laceram nimirum foramina spectans ipse. Simili ioco usus Pithetaerus ad poetam famelicum, qui ὀμηρικῶς se ceterosque vates μουσῶων θεράποντας ὀτηροῦς vocavit, οὐκ ἐτός ait ὀτηρόν και τὸ ληθάριον ἔχεις<sup>3)</sup> — laceram eius paenulam dum digito designat, ὀτηρόν igitur interpretatus πολύτηρον. Cf. etiam Strep-siades uxorem „λίαν σπαθῶσαν“ deridens<sup>4)</sup>, et Cario servulus ludicre enarrans quid in Aesculapii delubro διὰ τοῦ περιβωνίου viderit: „ὄπαξ γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλλίγας, μὰ τὸν Δία“<sup>5)</sup>.

437. ἐχαρίσω] cf. Eq. 1368.

440 sq. E Telepho desumpta esse testantur scholia<sup>6)</sup>; prioris tamen versus

exitum a comico immutatum esse apparet<sup>7)</sup>, nam spondeus e syllabis finali et initiali constans in quintum pedem a tragicis non admittebatur<sup>8)</sup>.

441. Similia sunt verba Libanii: δεῖ γάρ σε τήμερον χρηστὸν φανῆναι μᾶλλον ἢ ἡθορικόν, quae e comoedia desumpta esse putat Kock<sup>9)</sup>.

442. ὅς] vid. ad vs. 118.

443. Causam oraturus Dicaeopolis „spectatores“ — ait — „decipere ne conabor quidem; sed senes istos, qui chorum efficiunt, verbulis a me ductari necesse.“ Itaque choreutas sibi exoptat vere Euripideos. Nempe et sana ratio et ipsa tragoediae origo ferebat ut actoris partes chorus officiumque virile defenderet, talemque se praestiterat olim apud Aeschylum, talem etiamtum se

<sup>1)</sup> Cf. δίοπτῆς Rhés. 234, διοπτῆρ Hom. K 562, διοπτύειν Soph. Ai. 307, κατόπτῆς h. Merc. 372 Aesch. Sept. 101, παντόπτῆς Aesch. Suppl. 139. — <sup>2)</sup> Doorluchtig, holy (Merry). — <sup>3)</sup> Av. 915. — <sup>4)</sup> Nub. 51 sq. — <sup>5)</sup> Plut. 715. — <sup>6)</sup> Eur. fr. 699. — <sup>7)</sup> Nisi corruptum esse textum statuas; vid. annot. crit. — <sup>8)</sup> De notissima hac lege Porsoni vid. etiam ad vs. 556, 593 et v. l. Ran. 1474. — <sup>9)</sup> Fr. adesp. com. 442, σὲ γὰρ δεῖ scribens et μᾶλλον ἢ δεῖνόν λέγειν.

ὅπως ἂν αὐτοὺς ῥηματίοις σιμαλίσω.

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

445 δώσω πυκνῆ γὰρ λεπτὰ μηχανᾶ φρενί.

(Pileum ei praebet.)

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

„εὖ σοὶ μὲν εἶη, Τηλέφω δ' . . . ἀγὼ φρονῶ“.

(Pileum capiti imponit.)

446. \*εὖ σοὶ μὲν εἶη] εὐδαιμονοίης codd., εὖ σοὶ γένοιτο Athen. 186 c (ut Alc. 627). Quod fortasse recipiendum, quoniam verbum, quod traditum est, e versu 457 irrepere potuit; equidem tamen e nostri versus litteris male lectis natum esse puto. || φρονῶ] ροῶ (ut Pac. 661) apud Athen. l. l.

praestabat chorus Sophocleus, cuius non erat a rebus quae aguntur distare mediosve intercinere actus quod proposito non conduceret<sup>1)</sup>. Sed Euripidi choreutae molesti potius quam utiles erant; apud quem eos ne tunc quidem rebus immiscere se videas cum quam maxime id ferat tempus, e. g. in Medea fabula, sed revera παρίστασιν ἡλίθιοι<sup>2)</sup> vel εἰκόνες — ut alibi dicitur — γεγραμμένα<sup>3)</sup>, testes otiosi piscibusque mutiores, etiamsi summa scelera parari sciant, quae uno verbulo possint praecavere<sup>4)</sup>. Quapropter Aristoteles<sup>5)</sup> τὸν χορὸν αἰτ' ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μῦθον εἶναι τοῦ βλοῦ, καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὡσπερ Εὐριπίδῃ ἀλλ' ὡσπερ Σοφοκλεῖ<sup>6)</sup>.

444. ῥηματίοις] vid. ad Nub. 943 et supra vs. 398 de Euripidis ἐπύλλοις.

— σιμαλίσω] vid. ad Nub. 653 sq.

445. Aut Euripidi ipsius verba nunc tribuit comicus, aut eius dictionem verborumque artificia felicissime imitatur. Nam quemadmodum servulus modo vo-

ces ἔνθον et οὐκ ἔνθον mirum quam acute sibi opposuit, sic ipse nunc herus adiectiva inter se contraria πυκνόν sive densum<sup>7)</sup> et λεπτόν tenuem<sup>8)</sup> exquisita quadam elegantia ita iungit ut concinant quae repugnare sibi videbantur, rusticum mente prudenti sagacia consilia struere sic dicens<sup>9)</sup>.

446. Herois Euripidei verbis Dicaeopolis nunc quoque utitur. Telephus enim cum ad Agamemnonem pervenisset ipsis ignotus, ad Agamemnonem aliumve aliquem e principibus, qui benigne se exceperisset, haec dixit gratum animum testantia: tibi bene sit utinam<sup>10)</sup>, Telepho autem ita ut ei opto! Quibus verbis pessima quaevis truci Argivorum hosti imprecari videbatur, revera tamen in ipsius ore significabant: utinam ex animi sententia mihi cedat propositum! Cuiusmodi dicta fallacia quin multa protulerit alter ille Ulixes sub mendici habitu latitans, non est dubium; quapropter in Nubibus<sup>11)</sup> veteratoris forensis fere in-

<sup>1)</sup> Vid. Hor. ad Pison. 193 sqq. — <sup>2)</sup> De adi. ἡλίθιοι vid. Eq. 1124. — <sup>3)</sup> Ran. 537. Nos: als Joris Goedbloed, als houten Klaas. — <sup>4)</sup> Plura hac de re observavi in dissertatione de Aristophane Euripidis censore p. 103—106. — <sup>5)</sup> Poet. 18. — <sup>6)</sup> Vid. e. g. partes quas in Aiaee, Antigone. Philoctete chorus sustinet. — <sup>7)</sup> Dicht. — <sup>8)</sup> Fijn. — <sup>9)</sup> De verborum πυκνός πυκνοῦν πυκνότης sensu translato vid. ad Eq. 1132 Nub. 702. — <sup>10)</sup> Eur. fr. 702. I. e.: gratias tibi ago pro beneficio accepto. Vid. vs. 457 et ad Ran. 1417. Sumo igitur etiam Telephum dixisse: εὖ σοὶ μὲν εἶη vel εὖ σοὶ γένοιτο, librariorum autem erroribus deberi quae scholion ad nostrum locum ut Euripidea affert: καλῶς; ἔχοιμι, Τηλέφω δ' ἀγὼ φρονῶ, quae ne verti quidem possunt nisi Dobraeum secutus ἔχοι μοι (immo σοὶ!) scribas. — <sup>11)</sup> Nub. 922.

εὖ γ'! οἶον ἤδη ῥηματίων ἐμπίμπλαμαι!  
ἀτὰρ δέομαί γε πτωχικοῦ βακτηρίου.

## ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τουτὶ λαβὼν ἄπελθε λαΐνων σταθμῶν.

(Baculum ei praebet.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(secum:)

450 ὦ θύμ', ὀρθῆς γὰρ ὡς ἀπαθοῦμαι δόμων,  
πολλῶν δεόμενος σκευαρίων· νῦν δὴ γενοῦ  
γλίσχρος, προσαιτῶν, λιπαρῶν.

(Alta voce:)

Εὐριπίδη,

δός μοι σπυρίδιον διακεκαυμένον λύχνῳ.

447. ἐμπίμπλαμαι] ἐμπίπλαμαι R alii.

452. Εὐριπίδη Bentley] τ' Εὐριπίδην R, sic vel τ'. Εὐριπίδη cett.; Halbertsma coniecit λιπαρῶ σ' Εὐριπίδη (cf. Soph. Oed. R. 1435).

star dicitur Telephus. Apte autem conferri possunt Neoptolemi Sophoclei ad Philoctetem verba: *θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαι ποτε* et *θεοὶ σφῆξοιεν...* | *ἡμᾶς ὑποί...* ἐνθ' ἐνδε βουλοίμεσθα πλεῖν <sup>1)</sup>, vel Helenae Euripideae ad Theoclymenum: *θεοὶ δέ σοι τε δοῖεν οἷ' ἐγὼ θέλω* | *καὶ τῷ ξένῳ τῷδε* <sup>2)</sup> et *mox: ὄναιο, καὶ ἐγὼ τῶν ἐμῶν βουλευμάτων* <sup>3)</sup>, quae alia valere videntur iis ad quos dicuntur, alia valent revera. Ex animi vero sententia loquens Oedipus <sup>4)</sup> ad Theseum *σοὶ θεοὶ αἰτ' πόροισιν ὡς ἐγὼ θέλω*. — Ad verbum *φρονῶ* mente supplendum est *αὐτῷ*. Cf. Chrysothemidis verba: *si possem, patris interfectoris δηλώσαμι ἂν οἷ' αὐτοῖς φρονῶ* <sup>5)</sup>. Item *νοεῖν* cum dativo Pac. 661.

447. Rusticus miratur novam facundiam et non sua verba, alterumque Telephum fieri se sentit ex quo tragicos huius herois pannos induit. Sic Dionysus

Euripidis ille admirator in Ranis fabula *ῥηματίων ἐμπλήμενος* nihil non dicit *κομπευριπικῶς* <sup>6)</sup>.

— οἶον] vid. ad Eq. 367.

449—480. Simile huic loco est Cinesiae colloquium cum uxore novas semper causas interponente <sup>7)</sup>.

450. ὦ θυμέ] verbulum vere Euripideum etiam infra saepius obvium <sup>8)</sup>; de quo vid. ad Vesp. 756 et Ran. 105.

— δόμων] item *mox δόμοις, δωμάτων* <sup>9)</sup>. Hoc quoque Dicaeopolis habet e tragico, qui saepissime, in exitu praesertim versuum, hac voce est usus. Sic alibi *σοφοῦ* adiectivi nimius amor in Euripide ridetur <sup>10)</sup>.

452. γλίσχρος] vid. ad Nub. 1004.

453. Sportulam sibi expetit, quae lucernae ad flammam protegendam cum esset superimposita, perusta fuerit. Qua vili et inutili ferme supellectile perae

<sup>1)</sup> Soph. Philoct. 324 et 529. — <sup>2)</sup> Eur. Hel. 1405 sq. — <sup>3)</sup> Ibid. vs. 1418. —

<sup>4)</sup> Soph. Oed. C. 1124. — <sup>5)</sup> Soph. El. 334. — <sup>6)</sup> Vid. ad Ran. 64. — <sup>7)</sup> Lys. 904—950. — <sup>8)</sup> Vs. 480, 483; vid. etiam vs. 485 et 488. — <sup>9)</sup> Vs. 456, 460, 479. — <sup>10)</sup> Vid. ad Ran. 776 et supra vs. 401.



## ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

τί δ', ὦ τάλας, σὲ τοῦδ' ἔχει πλέκους χροῖος;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

455 χροῖος μὲν οὐδέεν, βούλομαι δ' ὅμως λαβεῖν.

## ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

(canistrum adustum ei praebens:)

λυπηρὸς ἴσθ' ὦν καὶ ἀποχώρησον δόμων.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

φεῦ!

εὐδαιμονοίης

(Secum:)

ὥσπερ ἡ μήτηρ ποτέ.

454. σέ] γε R et plerique.

sive γυλίου <sup>1)</sup> loco est usurus <sup>2)</sup>, ut in eam colligat cibos quos Argivorum reges ei mendicanti — ut Ulixi Homericō proci — sint praebituri.

454. Assimulata haec verba sunt versiculo, — Achillis fortasse, — quem e Telepho citant scholia: τί δ', ὦ τάλας; σὺ τῷδε πείθεσθαί με λῆς; <sup>3)</sup>. Simillimus autem est Pacis locus, ubi Mercurio roganti: μὲν οὖν ὁμοῖον (πνίε τῆς Εἰρήνης) καὶ γυλίου στρατιωτικοῦ; Trygaeus festive παρωπῶν respondet: ἀπέπτυσ' ἐχθροῦ φρωτὸς ἔχθιστον πλέκος <sup>4)</sup>. Quem versum e Telepho desumptum testantur scholia <sup>5)</sup>; apud tragicum tamen non πλέκος; erat sed τέκος, de Oreste igitur puerulo ab ipso Telepho dicta haec esse intellegimus.

— τοῦδ'ε] vid. ad Nub. 60.

— χροῖος] *rem, negotium* hoc nomen significat primitus <sup>6)</sup>, quae in dictione tragicorum ei permansit vis. Nunc, ut Nub. 30, a comico per iocum adhibe-

tur <sup>7)</sup>. Insolite autem dictum est χροῖος; ἔχει pro χροῖα ἔχει <sup>8)</sup>.

455. Hoc dicit comicus: ad hominum animos percendendos veramque misericordiam concitandam nihilo utiliores esse sportellas et vestes pannosas ceterasque tragici nugas, quam nunc possint esse Dicaeopolidi.

456. λυπηρὸς ἴσθ' ὦν] sic ad Menelaum naufragum apud Euripidem dicitur: δ'χληρὸς ἴσθ' ὦν καὶ τάχ' ὡσθίσει βίη <sup>9)</sup>.

— δόμων] vid. ad vs. 450.

457. φεῦ!] abominatur Dicaeopolis pulveris favillaeque nubeculam, quam e sportula cient manus contrectantis <sup>10)</sup>.

— εὐδαιμονοίης] *gratias ago quam maximas* <sup>11)</sup>, idem quod εὖ σοι εἶη <sup>12)</sup> vel εὖ σοι γένοιτο <sup>13)</sup> vel πόλλ' ἀγαθὰ γένοιτό σοι <sup>14)</sup> vel ὄναι <sup>15)</sup>.

— ὥσπερ ἡ μήτηρ ποτέ] de Euripidis matre, quam mortuam nunc esse ex adverbio ποτέ apparet, vid. ad Ran. 840.

<sup>1)</sup> Cf. vs. 1097 et mox ad vs. 454. — <sup>2)</sup> Vid. Nub. 923 sq. — <sup>3)</sup> Eur. fr. 714. In codd. est μέλλεις, correxit Nauck; Valckenaer θέλεις coniecerat. — <sup>4)</sup> Pac. 527 sq. — <sup>5)</sup> Eur. fr. 727 a. — <sup>6)</sup> Cf. e. g. lex Gortynia X<sup>25</sup>: μηδὲν ἐς χροῖος ἡμεν τὴν δόσιν: *nihil ad rem facere (ratam non esse) donationem*. Vid. etiam ibid. III<sup>11</sup>, 14, 40 V<sup>38</sup> X<sup>32</sup>. — <sup>7)</sup> Item πρῶτος. Av. 112 Lys. 706. — <sup>8)</sup> E. g. Soph. Philoct. 646. — <sup>9)</sup> Eur. Hel. 452. — <sup>10)</sup> Cf. Thesm. 245. — <sup>11)</sup> Vid. ad Ran. 1417. — <sup>12)</sup> Vid. vs. 446; cf. etiam Theocr. XV 74. — <sup>13)</sup> Eur. Alc. 627. — <sup>14)</sup> Eccl. 1067. — <sup>15)</sup> Soph. Oed. C. 1042.

## ΕΥΤΡΙΠΙΔΗΣ.

ἄπελθέ νύν μοι.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

μη' ἀλλά μοι δὸς ἔν μόνον  
κοτυλίσιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρουμένον.

## ΕΥΤΡΙΠΙΔΗΣ.

(vasculum ei praebens:)

460 φθείρου λαβὸν τόδ' ἴσθ' ὄχληρὸς ὦν δόμοις.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(secum:)

οὔπω μὰ Δί' οἶσθ' οἶ' αὐτὸς ἐργάζει κακά.

(Alta voce:)

ἀλλ', ὦ γλυκύτατ' Εὐριπίδη, τουτὶ μόνον,  
δὸς μοι χυτρίδιον σφογγίῳ βεβυσμένον.

459. κοτυλίσιον Athen. 479 b] κυλίσιον codd. et schol.; scribi potuisse κυλίχιον coll. Eq. 906 observat Brunck, κυλίχιδιον coniecit Blaydes. || ἀποκεκρουμένον] -σιόνον codd.

460. φθείρου R] φείρου cett. || τόδ' R] ταῦτ' cett. || ἴσθ' ἴσθι δ' R.

461. οὔπω] οὔτοι Thiersch. || Δί' semicolon addit Bothe; sed secum haec dicere Dicaeopolidem e contextu apparet. An \*Δί' οἶδ'?

462. μόνον,] interpunxit Reisig. Cf. Ran. 1368.

463. σφογγίῳ] σπογγίῳ R.

458. μη' ἀλλέ] vid. ad Ran. 103.

459. Poculum Telephus mendicus habet se ceteraque supellectile condignum.

460. φθείρου] in malam rem hinc te prorripe, eis κόρακας ἔπιθι. Item Demophon Euripideus <sup>1)</sup>: φθείρου τὸ σὸν γὰρ ἄγος οὐ δέδοικ' ἐγώ <sup>2)</sup>. Plura huiusmodi vid. ad Nub. 789 <sup>3)</sup>.

— ἴσθ' ὄχληρὸς ὦν δόμοις] cf. Euripidis versus, quem ad vs. 456 adtuli, et de voce δόμοις ad vs. 450.

461. Similia sunt isiciarii verba ad Demum: ἀλλ', ὦ μέλ', οὐκ οἶσθ' οἶος ἦσθ' αὐτὸς πάρος <sup>4)</sup>. Nostri autem loci sensum minime assecutus est interpres, qui annotavit: οὐκ οἶσθα ὕπως βαρὺς εἶ ἐν

τοῖς δόμοισι καὶ ἀποκναίεις τοὺς θεατάς, vertendum enim est: *nescis quantum malorum ipse existas causa*. Euripidem nimirum rerum novarum praeconem ipsiusque ochlocratiae signiferum habebat comicus, eiusque tragoediis civium mores corrumpi censebat aedemque Soloneae πολιτείας suffodi <sup>5)</sup>.

462. τουτὶ μόνον] verbum unde accusativi hi pendent mente est supplendum: *hoc unum praeterea te rogo vel: hoc unum mihi concede insuper* <sup>6)</sup>. Simili brachylogia usus Dionysus in Ranis ἴτε δεῦρό νυν, αἶτ, εἶπερ γε δεῖ καὶ τοῦτό με, | ἀιδῶν ποιητῶν τυροπωλήσαι τέχνην <sup>7)</sup>.

463. *Ollulam spongia obturatam sive*

<sup>1)</sup> Eur. Heracl. 284. — <sup>2)</sup> Vid. etiam Androm. 708, 715. — <sup>3)</sup> Ubi nostrum locum nescio quo casu neglexi. Cf. etiam Sannyr. fr. 10. — <sup>4)</sup> Eq. 1337. — <sup>5)</sup> Vid. de Arist. Eur. censore p. 5 sqq. et Prolegom. Ran. p. XVIII sq. — <sup>6)</sup> Item vs. 477. Nos: *dit éne nog!* — <sup>7)</sup> Ran. 1368 sq.

## ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἄνθρωπ', ἀφαιρήσει με τὴν τραγωδίαν!

465.

ἄπελθε ταυτηνὶ λαβών.

(Ollulam ei praebet.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀπέρογμα.

(Abit, sed statim redit.)

καίτοι τί δράσω; δεῖ γὰρ ἑνός, οὗ μὴ τυχών

ἀπόλωλ'. ἔκουσον, ὦ γλυκύτατ' Εὐριπίδη!

τουτὶ λαβών ἄπειμι κοῦ πρόσειμ' ἔτι

εἰς τὸ σπυρίδιον ἰσχρά μοι φυλλεῖα δός.

## ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

470

ἀπολεῖς μ'. ἰδοῦ σοι.

(Folia ei praebet.)

φροῦδά μοι τὰ δράματα!

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

„ἀλλ' οὐκέτ', ἀλλ' ἄπειμι καὶ γὰρ εἰμ' ἔγαν

*impletam* efflagitat Dicaeopolis, qualem Telephus Euripideus in itinere habebat ad eruris vulnus purgandum. Simili realismo qui hodie dicitur Sophocles indulgens in scena commemoravit — fortasse ostendit — Philoctetis ἀπόλωλον ἔκπωμα ἐτ' ἄκρη νοσηλείας πλῆα<sup>1)</sup>.

464. Euripidi, qui inter quisquilias oratorias et philosophicas τὰ μέγιστα τῆς τραγωδικῆς τέχνης παραλείπει solet<sup>2)</sup>, si fabularum supellex et machinae detrahuntur, nihil de tota ista arte remanet. — Idem mox dicitur vs. 470.

465. Consimilis in Avibus est versus: ἄπελθε τουτοῖ λαβών. — ἀπέρογμα<sup>3)</sup>.

— ταυτηνὶ] τὴν χύτραν dicit. Vid. ad vs. 331.

469. ἰσχρά... φυλλεῖα] *flaccida*<sup>4)</sup> *olevram*

*folia quaedam*. Pauperum nimirum est hominum ἀντὶ μὲν ἄρτων edere μαλάχη; πτόθρους, ἀντὶ δὲ μάξης φυλλεῖ' ἰσχρῶν ἰαφανίδων<sup>5)</sup>.

470. Cf. vs. 464.

— ἀπολεῖς με] *occides me, enecabis me*<sup>6)</sup>. Nonnumquam omittitur pronomen<sup>7)</sup>.

Eodem autem sensu dicitur *ἐπιτροφίαις* με<sup>8)</sup>.

— φροῦδά] vid. Nub. 718 sqq.

471 sq. Haec quoque tragica sunt verba; veri autem est simillimum, quod Symmachum perhibuisse docet scholion, a Telepho Euripideo fuisse dicta<sup>9)</sup>, licet ex Oeneo fabula desumpta esse ipse autemet scholiasta<sup>10)</sup>.

471. ἀλλ' οὐκέτ', ἀλλ' ] eadem brachylogia usus chorus satyrorum ad Polyphemum

<sup>1)</sup> Philoct. 35 sqq. — <sup>2)</sup> Ran. 1495. — <sup>3)</sup> Av. 948. — <sup>4)</sup> *Verlept*. — <sup>5)</sup> Plut. 544; cf. etiam Plat. fr. 171. — <sup>6)</sup> Item Vesp. 1202 Pac. 166 Thesm. 1073 Soph. Trach. 1008 Eur. Herc. 1052 Aethon. fr. 13 (apud Athen. 445 c). — <sup>7)</sup> Nub. 1499 Vesp. 849 (Av. 1506?) Ran. 1245 Eccl. 775 Plut. 390 Soph. El. 831 Eur. Hipp. 329 Cycl. 558 Hor. Epod. 14,5 Ter. Phorm. 384. — <sup>8)</sup> Vid. Ran. 1018. — <sup>9)</sup> Vid. ad vs. 447. — <sup>10)</sup> Eur. fr. 572.

„ὄχληρός, οὐ δοκῶν με κοιράνους στρυγεῖν.“  
(Denuo abit, sed nunc quoque extemplo recurrit.)  
οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλ'! ἐπελαθόμην  
ἐν ᾧπέρ' ἔστι πάντα μοι τὰ πράγματα.

475

Εὐριπίδιον ᾧ γλυκύτατον καὶ φίλτατον,  
κάκιστ' ἀπολοίμην, εἴ τί σ' αἰτήσαιμ' ἔτι,  
πλήν ἔν μόνον, τουτὶ μόνον, τουτὶ μόνον·  
σκάνδικά μοι δὸς „μητρόθεν δεδεγμένος.“

## ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

ἀνῆρ ὕβριζει. κλῆε πηκτὰ δωμάτων.

Servus intro revolvit lectum lucubratorium; clauditur ianua.)

472. με κοιράνους] γε τυράντους R.

475. ᾧ — φίλτατον Elmsley] γλυκύτατον καὶ φιλάτιον R, γλυκύτατον ᾧ φιλάτιον perique.

479. ἀνῆρ] ἀνῆρ codd. || κλῆε] κλῆε codd. || πηκτὰ] πακτὰ Scaliger, ut traditum est apud Pollucem X 27, qui ex Euripide affert verba λῦε πακτὰ δωμάτων. Cf. ver-

apud Euripidem: ἄλλ' οὐκέτ' (illic est), ἄλλὰ πρόσθεν οὗτός ἐστί σου<sup>1</sup>). Item alibi apud nostrum: ἐν μὲν οὖν τουτὶ μ' ἔασον ἐλκύσαι, καὶ μηκέτι, quo loco mente suppleri potest ἄλλα ἔασον<sup>2</sup>), et: ἄλλος γεγένημαι προσδοκῶν, ὃ δ' οὐδέπω (mente adde πάρεστι)<sup>3</sup>).

472. οὐ δοκῶν με κοιράνους στρυγεῖν] cf. vs. 33 et de verborum structura vid. ad Vesp. 429. Praeterea cf. Medae apud Euripidem verba: ἐχθρὰ δὲ γαῖας κοιράνοισι καθίσταται<sup>4</sup>), et alius quis: μὴ νεῖκος, ᾧ γεραίε, κοιράνοισι τίθου· | σίβειν δὲ τοῦ; κρατοῦντας ἄρχαίος νόμος<sup>5</sup>).

473. Item ipse Euripides in Thesmo-phoriazusis: ᾧ τρισκακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα!<sup>6</sup>).

474. Item Medea Euripidea: ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα γιγνώσκων καλῶς, | κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηχ' οὐμός πόσις<sup>7</sup>), Socrates

ad Hippocratem: ἐν ᾧ πάντα ἐστί τὰ οἰή εἶ ἢ κακῶς πράττειν, ea de re ne deliberasli quidem<sup>8</sup>), et apud nostrum Philaetærus: ἐν τῷ Τριβάλλω πᾶν τὸ πρᾶγμα<sup>9</sup>). Cf. etiam locutio: hoc si mihi datur, ἅπαντ' (vel πάντα) ἔχω, nihil amplius requiro<sup>10</sup>).

475. Vid. ad Eq. 726; adiectivi γλυκύτατον idem est usus Lys. 872 et 889.

476. εἰ... αἰτήσαιμ] vid. ad Eq. 694 sq.

477. τουτὶ μόνον] vid. ad vs. 462.

478. De scandice deque Euripidis matre vid. ad Eq. 19 Ran. 840.

— μητρόθεν δεδεγμένος] tragicæ hoc quoque est dictionis<sup>11</sup>), quo preces ridiculae magis etiam ridiculae fiunt. Idem de versu 480 valet.

479. Apud Euripidem dicebatur λῦε (i. e. ἄνοιγε) πηκτὰ δωμάτων.

— δωμάτων] vid. ad vs. 450.

<sup>1</sup>) Cycl. 688; vid. etiam Or. 1109 Hel. 1231 El. 577 Soph. Ai. 257. — <sup>2</sup>) Pac. 328. — <sup>3</sup>) Thesm. 846. — <sup>4</sup>) Med. 875. — <sup>5</sup>) Eur. fr. 343. — <sup>6</sup>) Thesm. 209. — <sup>7</sup>) Med. 228 sq. — <sup>8</sup>) Plat. Protag. 313a. — <sup>9</sup>) Av. 1677. — <sup>10</sup>) Soph. Ant. 498 etc. — <sup>11</sup>) Cf. nutriceis de Oreste verba Aesch. Choeph. 750: ὦν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένον.

## SCENA DUODECIMA.

Dicaeopolis, Chorus.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

- 480 ὦ θυμ', ἄνευ σκάνδικος ἐμπορευτέα.  
 ἄρ' οἷσθ' ὄσον τὸν ἀγῶν' ἀγωνιεῖ τάχα,  
 μέλλων ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἀνδρῶν λέγειν;  
 (Identidem tergiversatus:)  
 πρόβαινέ νυν, ὦ θυμέ· γραμμὴ δ' αὐτή.  
 ἔστηκας; — οὐκ εἶ καταπιὼν Εὐριπίδην; —  
 485 ἐπήνεσ'. — ἄγε νυν, ὦ τάλαινα καρδία,  
 ἄπελθ' ἐκεῖσε, κῆρα τὴν κεφαλὴν ἐκεῖ

bum πακτοῦν (ῥ) Vesp. 128 Lys. 265 fr. 721 Soph. Ai. 579; *πηγτός* tamen adiectivum (longa vocali) extat Hom. B 661 Eur. Phoen. 489 etc. — Dorica forma *πακτός*; a dialogo tragico aliena.

486. ἄπελθ' ἐκεῖσε, κῆρα τὴν κεφαλὴν Hamaker fortasse recte.

480. ὦ θυμέ] vid. vs. 450.

— ἐμπορευτέα] verbum infra redit<sup>1)</sup>;  
 de termino -τέα vid. ad Ran. 1180.

481. ἀγῶν' ἀγωνιεῖ] vid. vs. 392.

483. ὦ θυμέ] vid. vs. 450.

— γραμμὴ δ' αὐτή] *istic autem est locus ubi ineundum est certamen*<sup>2)</sup>. Proprie γραμμὴ est linea, qua in certaminibus indicatur locus unde cursus initium est faciendum, ut aequa sorte certent aemuli. Nunc igitur hac voce designatur *caudex*, ad quem iam est procedendum, ut τοῦ ἀγῶνος<sup>3)</sup>, fiat initium. Lento autem gressu et identidem *κυκλῶν ἐνωτὸν εἰς ἀναστροφὴν* periculosissimum illum locum adit, et sic ὁδός βραχεῖα ei, ut nuncio Sophocleo, γίνεται μακρά. Consimilis est vocis βαλπίδων usus Vesp. 548 Eq. 1159<sup>4)</sup>.

484. οὐκ εἶ καταπιὼν Εὐριπίδην;] *quin procedis? Euripidem enim devorasti!* Corde

nimirum et medulla artis Euripideae est enutritus ipsumque adeo Euripidem comibit, quippe pannis Euripideis obtectus tragicaeque supellectile exornatus<sup>5)</sup>.

485. ἐπήνεσα] *quod nunc fecisti probavi, bene hoc est factum*<sup>6)</sup>. Laudat animulam timidulam, quod aliquatenus sit progressa. De aoristi hoc usu, qui apud tragicos praesertim est pervulgatus<sup>7)</sup>, vid. ad Nub. 174.

— καρδία] *cor* nunc suum alloquitur, ut supra *animum*. Prorsus autem inconcinne cor iubetur *caput* suum cadendum praebere si causa ceciderit, quo magis in ridiculum detorqueatur genus loquendi Euripideum, quo Medea e. g. usa „εἴ' ὀπίλιζον καρδία!“ ipsa se alloquitur<sup>8)</sup>.

486 sq. Vert.: *cuncta autem ex animi sententia ubi protuleris, tunc caput caudici illic impone.*

<sup>1)</sup> Vs. 754. Item Soph. Oed. R. 456 El. 405. — <sup>2)</sup> In Blaydesii versione: *here is a startling-point* neque *here* neque *a* recte habet, dicendum enim erat *the startling-point is there*. — <sup>3)</sup> De qua voce vid. vs. 392. — <sup>4)</sup> Cf. etiam Eur. Med. 1245. — <sup>5)</sup> Cf. vs. 447 et 470. — <sup>6)</sup> *Dat hebt ge mooi gedaan! goed zoo!* — <sup>7)</sup> Vid. Alc. 1095 Troad. 53 etc. — <sup>8)</sup> Med. 1242. Cf. supra vs. 450.



παράσχεις, εἰποῦσ' ἄτι' ἄν αὐτῇ σοι δοκῆ. —  
τόλμησον, ἴθι, χόρησον. — ἄγαμαι καρδίας.  
(Ad caudicem se sistit.)

## ΧΟΡΟΣ.

(Cantus.)

- 490 τί δράσεις; τί φήσεις; ἀλλ' ἴσθι νυν  
ἀναισχυντος ὢν σιδηροῦς τ' ἀνήρ,  
ὅστις παρασχῶν τῇ πόλει τὸν αὐχένα  
ἄπασι μέλλεις εἰς λέγειν τάναντία.
- 495 ἀνήρ οὐ τρέμει τὸ πρᾶγμ'. εἶά νυν,  
ἐπειδήπερ αὐτὸς αἰρεῖ, λέγε.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(spectatores allocutus.)

„μή μοι φθονήσῃτ' ἄνδρες“ οἱ θεώμενοι,

487. εἰποῦσ' codd.] εἰπέ 9' Hamaker, quem olim sequebar; λέξον παρασχοῦσ' Blaydes. Sanam esse vulgatam iure contendit Green; vid. commentarius. || σοί] σοί Bergk.

488. ἄγαμαι καρδίας] ἄγ' ἐμὴ καρδία Dawes.

490. ἀλλ'] addidit Hermann, εἰδ' supplet Meineke.

494. ἀνήρ] ἀνήρ codd.

496. λέγε R] λέγειν cett.

497. οἱ] ὃ R. Cf. Av. 30.

488. ἄγαμαι καρδίας] *laudo te, conculum carissimum!* Nimirum dicto audientem iam se praebet timidus ille animus, ad caudicem enim tandem aliquando est perventum. Quapropter καρδίαν suam blande nunc ita compellat Dicaeopolis ut puerulos vel animalia domestica solemus<sup>1)</sup>. Verborum structura eadem usus Avium chorus dicit: ἐχάρην ὑμῖς, ἐχάρην ὦδαῖς, ἄγαμαι δὲ λόγων<sup>2)</sup>. Qualia articulum non admittere videmus<sup>3)</sup>.

489 sqq. Quemadmodum caudici adstans causam oraturus nunc est Dicaeopolis, sic in Vespis Philocleon nihili faciens vitam dummodo causa, quam tuetur, superior evadat, strictum gladium tenens vitae iudicialis profert laudes<sup>4)</sup>.

489—491 et 494—496] de metro vid. ad Vesp. 730.

491. σιδηροῦς] inde ab Homero *ferreus* dicitur qui imperterrito est animo flectique nescit. Sic ἦ γὰρ σοί γε σιδήρεος ἐν φρεσὶ θυμός ad Achillem dicit Hector<sup>5)</sup>, et νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστί σιδήρεον Hesiodus de aequalibus suis<sup>6)</sup>, item de Medea chorus: τάλαιν', ὡς ἄγ' ἦσθα πέτρος ἢ σίδαρος<sup>7)</sup>. Idem autem valet σιδηρόφρων<sup>8)</sup>.

493. Iungenda esse ἄπασιν ἐναντία observatu vix est dignum.

494. οὐ τρέμει τὸ πρᾶγμα] non est ex genere hominum μὴ πονηρῶν καὶ τὰ πρᾶγματα τρεμόντων<sup>9)</sup>, qui iurant in verba demagogorum.

497 sq. Dicendi initium facit novus Telephus. Cuius orationi simillima sunt

<sup>1)</sup> Beste ziel! goed hartje! — <sup>2)</sup> Av. 1744. — <sup>3)</sup> Item fr. 919 Eupol. 364 Cephisodor. 3 Rhes. 245; vid. etiam Iph. Aul. 28 et ad Nub. 1476. — <sup>4)</sup> Vesp. 522—714. Vid. supra ad vs. 317 sq. — <sup>5)</sup> X 357. — <sup>6)</sup> Oper. 176. — <sup>7)</sup> Eur. Med. 1279. Cf. praeterea Hom. μ 280 Eur. Cycl. 596 Lys. X § 20 Aeschin. III § 166. — <sup>8)</sup> Aesch. Prom. 242 Sept. 52. — <sup>9)</sup> Eq. 265.

500

„εἰ πτωχὸς ὢν“ ἔπειτ' ἐν Ἀθηναίοις λέγειν  
 μέλλω περὶ τῆς πόλεως, τρυγηθῆναι ποιῶν.  
 τὸ γὰρ δίκαιον οἶδε καὶ τρυγηθῆναι.  
 ἐγὼ δὲ λέξω δεινὰ μὲν, δίκαια δέ.  
 οὐ γὰρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων ὅτι  
 ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.  
 αὐτοὶ γὰρ ἔσμεν οὐπὲ Ἀθηναῖοι τ' ἀγῶν,

502. τῦν γε R] καὶ τῦν plerique.

503. κακῶς λέγω] κακοφροσῶ Nauck coll. vs. 577.

504. Versus olim mihi suspectus propter omissum ἡμεῖς; minime tamen sufficit quod tentabam καὶ ἐπὶ Ἀθηναῖοι ἐστ' ἀγῶν, sic enim dicendum erat ἀγῶν. Fortasse autem ferri potest vulgata (vid. commentarius). An poeta dederat \*καὶ ἐπὶ Ἀθηναῖοι ἐστὶ τῦν (vid. Eq. 87)?

quae Mercurius profert in Pace <sup>1)</sup>. Ipse autem heros Euripideus his verbis fuerat exorsus <sup>2)</sup>: μὴ μοι φθορήσῃτε, ἄσθρες Ἐλληῶν ἄκροι, | εἰ πτωχὸς ὢν τέτληξ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν <sup>3)</sup>. Nemp̄e γαλαμ multire plebeio piaculamst <sup>4)</sup>. Praeterea conferri possunt coryphaei in Lysistrata verba: εἰ δ' ἐγὼ γυνὴ λίφουκα, τοῦτο μὴ φθοιέτι μοι <sup>5)</sup>.

498. ἔπειτ'α] vid. ad Nub. 624.

499 sq. Vid. ad Ran. 686 et de voce τρυγηθῆναι ad Vesp. 650.

500. τὸ δίκαιον] idem infra saepius dicitur <sup>6)</sup>, et sic poeta respondet ad crimen ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας, quo proximo anno laesus fuerat <sup>7)</sup>; neque dubium quin in mente id habuerit cum *Dicaeopolidis* nomen excogitavit.

501. Item Strepsiades: οἴμοι ποτηρὰ γ', ὃ Νεφέλαι, δίκαια δέ <sup>8)</sup>. Et in Telepho Euripidis fabula aliquis: οὐ σιγήσομαι δικάϊα γ' ἄντιπτεῖν ἔχωρ <sup>9)</sup>.

502 sq. Vid. supra vs. 377—382. — Babylonii fabula magnis Liberalibus (mense Elaphebolione) anni proximi data erat. Cui festo aderant coloniarum ur-

biumque foederatarum legationes, dona et tributa annua ferentes; quam rem in Urbibus fabula his annis iocose tetigit Eupolis <sup>10)</sup>, vocabulo autem ex opilionum lingua desumpto <sup>11)</sup> tributa, quae vere ineunte Athenas deferebantur, ἱερῶν πόρον sociorum facete aut ille dixit aut alius comicus <sup>12)</sup>. Multi igitur tunc temporis in urbe erant peregrini. Perri-dicule autem Pacis fabulae initio fingitur unus ex hisce hominibus rerum urbanarum bonarumque litterarum minus peritis, postquam foedi scarabaei mentio est iniecta, ita exclamans: δοκίω μὲν, ἐς Κλέωνα τοῦτ' αἰτίοσεται <sup>13)</sup>. Bellero-phontis scilicet nomen fando vix audivit et quam faceta herois Euripidei parodia comoediae exordio insit ne suspicatur quidem, sed olidam Clconis officinam novit et hunc quoque comici iocum eo tendere quo minus intellegit eo firmius sibi persuadet.

504 sqq. Simillima huic loco est Mnesilochi in Thesmophoriazibus oratio. Qui habitu femineo postquam in coetum matronarum Euripidi infestarum se in-

<sup>1)</sup> Pac. 603 sqq. — <sup>2)</sup> Eur. fr. 701. — <sup>3)</sup> Priorem versum suos in usus integrum adhibuit Alexis fr. 627. — <sup>4)</sup> Quae Telephi Enniani sunt verba. — <sup>5)</sup> Lys. 649. — <sup>6)</sup> Vs. 561, 645, 655, 661; cf. etiam vs. 317. — <sup>7)</sup> Vid. ad vs. 377—382. — <sup>8)</sup> Nub. 1462. — <sup>9)</sup> Vid. supra ad vs. 317 sq. — <sup>10)</sup> Vid. etiam infra vs. 643 et Nub. 609. — <sup>11)</sup> Cf. Av. 714. — <sup>12)</sup> Phot. et Hesych. s. v. — <sup>13)</sup> Pac. 47; quae fabula magnis Liberalibus anni 421 est data.

505

κοῦπω ξένοι πάρεισιν' οὔτε γὰρ φόροι  
 ἤκουσιν οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οἱ ξύμμαχοι  
 ἀλλ' ἐσμέν αὐτοὶ νῦν γε περιεπιτισμένοι.  
 τοὺς γὰρ μετόικους ἄχρα τῶν ἀστῶν λέγω.

507. αὐτοὶ] ἄστοι Blaydes.

508. Perperam del. Valckenaer; vid. commentarius.

sinuavit pro ipso verba facturus, orationis exordio ad captandam benevolentiam profitetur et sibi quam maxime invisum esse illum tragicum; dein: *attamen*, — *ait*, — αὐταὶ γὰρ ἔσμεν κοῦδεμί' ἐκφορὰ λόγου <sup>1)</sup>, *cur tam vehementer eum criminamur?* Multo enim scelestiora perpetravit *feminae quam ea sunt quae sexui femineo ille exprobravit* <sup>2)</sup> — et allatis exemplis rem comprobatur. Quo loco collato luculenter apparet neque in Dicaeopolidis oratione *verum* erga Lacedaemonios *odium* esse quaerendum, sed comicum saevissima haec verba eo consilio ei tribuisse, ut re in ridiculum detorta civibus persuaderet iniquius de hostibus iudicari <sup>3)</sup>. Simili autem ratione atrox ille furor τῶν μισολακῶνων ridetur in Vespis, ubi senex λακωνικῶς soleas a filio sibi oblatas aversatur <sup>4)</sup>, et in Agricolis, ubi rusticus aliquis cetera cuncta ficorum genera colere se ait, sed Laconicas abominari, τοῦτο γὰρ τὸ σῶκον ἐχθρόν ἐστι καὶ τυραννικόν <sup>5)</sup>. — Dicaeopolidem autem — ut Mnesilochum — e Telephi oratione non verbula tantum desumis-

quaedam, sed ipsam argumentandi rationem ad eam adumbrasse, cum per se est veri simillimum, tum magis etiam credibile fit collato simili Euripidis loco in Oreste fabula <sup>6)</sup>.

504. Sana si sunt haec verba <sup>7)</sup>, verenda sunt: *soli enim sumus nos et certamen Lenaeum*, ἡμεῖς καὶ ὁ ἐπὶ Ἀηναίων ἀγὼν αὐτοὶ ἔσμεν.

— αὐτοὶ ἔσμεν] *soli sumus* <sup>8)</sup>; item vs. 407. Eodem sensu dicitur ὧς γ' ἐν ἡμῖν αὐτοῖς εἰρησθαι <sup>9)</sup>. Ita autem loquuntur qui audacius quid proferunt quodque vulgari minime expedit.

505. καὶ] particula indicat causam rei quae versu praecedenti est commemorata.

507. περιεπιτισμένοι] *gluma perpurgati* <sup>10)</sup>. Est enim *πίσσειν* idem quod *ἀφαιρεῖν τὸ κίλυφος* <sup>11)</sup>.

508. *Nam inquilinos dico civium furfures*. Voces *κρηβία πίτυρα ἄχρα* sintne omnino synonymae <sup>12)</sup> an discriminis aliquid intersit, alii dicant <sup>13)</sup>. Id manifestum, *furfures*, granorum corticem igitur, significare cunctas; quae granorum

<sup>1)</sup> I. e. neque verendum ne quis nostrum evulgatura sit quae hic dicta fuerint. —

<sup>2)</sup> Versus, quos volo, hi sunt (Thesm. 466 sqq.): τὸ μὲν ὧ γυναικες ὄξυθυμιοθαι σφόδρα | Εὐρηπίδῃ, τοιαῦτ' ἀκούουσας κακά, | οὐ θαυμάσιόν ἐστ', οὐδ' ἐπιζῆν τὴν χολήν. | καὶ αὐτὴ γὰρ ἔγωγ', οὕτως ὀναιμὴν τῶν τέκνων, | μισῶ τὸν ἄνδρ' ἐκείον, εἰ μὴ μαινομαι. | ἦμος δ' ἐν ἀλλήλοισι χρῆ ὄσθαι λόγον | αὐταὶ γὰρ ἔσμεν, κοῦδεμί' ἐκφορὰ λόγου. | τί ταῦτ' ἔχουσαι ἐκείνον αἰτιώμεθα; Vid. etiam ultima huius orationis verba, quae ad vs. 556 attuli. — <sup>3)</sup> Vid. supra ad vs. 308. — <sup>4)</sup> Vesp. 1159 sq. — <sup>5)</sup> Fr. 108. — <sup>6)</sup> Or. 518 sqq. — <sup>7)</sup> Cf. annot. critica. — <sup>8)</sup> *Nos sumus* Plaut. Cas. II 2, 55. *Wij zijn onder ons*. Item Thesm. 472 Plat. Parmenid. 137a Leg. 836b Lucian. VIII 10 § 2 etc.; vid. etiam fr. 171 et Nub. 371. — <sup>9)</sup> Plat. Protag. 309a Xen. Conv. 4 § 25. *Nos: doch dat blijft onder ons*. — <sup>10)</sup> *Uitgewand, van kaf ontdaan*. Similis imago est Vesp. 673. — <sup>11)</sup> Cf. Theophr. Hist. Plant. IV 4 § 10 IX 16 § 9. — <sup>12)</sup> Vid. schol. Eq. 254: *κρηβία εἰσι τὰ πίτυρα καὶ ἄχρα τῶν πυρῶν ἢ κρηθῶν*. — <sup>13)</sup> Suspicio *trilici* folliculos *πίτυρα* dictos esse, *hordei* vero *ἄχρα*. Poliochus fr. 2<sup>o</sup> habet *μῦζαν ἡχρωμένην*, et *μῦζα ἄχρῶς κεχαρακωμένη* Pythagoreo pro coena est Antiphani.

510 ἐγὼ δὲ μισῶ μὲν Λακεδαιμονίους σφόδρα,  
καὐτοῖς Ποσειδῶν, οὐπὶ Ταινάρῳ θεός,  
σεΐσας ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας·  
καὶ ἐμοὶ γάρ ἐστι τὰμπέλια κεκομμένα.

509. μὲν] μὲν τοῦ; R.

510. αὐτοῖς R] αὐτοῖς complures. || Ποσειδῶν Bothe] ὁ Π. codd. (cf. v. 1. vs. 682); vHerwerden καὐτοῖσιν αὐθις coniecit, sed nimium videtur mihi αὐθις...ἅπασιν.

512. ἐστι τὰμπέλια Meineke] ἐστιν ἀμπέλια codd. || κεκομμένα] διακεκομμένα R male; vitium peperit verbi ἐστι ulterior syllaba elisa. Blaydes -λι' ἐκκεκομμένα coll. Pac. 629.

pars licet interioribus sit posthabenda, sine damno tamen abici minime potest, sed farinae ipsa natura est adiuncta et necessaria ad panem gratum et salutare<sup>1)</sup> parandum, licet delicatolorum hominum palatum fastidiosum candidos potius panes furfuribus carentes appetat. Sic igitur argumentatur Dicaeopolis: „dixerit quispiam, ne hodie quidem solos nos esse, nam praeter cives etiam inquilinos hic assidere. Cui responsum velim, inquilinos cum civitate in qua domicilium habent omnino conconvivisse neque ab ea divelli posse, tam arte cohaerentes quam granis adhaeret cortex. Civium iure licet non fruantur, civitatis tamen sunt pars, et utilissima quidem pars”<sup>2)</sup>.

Subsimili imagine Lysistrata illa utitur<sup>3)</sup>.

510—512. Neptunus deus erat Atheniensium et his praesertim annis iis carissimus πρὸς τὸ παρεστῶς<sup>4)</sup>. Sed Neptunus ὁ ἐπὶ Ταινάρῳ vere Laconicum erat numen. Quapropter ὑλισiam Dicaeopolis ait Ἱησσοῦν deus — qui anno proximo prohibuit quominus agros nostros invaderent<sup>5)</sup> — *cunctis iis incipiat domus*<sup>6)</sup>, *nam et mihi iacent vineae*. Brevius autem, ut in sermone familiari, ultima sunt dicta, quae plenius sic fere erant enuncianta: *ἐπεὶ καὶ ἐγὼ κακῶς πέπονθα τὰ γὰρ ἀμπέλια κέκοπται*<sup>7)</sup>. *Taenari* vero ut mentionem faceret Dicaeopolidem alia praeterea movit causa. Saepe enim his annis commemoratur est ταινάρῳ ἄγος illud, cui ipsi Lacedaemonii tribuebant vehementem terrae motum anni 466<sup>8)</sup>, quo Sparta domus tantum non omnes

fr. 226. Apud Pherecratem fr. 161 ἀχύρων σεσαγμένον ventrem habere quis dicatur non liquet. *Cribrum*, quo furfures a farina secernuntur, *κινάχυρα* audit Ecl. 730. —<sup>1)</sup> Quem ἄρτον αὐτόπυρον sive αὐτοπυροῖτην (Alex. fr. 121) dicebant. —<sup>2)</sup> Quodsi demonstrari posset ἄχυρα *glutam* (*kaf*) significasse, facilius concederem Aristophanem — artis pistoriae non ita fortasse peritum — calami lapsu vocem parum aptam h. l. posuisse, quam aut spurium esse hunc versum, quod putabat Valckenauer, aut, quod statuerunt Dobree Blaydes alii, *glutam* comicum revera dicere voluisse, tres igitur classes enumerantem: 1. *cives* puros putos (τὸ ἄλευρον, *farinam*), 2. *peregrinos* (τὰ πτύρα, *furfures*), 3. *inquilinos* (τὰ ἄχυρα, *glutam*), et versum sic esse vertendum: *nam inquilinos civium glutam duco i. e. nullam inquilinorum rationem habendam esse existimo*. Quae imago foret minime eleganter expressa, nam iure miretur quispiam farinam furfuribus purgatam et tamen gluma commixtam; poetam autem, qui ipse civis Atticus non esset (vid. ad vs. 653 sq.), de inquilinis tam contumeliose esse locutum ut οὐτ' ἐν λόγῳ οὐτ' ἐν ἀριθμῳ ponendos autumaret, credere durum. Prudentius me quidem iudice de hoc loco disputavit Müller Strübing Ar. u. die h. Kritik p. 612—615. —<sup>3)</sup> Lys. 580. —<sup>4)</sup> Eq. 564. —<sup>5)</sup> Vid. Prolegom. p. IX, 2. —<sup>6)</sup> Cf. Nub. 1489. —<sup>7)</sup> De re vid. supra vs. 182 sq. —<sup>8)</sup> Vid. supra ad vs. 308 Thuc. I 128 et ad Eq. 1225, Pausan. IV 24 § 2 VII 25 § 1 Plut. Cim. 16.

ἀτάρ, — φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ, —  
 τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα;  
 515 ἡμῶν γὰρ ἄνδρες, — οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω!  
 μέμνησθε τοῦθ', ὅτι οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω! —  
 ἀλλ' ἐνδράρια μοχθηρὰ, παρακεκομμένα,  
 ἄτιμα καὶ παράσημα καὶ παρᾶξενια,  
 ἐσνκοφάντει Μεγαρέων τὰ χλανίσκια

515. οὐχὶ] κοχγὶ R.

518. ἄτιμα] ἔσημα Hamaker.

519. χλανίσκια] κανίσκια Hamaker non recte; nam legibus invitis merces importare qui conatur, non canistro opinor impositas palam affert in urbem, sed addit intra vestimenta aliove artificio celat.

sunt dirutae, cives necati plurimi, ipsa resp. in ultimum periculi discrimen adducta. Quam rem Lysistrata illa his verbis Lacedaemoniis in memoriam revocat: εἶτ' ὃ Λάκωνες, πρὸς γὰρ ὑμᾶς τρέφομαι, | οὐκ ἴσθ' ὅτ' ἐλθὼν δέυρο Περικλείδης ποτὲ | ὁ Λάκων Ἀθηναίων ἰκέτης καθέξεται | ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς ὄχλος ἐν φοινικίδι, | στρατιῶν προσαιτῶν; ἢ δὲ Μεσσήνη τότε | ἐμῖν ἐπέκειτο, χὼ θεὸς σείων ἄρα. | ἐλθὼν δὲ σὺν ὀπίταισι τετραχιχιλίσις | Κίμων ὄλην ἔσωσε τὴν Λακεδαιμόνια. | ταῦτι παθόντες τῶν Ἀθηναίων ὅπο | δηοῦτε χάρατ, ἢ; ὅπ' εὖ πεπόνθατε; 1).

513. ἀτάρ] hac particula respondetur ad illud μισῶ μὲν 2).

— οἱ παρόντες ἐν λόγῳ] item Av. 30 3).

515. ἡμῶν... ἄνδρες] cf. Eq. 471.

— οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω] iocose quidem, sed ita tamen ut error hac de re nasci non possit, his verbis praecavet Dicaeopolis sive Callistratus histrio ne crimine ἀδικίας εἰς τὴν πόλιν 4) denuo possit peti 5).

516. ὅτι οὐχὶ] vid. ad vs. 4.

517. ἐνδράρια μοχθηρὰ] *miselli* 6) *syco-phantaë*, quorum ars his temporibus laete effloruit 7).

— παρακεκομμένα] sic dicuntur quae sunt τοῦ ποιηροῦ κόμματος 8). Idem autem valet quod sequitur παράσημα. Quibus oppositi sunt cives ὀρθῶς κοπίτες καὶ κεκοδωτισμένοι. Vid. pulera civium cum nummis comparatio in Ranarum antepirrhemate 9).

517—519. Ex quo ab Atheniensibus defecerunt Megarenses 10), iure commercii in Attica carebant. Itaque Athenas cum veniebant, nequam homunciones, portitores fortasse, eorum vestimenta scrutabantur 11), an forte merces in urbem secum importarent; et si cucumis ibi repertus esset vel lepusculus vel porcellus alliive vel salis aliquid, „Megarica haec sunt” clamantes misellos peregrinos bonis suis spoliabant, quae eodem die publice venibant. Decimo autem quinto anno post ipsis Megarensibus aqua et igni est interdictum psephismate Charini, quod infra ridetur 12).

1) Lys. 1137 sqq. — 2) Vs. 509. — 3) Cf. praeterea Rhés. 149 Xen. Oecon. 3 § 12. — 4) Vid. ad vs. 377—382. — 5) Vid. etiam vs. 502 sq., 631, 663. — 6) Adiectivum ita usurpatum est etiam Plut. 1003 Thucyd. VIII 73 § 2 etc.; cf. etiam Eq. 316 et adiectiva τάλανα ποιηρῶν item *improbium* sive *molestum* et *miserum* significantia. — 7) Vid. ad Eq. 300. — 8) Plut. 862, 957. — 9) Ran. 718 sqq. — 10) Anno 446. — 11) *Mercem* Megarensium dici τὰ χλανίσκια, ut cetera quae sequuntur, coll. Pac. 1002 Xen. Mem. II 7 § 6 perperam perhibuit Elmsley, sic enim versui 519 adiungi nequeunt sequentes. — 12) Vs. 530 sqq.



520

κεῖ που σίκνον ἴδοιεν ἢ λαγῶδιον  
 ἢ χοιρίδιον ἢ σκόροδον ἢ χόνδροις ἄλλας,  
 ταῦτ' ἦν Μεγαρικὰ καὶ ἐπέπρατ' αὐθημερόν.  
 καὶ ταῦτα μὲν δὴ σμικρὰ καὶ ἐπιχώρια,  
 πόρνην δὲ Σιμαίθην ἰόντες Μεγαράδε

521. ἄλλας R] ἄλλας cett. male, nam ἄλων certe erat dicendum; adiectivum autem est χόνδρος, ut in Phoenicis Colophonii choliambo: χεῖλα λήψεται χόνδρον.

520 sq. Mercium Megaricarum similis recensio est vs. 760—761.

520. εἰ που] *si forte*; cf. Eq. 347.

— λαγῶδιον] vid. ad Vesp. 709.

521. χόνδροις ἄλλας] *micas salis*. Distinguuntur ἄλλας χόνδροι, quales in forum afferuntur vnales <sup>1)</sup>, et λεπτοὶ ἄλλας <sup>2)</sup>, *sal tritus* in usum convivarum. Salinae Megaricae commemorantur apud Plinium <sup>3)</sup> et etiam nunc extant <sup>4)</sup>.

522. ἐπέπρατος] rei celeritatem pingit tempus plusquamperfectum <sup>5)</sup>: dicto citius abripiantur merces et prius fere erant venundatae quam in urbem adductae.

523. καὶ ταῦτα μὲν δὴ] cf. Plut. 8: καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, quibus verbis utitur qui maius etiam additurus est aliquid <sup>6)</sup>, vel Posidipp. fr. 2<sup>1</sup>: ταῦτι μὲν οὖν τοιαῦτα.

— ἐπιχώρια] *in ipsa civitate nostra ea fiebant*, extra fines certe nostros non evagabatur istorum hominum protervitas.

524 sqq. Ficta iam sequitur causarum belli enarratio <sup>7)</sup>, in qua operis Herodotei <sup>8)</sup> exordium iocose imitatur comi-

cus <sup>9)</sup>. „Dirum illud odium Europam inter et Asiam, quod et belli Troiani olim extitit causa et nostra aetate invasionis Medicae, natum est ex compluribus iniuriis, quibus utriusque continentis incolae volventibus saeculis inter se laceraverunt.” Sic historiae pater suaviter profecto et eleganter oratione soluta narrare coepit, quemadmodum Aethidis olim poeta Hegesinus pugnam cum Amazonibus relaturus his verbis Musam fuerat allocutus: ἦγεός μοι λόγον ἄλλον, ὅπως Μοῖσις ἀπὸ γαίης | ἦλθει ἐς Ἐθρώπην πόλεμος μέγας <sup>10)</sup>, — epica libertate usus, non veras rerum causas et decursum exponere studens. Neque aliter opinor disputavit Telephus ille Euripideus, quem sedulo nunc imitatur Dicaeopolis. Aristophanes autem suos in usus ut ea convertat <sup>11)</sup>, non reginas Io Europam Medeam Helenam <sup>12)</sup> commemorat belli causas teterrimas, sed meretriculas quasdam et Aspasiam Milesiam, Periclis Olympii mulierem, a comicis nimis proterve saepe in scena traductam <sup>13)</sup>. Cuius ancillae, quae a

<sup>1)</sup> Cf. Herodot. IV 181, 185 Phoenix Colophonius apud Athen. 359e vs. 5. Aliud est χόνδρος = ὄφρημα Vesp. 737 etc. — <sup>2)</sup> Fr. 151. — <sup>3)</sup> H. Nat. XXXI 7 § 41; cf. infra vs. 760. — <sup>4)</sup> Numquid maligna istorum hominum artificia pepererunt vocem ἀλοφάντην eodem quo ἀνοφάντην sensu adhibitam? Vid. Böckh Staatshaush. I<sup>3</sup> p. 56, b. — <sup>5)</sup> Item nos: *en denzelfden dag nog was het verkocht*. — <sup>6)</sup> Nos: *en dat is nog tot daar aan toe*. — <sup>7)</sup> Vid. Prolegom. p. IV. — <sup>8)</sup> Quod etiam supra notat respexit vs. 86 sq. — <sup>9)</sup> Sic in proediosi locum explicavi; ex editione Merryana nunc video idem observatum esse a viro d. Raper. — <sup>10)</sup> Pausan. IX 29 § 1. — <sup>11)</sup> Cratini vestigiis fortasse insistens, qui in Nemesi Ladae Hele-naeque fabulas detorserat in irrisionem Aspasiae; cf. etiam Cratin. fr. 241. Etiam *cottabi* in Nemesi fiebat mentio (fr. 116); sed huiusmodi similitudines quam fallaces sint optime novi. — <sup>12)</sup> Herodot. I 1—5. — <sup>13)</sup> Vid. ad Eq. 132. Similia autem, si verum vidit Bergk, protulerat Cratinus, qui Periclem Olympium ex

525

νεανία κλέπτουσι μεθύσοκότταροι  
 κᾶθ' οἱ Μεγαροῆς ὀδύνας πεφυσίγωμένοι  
 ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο.

527. πόρνα] πόρνας. R.

iuvenibus lascivis raptæ esse perhibentur, quod πόρνα in dictione comica audiunt, ita ut lenae partes quaedam ipsi Aspasiae videantur tribui, minime inde sequitur talia aut in mores illius feminae revera cecidisse aut a comico ei serio nunc exprobari<sup>1)</sup>. Simaetham puellam Megaris oriendam hoc tempore Athenis vixisse libenter credimus, Athenienses autem ἀνδραπόδων ὑποδοχὴν Megarensibus crimini dedisse ex Thucydide novimus<sup>2)</sup>; sed belli causae, quas oratione festivissima profert Dicaeopolis, ab ipso iocose nunc confinguntur, verique nihil inesse<sup>3)</sup> probe norant spectatores. Hoc autem dicit comicus: odium quo inter se flagrant Peloponnesii et Athenienses causas habet nihilo gravi-

ores quam belli, quo Graeci cum Persis conflixerunt, fuisse aut referunt scriptores aut fabulantur. Nihil autem de raptis hisce mulierculis in fabula, quam quinto abhinc anno docuit, sed aliam nec minus absurdam<sup>4)</sup> belli Peloponnesii causam ibi comminiscitur<sup>5)</sup>, sic clarius etiam ostendens quid de huiusmodi facetiis sit statuendum<sup>6)</sup>.

525. μεθύσοκότταροι] vox comice ficta, de cottabo autem vid. Nub. 1073.

526. πεφυσίγωμένοι] ἴρα ἰνφλατι. Cf. ἐξερύσσει Pac. 610 et vid. ad Eq. 494.

527. Praeter quod saeculi altera parte praeterlapsa accidisse refert pseudo-Demosthenes<sup>7)</sup>: „Neeram betaeram „cum a Phrynione Atheniensi propudioso „haberetur, rebus suis collectis cum

Nemesi — quo nomine significabatur Aspasia — iroceasse fixerat filiam, quae alterius belli Troiani extitisset causa; Helenae nimirum matrem Stasinus in Cyprisi Nemesim dixerat. — <sup>1)</sup> Vid. Cobet Prosopogr. Xenoph. p. 80 feminam, quam amore suo Pericles indignam non habuit, ab obtrectatorum calumniis generose defendens. — <sup>2)</sup> Thucyd. I 139 § 2. — <sup>3)</sup> Etiam Müller Strübing ille, qui Ἡρακλέους ὑργὴν τιν' ἔχων invehi solebat in scriptores commenticiam alioquam historiam ex comicorum iocis consarcinantes, nimis multum his versibus tribuisse mihi videtur (Ar. u. die hist. Kritik p. 575): „man wird doch wohl nicht annehmen Aristophanes habe die schönen geschichten von den dirnen der Aspasia und von der angst wegen der rechnungsablage erst nach Perikles' tode aus der luft gegriffen und in umlauf gesetzt?“ — <sup>4)</sup> Absurdam et nunc fictam Pac. 617 ab ipso comico vocari iure statueris. Attamen in Theopompi historias — an calumnias dicam — haec quoque sunt transsumta; vid. Diodor. XII 38 sq. Plutarch. (Alcib. 7) Pericl. 24 et 31 sq., digna autem quae refelleret habuit Philochorus (schol. Pac. 604), item Plutarchus indignatione abreptus de Herodot. malign. 6. — <sup>5)</sup> Pac. 605. — <sup>6)</sup> Inutile sane videtur quaerere quid moverit comicum ut Herodotum secutus hasce praesertim belli causas ex ingenio feracissimo expromeret; attamen in calce certe paginae indicare volo rem, quae in eius memoria haerens potuit horum iocorum causa existere. Mulieres enim quasdam belli gravissimam causam illa aetate extitisse refert idoneus profecto auctor Aristoteles, qui Politic. V 3 § 3 haec scripsit: περὶ Μυτιλήνην ἐξ ἐπιλήθρων στάσεως γενομένης πολλῶν ἐγένετο ἀρχὴ κακῶν καὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἀθηναίους, ἐν ᾧ Πάγης ἔλαβε τὴν πόλιν. Mirum autem quod ipsi Lesbi victori Pacheti, qui brevi post urbem captam — ante Acharnenses igitur fabulam scenae commissam — in ius vocatus ad tribunal suo se ense confodit (Plut. Aristid. 26 Nic. 6), Lesbiae feminae quaedam Hellanis et Lamaxis mortem attulisse feruntur; vid. praelongum carmen Agasiae (Iustiniani aequalis) in Anthologia Graeca (epigr. 82). — <sup>7)</sup> Dem. LIX § 35 sq.

καὶ ἐντεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατεροράγη

Ἑλλησι πᾶσιν, ἐκ τριῶν λαικαστριῶν.

530

ἐντεῦθεν ὄργῃ Περικλέης οὐλύμπιος

ἤστραπτε, ἐβρόντα, ξυνεκύνκα τὴν Ἑλλάδα,

εἰτίθει νόμους ὅσπερ σκόλια γεγραμμένους,

528. ἀρχῇ] ἀρχὴ codd.

529. πᾶσιν,] virgulam addidit Blaydes.

531. ἤστραπτε' Plin. Epist. I 20] ἤστραπτειν codd.; vid. ad Nub. 214.

„ancillis duabus Thratta et Coccaline  
„Megara aufugisse”<sup>1)</sup>. Puellis quas vult  
comicus nomina fuisse Cynno et Sala-  
bacho credibile duco<sup>2)</sup>.

— Ἀσπασίας] genitivus a verbo κλέπ-  
τειν suspensus est<sup>3)</sup>.

528. Vera causa psephismatis, quo  
Megarensibus aqua et igni est inter-  
dictum, haec fuit. Megarenses agrum  
Cereris et Proserpinae sacrum<sup>4)</sup>, qui in  
Megaridis Atticaeque confinio situs erat,  
cum coluissent<sup>5)</sup>, Anthemocritum prae-  
conem ab Atheniensibus missum qui ea  
de re cum iis expostularet invito iure  
gentium occiderunt<sup>6)</sup>. Quapropter γρά-  
φει φήρησιμᾶ κατ' αὐτῶν Χιερῖνος: „ἄσπασιον  
„μὴν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν, ὅς δ' ἂν  
„ἐπιβῆ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων, θανάτωρ δη-  
„μιούσθαι τοὺς δὲ στρατηγούς, ὅταν ὀμνύωσι  
„τὸν πατρικὸν ὄρκον, ἐπομνύει ὅτι καὶ δις  
„ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβυλοῦσι.  
„ταφήναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θρια-  
„σίους πόλιας<sup>4)</sup>, αἱ νῦν Ἀπυλον ὀνομάζονται<sup>7)</sup>.”

— ἐντεῦθεν] vid. ad Eq. 543.

— κατεροράγη] vid. ad Eq. 644.

529. λαικαστριῶν] vid. ad Eq. 167.

530. ἐντεῦθεν] vid. ad Eq. 543.

— ὄργῃ] i. e. ὀργισθεῖς. Item in Lysi-  
strata: χωρεῖτ' ὄργῃ καὶ μὴ τέγγεσθε<sup>8)</sup>.

— Περικλέης οὐλύμπιος] a comicis in  
Periclis irrisionem excogitatum est hoc  
epitheton novosque iocos complures  
peperit<sup>9)</sup>. Sed suo iure sic de eo scrip-  
sit Plutarchus<sup>10)</sup>: καὶ μοι δοκεῖ τὴν μειρα-  
κιδίῃ καὶ σοβαρῶν ἐκείνην προσωνυμίαν ἐν  
τοῦτο ποιεῖν ἀνεπίφθονον καὶ πρέπουσαν  
ὄντως, εὐμένες ἦθος, καὶ βίος ἐν ἐξουσίᾳ  
καθαρός καὶ ἀμείαντος, καθάπερ τὸ τῶν θεῶν  
γένος ἀξιοῦμεν, αἴτιον μὲν ἀγαθῶν, ἀνάιτιον  
δὲ κακῶν περὶ κός, ἄρχειν καὶ βασιλεύειν  
τῶν ὄντων.

531. Periclis facundiam pulcris hisce  
versibus Eupolis pinxit in Demis fa-  
bula<sup>11)</sup>: Α. κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώ-  
πων λέγειν | ὅποτε περιέλθαι δ', ὅσπερ  
ἀγαθοὶ θροαῖς | ἐκ δέκα ποδῶν ἤκει λέγων  
τοὺς ἠήτορας. | Β. ταχῶν λέγεις μὲν, πρὸς  
δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει | πευθῶ τις ἐπεκείθει  
ἐπὶ τοῖς χεῖλεσιν | οὔτως ἐκίλει, καὶ μόνος  
τῶν ἠητόρων | τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς  
ἀκροσωμένοις. Simili autem ratione in Ves-  
pis verba ἀστράπτειν et βροντᾶν sunt  
usurpata<sup>12)</sup>, et βροντᾶν de demagogorum  
minis dicitur<sup>13)</sup>; λαισθήροντα Cleoni  
verba tribuantur in Equitibus<sup>14)</sup>. Deni-  
que de verbo (ξυ)κύναν vid. Eq. 251.

532—534. Belli causas quo magis  
etiam deridendas propinet, Μεγαρικὸν

<sup>1)</sup> Archonte Astio, anno 373. — <sup>2)</sup> Vid. ad Eq. 132. Echo nostri loci percipitur  
in Heraclidis Pontici verbis de Pericle, quae affert Athenaeus 533 d: ἔκει μετ'  
Ἀσπασίας τῆς ἐκ Μεγάρων ἑταιράς. — <sup>3)</sup> Vid. ad Eq. 436. — <sup>4)</sup> τὴν ὄργαδα. —  
<sup>5)</sup> Thucyd. I 139 § 2, Philochorus in schol. Ar. Pac. 604, Helladius apud Photium  
Bibl. 279 (p. 534 a 12 Bekker). — <sup>6)</sup> Vid. Isaëus apud Harpoer. s. v. Ἀνθεμόκριτος,  
Plut. Per. 30 Paus. I 36 § 3. — <sup>7)</sup> Plut. l. l. (Per. 30); cf. Cobet Mnemos. 1873  
p. 115. — <sup>8)</sup> Lys. 550. — <sup>9)</sup> Cf. Cratin. fr. 240 sq. — <sup>10)</sup> Per. 39, cf. ibid. 8 Cons.  
Apoll. 118 e Diodor. XII 40. — <sup>11)</sup> Eupol. fr. 94. — <sup>12)</sup> Vesp. 624—626. —  
<sup>13)</sup> Vesp. 671. — <sup>14)</sup> Eq. 626.

ὡς χρῆ Μεγαρέας „μήτε γῆ μήτ' ἐν ἀγορᾷ  
 535 „μήτ' ἐν θαλάττῃ μήτ' ἐν ἡπείρῳ μένειν.“  
 ἐντεῦθεν οἱ Μεγαρηῆς, ὅτε δὴ ἐπεινῶν βάδην,  
 Λακεδαιμονίων ἐδέοντο τὸ ψήφισμ' ὅπως...  
 μεταστραφείη, τὸ διὰ τὰς λαικαστριάς

533. μήτε Bentley] μήτ' ἐν codd.; item Eq. 610.

534. ἡπείρῳ] οὐρανῷ Schneidewin plectus loco subsimili Vesp. 22.

535. βάδην] ἄδην Tyrwhitt.

illud ψήφισμα ea dictione qua in cantilenis conivalibus utuntur scriptum esse ait, quippe simile scolio euidam Timocreonis Rhodii: ὠφελὲν σ', ὦ τυφλὲ Πλοῦτε, | μήτε γῆ μήτ' ἐν θαλάσῃ | μήτ' ἐν οὐρανῷ φανήμην, | ἀλλὰ Τύρταρόν, τε ναίειν | καὶ Ἀχίροντα διὰ σὲ γῆρ' πάντ' | ἔστ' ἐν ἀνθρώποις κακὰ <sup>1)</sup>. Cf. etiam aenigma: „τί ταῦτόν ἐν οὐρανῷ καπὶ γῆς; κἄν θαλάττῃ;“ unde in Vespis ducitur iocus <sup>2)</sup>.

535. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι προσπαρακαλέσαντες τῶν ξυμμάχων καὶ εἴ τις τι ἄλλο ἔφη ἠδικῆσθαι ὑπ' Ἀθηναίων, ξόλογον σφῶν αὐτῶν ποιεῖσθε; τὸν εἰσθότα, λίγιν ἐκίλευον. καὶ ἄλλοι τε παρόντες ἐγγλήματα ἐποιοῦντο ὡς ἕαστοι, καὶ Μεγαρηῆς, δηλοῦντες μὴν καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα διάφορα, μάλιστα δὲ λιμείων τε εἰρησθαι τῶν ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀγορᾶς παρὰ τίς σπονδᾶς <sup>3)</sup>. Missi autem Athenas Lacedaemoniorum legati postularunt ut Potidaea et Aegina pristinis incolis redderentur, καὶ μάλιστα γὰρ πάντων καὶ ἐνδηλότατα προύλεγον τὸ περὶ Μεγαρέων ψήφισμα καθελοῦσι μὴ ἂν γενέσθαι πόλεμον, ἐν ᾧ εἴρητο αὐτοῦς μὴ χρῆσθαι τοῖς λιμαῖσι τοῖς ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ μηδὲ τῇ Ἀττικῇ ἀγορᾷ. οἱ δ' Ἀθηναῖοι οὐτε τᾶλλα ὑπέχουον οὔτε τὸ ψήφισμα καθήρουν, ἐπι-

καλοῦντες ἐπεργασίαν Μεγαρεῦσι τῆς γῆς τῆς ἰεοῦς καὶ τῆς ἀορίστου (?) καὶ ἀνδραπέδων ὑποδοχῆν τῶν ἀφισταμένων <sup>4)</sup>.

— ἐντεῦθεν] vid. ad Eq. 543.

— βάδην] *pedelentim, sensim* <sup>5)</sup>.

537. μεταστραφείη] *inverteretur*, — ita ut tabulae facies inscripta parieti fieret acclinis. Quod verbum ridiculum praeter expectationem pro *καθαιρεθείη* adhibitum quid sibi velit intellegitur collato Plutarcho <sup>6)</sup>, qui has res ubi enarrat Thucydidem secutus, Spartanus ait legatos, cum multa in utramque partem essent disputata, tandem dixisse ceteras condiciones missas se facturos, si modo Charini illud psephisma tolleretur. Quibus cum respondisset Pericles salvis legibus fieri id non posse, unus ex iis, homo dixax: *quin inverteris igitur*, ait, *si tolli nequit* <sup>7)</sup> — ita ut quid scriptum sit lateat et in oblivionem abeat. Quod dieterium vere Laconicum — in mentem enim revocat Agesilai illud „legem *περὶ τῶν τρασάντων* non tollendam quidem esse sed per unum diem neglegendam” <sup>8)</sup> — spectatoribus bene notum fuisse noster locus docet, admodum autem festivi videri debuerunt Lacedaemonii hoc ut assequerentur identidem recurrentes.

— *λαικαστριάς*] vid. ad Eq. 167.

<sup>1)</sup> Quod etiam Eq. 609 sq. respicitur, ubi vid.; praeterea cf. Eur. Herc. 650—654. — <sup>2)</sup> Vesp. 22. — <sup>3)</sup> Thucyd. I 67. — <sup>4)</sup> Thucyd. I 139. — <sup>5)</sup> Vid. ad vs. 399. — <sup>6)</sup> Pericl. 30. Rem clara in luce primus collocavit Hartman. Aliud fortasse dieterium ea occasione prolatum infra vs. 979 sqq. respicitur. — <sup>7)</sup> *ὡ δὲ μὴ καθέλης, ἀλλὰ σπρίνον εἶσω τὸ πινάκιον* οὐ γὰρ ἐστὶ νόμος ὁ τοῦτο κολῶν, *als gij het dan niet kunt onheffen, keer het dan om*. Verbo *καθελεῖν* Thucydides l. I (I 139) ter est usus. — <sup>8)</sup> Plut. Mor. 214 b, c Ages. 30.

οὐκ ἠθέλομεν δ' ἡμεῖς δεομένων πολλάκις.  
καὶ ἐντεῦθεν ἤδη πάταγος ἦν τῶν ἀσπίδων.  
540 „ἔρεϊ τις' οὐ χρῆν. ἀλλὰ τί χρῆν εἴπατε.“  
φρέσ', εἰ Λακεδαιμονίων „τις ἐκπλεύσας σκάφει“  
ἀπέδοτο χῆν' ἢ κυνίδιον Σεριφίων,

538. οὐκ Bergk] *νοκ* codd. || δ' R] om. cett.

540. χρῆν] *ἐχρῆν* R alii; quod si quis legere vult, cum Elmsleio sumat necesse est priorem tantum versus partem — et haec tantum in scholio disertis verbis commemoratur — e tragico esse desumtam.

542. \*χῆν' ἦ] *φῆνας* codd., quod cum proximo participio *ἐκπλεύσας* conciliari nequit, quoniam *φάινειν* non est praedonum, sed *φάινονται* quae importantur e civitate quacum non est commercium (vid. ad Eq. 300). Muller *κλέψας* coniecit, Hamaker *δήσας*. Equidem olim vs. 541 pro *ἐκπλεύσας* legebam *εἰσπλεύσαν ναυικὴ ἀδνεκτῶν*, ut dici solent τὰ *εἰσπλέοντα* res quae peregre importantur; idem autem qui post me suasit Blaydes, praeterea *σκάφος*; scribi iubet, dein ex Hamakeri auctoritate *Κόρυθιον ἢ Σερίφιον* (vid. infra). Sed verba *ἐκπλεύσας σκάφει* ex Euripide desumta, non autem sollicitanda esse, nunc assentior Hartmano; post lenem autem quam in textum admisi correctionem (nam *ΧΗΝΑΗ* in *ΦΗΝΑΣ* abire

539. Cf. Pacis versus: *Περικλῆς ἐξέ-  
φλεξε τὴν πόλιν, | ἐμβαλὼν σπινθήρα μικρὸν  
Μεγαροῦ πηφίσιαμετος, | καὶ ἐξφύσησεν  
τοσαύτων πόλεμον ὥστε τῷ καπνῷ | πάντας  
Ἕλληνας δακρῦσαι, τοὺς τ' ἐκεῖ τοὺς τ'  
ἐνθάδε. | ὡς δ' ἄπαξ τὸ πρῶτον ἄκουσ'  
ἐφύσησεν ἄμπελος, | καὶ πίθος πληγῆς ὑπ'  
ὄργῆς ἀντελέκτισεν πίσθη, | οὐδέ τι ἦν οὐδέ τις  
ὁ παύσων, ἦδε (Pax) δ' ἠφρανίζετο*<sup>1)</sup>. Prae-  
terea vid. supra vs. 279.  
— *ἐντεῦθεν*] vid. ad Eq. 543.

540. Ex Euripidis Telepho<sup>2)</sup> desum-  
tum esse testatur scholion, tragicos  
autem numeros prodit — certe a co-  
moedia alienum est<sup>3)</sup> — *τί* positione de-  
bilis productum. Verba *ἀλλὰ τί χρῆν* etiam  
Pac. 1080 usurpata sunt<sup>4)</sup>. — Erant  
igitur haec quoque verba Telephi, men-  
dici partes coram Graecorum principibus  
agentis. Apud Euripidem enim „meminit  
Telephus Graecorum in Mysiam adven-

tus: appellentibus obstitisse praesidia  
in oris maritimis disposita, quinam es-  
sent hospites, quoque consilio venirent  
ignorantia: utrimque caesis quibusdam,  
nuntium ad regem allatum de hostili  
incursione: tunc illum copias collegisse,  
inimicis obviam contendisse. Dein addi-  
dit: *ἔρεϊ τις' οὐ χρῆν. ἀλλὰ τί χρῆν εἴπατε.*”<sup>5)</sup>.  
— *ἔρεϊ τις*] vid. ad Eq. 1183.

541 sq. „Interrogabat deinde Tele-  
phus Euripideus Ulixem ceterosque prin-  
cipes, quid ipsi facturi essent si advenae  
belli specie similiter in Graeciam de-  
scendissent”<sup>6)</sup>. Quem locum suum in usus  
nunc convertit Dicaeopolis; ipsos autem  
versus poetae tragici ignoramus, sed  
verba *τις ἐκπλεύσας σκάφει* inde desumta  
videntur<sup>7)</sup>.

541. *φρέσ'*] vid. ad Vesp. 148 et Nub. 769.

542. Belli causam egregie absurdam  
consulto commiscitur noster, *anserēs*<sup>8)</sup>

1) Pac. 608 sqq. — 2) Eur. fr. 707. — 3) Nam etiam in tragico versu suspi-  
cionem haec productio movet. Cf. tamen Eur. Iph. Aul. 1366. — 4) Vid. etiam  
Eccl. 404. — 5) Geel de Telepho p. 21. — 6) Ibid. p. 22. — 7) Cf. Thesm. 877.  
Quorum verborum quam explicationem dedit v. d. Reid (apud Merryum), ingenio-  
sorem duco quam probabiliorem: „the reference is to a customs-officer going out  
in a skiff to meet the vessel, and boarding her.” — 8) Si recte sic scripsi.



„καθ'ἧσθ' ἂν ἐν δόμοισιν; ἦ πολλοῦ γε δεῖ!“  
καὶ κάρτα μέντ' ἂν εὐθιῶς καθεῖλετε  
545 τριακοσίας ναῦς, ἦν δ' ἂν ἡ πόλις πλέα  
Θορύβου στρατιωτῶν, περὶ τριηράρχου βροῆς,  
μισθοῦ διδομένου, παλλαδίων χρυσουμένων,  
στοῦς στεναχούσης, σιτίων μετρούμενων,

potuit facillime) cum vitatur duorum participiorum concursus, tum aptius subiungitur vox *κυνίδιον*, quae in textu tradito mirationem non movere nequit. Ceterum dubito an etiam *ἀπέδοτο* sit corruptum, pro quo malim \**ὑφείλετο*, metro tamen minus favente; apta forent etiam *συνέλαβε*, *ἔκλεψε*. || *κυνίδιον Σεριφίων*] *Κύθιον* ἢ *Σεριφιον* Hamaker ingenio abusus, sic enim ridiculi vel absurdi hii verbis inesset nihil, nam minime ioculare scelus erat plagium; requiritur autem belli causa non minus ludicra quam raptac illae meretriculae et cucumeres proscripti. || Ad hunc verum utique referenda arbitror verba lexicographorum (Hes. Phot.): *Σέριφος*: *Ἀριστοφάνης*; *τὴν Λακεδαιμόνα Σέριφον* (fr. Ar. 705), sive sic fere sunt integranda: *Ἀριστοφάνης*; *τὴν Λακεδαιμόνα <πρός> Σέριφον <συμβάλλει>* sive aliud quid latet.

546. *τριηράρχου*] -*χους* vHerwerden; cui fortasse favet scholion: *Θορύβου βροῆτος περὶ τοῦ δεῖν τριηράρχου*; <*παρ*>εῖναι, quamquam *περὶ τριηράρχου*; *circa praefectos* significat.

*caniculasque* <sup>1)</sup> Seriphiorum opponens Megarensibus istis *porcellis* et *lepusculis*. Ipsa autem *Seriphi* mentio quo tendat apertum; civitatum enim foederatarum una omnium haec erat minima inque proverbium fere abierat, ut novimus e Themistoclis dicerio, ὃς τῷ Σεριφίῳ λουδοροῦμένῳ καὶ λέγοντι ὅτι οὐ δεῖ αὐτὸν ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδαιμονοῖν, ἀπεκρίνατο ὅτι οὐτ' ἂν αὐτὸς Σέριφος ὡν ὀνομαστὸς ἐγένετο οὐτ' ἔκεινος *Ἀθηναῖος* <sup>2)</sup>. Erat autem saxosa nimis, quapropter Cratinus in fabula Seriphii „non frustra est quod Perseus Medusae caput in hanc insulam intulisse fertur, tota enim etiamnunc est lapis“ <sup>3)</sup>. — *ἀπέδοτο*] olim, bello nondum coorto.

543. Hunc quoque e Telepho desum-

tum esse verum <sup>4)</sup> testantur scholia <sup>5)</sup>.

544. *κάρτα*] poetica vocula <sup>6)</sup>.

— *καθεῖλετε*] vid. Eq. 1315.

545. *τριακοσίας ναῦς*] omnem fidem hic numerus superat; tot enim naves Athenienses habuerunt bello ineunte, quo tempore eorum res quam maxime florebant <sup>7)</sup>; sed plus ducentis quinquaginta in mari simul non fuerunt <sup>8)</sup>, singulas autem in expeditiones centum plurimum naves mittebantur. Tot habebat Pericles anno 430 cum Epidaurum petiit <sup>9)</sup>, Nicias anno 415 cum Siciliam <sup>10)</sup>. Vid. etiam Eq. 1303.

547. *Παλλαδίων*] *Minervae* dicit *simulacra* navium puppibus affixa.

548. *Stoam* dicit *ἀλφιτοπόλιν* <sup>11)</sup>, in Pi-

<sup>1)</sup> Haud inepte contuleris Plutarchi locum Plut. Mor. 215b: *βουλομένου δ' αὐτοῦ* (de Agesipolide fit sermo) *σκόλακας οἴκοθεν μεταπέμψασθαι, ὡς τις εἶπεν, „οὐκ ἔστιν ἐξαγωγή παρ' αὐτῶν“, „οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπων“ ἔφη „πρόσθεν, ἀλλὰ νῦν ἐγένετο“*. Minus huc facit Ar. fr. 204. — <sup>2)</sup> Plat. Rep. 329e Cic. Sen. 3 Plut. Them. 18. — <sup>3)</sup> Strab. X p. 487. — <sup>4)</sup> Fr. 710. De voce *δόμοισι* cf. vs. 450. — <sup>5)</sup> Similes loci sunt Heracl. 1005 sqq. Androm. 668—670. — <sup>6)</sup> Redit Av. 342 Amips. fr. 22. Vid. etiam Eur. Alc. 811. — <sup>7)</sup> Thucyd. II 13. — <sup>8)</sup> Thucyd. III 17 Aeschin. II § 175, vid. etiam Demosth. XIV § 13. — <sup>9)</sup> Thucyd. II 56, vid. etiam c. 23. — <sup>10)</sup> Thucyd. VI 31. — <sup>11)</sup> Cf. Ecl. 686 Demosth. XXXIV § 37.

- 550 ἀσκήων, τροπωτήρων, κάδους ὀνομαζόμενων,  
σκοροόδων, ἐλαῶν, κρομμύων ἐν δικτυοῖς,  
στεφάνων, τριχίδων, ἀλλητριδῶν, ὕπωπιων,  
τὸ νεώριον δ' αὖ κωπέων πλατουμένων,  
τύλων ψοφούντων, θαλαμιῶν τροπουμένων,  
ἀλλῶν, κελευστῶν, νιγλάρων, συριγματών.
- 555 ταῦτ' οἷδ' ὅτι ἂν ἐδραῖε „τὸν δὲ Τήλεφον

549. κάδους ὀνομαζόμενων] κάδων ὀνομαζόμενων Bergk (cf. Av. 1183, sed sublimioris dietionis est ille locus), κάδων πιττουμένων Kock.

554. ἀλλῶν,] virgulam om. plerique codd., ἀλλῶν κελευστῶν autem perperam multi sunt interpretati *tibiās quibus remigi modi dantur*. Cf. Pac. 531 et vid. comment.

raeo aedificatam a Pericle, ubi etiam frumentum publicum classi alendae servabatur.

549. τροπωτήρων] *lororum* quibus remi scalmis adaptabantur<sup>1)</sup>; apud Homerum dicuntur τροποὶ δευμάτινοι<sup>2)</sup>, remos autem iis navi *alligare* est τροποῦσθαι τὰς κώπας<sup>3)</sup>.

550. Cf. Eq. 600.

551. τριχίδων] vid. ad Eq. 645.

— ὕπωπιων] Vesp. 1386.

552. κωπέων πλατουμένων] *lignorum quae in remos exasciantur*. Sunt enim κωπή; ligna apta unde κώπη sive *remus* fiat<sup>6)</sup>; quae priusquam remigando possint inservire, ita sunt dedolanda ut in πλάτην<sup>7)</sup> sive *palmutam* exeant.

553. τύλων] τύλοι sunt *clavi lignei*<sup>4)</sup>, quibus quae compacta sunt, τετυλωμένα sive *τυλωτά* dicuntur<sup>5)</sup>.

— θαλαμιῶν τροπουμένων] *foraminum*<sup>8)</sup>, quibus inseruntur remi et τροπωτήρων<sup>9)</sup> adaptantur.

554. ἀλλῶν] *libiarum* τῶν τριηραυλῶν. Vid. ad Ran. 207.

— κελευστῶν] *hortatorum*, qui et *iusso-*

*res* et *rausarii* dicebantur. Vid. Plut. Alc. 32: ἀλλεῖν μὲν εἰρεσίαν τοῖς ἐλαύνουσι Χρυσόγονον τὸν Πυθιονίκην, κελεύειν δὲ Καλλιπίδη et ad Ran. l. l.<sup>10)</sup>.

— νιγλάρων] *νιγλαρος*<sup>11)</sup> dicebatur *sonus praecaculus*, fortasse etiam *parva tibia* eiusmodi modulationes edens<sup>12)</sup>, cuiusmodi instrumento etiam hodie nautarum iussores utuntur.

555. ὅτι ἂν] vid. ad vs. 4.

— τὸν δὲ Τήλεφον κτί.] hoc quoque personatus hic Telephus ex Euripide<sup>13)</sup> habet teste scholio. In eius autem ore valet: „quo tandem iure Peloponnesiis crimini datur quod non tolerarunt quae ne vos quidem aequo animo ferretis?“ — Simillima est Mnesilochi in Thesmo-phoriazusis peroratio, quae item versibus e Telepho tragoedia ductis<sup>14)</sup> constat: ταῦτ' οὐ ποιοῦμεν τὰ κακά; νῆ τὴν Ἀρτεμιν | ἡμεῖς γε „κίτ“ Ἐὐριπίδῃ „θυμούμεθα, | οὐδὲν παθοῦσα μεῖζον ἢ δειράκαμεν;“<sup>15)</sup>. Praeterea cf. Lys. 763: ποθεῖτ' ἴσως τοῦ; ἄνδρας; ἡμῶς δ' οὐκ οἶε | ποθεῖν ἐκείνο; et Eur. Hec. 1256: ἀλγεῖς; τί δ'; ἡμῶς παιδῶς; οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;<sup>16)</sup>.

1) *Stroypen*. Item Thuc. II 93 § 2. De nominis termino vid. Enchirid. dict. ep. p. 327. — 2) Hom. δ 782. — 3) Vid. vs. 553 Aesch. Pers. 376 Eubul. fr. 52. — 4) *Pennen*. — 5) Herodot. VIII 63 et 69. — 6) Lys. 422 Herodot. V 23 Andocid. II § 11 et 14. — 7) Thesm. 770 etc. — 8) Cf. Pac. 1232. — 9) Vid. vs. 549. — 10) Item Plut. Nic. 21 Polluc. I 7 etc. — 11) Vox redit Pherecrat. fr. 145<sup>27</sup> Eupol. 110 Phrynich. 69. — 12) *Fifre* (Brunck). Si recte sic legitur Polluc. IV 82. — 13) Eur. fr. 711. — 14) Eur. fr. 712. — 15) Thesm. 517 sqq. — 16) Vid. etiam Alc. 691.

„ὄνκ οἴόμεσθα;“ νοῦς ἄρ' ἡμῖν οὐκ ἔνι.  
(In genua procumbit caputque thaudici imponit.)

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἄληθες, ὦ ἐπίτριπτε καὶ μιαρώτατε;  
558 ταυτὶ σὺ τολμᾶς πτωχὸς ὢν ἡμῶς λέγειν;

## ΗΓΕΜΩΝ ΤΟΥ ΗΜΙΧΟΡΙΟΥ Β.

560 νῆ τὸν Ποσειδῶ, καὶ λέγει γ' ἄπερ λέγει  
δίκαια πάντα καὶ οὐδὲν αὐτῶν ψεύδεται.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εἶτ', εἰ δίκαια, τοῦτον εἰπεῖν αὐτὰ χρῆν;  
ἀλλ' οὔτι χαίρων ταῦτα τολμήσει λέγειν.

## ΗΓΕΜΩΝ ΤΟΥ ΗΜΙΧΟΡΙΟΥ Β.

565 οὔτος σὺ, ποῖ θεῖς; οὐ μενεῖς; ὤς, εἰ θενεῖς  
τὸν ἄνδρα τοῦτον, αὐτὸς ἀρθῆσει τάχα.

(Altera chori pars, quae Dicaeopolidi favet, alteri in eum  
irruenti occursat. Fit saltatio pugnam imitata.)

559 καί, συκοφάντης; εἴ τις ἦν, ὠνείδισας;

556. ἡμῖν] ἡμῖν R alii, quod quo magis urbanum eo minus huic loco aptum  
duco (cf. comment.). Muller νοῦς γὰρ ἡμῖν οὐκ ἔνι;

559. Delevi (a. 1885), item Bursian, nimis fortasse audacter, nam unde irrep-  
serit dicere non habeo; sed impetrare a me non potui ut in contextu relinquerem  
versum sensu idoneo carentem, cum praesertim *duos*, non *tres* versus poetam  
coryphaeo nunc tribuisse contextus videatur testari. Dubito autem utrum inter-  
polator, quisquis fuit, haec ita intellegi voluerit ut interpretantur scholia: *et si  
quis nostrum tunc temporis sycophanta fuit, nunc id nobis exprobras? an: et ista tu  
nobis exprobras, qui sycophanta es si quis alius?*

562. αὐτὰ χρῆν] αὐτ' (ταῦτ' R) ἐχρῆν codd.

563. οὔτι Bentley] οὐδὲ codd.

564. θενεῖς; R] θένεις; cett.

556. Verbis cothurnatis perridicule  
subiungitur dictum vel nimis socco ap-  
tum: *mente igitur capti estis*<sup>1)</sup>.

557. ἐπίτριπτε] vid. ad Nub. 1004.

558. ταυτὶ] *mente nos carere* scilicet.

560. καὶ . . . γε] vid. ad Ran. 49.

— ἄπερ λέγει] vid. ad Eq. 213.

561. δίκαια] cf. vs. 500.

563. ἀλλ' οὔτι χαίρων] vid. ad Ran. 843.

564. οὔτος; σὺ, ποῖ θεῖς;] vid. ad Vesp. 1.

565. ἀρθῆσει *sublimis raperis*<sup>2)</sup>. Cf. μέ-  
σος; ἔχουσθα<sup>3)</sup> et vid. ad Eq. 1362 sq.

<sup>1)</sup> *Jelut lijkt wel niet wijs*. Cf. Lys. 572. Euripidea non esse haec verba ipsi  
docent numeri (— | — | —); vid. ad vs. 440. De similibus autem apud Aristophanem  
dictis vid. ad Eq. 1119 sq. — <sup>2)</sup> Cf. Plaut. Amph. I 1, 205: *auferere, non  
abibis, si ego fustem sumptero*. — <sup>3)</sup> Vs. 571; vid. ad Ran. 469 et ad Nub. 551.

## HMIXOPION A.

(Cantus.)

ἰὼ Λάμαχ', ὃ βλέπων ἀστραπάς,  
 βοήθησον, ὃ γοργολόφα, φανείς!  
 ἰὼ Λάμαχ', ὃ φίλ', ὃ φυλέτα!  
 εἴτ' ἔστι ταξίαρχος ἢ στρατηγὸς ἢ

566. ὃ Hermann] ἰὼ codd.; cf. vs. 568.

569. εἴτ' ἔστι Fritzsche] εἴτε τις ἔστι R et plerique, εἴτ' ἔστι τις pauci; desunt autem in R verba ταξίαρχος ἢ. Elmsley εἴτε τίς ἔστι ταξίαρχός τις ἢ, ut versum dochmiacum efficeret, iteratum τις defendi posse putans coll. Ran. 912 Eur. Hec. 1178 Or. 1218 Soph. Trach. 943; quem secutus Blaydes dedit εἴτε πάρεστι ταξίαρχός τις ἢ. Sed vox στρατηγός ei demum molesta potest videri qui — cum Elmsleo

566—571. De metro vid. ad Vesp. 730. Invocat nunc chorus *taxiarchum suae tribus*<sup>1)</sup>, ut tumultum, qui coortus est, vi armorum coerceat. Fuit igitur Lamachus, ut Acharnenses, tribus Oe- neidis; quae vero cum nostro loco pug- nare olim credebatur inscriptio, plane hinc est aliena<sup>2)</sup>. *Taxiarchi* autem mu- nere Lamachum nunc fungi in scena et in exercitu hoc anno esse functum<sup>3)</sup>, etiamsi non testaretur horum versuum contextus, effici posset e Pacis versu quodam cum nostro loco collato; ibi enim crista triplex, quali Lamachus nunc est ornatus<sup>4)</sup>, taxiarchi dicitur insigne: ταξίαρχον... τριῖς λόφους ἔχοντα καὶ φρονικὸν ὀξεῖαν πάνυ<sup>5)</sup>. Et infra lu- culenter patet neque *praetorem*<sup>6)</sup> eum esse neque *centurionem*<sup>7)</sup>, a praetoribus

enim iubetur cum centuriis suis — plu- res igitur habet — contra hostes profi- cisci<sup>8)</sup>. — Decem taxiarchi, ut nemo ne- scit, suffragiis creabantur quotannis, sin- guli suae tribus militibus praepositi<sup>9)</sup>.

566. βλέπων ἀστραπάς] sic in epica dictione πῦρ ὀφθαλμοῖσι δόδορκεῖναι dicitur aper ad incitas redactus<sup>10)</sup>. Cf. etiam πνεῖν πῦρ et similia<sup>11)</sup>. De verbo βλέπειν vid. ad Ran. 562.

567. γοργολόφα] qui admirationem cives hostesque territas τῷ γοργῷ τῶν λόφων<sup>12)</sup>. *Minervae* hoc est epitheton Eq. 1181; quae alibi ab oculorum fulgore dicitur γοργῶπις<sup>13)</sup> et χρυσολόφις<sup>14)</sup>. Nostro loco epithetone γοργολόφας; lyricae dictionis ter- minatione est ornatus<sup>15)</sup>.

569. εἴτ' ἔστι ταξίαρχος] vel si alius adest *taxiarchus*<sup>16)</sup>.

1) ὃ φυλέτα! o mi tribulis! Redit vox Av. 368. — 2) CIA. I 180—183, Dittenb. Delect. 36<sup>28)</sup>. Ex cuius lapidis auctoritate demi Cephalae, tribus igitur Aeamanti- dis, Lamachum fuisse fuere qui perhiberent; at non [στρο]μεγοῖς Λαμάχοι Κεφαλήθεν sed [Τεισί]αι Τεισιμάχο Κεφαλήθεν scriptum esse postea est intellectum. — 3) Pri- mus ni fallor sic statui in huius editionis proecodosi, nunc eandem reperio senten- tiam apud Bauerum in Mulleri Enchiridio IV (a. 1887) p. 269. — 4) Cf. vs. 965, 1109. — 5) Pac. 1172 sq., quem locum etiam supra ad vs. 112 attuli. Etiam Pac. 395 huc facit. — 6) Vid. ad vs. 593. — 7) Hoc putabat Müller Strübing. — 8) Vs. 1073 sq. — 9) Cf. [Aristot.] Rep. Ath. 61: χειροτονοῦσι ταξίαρχους δέκα, ἓνα τῆς φυλῆς ἐκείνης, ὁστος δ' ἡγέται τῶν φυλετῶν, καὶ λοχαγούς καθίστησιν, et vid. e.g. Thucyd. VIII 92 § 4. — 10) Hom. τ 446. — 11) Xen. Hell. VII 5 § 12 Ran. 1016 etc. — 12) Cf. adiectivum γοργόνωτος; infra vs. 1124. Acerbe admodum Menelaus εἰς γυναικα γοργός δαλίτης φανείς dicitur ab Andromacha Eur. Andr. 458. — 13) Soph. Ai. 450. Item Typhoei oculis tribuitur γοργωπὸν σέλας Aesch. Prom. 356. — 14) Lys. 344. — 15) Vid. ad Eq. 1331. — 16) Itaque εἴ τις id quod ὅστις valet; nam non recte perhibebat Elmsley sic addendum fuisse ἄλλος.

570

τειχομάχας ἀνὴρ, βοηθησάτω  
τις ἀνύσας, ἐγὼ γὰρ ἔχομαι μέσος.

## SCENA DECIMA TERTIA.

(Lamachus armatus e domo sua procurrit; clipeum habet capite Medusae ornatum, et galeam triplici crista binisque utrinque plumis insignem; praeterea gladium hastamque tenet.)

Dicaeopolis, Chorus, Lamachus.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

(voce altissima et minaci:)

πόθεν βοῆς ἤκουσα πολεμιστηρίας;  
ποῦ γρὴ βοηθεῖν; ποῦ κυδοιμὸν ἐμβαλεῖν;  
τίς Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(ficta cum admiratione eum intuens, secum:)

575

ὦ Λάμαχ' ἦρως, τῶν λόφων καὶ τῶν πτελῶν!

Blaydesio aliis — Lamachum ipsum *strategi* munere nunc fungi sumit; qui vero mihi assensus *taxiarchum* eum induci statuit (vid. commentarius), is concedat oportet aptam gradationem inesse verbis *ταξιαρχος* — *στρατηγός* — *τειχομάχας ἀνὴρ*: *alius quidam e taxiarchis* — *strategus* — *heros denique aliquis*. Praeterea iure observavit HSchmidt, versus 568 sq. *senarios* olim fuisse videri, versus igitur 489—495 et 566—571 sibi respondisse. Quod quomodo fieri potuerit ut ostendam, haec adseribam e. g.: \*ὦ Λάμαχ', ὦ φίλ', ὦ φυλέτα, | βοήθησον, ὦ γοργολόφα, φανείς! | δεῦρ' ἐλθέ, δεῦρο Λάμαχ', ἀστραπὴς βλέπων! | εἴτ' ἔστι ταξιαρχός ἢ στρατηγός ἢ | τειχομάχας ἀνὴρ πτε. — Subsimitis denique est Thesm. 833, quo loco item Lamachi fit mentio: *ταξιαρχὸν ἢ στρατηγόν*.

570. *τειχομάχας* Dobree] -χος codd., *πεξομάχας* Hamaker, nimis „pedestre” vocabulum proponens. Simile in codd. est vitium Eq. 1331.

571. *τις* *τι* Elmsley non recte, nam frequentissimum quidem est *ἀνύσας τι*, sed *τι ἀνύσας* est inauditum; aptissimum autem est *τις* (vid. comment.).

575. Versus in R est chori, in ceteris codd. Dicaeopolidis; Hemichorio tri-

571. *ἀνύσας*] vid. ad Vesp. 30 et ad Ran. 606.

— *ἔχομαι μέσος*] vid. ad Ran. 469 et ad Nub. 551.

573. *κυδοιμὸν*] vid. ad Nub. 616. In Pace fabula Belli minister nomen proprium habet *Κυδοιμὸν*<sup>1)</sup>.

574. *Gorgoniis caput*, quo Lamachi clipeus, ut Minervae<sup>2)</sup> vel Agamemnonis

illius<sup>3)</sup>, est ornatus, infra saepius commemoratur<sup>4)</sup>. Etiam in Lysistrata de bellatore aliquo — non Lamacho, qui mortuus erat tunc temporis, — dicitur: *ἔταν ἀσπίδ' ἔχων καὶ Γοργόνα τις, καὶ ἔων ἄνῃται κοραζίου*<sup>5)</sup>.

— *σάγματος*] vid. ad Vesp. 1142.

575. *ἦρως*] ut semideum alloquitur Lamachum<sup>6)</sup>. Honorifico autem hoc

<sup>1)</sup> Pac. 255. — <sup>2)</sup> Hom. E 741. — <sup>3)</sup> Hom. A 36. — <sup>4)</sup> Vs. 582, 964, 1095, 1131, 1181; cf. etiam Pac. 474, 561. — <sup>5)</sup> Lys. 560. — <sup>6)</sup> Item vs. 578.



## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(Dicaeopolidem indicans:)

ὦ Λάμαχ', „οὐ γὰρ οὗτος ἄνθρωπος πάλαι  
 ..ἔπασαν ἡμῶν τὴν πόλιν κατοροθεῖ;“

## ΛΑΜΑΧΟΣ.

(ut supra:)

οὗτος σύ, τολμᾶς πτωχὸς ὦν λέγειν τάδε;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(ut supra, voce supplicii et submissa:)

ὦ Λάμαχ' ἦρωσ, ἀλλὰ συγγνώμην ἔξε,

buit Brunck, del. Hamaker, e vs. 578 et 1075 concinnatum esse temere statuens. || *λόφων... πτελων!*] *φιλων... λόφων* R, *λόφων... λόγων* (ut vs. 1075) cett. sine sensu, non enim *λόγοις* suis stipatus in scenam prodit Lamachus. Usus sum emendatione Thierschii, nisi quod *πτελων... λόφων* scribebat ille, fortasse recte. Cf. Pac. 395: *Πεισάνδρου... τοὺς λόφους καὶ τὰς ὄφρῦς*. *Admirantis* autem hic est genitivus; quem quominus a voce *ἦρωσ* suspendamus, obstat vis verborum, *ἦρωσ* enim — vox tragica — ita usurpari non potuit. Concidunt igitur quae de hoc loco disputavit Müller Strübing Ar. p. 500 sqq.: Lamachum cum *heroem cristarum et centuriarum* nunc dici tum *heroem collium et insidiarum*, quippe qui expeditioni in Aetolia adfuisset, in qua colles („kopjes“) insidiaeque militibus Atheniensibus quamplurimum nocuerant (Thucyd. III 98 § 1, 107 § 3, 112 § 6).

576. *ἄνθρωπος*] *ἄνθρ.* codd.

577<sup>b</sup>. Del. Valckenaer, versibus 558 et 593 nimis similem ratus, Lamachum autem nondum audivisse quae dixit Dicaeopolis. Atqui in verbo *κατοροθεῖν* insunt omnia.

nomine, quo ioculariter nunc utitur poeta, mortuum eum serio designavit in Ranis<sup>1</sup>).

— *τῶν λόφων καὶ τῶν πτελων!*] de genitivi hoc in exclamationibus usu vid. ad Nub. 153 et Vesp. 161. Conferri possunt quae in Pace fabula ad Mercurium dicit Trygaeus: *εἴ τι Πεισάνδρου βδέλυττει τοὺς λόφους καὶ τὰς ὄφρῦς*<sup>2</sup>), de ipsa autem Pacis dea dicitur: *ἡμῶν τοὺς λόφους ἀφείλε καὶ τὰς Γοργόνας*. Triplici crista quatuor-que plumis, quibus taxiarchi galea ornata est, perterritum se fingit Dicaeopolis, minime tamen metuens ista *σήματα καὶ λόφους*, quae *ὄχ ἐλκοποιὰ εἶναι* probe sibi,

perinde atque Eteocles ille, est conscius<sup>3</sup>).

576. *οὐ γὰρ*] vid. Vesp. 682.

577. *κατοροθεῖ*] tragicum hoc est verbum<sup>4</sup>), quo noster nisi per parodiam<sup>5</sup>) uti non potuit. E Telepho igitur fabula desumptum esse quivis suspicetur, et ita esse docet scholion. Etiam praecedentem autem versum comicus inde duxit, nisi fallor.

577<sup>b</sup>. *τάδε*] *ταῦτα* vel *τοιαῦτα* (i. e. *κακά*) quoniam in sermone quotidiano requiritur potius, e Telepho fabula hunc quoque versum desumptum esse suspicor.

578. *ἦρωσ*] cf. vs. 575.

<sup>1</sup>) Ran. 1039, ubi vid. — <sup>2</sup>) Pac. 395; cf. Ran. 925. — <sup>3</sup>) Aesch. Sept. 405. —

<sup>4</sup>) Eur. Alc. 707 Hipp. 340; cf. etiam Soph. El. 597 et vid. ad Eq. 546. —

<sup>5</sup>) Ut Thesm. 896.

εἰ πτωχὸς ὢν εἶπόν τι καὶ ἐστωμυλάμην.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

(ut supra:)

580

τί δ' εἶπας ἡμᾶς; οὐκ ἔρεῖς;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐκ οἶδ' ἔτι

ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ τῶν ὅπλων εἰλιγγιῶ.

ἀλλ' ἀντιβολῶ σ', ἀπένεγκέ μου τὴν μορμόνα.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

ἰδοῦ.

(Clipeum ponit.)

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

παράθες νυν ὑπίαν αὐτὴν ἐμοί.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

κεῖται.

(Inversum deponit clipeum.)

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

φέρε νυν ἀπὸ τοῦ κράνουσ μοι τὸ πτερόν.

580. οἶδ' ἔτι Blaydes] οἶδά πω codd., Bergk οἶδα. ΛΑΜ. πῶς; An \*οἶδ' ἐγώ? Quod vero coll. Soph. Phil. 580 nunc dubitat Blaydes an sana sit vulgata, non ei assentior; illic enim aptissimum est οὐκ οἶδά πω, *nondum novi*, nostro vero loco non item. Nam dicere si volebat Dicaeopolis *prae melu recordari se non statim posse*, aliter haec erant enuncianda.

581. εἰλιγγιῶ Suid. s. v.] ἡλιγγιῶ R, ἰλ. cett.; cf. vs. 1218.

583. ἐμοί.] ΛΑΜ. ἰδοῦ Meineke.

584. τὸ πτερόν] vix integrum; τι πτερόν schol., Meineke δὲς πτερόν, sed δὲς μοι πτερόν potius Aristophaneum esse ordinem verborum docuit Bachmann, et sic dedit Blaydes.

581. ὑπὸ τοῦ δέους] vid. ad Nub. 835.

— εἰλιγγιῶ] *vertigine laboro*<sup>1)</sup>; cf. *σοτοδιτύν*<sup>2)</sup>, *ώρακιῶν*<sup>3)</sup>, *λιποφυχεῖν*<sup>4)</sup>, et de verbis in *-ιῶν* vid. ad Vesp. 8 Nub. 183.

582. τὴν μορμόνα] hac voce, de qua vid. ad Ran. 925, gorgoneum, quo La-

machi clipeus est ornatus<sup>5)</sup>, etiam in Pace<sup>6)</sup> ridicule designatur.

583. Etiam in Lysistrata clipeus pronus ponitur humi, alio tamen quam nostro loco consilio<sup>7)</sup>.

584. φέρε] vid. ad Ran. 498.

<sup>1)</sup> Verbum redit vs. 1218. De prima syllaba vid. Schanz ad Platon. VII p. 1. — <sup>2)</sup> Vs. 1219 Plat. Theaet. 155c Leg. 663b, 892e; idem *σοτοῦσθαι* dicitur Plat. Protag. 339e. Cf. etiam Homericum *στρεφιδίνθηεν δέ Φοι ὄσσε II* 792. — <sup>3)</sup> Vid. Ran. 481. — <sup>4)</sup> Thucyd. IV 12 § 1 Xen. Hell. V 4 § 58 etc. — <sup>5)</sup> Cf. vs. 574. — <sup>6)</sup> Pac. 474. — <sup>7)</sup> Lys. 185. Cf. etiam Xen. Hell. V 4 § 18.

585

ΛΑΜΑΧΟΣ.  
 τουτὶ πτίλον σοι.  
 (Plumam e galea evulsam ei praebet.)

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τῆς κεφαλῆς νύν μου λαβοῦ,  
 ἵν' ἐξεμέσω βδελύττομαι γὰρ τοὺς λόφους.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

οἷτος. τί δράσεις; τῷ πτίλῳ μέλλεις ἐμῆιν;  
 πτίλον γὰρ ἔστιν —

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

εἰπέ μοι, τίνος ποτὲ  
 ὄρνιθος ἔστιν; ἄρα κομπολακύθου;

ΛΑΜΑΧΟΣ.

(resumto clipeo:)

590

οἴμ' ὡς τεθνήξεις!

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

μηδαμῶς, ὦ Λάμαχε!

588 sq. In codd. totus vs. 588 est Dicaeopolidis, signo interrogandi in fine addito; in vs. 589 autem est ΛΑΜ. ὄρνιθος ἔστιν. ΔΙ. ἄρα κ. Recte distribuit Elmsley, nisi quod verba πτίλον γὰρ ἔστιν reliquit Dicaeopolidi signoque interrogandi clausit. Quod vitium correxit Bothe.

590. τεθνήξεις; Dawes] -σει R, sic vel -ση vel -ξει (-ζη) cett.; vid. ad Nub. 1436.

— τὸ πτερόν] *illam pennam* quam manu indicat. Nisi corruptus est textus<sup>1)</sup>.

586. *Animo male fit: contine quae so caput* (Plaut. Rud. II 6, 26). Vid. ad Nub. 907.

— βδελύττομαι] βδελυγμία μ' ἔχει, *nausea oboritur* cum ista adspicio. Integra sua vi nunc verbum utitur<sup>2)</sup>, saepe autem βδελύττομαι τι vel τινα significat *abominari*<sup>3)</sup> quae sunt βδελυγὰ sive *turpia*<sup>4)</sup>.

587. Derideri se nunc demum intellegit Lamachus, non enim clipeum prosterni iussisse rusticum ne fulgore signi terrifici oculi praestringerentur, sed ut

λεκάνης usum sibi praestaret; neque admirandum eum plumam sibi petiisse ex splendida bellatoris galea, sed ut gulae suae eam immitteret<sup>5)</sup>. Simillimus de *lorica* est iocus in Pace fabula<sup>6)</sup>.

— τῷ πτίλῳ μέλλεις ἐμῆιν;] *hoccine consilio plumam petiisti ut vomitum ea sollicitares?*

588. Dicturus erat Lamachus: „πτίλον γὰρ ἔστι στρούθου!”<sup>7)</sup> pulcherrima scilicet et pretiosissima est pluma. Sed Dicaeopolis interpellat dicentem.

589. κομπολακύθου] *ridiculum nomen*<sup>8)</sup> infra redit<sup>9)</sup>; cf. verbum *κομπολακύν*<sup>10)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. annot. crit. — <sup>2)</sup> Item Vesp. 792. — <sup>3)</sup> *Walgen*. Vid. vs. 599 Eq. 252 Nub. 1133 Pac. 395 Plut. 700 etc.; cf. etiam Eq. 224. — <sup>4)</sup> *Walgelijk*. — <sup>5)</sup> Vid. ad Eq. 1150. — <sup>6)</sup> Pac. 1226 sqq. — <sup>7)</sup> Vid. vs. 1082 et 1105. — <sup>8)</sup> *Pochhaan*; cf. vs. 89. — <sup>9)</sup> Vs. 1182. — <sup>10)</sup> Ran. 961; vid. etiam ad Ran. 97.

οὐ γὰρ κατ' ἰσχύν ἐστιν. εἰ δ' ἰσχυρὸς εἶ,  
τί μ' οὐ κατεψώλησας; εὖοπλος γὰρ εἶ.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

ταυτὶ λέγεις σὺ τὸν στρατηγόν, πτωχὸς ὢν;

(Subito surgit Dicaeopolis abiectisque pannis vultu minaci Lamacho se opponit;  
qui tantam mutationem miratus et veluti stupore perculsus recedit.)

ΔΙΚΛΙΟΠΟΛΙΣ.

ἐγὼ γὰρ εἶμι πτωχός;

ΛΑΜΑΧΟΣ.

ἀλλὰ τίς γὰρ εἶ;

591. γὰρ] σου Scaliger, σὴν Bergk. || κατ' ἰσχύν] mallet \*κατὰ σὲ τοῦτ', nisi temeraria haec foret coniectura. || ἐστιν] σοῦστιν (σοὶ ἐστιν) Meineke (vid. ad Eq. 87).

592. οὐ κατεψώλησας Meineke] οὐκ ἀπεψώλησας codd.; cf. κατωγιγαρίζαι vs. 275. Hamaker probabiliter οὐ κατεσπόδησας, Bergk οὐκ ἀπεψίλωσας.

593. Spurium ducit Keck (Quaest. Ar. 1876 p. 22); cui non assentior; vid. comment.

591. οὐ γὰρ κατ' ἰσχύν ἐστιν] non enim vi agitur haec res<sup>1)</sup>, non enim id nunc agitur uter nostrum viribus plus valeat. Quid attinet in misellum mendicium viribus tuis abuti!

592. τί... οὐ...;] *quin age...!* Vid. ad Eq. 1207.

— εὖοπλος] „telum” de quo nunc loquitur Dicaeopolis, gestu scurrili indicat. Eodem fere haec redeunt ac si Lamachum *ἐσοκίμαλίσεν*<sup>2)</sup>.

593. Dictionem tragicam in hoc versu<sup>3)</sup> agnosco. Qui totus e Telepho desumtus credi posset, si legeretur e. g.: „σὺ τὸν στρατηγὸν πτωχὸς ὢν λέγεις τὰδε;” nunc quominus Euripidi tribuamus obstat

cum iota *δεικτικόν* pronomini adhaerens tum quinti pedis conformatio<sup>4)</sup>. Vox *στρατηγός* autem non *praetorem* nunc significat, — nam *taxiarchi* munere fungitur Lamachus<sup>5)</sup>, — sed *belli ducem* i. u., ut assolet in dictione tragicorum<sup>6)</sup>. Quae verba ampullata magis etiam festiva fiunt si reputamus Lamachum paucis diebus postquam fabula nostra acta est verum strategum creatum esse in huius anni *ἀρχαιρεσίαις*<sup>7)</sup>, quae Lenaea proxime sequi solebant<sup>8)</sup>, nunc igitur multis dubium vix fuisse visum quin mox strategii nomine suo iure neque *τραγικῶς* sed *στρατιωτικῶς*; loquens esset usurus<sup>9)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. Aesch. Prom. 212, κατ' ἰσχύν *secundum robur* Eur. fr. 1035<sup>4)</sup>, πρὸς ἰσχύος χάριν Eur. Med. 538, κατὰ τὸ ἰσχυρὸν Herodot. I 212 Plat. Conv. 217c etc., κατὰ κράτος passim, πρὸς ἰσχύος κράτος Soph. Phil. 594. — <sup>2)</sup> Vs. 444 etc; vid. ad Nub. 653 sq. — <sup>3)</sup> Quocum ferri potest Ran. 841. — <sup>4)</sup> Vid. ad vs. 440. — <sup>5)</sup> Vid. ad vs. 566—571. — <sup>6)</sup> Vid. Soph. Ant. 8 Philoct. 264 Eur. Andr. 696 Phoen. 1371 Suppl. 102 etc. — <sup>7)</sup> Vid. Thucyd. IV 75. — <sup>8)</sup> Cf. [Aristot.] Rep. Ath. c. 44. — <sup>9)</sup> Non recte nostro loco usus est Müller Strübing in acutissima disputatione de tempore τῶν ἀρχαιρεσιῶν (Ar. p. 498 sqq.); quas *brevi ante* Acharnenses fabulam scenae

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

595 ὅστις; πολίτης χρηστός, οὐ σπουδαρχίδης,  
ἀλλ' ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος στρατωνίδης·  
σὺ δ' ἐξ ὅτου περ ὁ πόλεμος μισθαρχίδης.

## ΛΑΜΑΧΟΣ.

ἔχειροτόνησαν γὰρ με --

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

κόκκυγές γε τρεῖς.

600 ταῦτ' οὖν ἐγὼ βδελυττόμενος ἐσπεισάμην,  
ὀρῶν πολιούς μὲν ἄνδρας ἐν ταῖς τάξεσιν,

597. μισθαρχίδης] μισθαρινίδης; Meineke ingeniose et fortasse recte; nolui tamen mutare vulgatum, quod et apte explicari posse videtur et veris nominibus magis est simile.

598. γε Reiske] τε codd. (om. R).

595. χρηστός] cf. Ran. 179.

— σπουδαρχίδης] *candidatus*. Qui magistratum appetebat σπουδαρχίας solebat dici <sup>1)</sup>, et σπουδαρχῶν *ambire* significabat. Sed terminatione patronymica etiam Eupolis videtur esse usus <sup>2)</sup>.

596 sq. στρατωνίδης . . . μισθαρχίδης] analogiam vocis σπουδαρχίδου haec epitheta sequuntur; indicant autem τὸν στρατευόμενον et τὸν μισθοῦ ἄρχοντα. Etiam alibi terminatio patronymica ioculariter sic adhibetur <sup>3)</sup>. Vera autem nomina sono revocant, *Stratonides* enim virorum nomen erat, *Mistharchides* esse poterat certe, quoniam in -αρχίδης; composita nomina propria exibant. Itaque referenda haec sunt inter nomina, quae a comico eo sensu sunt usurpata, qui

primitus iis fuit proprius <sup>4)</sup>, aut in novam significationem iocose detorquentur <sup>5)</sup>. Vid. etiam infra nomina ficta hominum inter *ligna et labores et favillam* <sup>6)</sup> vitam terentium Μαριάδης, Εὐφοριδης, Πριινίδης <sup>7)</sup>.

598. κόκκυγές γε τρεῖς] sic *Aeschines* — Demosthenes ait — οὐδεὶς προσιδότης οἶμαι τὸ πρᾶγμα οὐδὲ φυλάττοντος, ὥσπερ εἶθε τὰ τοιαῦτα παρ' ὑμῖν γίνεσθαι, προβληθεὶς πυλαγόρας καὶ τριῶν ἢ τετάρων χειροτονησάντων αὐτὸν ἀνερορήθη <sup>8)</sup>. Cf. <ἀβελτερο>κόκκυξ ἡλιθίος; de homine factuo dictum Plat. com. fr. 64.

599. ταῦτα] obiectum est verbi βδελύττεσθαι <sup>9)</sup>.

600 sqq. Simillima argumentatione utitur Bdeleycleon in *Vespis* <sup>10)</sup>.

commissam habitas esse contendit, comicum autem versus 593—619 tunc festinante calamo conscriptos fabulae inseruisse (vid. etiam Zielinski Gliederung der altatt. Komödie p. 54—63). Quod si ita esset, fieri non poterat quin versus 1074 merae nugae viderentur spectatoribus, absurdus autem foret Lamachus prius *strategi*, dein vero *taxiarchi* — aut, quae Muelleri erat opinio, *lochagi* — insignibus ornatus in scenam procedens. — <sup>1)</sup> Xen. Conv. 1 § 4. — <sup>2)</sup> Eupol. fr. 234. — <sup>3)</sup> Vid. Ran. 841 sq., 966 Pherecr. fr. 219 κλεπτίδης(?), Plaut. Mil. I 1, 14 *Bombomachides Cluinistardysarchides*. — <sup>4)</sup> Vid. ad Vesp. 84, 401. — <sup>5)</sup> Vid. ad Vesp. 353. — <sup>6)</sup> Vid. ad vs. 350. — <sup>7)</sup> Vs. 609—612. — <sup>8)</sup> Dem. XVIII § 149. Nostrum locum vernacule non male sic reddas: *Ik ben gekozen . . . — Ja door kippen zonder kop!* — <sup>9)</sup> Vid. ad vs. 586. Deleta autem velim quae observavi ad Nub. 525, ubi verbi μίμψομαι obiectum esse ταῦτα nunc censeo. — <sup>10)</sup> Vesp. 682 sqq.



νεανίας δ' οἶος σὺ διαδεδρακότας  
 τοὺς μὲν ἐπὶ Θράκης μισθοφοροῦντας τρεῖς δραχμίας,  
 Τισαμενοφανείππου, Πανουργιππαρχίδας·  
 ἑτέρουσ δὲ παρὰ Χάρητι, τοὺς δ' ἐν Χάοσιν,  
 Γεηροθεοδώρους, Διομειλαζόνας,  
 τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ καὶ ἐν Γέλα καὶ ἐν Καταγέλα.

605

601. οἶος Γ<sup>2</sup>] οἶους cett.; aut οἶους σὲ dicendum est (cf. vs. 703 Nub. 349 Eccl. 465 Hermipp. fr. 79 Thucyd. VII 21 § 3 Xen. Hell. II 3 § 25 Soph. Trach. 444 etc.) aut οἶος σὺ.

605. Γεηροθεοδώρους] γηροθ. Reiske sine iusta causa, Χαρητοθ. dubitanter Blaydes. Nomen Ἰέρης Senecio extat Eccl. 932.

601. οἶος σὺ] de verborum structura vid. ad Ran. 303.

— διαδεδρακότας] *elapsos*<sup>1)</sup>, belli aenumnas detrectantes, dum legationes aliaque munera publica sine periculo obeunt. „Olim” — sic Aeschylus in Rannis — „cives nostri non erant διαδρασιποῖται neque ἀγοραῖοι neque κόβαλοι, sed armis valebant”<sup>2)</sup>.

603—606. *Tisamenus Phaenirrus* ceteri, qui suis fictisve nominibus h. l. designantur, ignoti nobis sunt; neque enim prosunt scholia neque recentiorum<sup>3)</sup> suspiciones satis videntur probabiles. Sed spectatoribus quin bene noti fuerint, minime est dubitandum<sup>4)</sup>.

604. *Chaonum* nomen, quod saepe his annis Athenis est commemoratum<sup>5)</sup>, veteranosam oscitationem et *Κεχηγναιοῦσ* nescio quos indicare videtur, sono enim τὸ χάοσειν καὶ κεχηγνέειν in mentem revocet<sup>6)</sup>. *Chares* autem quis sit nescimus<sup>7)</sup>, sed de certo aliquo homine Dicaeopolidem loqui quivis intellegit; nam sele-

ctum quidem est hoc nomen propter verbi *χαρῆσαι* similitudinem<sup>8)</sup>, ut *Χαιρίαισ* in *Vespis*<sup>9)</sup>, non vero ab ipso comico excogitatum. *Lachelem* autem ridicule sic designari, cuius nomen etiam in *Vespis* fabula ludendi praebet materiem, certum ducere<sup>10)</sup>, nisi Siciliae, ubi *Laches* bellum tunc gerebat, in versu 606 denovo fieret mentio.

605. *Διομειλαζόνας*] *scurras*, γελωτοποιούς. Vid. ad Ran. 651.

606. De *Camarina* rebusque Siculis vid. Prolegom. p. XVI sq. *Gelae* autem fit mentio propter verbi γελῶν sonum similem. Tertium nomen *Catagelam* iocose fictum esse ad vocum *καταγέλωτος* et *καταχρήνης* analogiam<sup>11)</sup>, observare pueret, nisi addi posset alter nostri iocus consimilis: ὑπὸ τοῦ γέλωτος εἰς Γέλαν ἀφίξομαι<sup>12)</sup>. Praeterea conferendae sunt annotationes, qualis est *μαχῶν καὶ Λαμάχων*<sup>13)</sup>. Etiam *Planti* iocus: *nunc ego nolo mi ex Gelasimo fieri te Catagelasimum*<sup>14)</sup> huc facit.

<sup>1)</sup> Cf. Herodot. VIII 75 Thucyd. VII 85 § 4. — <sup>2)</sup> Ran. 1014 sq. — <sup>3)</sup> Vid. Müller Strübing Ar. p. 529 sqq. Gilbert Beiträge p. 157 sqq. et cf. quae ad Vesp. 1301 sq. observavi. — <sup>4)</sup> Quod quomodo negare potuerint Muller et Ribbeck fabulae editores non intellego. — <sup>5)</sup> Cf. Prolegom. p. XVII et Eq. 78. — <sup>6)</sup> Vid. ad Eq. 651. Minime vero assentior iis qui „impudicitiam huiusmodi hominum hac voce notari” sive nostro loco sive Eq. 78 opinati sunt. — <sup>7)</sup> Nam nihil prodest priscum illum Tichiusssae regulum Charetem (IGA. 488) in memoriam revocasse. — <sup>8)</sup> *Jan-plezier*, *Loustic*. — <sup>9)</sup> Vesp. 687. — <sup>10)</sup> In scholiis ad Vesp. 909, quo loco *Labetis* (i. e. *Lachetis*) fit mentio, revera legitur: διὰ δε Χάρητα πάλιν τοῦτο λέγει, iterumque ad vs. 924: παρ' ὑπόνοιαν εἶπε διὰ τὸν Χάρητα. — <sup>11)</sup> Vid. vs. 76. — <sup>12)</sup> Fr. 618. — <sup>13)</sup> Vid. vs. 269 sq. — <sup>14)</sup> Stich. IV 2, 50.

## ΛΑΜΑΧΟΣ.

ἔχειροτονήθησαν γάρ.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

αἴτιον δὲ τί

ὑμᾶς μὲν ἐπὶ μισθοφορεῖν ἀμυγγέπμ,  
τωνδὲ δὲ μηδέν;

(Ad unum e choreutis sibi adversantibus:)

ἔτεόν, ὦ Μαριλάδι.

610

ἤδη πεπρέσβευκας σὺ πολὺς ὦν;

(Nutu capitis negat Marilades.)

ἐνί,

ἀνένευσε· καίτοι ἐστίν γε σώφρων καὶ ἐργάτης.

(Ad ceteros choreutas:)

τί δαὶ Δράκυλλος; ἢ Εὐφορίδης; ἢ Πρωιδής;

608. ἀεὶ R] ἡδὴ plerique. || μισθοφορεῖν] -ροῦντας R. || ἀμυγγέπμ] -που R alii.

610. ὦν; ἐνί Elmsley] ὦν; ἐνη R, ὦν; ἐνή Suidas, ὦν ἐν ἡ codd. multi; schol. ἐνη interpretantur ἐν πολλοῦ (adv. adiectivi ἐνος sen-, vid. ad Nub. 1134). Secutus sum Elmsleium, qui voculam ἐνί pro forma aliunde ignota particulae ἤν habet; probabilius tamen videtur Blaydesii opinio, litteras ἐνη ex ἀνένευσε natas esse. Qui criticus ὦν ἀνήρ; edidit, sed inutile est ἀνήρ, temporis autem indicium (*dudum*) desidero; quapropter \*ὦν πάλαι malim equidem, quae non nimis audax fortas-e est coniectura, quoniam πάλαι post πολὺς excidere facile potuit.

611. ἐστίν γε Elmsley] γ' ἐστὶ codd.; particulas καίτοι γε nulla voce interposita non coniungi docuit Elmsley. Nascens vitium deprehenditur Nub. 876; καίτοι ἐστὶ legitur Vesp. 599.

612. δαὶ Δράκυλλος] δ' Ἀνθράκυλλος Reiske, ut hoc quoque nomen ad rem carbonariam referri possit. Quem verum vidisse velis, venustissima enim est coniectura; cum tamen Δράκης nomen plebeium a nostro bis sit adhibitum (Lys. 254 Eccl. 293), ubi nominatim item compellantur choreutae, non sum ausus mutare illius nominis deminutivum, quod nostro loco est traditum. || ἢ Εὐφ. Elmsley] καὶ Εὐφ. codd.; soni ἢ ἐδ- confluant etiam Nub. 1084 Ran. 169 Eur. El. 1097, ἢ εἰς Ran. 186 sq. et saepius.

608. ὑμᾶς] τοὺς νεανίας.

609—612. De choreutis nominatim compellatis vid. ad vs. 220.

609. ἔτεόν] vid. ad Vesp. 8.

— Μαριλάδη] vid. ad vs. 596 sq. et ad Vesp. 84, 401.

610. ἡδὴ πεπρέσβευκας] vid. ad Nub. 766 sq.

— ἐνί] ita si scribendum, voculam aliunde ignotam idem quod ἤν en <sup>1)</sup> significare sumamus oportet; sed. vid. annot. crit.

<sup>1)</sup> Eq. 26 etc.

εἶδέν τις ὑμῶν τὰ Ἐκβάταν' ἢ τοὺς Χάοντας;

(Negant.)

οὐ φασίν. ἀλλ' ὁ Κοισύρας καὶ Λάμαχος,  
615 οἷς ὑπ' ἐράνων τε καὶ χρεῶν πρόην ποτέ,  
ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἐσπέρας,  
ἀπαντες „ἐξίστω“ παρήγουν οἱ φίλοι.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

ὦ δημοκρατία, ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά;

613. εἶδεν] οἶδεν R alii non recte. Perfectum quidem in talibus erunciatis eodem iure adhibetur quo aoristus (cf. vs. 610), sed aliena hinc est *sciendi* notio, dicendum igitur erat *έόρακας*, ut Nub. 767 (ubi vid. comment.).

615. ὑπ' ἐράνων] ὑπὲρ ἐράνου codd., eed e scholii ad vs. 617 verbis (in R omissis) καταχρησῖς οὖν ὑπὸ τε ἐράνων καὶ ἀφλημάτων praepositionem restituit Bentley, pluralem Reisig.

616. ἀπόνιπτρον] ποδάνιπτρον Blaydes coll. fr. 306. || ἐκχέοντες] dubitanter propono \*ἐκχέων τις.

613. Cf. Vesp. 1139.

— εἶδεν] vid. ad Nub. 386.

— τὰ Ἐκβάτανα] vid. ad Eq. 1088 sq.

614. ὁ Κοισύρας] *Coesyrae filius* quis sit et cur hoc nomine nunc designetur nescimus <sup>1)</sup>. Sumi solet significari hominem aliquem e gente Alcmeonidarum; *Megaclem* autem illum, cuius in Nubibus aliquoties fit mentio <sup>2)</sup>, intellegendum esse perhibent scholia; at senex hoc tempore erat *Megacles* <sup>3)</sup>, omnino autem desidero argumenta quibus demonstraretur de Alcmeonida aliquo hoc esse dictum. Quod si constaret, fortasse *Muellero Struebing* <sup>4)</sup> concedi posset *Hippocratem* Aripbronis filium rideri, qui hoc anno duobusque sequentibus strategus fuit et ad Delium est occisus. De *Alcibiade* iuvene opibus affluente <sup>5)</sup> cogitandum non videtur.

615. ἐράνων] sic dicuntur *pecuniae sodalibus debitae* sive propter cenam communi sumtu institutam <sup>6)</sup> sive alias ob causas <sup>7)</sup>.

— χρεῶν] tam pauperem fuisse *Lamachum* ferunt, ut ne sagum quidem calceosve suo sumtu emere potuerit <sup>8)</sup>. Quamquam comicorum iocis haec quoque sunt simillima.

616. ἀπόνιπτρον] *aquam qua manus post cenam purgarunt conviviae* <sup>9)</sup>. Cf. voces ποδάνιπτρον et λούτρον in fr. 306: μήτε ποδάνιπτρον θύραζ' ἐκχεῖτε μήτε λούτρον <sup>10)</sup>.

617. ἐξίστω] *cave tibi!* <sup>11)</sup>.

618. Tragicum colorem habet huius versus exitus. Sic *Philoctetes* apud *Sophoclem* <sup>12)</sup>: ὦ *Λημιὰ* χθῶν καὶ τὸ παγκρατὲς σέλας | *Ἠφαιστότευκτον*, ταῦτα δῆτ' ἀνασχετά; Itaque veri non dissimile, e tragoedia esse desumptum, de *Telepho*

<sup>1)</sup> Vid. ad Nub. 48 et 800. — <sup>2)</sup> Nub. 46, 70, 124, 815; vid. etiam fr. 106(?). —

<sup>3)</sup> Vid. stemma Alcmeonidarum ad Nub. 46. — <sup>4)</sup> *Aristoph.* p. 523. — <sup>5)</sup> Qui suo nomine designatur vs. 716. — <sup>6)</sup> Vid. infra vs. 1210 sq. — <sup>7)</sup> *Clubschulden*; cf. *Böckh Staatshaush.* I<sup>3</sup> p. 346 sq. — <sup>8)</sup> *Plut. Mor.* 822 et *Nic.* 15, vid. etiam *Alc.* 21. — <sup>9)</sup> *ἀπειψατο*, vid. *Eq.* 357 *Vesp.* 1217. Rem tangit etiam *Iuvenalis* III 262. — <sup>10)</sup> Vid. ad *Eq.* 1401. — <sup>11)</sup> *Berg u!* Vid. de verbi usu *Lys.* III § 8 et ad *Ran.* 354. — <sup>12)</sup> *Philoct.* 986.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐ δῆτ', ἔὰν μὴ μισθοφορῇ γε Λάμαχος.

## ΛΑΜΑΧΟΣ.

620 ἄλλ' οὖν ἐγὼ μὲν πᾶσι Πελοποννησίοις  
 αἰὲ πολεμήσω, καὶ ταράξω πανταχῆ  
 καὶ ναυσὶ καὶ πεζοῖσι κατὰ τὸ καρτερόν.  
 (Domum abit.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἔγὼ δὲ κηρύττω γε Πελοποννησίοις  
 ἅπασι καὶ Μεγαρεῦσι καὶ Βοιωτίοις  
 625 πωλεῖν ἀγοράζειν πρὸς ἐμέ — Λαμάχῳ δὲ μί.  
 (Intrat suam domum.)

## PARABASIS CHORI.

(vs. 626—718.)

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

Commation.

ἀνὴρ νικᾷ τοῖσι λόγοισιν, καὶ τὸν δῆμον μεταπέθει  
 περὶ τῶν σπονδῶν. ἄλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίστοις ἐπίωμεν.

(Ad spectatores convertit se chorus.)

623. γε] γε καὶ R et plerique.

626. ἀνὴρ] ἀνὴρ codd.

627. τοῖς ἀναπαίστοις R] τοὺς ἀναπαίστους; complures (ut Eur. Hel. 165).

autem fabula quivis statim cogitaverit.

Ceterum cf. Avium versus: ὃ δημοκρατία, ποῖ προβιβᾶς ἡμῶς ποτε; <sup>1)</sup> Vid. etiam Plut. 898: ταῦτ' οὖν ἀνασχέτ' ἐστὶν κτέ.;

620. ἀλλ' οὖν] vid. ad Nub. 985.

621. ταράξω] turbas edam. Verbum intransitive est usurpatum, ut Eq. 692 alibi <sup>2)</sup>).

622. πεζοῖσι] sc. στρατοῖς, expeditionibus terrestribus.

— κατὰ τὸ καρτερόν] vid. ad vs. 591.

623—625. Cf. vs. 720—722.

625. πωλεῖν ἀγοράζειν] vid. ad Ran. 857.

626. Vid. ad Vesp. 726.

627. ἀποδύντες] ponunt choreutae tribones et scipiones, non enim partes aliquas iam gesturi sunt, sed suo nomine cives suos allocuturi. Eandem ob causam agricolae, qui Pacis fabulae chorum efficiunt, parabasim cum incepturi sunt ponunt instrumenta rustica, quibus muniti orchestram intrarunt <sup>3)</sup>. Alieni hinc sunt loci ubi choreutae abiciunt pallia quo sint expeditores <sup>4)</sup>.

— τοῖς ἀναπαίστοις ἐπίωμεν] vid. Eq.

50† et de verbo ἐπίεμα Ran. 897.

<sup>1)</sup> Av. 1570. — <sup>2)</sup> Vid. ad Eq. 251. — <sup>3)</sup> Pac. 729 sq. — <sup>4)</sup> Vesp. 408 Lys. 615, 662, 686 Thesm. 656.

## Parabasis.

ἔξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν,  
 οὐπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον λέξων ὡς δεξιός ἐστιν  
 (330) διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐν Ἀθηναίοις ταχυβούλοις,  
 ὡς κωμῶδεϊ τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ τὸν δῆμον καθυβρίζει,  
 ἀποκρίνεσθαι δεῖται νυνὶ πρὸς Ἀθηναίους μεταβούλους.  
 φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιός ἡμῖν ὁ ποιητής,  
 παύσας ἡμᾶς ξενικοῖσι λόγοις μὴ λίσαν ἔξαπατᾶσθαι,

631. ἡμῶν] ἡμῶν Fritzsche male, ipsi enim cives sunt qui loquuntur.

633. ἄξιός] αἴτιος; Bentley Dawes, ut in codd. est vs. 641; cf. etiam vs. 1062. Sed vid. comment. || ἡμῖν R] ἡμῖν cett.

634. παύσας] πείσας Reiske non recte. || ἡμᾶς R] ἡμᾶς complures.

628. τρυγικοῖς] vid. ad Vesp. 650.

— διδάσκαλος] sic dicitur is qui fabulam docuit<sup>1)</sup>, *Callistratus* igitur nunc significatur si ad litteram haec accipiuntur<sup>2)</sup>, revera tamen ad ipsum poetam<sup>3)</sup> a spectatoribus haec referri Aristophanes voluit. Sic supra<sup>4)</sup> promissum dedit coryphaeus, quo sequenti anno ipse stetit Aristophanes.

629. παρέβη πρὸς τὸ θέατρον] vid. ad Eq. 508.

— δεξιός] vid. ad Vesp. 1265.

630—632. ταχυβούλοις... μεταβούλους] idem in Ecclesiazasis de civibus suis testatur Chremes: ἐγὼ οἶδα τούτους χειροπονοῦντας μὲν ταχύ, | ἄτ' ἂν δὲ δόξῃ, ταῦτα πάλιν ἀρνούμενους<sup>5)</sup>, et Isocrates τῇ πόλει αἰτ' ἀπολλύει μετεμίλησε τῶν κρίσεων τῶν μετ' ὀργῆς καὶ μὴ μετ' ἐλέγχου γενομένων<sup>6)</sup>. Cuius rei exempla luculentissima praebent multa Pericli indicta<sup>7)</sup> et sententia de Mytilenaeis lata<sup>8)</sup>. Noster autem saepius dixit *δυσβολίαν* quandam esse Atheniensibus, sed quae ipsi

deliquerint deorum favore in melius converti solere<sup>9)</sup>.

631. Cf. vs. 377—382 et 515.

— τὴν πόλιν... καὶ τὸν δῆμον] vid. ad Eq. 812.

632. ἀποκρίνεσθαι] *defendere se*, ut apud Eupolidem nescio quis dicebat: ἡμῖν ἐγὼ | πρὸς πάντ' ἀποκρινόμεναι τὰ κατηγορούμενα<sup>10)</sup>.

633. Item noster biennio post: ἀδικεῖσθαι γάρ φησιν πρότερος πόλλ' αὐτοὺς εὖ πεποικώς<sup>11)</sup>. Quod autem comicum πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιον nunc dicit chorus<sup>12)</sup>, saepius similia de eo praedicavit<sup>13)</sup>, idemque de se ipse dicit Trygaeus ille, quem sui similem finxit Aristophanes<sup>14)</sup>. De adiectivo autem ἀξίω vid. ad Nub. 474.

634. παύσας... μὴ... ἔξαπατᾶσθαι] insolita hac verborum iunctura — nam παύειν aut genitivum aut participium adsciscere solet — etiam Prometheus apud Aeschylum utitur: θνητοὺς ἔπαυσά μὴ προδέξεσθαι μόρον<sup>15)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. Pac. 737 sq. Thesm. 88 Plut. 797 fr. 334 Cratin. fr. 256 et ad Ran. 1055. — <sup>2)</sup> Vid. Prolegom. p. VII. — <sup>3)</sup> Cf. Eq. 509. — <sup>4)</sup> Vs. 300 sq. — <sup>5)</sup> Eccl. 798 sq. — <sup>6)</sup> Isocr. XV § 19. — <sup>7)</sup> Thucyd. II 65 § 3. — <sup>8)</sup> Thucyd. III 36—50. — <sup>9)</sup> Vid. ad Nub. 587—589 et Eq. 1055. — <sup>10)</sup> Eup. fr. 219. Praeterea vid. ὑπεροκρινόμεσθαι τινοῖς Vesp. 951 Thesm. 186. — <sup>11)</sup> Vesp. 1017. — <sup>12)</sup> Item vs. 641. — <sup>13)</sup> Eq. 509 Vesp. 1051 sqq. Pac. 738. — <sup>14)</sup> Pac. 918 sqq.; cf. etiam Plut. 877. — <sup>15)</sup> Prom. 248. Infinitivus verbo παύειν adiunctus est etiam Herodot. V 67 VII 54.



635 μηδ' ἴδεσθαι θωπευομένους, μηδ' εἶναι χυνοπολίτας.  
 πρότερον δ' ὑμᾶς ἀπὸ τῶν πόλεων οἱ πρέσβεις ἔξαπατῶντες  
 προῦτον μὲν „Ἰστεφάνους“ ἐκάλουν· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο τις εἶποι,  
 εὐθύς διὰ τοὺς „στεφάνους“ ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε.

635. μηδ' (sic P) ...μηδ' Meineke] μήθ'...μήτ' codd.; cf. vs. 657 sq.

636. ἀπὸ — πρέσβεις Bentley] οἱ πρέσβεις ἀπὸ τῶν πόλεων codd.

635. μηδ' ἴδεσθαι θωπευομένους] vid. ad Eq. 1116.

— χυνοπολίτας] de comico hoc epitheto, quod ad analogiam vocabuli μικροπολίτου<sup>1)</sup> est conformatum, vid. ad Eq. 753—755, et de adiectivo χαύνω, quod ductum est a stirpe χαύ — κευχέναι<sup>2)</sup>, ad Nub. 875. Dicuntur nunc χυνοπολίται quos alibi Κεχηγαίους noster iocose nuncupavit<sup>3)</sup>. Praeterea cf. supra adiectivum χαυνόπρωκτος<sup>4)</sup>. Similis autem est compositio epitheti διαδρασιπολιτῶν<sup>5)</sup>.

636—640. Simillima de demagogis dicuntur in Equitibus<sup>6)</sup>. Nostro autem loco prae ceteris ridetur Gorgias clarissimus sophista, qui anno 427 Athenas venit Leontinorum legatus, effecitque ut rebus Siculis se immiscerent Athenienses<sup>7)</sup>. In quorum urbe dum commorabatur, quantum moverit admirationem, Socrates dicit apud Platonem: Γοργίας ὁ Λεοντίνος σοφιστῆς δεῦρο ἀφίκετο δημοσίᾳ οἴκοθεν πρεσβείων, ὡς ἰκανώτατος ὢν Λεοντίνων τὰ κοινὰ πράττειν, καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις πιπούμενος καὶ συνὸν τοῖς νέοις χυνοπολίταις πολλὰ εἰργάσατο ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως<sup>8)</sup>. De ingentibus autem quas confecit opibus auream sui ipsius statuem vovit Delphis<sup>9)</sup>. Huius igitur facundia flori-

dam et a dictione poetica proxime distantem voce ξενικοῖς λόγοις nunc designat noster, inanem autem tumorem verborumque tinnitum irridens λιπαρός epitheton, quod a Pindaro de Palladis urbe primum usurpatum<sup>10)</sup> in oratione sua repetiverat Gorgias<sup>11)</sup>, minime apposite dictum esse ait si ipsam verborum vim spectes, *αρύας* enim oleo conditas nidas dicendas esse potius quam *civitates*. Et optimo sane iure ita iocatur Aristophanes singularis verborum artifex multisque Gorgiis superior in terse venuste exquisite dicendo; nam λιπαρός adiectivum illa aetate e dictione sublimiore evanuerat, neque apud Sophoclem occurrit, apud Euripidem autem nonnisi in satyrico<sup>12)</sup>. Sed κατάχυσμα e. g. λιπαρόν dicebatur *iusculum pingue*<sup>13)</sup>, et ἄλις ἀρύης μοι παρατίεμαι γὰρ τὰ λιπαρὰ κίπτων nescio quis apud nostrum exclamabat<sup>14)</sup>; de hominum autem vel bestiarum cute bene curata usurpari solebat, τῷ ἀχμηρῷ oppositum<sup>15)</sup>.

637 et 639. Ἰστεφάνους...λιπαρός] cf. Eq. 1323 et vid. ad Nub. 300.

638 et 640. τοὺς στεφάνους...τὰς λιπαροῦς] de articuli hoc usu vid. ad Eq. 124.

638. ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε] *arrectis...clunibus assidebalis*. Quod ὀρθοπυγῶν verbo iocoso nescio quis indica-

<sup>1)</sup> Eq. 817. — <sup>2)</sup> Cf. κραυγή — κεκραγῆναι. — <sup>3)</sup> Eq. 1263. — <sup>4)</sup> Vs. 104. — <sup>5)</sup> Ran. 1014. — <sup>6)</sup> Eq. 1340—1345. — <sup>7)</sup> Vid. Prolegom. p. XVI. — <sup>8)</sup> Hipp. Mai. 282 b. — <sup>9)</sup> Isocr. XV § 155 sq. — <sup>10)</sup> Vid. ad Nub. 300. — <sup>11)</sup> Quod non disertis quidem verbis nunc dicitur, sed ita nisi cum Bergkio statuimus, perit loci lepor. — <sup>12)</sup> Vid. v. Wilamowitz Herakles I<sup>1</sup> p. 35. — <sup>13)</sup> Av. 535. — <sup>14)</sup> Fr. 506. — <sup>15)</sup> Itaque adiectivo Aristophaneo respondet latinum *nitidus* (nostrum *glimmend*), vid. e. g. Nub. 1002 Xen. Hell. VI 4 § 16 et ad Nub. 920. Oñm vero *splendidum* (*blinwend, glanzig*) valuerat potius; vid. infra ad vs. 671.

εἰ δέ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας „λιπαράς“ καλέσειεν „Ἀθήνας“,  
 640 ἠύρετο πᾶν ἄν διὰ τὰς „λιπαράς“, ἀφῶν τιμὴν περιάψας.  
 ταῦτα ποιήσας πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιος ὑμῖν γεγένηται,  
 καὶ τοὺς δῆμους ἐν ταῖς πόλεσιν δείξας ὡς δημοκρατοῦνται.  
 τοιγάρτοι νῦν ἐκ τῶν πόλεων τὸν φόρον ὑμῖν ἀπάγοντες  
 ἤξουσιν, ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες τὸν ποιητὴν τὸν ἄριστον,

640. ἀφῶν] ἀφῶν codd.

641. ταῦτα ποιήσας] ταῦτ' οὖν παύσας Halbertsma (coll. vs. 634). || ἄξιος; Blaydes] αἰτίος codd.; cf. vs. 633.

643. ἐκ] οὐκ (i. e. οἱ ἐκ) vHerwerden. || ὑμῖν] ἡμῖν Blaydes coll. Vesp. 707.

vit<sup>1</sup>). Sermonis quotidiani locutionem ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων vel ὀνύχων βαδίζειν<sup>2</sup>) socco h. l. adaptavit noster, cothurno Sophocles in Aiace<sup>3</sup>): ἢ που τραφεῖς ἄν μητροῦ; εὐγενοῦς ἄπο | ὑψηλῇ ἐκόμπεις καὶ ἐπ' ἄκρων ὠδοιπόροις.

640. ἠύρετο πᾶν ἄν] cf. Teucri Sophoclei verba: καὶ ταῦτα πάντα σοῦ θανόντος ἠρόμην<sup>4</sup>). Iterativam h. l. esse vim particulae ἄν<sup>5</sup>) docet optativus enunciati conditionalis, quod praemissum est; item in Pluto: ὁπότε τι σκευάριον τοῦ δεσπότου | ὑφέλοι, ἐγὼ σ' ἄν λανθάνειν ἐποίουν αἰεὶ<sup>6</sup>).

— ἀφῶν] vid. ad Eq. 645.

— περιάψας] ad litteram si vertimus, adaptans est dicendum; sed *adspergere* potius valet hoc verbum, nam sponte sua socii partem adhibetur. Sic *αἰσχύνην περιάπτειν* et similia dicuntur passim<sup>7</sup>); cf. *προσ-τρῖβεσθαι*<sup>8</sup>) et *ἐξομογγυνοσθαι*<sup>9</sup>), et in dictione tragicorum *προσάπτειν*<sup>10</sup>), *προσ-τεθῆναι*<sup>11</sup>).

641. Cf. vs. 633.

642. ὡς δημοκρατοῦνται] cuiusmodi sit illa civitatum foederatarum libertas, quam afferre iis dicitur *democratia*<sup>12</sup>). In Ba-

byloniis igitur ostenderat noster quales fructus sociis ferret populi illa dominatio, quam oratores Athenienses summis laudibus extollere solerent et Spartiatarum rusticitati imperiosae Persaeae iussis superbis opponere; nullam libertatem iis attulisse Atheniensium illam hegemoniam, sed *δεσπότου* potius μεταβολὴν οὐκ ἀξυνετατέρου, *κακοσυνετατέρου* δὲ eam fuisse<sup>13</sup>); optimo igitur iure Lacedaemonios de se praedicare solere ipsos ὡς ἐλευθεροῦσι τὴν Ἑλλάδα<sup>14</sup>). — De particula ὡς vid. ad Eq. 127.

643 sq. Nunc igitur — sic iocose ipse se collaudans pergit comicus — nullae requirentur naves ἀγγυρολόγοι<sup>15</sup>) ad cogendas pecunias, nam sponte sua socii primo vere huc festinabunt<sup>16</sup>), ut tributa deferant in aerarium commune, quippe qui poetam hunc longe praestantissimum oculis suis usurpare gestiant.

643. Cf. Vesp. 707: εἰσὶν γε πόλεις χίλια, αἰ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπάγουσιν. Verbum ἀπάγειν, ut ἀποδιδόναι, de solvendis debitis usurpatur.

<sup>1</sup>) Fr. com. adesp. 1095. — <sup>2</sup>) Cf. ὄνυχας ἐπ' ἄκρου; στάς; Eur. El. 840, ἐν δ' ἄκροισι βᾶς ποσὶ Ion. 1166. Quibus locis nulla est metaphora. — <sup>3</sup>) Ai. 1229. — <sup>4</sup>) Ai. 1023. — <sup>5</sup>) Vid. ad Vesp. 269. — <sup>6</sup>) Plut. 1139 sq. — <sup>7</sup>) Vid. Plut. 590 Plat. Apol. 35a Euthyd. 272c etc. — <sup>8</sup>) Eq. 5. — <sup>9</sup>) Infra vs. 843. — <sup>10</sup>) Eur. Herc. 831 etc. — <sup>11</sup>) Eur. Andr. 219 Heracl. 475 etc.; passivi locum obeunt *κτάσθαι* Soph. Ant. 924 Eur. Med. 218 etc., *ἀλφάνειν* Med. 298. — <sup>12</sup>) Cf. Eccl. 945. Plat. Rep. 838d: τῶν πόλεων αἰ μὲν τυραννοῦνται, αἰ δὲ δημοκρατοῦνται, αἰ δὲ ἀριστοκρατοῦνται. — <sup>13</sup>) Quae sunt Hermocratis Syracusani de Atheniensibus verba apud Thucydidem VI 76 § 3. — <sup>14</sup>) Thucyd. I 69 § 1 II 8 § 4 III 59 § 4 IV 108 § 2 Xen. Hell. II 2 § 23 etc. — <sup>15</sup>) Vid. ad Eq. 1070 sq. — <sup>16</sup>) Cf. vs. 502 sq.

645 ὅστις παρεκινδύνευσ' εἰπεῖν ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια.

οὗτω δ' αὐτοῦ περὶ τῆς τόλμης ἤδη πόρρω κλέος ἦκει,  
ὅτε καὶ βασιλεύς, Λακεδαιμονίων τὴν προεβείαν βασανίζων,  
ἠρώτησεν πρῶτα μὲν αὐτοῦς πότεροι ταῖς ναυσὶ κρατοῦσιν.  
εἶτα δὲ τοῦτον τὸν ποιητὴν ποτέρους εἶποι κακὰ πολλά

650 τούτους γὰρ ἔφη τοὺς ἀνθρώπους πολὺ βελτίους τε γενέσθ' ἂν  
καὶ ἐν τῷ πολέμῳ πολὺ νικήσειν, τοῦτον ξύμβουλον ἔχοντας.  
διὰ ταῦθ' ἡμῶς Λακεδαιμόνιοι τὴν εἰρήνην προκαλοῦνται.  
καὶ τὴν Ἀγριναν ἀπαιτοῦσιν καὶ τῆς νήσου μὲν ἐκείνης

645. ὅστις — Ἀθηναίοις Hermann] ὅστις παρεκινδύνευσεν Ἀθηναίοις εἰπεῖν codd.; ὅστις γ' εἰπεῖν παρεκινδύνευσ' ἐν Ἀθηναίοις Porson.

646. οὗτω δ' codd.] οὕτως Elmsley (versum puncto claudens) collatis locis ubi οὕτως conclusionem introducit (Eq. 530 Nub. 294 Vesp. 349 Av. 466, 736), non recte tamen; nam οὗτω πόρρω ad longinqua Susa et Ecbatana aptius multo refertur quam ad sociorum civitates.

649. πολλά] πλείω Blaydes.

650. τε γενέσθ' ἂν Muller] γεγενῆσθαι codd., τε γενέσθαι Blaydes (at non de re peracta sermo est sed de futura), τε φανεῖσθαι Kock.

651. ἐν add.] Blaydes.

652. ταῦθ' R] τοῦθ' cett.

645. Simillima coryphaeus loquitur Eq. 510. De verbo *παρεκινδύνευσιν* vid. ad Ran. 99, et de voce *τοῖς δίκαιοις* supra vs. 500.

646 sq. Tam late autem manavit huius poetae fama, ut etiam ad Persiae interiora ipsamque Artaxerxis regiam penetraverit. Sic comicus iocose se ipse collaudat, iis verbis usus, quae rem ultra quam credibile est exaggerent, itaque odii habeant nihil<sup>1)</sup>. Hodiernis autem lectoribus si quis demonstrare vellet non serio haec esse dicta, rideretur ipse; sed vid. Prolegom. p. IV de veteris biographi stupore.

646. κλέος] vid. ad Nub. 460.

647. ὅτε καί] vid. Nub. 34. Negligentius nunc dicitur ὅτε, nam post οὕτως expectatur ὥστε<sup>2)</sup>.

— τὴν προεβείαν] instante bello Lacedaemonii legatos ad regem Persiae misuri erant<sup>3)</sup>; sed qui anno 430 illuc profecti sunt, in Asiam non pervenerunt<sup>4)</sup>. Perpetuo tamen cum Peloponnesios tum Athenienses summopere studuisse ut Artaxerxis favorem sibi conciliarent; et saepius ad eum misisse qui auxilia peterent, cum per se intellegitur tum e nostro loco manifeste patet<sup>5)</sup>.

651. πολὺ νικήσειν] vid. ad Nub. 1335.

652. ἡμῶς... τὴν εἰρήνην προκαλοῦνται] cf. Eq. 796.

653 sq. Potentissima olim Athenarum aemula Aegina inde ab anno 457 debellata Atheniensibus tributum invita sane solvebat<sup>6)</sup>. Anno autem 431 αὐτόνομος eam ἀριεῖναι Lacedaemonii iusserunt

<sup>1)</sup> Subsimitia sunt Vesp. 65 sq. Pac. 769 sqq. — <sup>2)</sup> Cf. infra vs. 736 sq. — <sup>3)</sup> Thucyd. II 7 § 1. — <sup>4)</sup> Vid. Prolegom. p. XIII Thucyd. II 67 Herodot. VII 107. — <sup>5)</sup> De Atheniensium legatione vid. supra vs. 61 sqq. — <sup>6)</sup> Thucyd. I 108.

οὐ φροντίζουσ', ἀλλ' ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀφέλωται.

Athenienses<sup>1)</sup>; at hi coorto mox bello occuparunt insulam, quam Pericles „Piraei verrucam” vocabat ferro recidendam<sup>2)</sup>), incolas expulerunt, agros inter colonos Atticos distribuerunt, causam proferentes Peloponnesios ab Aeginetis potissimum ad bellum investigatos<sup>3)</sup>. Nunc miseri homines Thyreae in ora Peloponnesi exulant, quam urbem uno anno post fabulam nostram scenae commissam Athenienses expugnarunt omnesque Aeginetas quibus potiti sunt „propter pristinam inimicitiam” necarunt<sup>4)</sup>; qui autem tunc aufugerunt aut alibi degebant, devictis Athenis a Ly-sandro in patriam sunt reducti<sup>5)</sup>. Quid vero nunc dicit coryphaeus? „Pacem quod proferunt Lacedaemonii ea conditione ut Aeginam nos missam faciamus, huius rei causa non ea est quam putatis, sed huncce comicum vobis adimere cupiunt”. Quae verba ut recte interpretemur, ante omnia statuendum est non de Callistrato nunc esse sermonem, sed de Aristophane<sup>6)</sup>. Theogenes autem priscus grammaticus ἕνα τῶν ἐν τῇ νήσῳ κληρουχησάντων eum fuisse autumabat<sup>7)</sup>; quae tamen rei-cienda est opinio, non propter Aristophanis inventum quae fertur, — nam quot annos ineunte bello natus fuerit nescimus<sup>8)</sup>, — sed propter causam multo gravio-rem, quam suo momento aestumavit Müller

Strübing. Nam fac cleruchum fuisse comicum: non glebae opinor adhaerebat, sed cum ceteris colonis Athenas rediturus erat, si pristinis incolis redderetur insula. Itaque statuendum est potius Aristophanem, qui ξένος ab adversariis et irrisoribus saepius est vocatus<sup>9)</sup>, e gente Aeginetica originem duxisse. Quarum gentium complures cum Atheniensibus faciebant tempore belli, quod Atticam inter et Aeginam aestuavit ante pugnam Salaminiam; in Atticam autem hi homines sive tunc temporis migrarunt sive circa annum 460, cum Aegina adversus Athenienses cum Corintho societatem inivit<sup>10)</sup>. Praedia autem eos postea quoque in insula habuisse, neque haec ab Atheniensibus iis esse ademta cum colonia Attica illuc est deducta, clamat ratio. In his igitur fuerit Aristophanis pater Philippus<sup>11)</sup>. Quod autem homo Aegina oriundus in posterum quoque Athenis commorari poterat, si sic ei luberet, etiamsi Doriensibus redderetur eius patria, id minime obstat quominus nunc sic iocetur coryphaeus: „Aeginam reposcunt Peloponnesii, ut poetam adimant Atheniensibus.” Nam ut placeat iocus, opus non est verum dici, immo μάλιστα οἱ κωμωδοὶ ἐκ τοῦ ἀδυνάτου ἐφέλωται τὸ γελοῖον<sup>12)</sup>, sed species quaedam veri sufficit.

<sup>1)</sup> Thucyd. I 139. — <sup>2)</sup> λήμνη τοῦ Πειραιῶς, Aristot. Rhetor. III 10 Plut. Per. 8 (vid. ad Nub. 327). — <sup>3)</sup> Thucyd. II 27. — <sup>4)</sup> Thucyd. IV 57. — <sup>5)</sup> Xen. Hellen. II 2 § 9. — <sup>6)</sup> Vid. ad vs. 628. — <sup>7)</sup> Vid. schol. h. l. et ad Plat. Apol. 19c. — <sup>8)</sup> Vid. Prolegom. p. III, 2. — <sup>9)</sup> De Aristophane peregrino fuse disputavi in Mnemosyne 1888 p. 263 sqq.; cf. etiam Vesp. Prolegom. p. XII et XXIII. — <sup>10)</sup> Herodot. VI 90. — <sup>11)</sup> Etiam inter veteres fuisse qui sic statuerent disertis verbis dicit biographus. *Aeginetam* autem Aristoclidem *Aristophanis* filium celebravit Pindarus (Nem. III), unde id certe constat, Aristophanis nomen revera inter Aeginetas olim fuisse usurpatum. Et *Aristophanem* aliquem *Chollidem* οὐ καθαρῶς πολιτὴν ὄντα commemorat Lysias XIII § 58 sq. (cf. supra vs. 406). Minoris momenti mihi videtur observatio, nec tamen temere spernenda, quam apud Merryrum invenio, *Dicaeopolidis* illius, cuius ore comicus in nostro dramate de Atheniensium rebus sententiam dicit, nomen ex Pindaro Pyth. VIII 31 desumptum videri, „who uses it, in the sense of ‘strict in public faith’, as an epithet of Aegina; which is interesting when we remember the connection of Aristophanes with that island.” — <sup>12)</sup> Demetr. de Elocutione p. 290 Spengel; cf. fr. com. adesp. 800.

655 ἄλλ' ὑμεῖς τοι μή ποτ' ἀφήθ' ὡς κωμωδήσει τὰ δίκαια.  
 φησὶν δ' ὑμᾶς πόλλ' ἔτι δράσειν ἀγάθ', ὥστ' εὐδαίμονας εἶναι,  
 οὐ θωπεύων, οὐδ' ὑποτεινῶν μισθοὺς, οὐδ' ἕξαπατύλλων,  
 οὐδὲ πανουργῶν, οὐδὲ κατάρδων, ἀλλὰ τὰ βέλτιστα διδάσκων.

Pnigos sive macron.

660 „πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω  
 καὶ πᾶν ἐπ' ἔμοι τεκταινέσθω.  
 τὸ γὰρ εὖ μετ' ἔμοῦ καὶ τὸ δίκαιον

655. ἀφήθ' Tyrwhitt] ἀφήσετε R, ἀφήσεθ' vel ἀφήσηθ' alii. || ὡς] ὄς Reiske.

656. πόλλ' ἔτι δράσειν Hamaker] πολλὰ διδάζειν codd., quod non satis apte in hoc enunciatiū quadrat, propter exitum autem versus 658 ne ferri quidem potest. Versum quominus pro spurio habeamus, quod olim verisimile ducebam, obstat argumentum gravissimum; nam nisi praemissum est verbum φησὶν, defendi nequit transitus ab oratione indirecta ad directam, qui versu 659 fit.

657. οὐδ'... οὐδ' Suid. s. v. ὑποτεινῶν] οὐθ'... οὐτ' codd., cf. vs. sq. et 635.

658. οὐδὲ... οὐδὲ R] οὔτε... οὔτε celt.

655. κωμωδήσει] in fabulis suis δαδάζει vel ἐρεῖ<sup>1)</sup>.

— τὰ δίκαια] cf. vs. 500.

657. ὑποτεινῶν μισθοῦς] mercedem diurnam promittens, ut heliasticum illud a Cleone nuper auctum<sup>2)</sup>. Verbum autem ὑποτεινῶν promittendi sensu non raro usurpatur, ut h. l.<sup>3)</sup>. Cf. προτεινῶν proponere condicionem<sup>4)</sup>, προσεῖν ostentare cum alibi tum apud Platonem loco notissimo<sup>5)</sup>.

— ἕξαπατύλλων] vid. Eq. 1144.

658. κατάρδων] proprie irrigare valet hoc verbum, ut simplex<sup>6)</sup>; nunc de suppalpante usurpat. Cf. Pindaricum μέλιτι καταρρέχει<sup>7)</sup>.

— τὰ βέλτιστα διδάσκων] τοῖς μὲν γὰρ παιδαγῶσι] ἔστι διδάσκαλος ὅστις φράζει, τοῖς ἡβῶσιν δὲ ποιηταὶ<sup>8)</sup>.

659—664. Ipsa poetae verba relaturus coryphaeus oratione indirecta coepit<sup>9)</sup>, nunc in directam delabatur. De cuius-

modi verborum structura vid. ad Eq. 668 sq., Euripideis autem verbis comicus — alter ille Dicaeopolis — nunc quoque utitur fere immutatis; nam Euripides in tragoedia aliqua — quam Telephum fuisse quis non suspicetur!<sup>10)</sup> — ita perorantem aliquem fecerat: πρὸς ταῦθ' ὃ τι χρεὴ καὶ παλαμάσθω | καὶ πᾶν ἐπ' ἔμοι τεκταινέσθω! | τὸ γὰρ εὖ μετ' ἔμοῦ καὶ τὸ δίκαιον | ζῦμμαχον ἔσται, | κοῦ μὲ ποθ' ἄλλ' κεν: πειραιῶν<sup>11)</sup>.

659. πρὸς; ταῦτα] vid. ad Nub. 990 Vesp. 927.

— παλαμάσθω] vid. ad Nub. 176.

660. τεκταινέσθω] vid. ad Eq. 462.

661. Vox τὸ εὖ virtutem in dictione poetica indicat<sup>12)</sup>. Cum verbis τὸ δίκαιον ζῦμμαχον ἔσται cf. orator de priseco Atheniensium cum Cadmeis bello sic declamitans: τὸ δίκαιον ἔχοντες; ζῦμμαχον ἐνίκων μαχόμενοι<sup>13)</sup>, et vid. quae supra observavi ad vs. 500.

<sup>1)</sup> Cf. vs. 500 sq., 645. — <sup>2)</sup> Vid. Prolegom. Vesp. p. XV—XIX. — <sup>3)</sup> Item Herodot. VII 158 Thucyd. VIII 48 § 1 Isocr. VIII § 6. — <sup>4)</sup> Herodot. VIII 140 § 2. — <sup>5)</sup> Phaedr. 230 d, Ruhnck. ad Tim. s. v. θαλλός. — <sup>6)</sup> Eq. 96 etc. — <sup>7)</sup> Pind. Ol. XI 98. Item nostrates: honig om den mond smecren, de stroopkwaast hanteeren. — <sup>8)</sup> Ran. 1054 sq. — <sup>9)</sup> Vs. 656. — <sup>10)</sup> Vid. vs. 430 etc. — <sup>11)</sup> Eur. fr. 910. — <sup>12)</sup> Item Aesch. Agam. 159, 349 Soph. Phil. 1140 Eur. Herc. 694. — <sup>13)</sup> [Lys.] II § 10.



ξύμμαχον ἔσται, κοῦ μὴ ποθ' ἄλω  
 περὶ τὴν πόλιν ὧν ὥσπερ ἐκείνος  
 δειλὸς καὶ λακαταπύγων<sup>4</sup>.

## ΧΟΡΟΣ.

Oda sive stropha.

- 665 δεῦρο Μοῦσ' ἔλθ' ἐφλεγυρά, πυρὸς ἔχουσα μένος, ἔντονος  
 Ἀχαρυνική!  
 οἷον ἐξ ἀνθράκων πρινίνων φέψαλος ἀνήλατ' ἔρεθιζόμενος  
 οὐραῖ ἡπίδι,  
 670 ἡνίκ' ἂν ἐπανθρακίδες ὄσι παρακείμεναι,

664. λακαταπύγων] καταπύγων B, λακ(κ)οκαταπύγων complures (cf. Nub. 1330), Kuster perperam coniecit δειλὸς μαλακὸς καταπύγων.

662—664. *Neque committam ut ignaviae et imprudentiae erga civitatem — quam vilipendere scilicet me dixit!*<sup>1)</sup> — *perinde atque ille arguar unquam*<sup>2)</sup>. Perridicule verbis cothurnatis in paroemiaci exitu subiungitur epitheton, quod sono dictionem sublimiorem et ipsum revocat, sensu tamen quam maxime inde abhorret; nam *λάρινος*, *λακατάρατος*<sup>3)</sup>, similia praeae aucta, quod *ἐπὶ τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ ἴαν ἐτάσσειο*<sup>4)</sup>, nova autem vox *λακαταπύγων* idem nunc valet quod *παγκαταπύγων* in dictione comica<sup>5)</sup>.

665—675. Musam invocant carbonarii Acharnenses, suisque carbonibus se comparant imagine nisi ex vita quotidiana desumpta. „Poetico fervore nos instiga, o Musa,” exclamant, „quemadmodum follis in culina ignem e carbonibus suscitavit cum cena paratur.” More autem epico non intra ipsius comparationis linea-

menta se continent, sed quo vividius exprimitur imago, cunctam simul pingunt culinam; in qua dum flamma e fomite elicitur, interim alii ministri parant dapes prunis mox imponendas: apuas, muriam, placentas<sup>6)</sup>. Ultima verba sic sunt ordinanda: *οὐτω σοβαρὸν μέλος λαβοῦσα ἔλθ' ὡς ἐμὲ τὸν δημότην*<sup>7)</sup>.

665. Similis est Cratini in Trophonio locus<sup>8)</sup>: *ἔγειρε δὴ νῦν, Μοῦσα, Κρητικὸν μέλος. | χαῖρε δὴ, Μοῦσα, χρόνια μὲν ἴκεις, ἄμως δ' ἤλθεις κτέ.*<sup>9)</sup>.

666. *ἔντονος] intenta*<sup>10)</sup>. Quod adiectivum oppositum est *τῷ ἀνειμένῳ*, *laxo*<sup>11)</sup>. Saepius autem numeri masculi severi aut molles effeminati his designantur epithetis.

667. *πρινίνων]* vid. vs. 180.

668. *φέψαλος]* vid. vs. 279.

669. *οὐραῖ ἡπίδι] ventī* epitheto ioculariter nunc ornatur *follis*<sup>12)</sup>.

670 *ἐπανθρακίδες] pisciculi;* vid. ad Eq. 645.

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 377—382 et 515. — <sup>2)</sup> Cum verbis *οὐ μὴ ποθ' ἄλω* cf. e. g. Vesp. 394, 612 Lys. 363, et de locutione *περὶ τὴν πόλιν* vid. ad Eq. 812. — <sup>3)</sup> Fr. com. adesp. 1067. — <sup>4)</sup> Hesych. — <sup>5)</sup> Lys. 137; cf. *παγκατάρατος* Lys. 58<sup>s</sup>. — <sup>6)</sup> Nam has indicat verbum *μάττειν*. — <sup>7)</sup> De voce *δημότην* vid. vs. 333. — <sup>8)</sup> Fr. 222. — <sup>9)</sup> Praeterea cf. Lys. 1296 sq. Ran. 674 sq., 1306. — <sup>10)</sup> *Strak.* Redit adi. vs. 674 Eur. Hipp. 118 Cycl. 609 Thueyd. V 70 Xen. Hell. II 4 § 23 Anab. VII 5 § 7 etc. — <sup>11)</sup> Vid. ad Nub. 873. — <sup>12)</sup> De voce *ἡπίδι* vid. ad Ran. 360.

οὐ δὲ Θασίαν ἀνακνυῶσι λιπαράμπυκα,  
 οὐ δὲ μάττωσιν, οὕτω σοβαρὸν ἔλθῃ μέλος  
 675 ἔντονον ἀγροικότερον ὡς ἐμὲ λαβοῦσα τὸν δημότην.

Epirrhema.

οἱ γέροντες οἱ παλαιοὶ μεμφόμεσθα τῇ πόλει.  
 οὐ γὰρ ἀξίως ἐκείνων ὧν ἐνανμαχήσαμεν  
 γηροβοσκοῦμεσθ' ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ δευνὰ πάσχομεν

671. ἀνακνυῶσι Bergler] ἀνακνυῶσι codd. (sed κνυῶσι Suid. s. v. Θασίαν).

672. μάττωσιν] *rinseudi* verbum hinc alienum ducens Bergk coniecit *μυττωτόν*, Meineke proposuit *κάπτωσιν*, Hamaker *βάπτωσιν* coll. scholii verbis: Θασίαν ζωμάλην, εἰς ἣν ἀπέβαπτον τὰ ἠνθρακωμένα τῶν ἰχθύων (item Athen. 329 Hesych. etc.), frustra omnes. Nam non de paratis dapibus nunc fit sermo, sed describitur vis ignis, cui mox imponentur pisciculi muria placentae.

674. ἔντονον A] εὔτονον cett.; iteratur epitheton vs. 666 adhibitum. || ἀγροικότερον A] -τονον cett., -τορον Hamaker.

678. ὑμῶν] ἡμῶν R.

671. In cenam et alia parantur et *muria*, mox in foco coquenda. *Thasiam* enim nomen habebat ἄλμη sive *muria* quaedam, qua infundi solebant pisciculi tostī<sup>1)</sup>. Quam poetico nunc dearum epitheto chorus designans *λιπαράμπυκα* dicit, *splendido redimiculo ornata*<sup>2)</sup>. Erat autem ἄμυξ *diadema*<sup>3)</sup>, et *λιπαρά κρήδεμνα* ex *Odyssea* novimus<sup>4)</sup>. Itaque redit nunc comicus ad iocum de adiectivo *λιπαρῶν ἀπυῖς* quam *civitali* aptiore<sup>5)</sup>. Simillimo verborum lusu *Matron* parodus versibus homericis cenam festive describens de apuis sic cecinit: ἡ δὲ Φαληρική ἤλθ' ἀπύη, Τρίτωνος ἑταίρη, | ἄντα παρειῶν σχομένη *λιπαρά κρήδεμνα*<sup>6)</sup>.

674. ἔντονον] vid. vs. 666.

— ἀγροικότερον] epica haec est adiectivi ἀγροίκου figura, quacum cf. ἀγρότερος ὀρέστερος similia<sup>7)</sup>.

676. Cf. Nub. 575 sq.

677 sq. Vid. ad Eq. 1334. Legem scripserat Solon aut Pisisstratus, τοῦς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ τρέφεσθαι κελεύων<sup>8)</sup>.

678. γηροβοσκοῦμεσθα] verbum *βόσκειν rabulum praebere* significat, de bestiis igitur domesticis usurpatur, itemque de hominibus qui non ad suum ipsorum arbitrium vitam instituunt, sed mancipiorum pecudumve ad instar ab aliis διατρέφονται<sup>9)</sup>. Itaque πόρνας βόσκει *leno*,

<sup>1)</sup> Cf. Vesp. 331. Errant autem qui putant in hanc ἄλμη prius immersos esse pisciculos quam in igne torrerentur. Cui rei cum ratio obstat tum Vesperum locus quem modo laudavi, vel Cratini versus: ἐπ' ἀνθρακῆς ὀπίσθας εἰς ἄλμη... χλιαρὸν ἐμβάπτων (fr. 143). Recte igitur schol. explicat: ζωμάλην εἰς ἣν ἀπέβαπτον τὰ ἠνθρακωμένα τῶν ἰχθύων. — <sup>2)</sup> Sic *Mnemosyneu* dicit Pindarus Nem. VII 22, *ιμεράμπυκα* (?) *Venerem* Bacchylides XVII 9, *χρυσάμπυκες* autem *Musae* vocantur hymn. Hom. VI 12 Hes. Theog. 916 Bacchyl. V 13 Pind. Pyth. III 89 Isthm. II 1, *Horae* hymn. Hom. VI 5, *Parca* Pind. Ol. VII 64. — <sup>3)</sup> Equorum ἄμπυκα commemorat Homerus E 358, 363, 720 O 382. — <sup>4)</sup> α 334. — <sup>5)</sup> Vid. supra ad vs. 636—640. — <sup>6)</sup> Athen. 135 a. Ubi traditum est ἡνθαρά, sed hoc adiectivum quid illic significare possit non intellego. — <sup>7)</sup> Vid. Enchirid. dict. ep. p. 246. — <sup>8)</sup> Plut. Sol. 31. — <sup>9)</sup> Cf. nostra *houden*, *onderhouden* et vid. Eq. 1258 Nub. 331 Vesp. 313 Av. 1359 Ecel 599 Ran. 892.

- οἵτινες γέροντας ἄνδρας ἐμβολόντες εἰς γραφὰς  
 680 ὑπὸ νεανίσκων ἔατε καταγελαῖσθαι δητόρων,  
 οὐδὲν ὄντας ἀλλὰ κωφούς καὶ παρεξηγημένους,  
 οἷς Ποσειδῶν Ασφάλειός ἐστιν ἢ βακτηρία.  
 τουθορούζοντες δὲ γήραι τῷ λίθῳ προσέσταμεν,  
 οὐχ ὀρῶντες οὐδὲν εἰ μὴ τῆς δίνης τὴν ἠλύγην.  
 685 ὁ δὲ νεανίας ἔάν τῳ σπουδάσας ξυνηγορή,

682. Ποσειδῶν] ὁ Π. R alii.

684. εἰ μὴ] ἀλλ' ἢ Dobree, ἀλλ' ἢ Blaydes. || τὴν] τιν' Dobree.

685. ἔάν τῳ... ξυνηγορή Kontos] ἑαυτῷ... ξυνηγορεῖν codd.; emendatio praestantissima!

γηροβοσκός autem et γηροβοσκία et γηροβοσκείν dicuntur de sustentanda senectutis inopia <sup>1)</sup>).

679. Non in universum haec dicuntur, — nam quis credat morem unquam invaluisse Athenis ut *senes* potissimum in ius vocarentur! — sed certam quandam litem spectari facile intellegimus; quam autem velit causam chorus nominatim indicat infra <sup>2)</sup>).

680. Cf. Vesp. 687—691.

681. οὐδὲν... ἀλλ᾽] vid. ad Eq. 1248.

— κωφούς] *hebetes* sive *mutos*, non *surdos* <sup>3)</sup> adiectivum nunc significare recte observatur in scholiis, ubi confertur Homericum κῦμα κωφόν <sup>4)</sup>).

— παρεξηγημένους] *quibus nullus amplius inest sonus*: μετενήνετα ἀπὸ τῶν γλωσσίδων τῶν ἐν τοῖς ἀλλοῖς <sup>5)</sup>. Cf. quae de Cratino aemulo grandaevio noster dicit in Equitibus: νυνὶ δ' ὁμοίως αὐτὸν ὀρῶντες παραληροῦντ' οὐκ ἐλεεῖτε, | ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλεκτρῶν καὶ τοῦ τόνου οὐκέτ' ἐνότος; | τῶν θ' ἄρμονιῶν διαχασκουσῶν ἀλλὰ γέρων ὦν περιέρρει <sup>6)</sup>).

682. Senes annis adeo sunt gravati ut sine scipione ne stare quidem possint. Quod his verbis ioculariter nunc significatur: scipionem iis esse pro Neptuno Ασφάλειῳ. Quo epitheto designatur deus nautarum sospitator <sup>7)</sup>, sed nunc eum sensum ei tribuere iubemur, qui etymo primitus est proprius <sup>8)</sup>, σφάλλειν enim est *percellere*, σφάλλεισθαι *titubare*. Philocleon e. g. in Vespis post crebra pocula σφαλλόμενος προσέρχεται <sup>9)</sup>. Itaque Ασφάλειος iam dicitur deus qui prohibet quominus labascat quis.

683 sq. Dignus qui conferatur est Platonis locus Gorg. 486 a—c.

683. τουθορούζοντες] *missitantes* <sup>10)</sup>.

— τῷ λίθῳ] „ἐφ' οὗ τὰς χορῖνας ἀριθμοῦσιν” <sup>11)</sup>. Lapidem dicit in quo numerantur calculi <sup>12)</sup>.

684. ἠλύγην] *caliginem*. Est ἐπιηλυγᾶζειν *obumbrare, occultare* <sup>13)</sup>.

685 sqq. Similis in Vespis est locus: αὐτὸς δὲ φέρεῖ τὸ συνηγορικόν, δαρχμῆν, κῆν ὕστερος ἔλθῃ | καὶ κοιωνῶν τῶν ἀρχόντων ἕτέρῳ τινὶ τῶν μεθ' ἑαυτοῦ, | ἦν

<sup>1)</sup> Quamquam etiam *γηροστροφείν* usurpabatur verbum: Lys. XIII § 45. — <sup>2)</sup> Vs. 703 sqq. — <sup>3)</sup> Ut Eq. 312 Cratin. fr. 6. — <sup>4)</sup> Ξ 16; vid. ad A 390. — <sup>5)</sup> Schol. — <sup>6)</sup> Eq. 531 sqq., ubi vid. — <sup>7)</sup> Vid. Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 572 et 582—584. — <sup>8)</sup> Vid. ad Vesp. 84. — <sup>9)</sup> Vesp. 1324. — <sup>10)</sup> Verbum redit Vesp. 614 Ran. 747 Aesch. fr. 433, ἑποτοροῦζεῖν com. adesp. fr. 365. — <sup>11)</sup> Vesp. 332. — <sup>12)</sup> Alii intellegunt τὸ βῆμα, suggestum unde verba faciunt oratores, quod saepius dicitur λίθος (vid. Eq. 956). — <sup>13)</sup> Vid. Thucyd. VI 36 § 2 Plat. Lys. 207δ Eur. Cycl. 680 Ruhnk. ad Tim. s. v.

εἰς τάχος παῖει ξυνάπτων στοργγύλοις τοῖς ῥήμασιν  
 κατ' ἀνεγκύσας ἐρωτᾷ, σκανδάληθρ' ἰστάς ἐπῶν,  
 ἄνδρα Τιθωνὸν σπαράττων καὶ ταράττων καὶ κυκῶν  
 ὃ δ' ὑπὸ γήρωσ μασταρῶζει, κατ' ὀφλῶν ἀπέροχεται  
 690 εἶτα λῶζει καὶ δακρῶει, καὶ λέγει πρὸς τοὺς φίλους:

689 et 691. ὀφλῶν] ὀφλων codd.

690. εἶτα λῶζει] εἶτ' ἄλλοι v. l. apud schol.

τίς τι διδῶ τῶν φευγόντων, ξυνθέντε τὸ  
 πρῶγμα δὴ ὄντε | ἑσπουδάκατον, κατ' ὡς  
 πρὶόνθ' ὃ μὲν ἔλκει, ὃ δ' ἀντεῖδωκεν<sup>1)</sup>).

685. ἂν τω... ξυνηγοῦ] *si orrem fert  
 accusatori alicui. Sunt enim ξυνήγοροι<sup>2)</sup> qui  
 τὸν κατηγοροῦν in causa dicenda adiuvant.*

— σπουδάσας] vid. ad Ran. 813.

686. εἰς τάχος παῖει] cf. locutiones εἰς  
 τάχος ἐλαύνειν, εἰς τάχος γράφειν (item  
 εἰς κάλλος, εἰς εὐτέλειαν<sup>3)</sup> γράφειν).

— ξυνάπτων] i. e. *ξυμπλεκόμενος<sup>4)</sup>, ma-  
 nus conserens, congressus*. Mente enim  
 supplendum est τὰς χεῖρας<sup>5)</sup>. De cuius-  
 modi breuiloquentia vid. ad Eq. 1130.

— στοργγύλοις τοῖς ῥήμασιν] *oratione  
 pressa<sup>6)</sup>*. Dictionis τὸ στοργγύλον in laude  
 ponitur<sup>7)</sup>, *os rotundum<sup>8)</sup>, apta et quasi  
 rotunda constructio<sup>9)</sup>*.

687 sq. Cf. Eq. 270.

687. ἀνεγκύσας] cf. Vesp. 568.

— σκανδάληθρ' ἰστάς ἐπῶν] sunt σκαν-  
 δάληθρα *tendiculae*, proprie autem σκαν-  
 δάληθρον est lignum muscipulae os disti-  
 nens<sup>10)</sup>, cui esca alligatur<sup>11)</sup>. De vocis  
 termino vid. ad Ran. 904. De tendendis  
 laqueis, retibus, similibus proprie dicitur  
 ἰστάναι, ut in Avibus: *δοριθευτής | ἴστησι  
 βράχου; παγίδας ῥάβδους; | ἔρη νεφέλας  
 δίπτα πηκιάς<sup>12)</sup>*.

688. Τιθωνὸν] *silicernium*; vid. ad Nub.

398. Fabula de Tithono Priami fratre,  
 iuvene formosissimo, quem ab Aurora  
 raptum Iuppiter immortalitate donavit,  
 non tamen addito dono aeternae iuven-  
 tutis, in hymno Veneris est enarrata<sup>13)</sup>.

— σπαράττων καὶ ταράττων καὶ κυκῶν]  
 annominatio his verbis inest, de qua  
 vid. supra ad vs. 269 sq. Proprium de  
 catulorum lascivia est verbum σπαράτ-  
 τειν; sic in Pace dicitur: *τοῦτον ὡσπερ  
 κυνίδι' ἐσπαράττετε<sup>14)</sup>*, eadem autem ima-  
 gine usus Socrates apud Platonem *οἱ  
 μειρακίσοι — αἰτ — ὅταν τὸ πρῶτον λόγων  
 γέυνονται, ὡς παιδιᾷ αὐτοῖς καταχρῶνται, ἕλ-  
 εἰς ἀντιλογίαν χρώμενοι, καὶ μιμούμενοι τοὺς  
 ἐξελέγοντας αὐτοὶ ἄλλους ἐλέγχουσι, χαί-  
 ροντες ὡσπερ σκυλάκια τῷ ἔλκειν τε καὶ  
 σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἄνι<sup>15)</sup>*.  
 Sic quod apud Germanos *vellicare* signifi-  
 cat verbum, nostratibus leviter muta-  
 tum *laccessere* valet<sup>16)</sup>. De verbis *ταράττειν  
 καὶ κυκῶν* vid. ad Eq. 251.

689. μασταρῶζει] *labra arida atque re-  
 tracta crebro complodentes<sup>17)</sup>*, ut solent  
 senes edentuli<sup>18)</sup>. Verba facere dum  
 frustra conatur homo grandaevus et vox  
 haeret faucibus dicendi imperitis, praeter-  
 labitur tempus concessum.

690. λῶζει] *singultat*, *λύγδην κλαίει*, ut  
 est apud Sophoclem<sup>19)</sup>.

<sup>1)</sup> Vesp. 691 sqq. — <sup>2)</sup> Cf. vs. 705, 715 Eq. 1358, 1361 Nub. 1089 Vesp. 482, 691 fr. 198<sup>9</sup> Isocrat. XIV § 3 Demosth. XXI § 112. — <sup>3)</sup> Av. 805. — <sup>4)</sup> Ut vs. 704. — <sup>5)</sup> Item Herodot. IV 80 Soph. El. 21 Plat. Soph. 252c; additum est obiectum *σαντόν* Lys. 468. — <sup>6)</sup> Cic. de Orat. II § 56 et 96, Brut. § 202. — <sup>7)</sup> Item fr. 471 Plat. Phaedr. 234c. — <sup>8)</sup> Hor. Sat. II 7, 86 ad Pison. 323. — <sup>9)</sup> Cic. Brut. § 272. — <sup>10)</sup> Etiam *ῥόπτρον* (a verbo *ῥέπειν*) dictum. — <sup>11)</sup> Cf. schol., Poll. VII 114 X 156. — <sup>12)</sup> Av. 526 sq. vel Alex. fr. 66. — <sup>13)</sup> h. Ven. 218—240. — <sup>14)</sup> Pac. 641; cf. Vesp. 704. — <sup>15)</sup> Rep. VII 539b. — <sup>16)</sup> *Zerren-sarren*. Cf. *κρούειν* (ad Eq. 859) et *σειεῖν* (ad Eq. 840). — <sup>17)</sup> *Smakken*. Fortasse cohaeret *μαστιχῶν* verbum Hes. Scut. 389. — <sup>18)</sup> *κωδοί* vs. 715. — <sup>19)</sup> Oed. C. 1621.

„οὐ̄ με χροῖν σορὸν πρίασθαι. τοῦτ' ὄφλων ἀπέρομαι.“

Antoda sive antistrophe.

ταῦτα πῶς εἰκότα, γέροντ' ἀπολέσαι, πολὺν ἄνδρα, περὶ  
κλειψύδραν,

(695) πολλὰ δὲ ξυμπονήσαντα, καὶ θερμὸν ἀπομορξάμενον ἀνδροκὸν  
ἰδρωῖτα δὴ καὶ πολύν,

ἄνδρ' ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι περὶ τὴν πόλιν;

εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὅτ' ἤμεν, ἐδιώκομεν,

700 νῦν δ' ὑπ' ἀνδρῶν πονηρῶν σφόδρα διωκόμεθα,

κῆτα πρὸς ἀλίσκόμεθα. πρὸς τὰδε τίς ἀντερεῖ Μαρψίας;

Antepirrhema.

τῷ γὰρ εἰκὸς ἄνδρα κυφόν, ἠλίκον Θουκυδίδην,

693. περὶ] παρὰ Dobree.

701. κῆτα πρὸς] καὶ προσέθ' Elmsley (ut vs. 984 Ran. 490 alibi), καὶ πρὸς Blaydes.

702. τίς] τί Elmsley, perperam me iudice; vid. comment.

703. τῷ] πῶς Blaydes coll. vs. 692 et Nub. 393.

691. De voce σορῶ vid. Vesp. 1365, et cum toto versu cf. Eccl. 592 Plut. 556 Lys. 600.

693. περὶ κλειψύδραν] vid. Vesp. 93.

697. καὶ πολύν] item vs. 906.

698 sq. De marathonomachis vid. Nub. 986; praeterea cum hoc loco cf. senum in Vespis querelae: ὃ πάλα ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλλοι μὲν ἐν χοροῖς, | ἄλλοι δ' ἐν μάχαις κτέ.<sup>1)</sup> — Participium ὄντα id quod ὄς ἦν nunc valere vix est quod moneam. Perperam autem quod sequitur ὄτ' ἤμεν Bergler aliique interpretati sunt cum *vigebamus*, coll. Lys. 666 Eur. Hec. 284 simm.; qualibus locis necessario accedere debet εἶτι vel eiusmodi quid, ut alias οὐδὲν εἶναι vel οὐκέτι εἶναι dicuntur perditī homines<sup>2)</sup>.

698. περὶ τὴν πόλιν] vid. ad Eq. 812.

699 sq. ἐδιώκομεν . . . διωκόμεθα . . . ἀλι-

σκόμεθα] verborum idem est lusus Eq. 969 Vesp. 1207<sup>3)</sup>.

701. πρὸς] vid. ad Ran. 415.

702. πρὸς τὰδε] vid. ad Eq. 623.

— τίς ἀντερεῖ Μαρψίας;] *ecquis est Marpsias qui hisce possit obloqui?*<sup>4)</sup> Non quid certus quidam homo dicturus sit quaeritur, sed ficto *Marpsiae* nomine, quo *Ctesiam*<sup>5)</sup> designari acute coniecit Müller Strübing<sup>6)</sup>, homines *rapaces*<sup>7)</sup> sive *sycophantae* in universum nunc significantur. Idem nomen Eupolis quinto anno post in *Κόλαξι* fabula<sup>8)</sup> dedit parasito alicui.

703. τῷ γὰρ εἰκὸς] idem quod modo πῶς γὰρ εἰκότα est dictum<sup>9)</sup>. Vid. ad Ran. 1484.

— Θουκυδίδην] en vir cuius lis etiam in epirrhemate<sup>10)</sup> spectabatur. Eandem autem causam quarto anno post his ver-

<sup>1)</sup> Vesp. 1060 sqq. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 681. — <sup>3)</sup> Item nos: *toen waren wij vervolgers, maar nu worden wij zelf vervolgd en wal erger is achterhaald.* — <sup>4)</sup> De futuri usu vid. ad Eq. 1183. — <sup>5)</sup> Vid. vs. 839 τίς Κτησίας. — <sup>6)</sup> Arist. u. die hist. Kritik p. 326 sqq. — <sup>7)</sup> Ductum enim est a verbo poetico *μάρπτειν*: *Grijpvoegel.* — <sup>8)</sup> Teste Suida s. v. *ρομβοῦσαι*: Eup. fr. 166. — <sup>9)</sup> Vs. 692. — <sup>10)</sup> Vs. 679 sqq.



705 ἐξολέσθαι ξυμπλακέντα ἐν τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ  
 τῷδε τῷ Κηφισοδήμου, τῷ λάλω ξυνηγόρω;  
 ὡστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα, καὶ ἀπεμορξάμην ἰδῶν

704. \*ἐν] de meo addidi. Metrum idem est e. g. vs. 335; praeterea cf. vs. 235, 286, 293 etc. Qui vulgatam servant, aut ipsum accusatorem lingua invita „Scytharum solitudinem” nunc vocari sumant necesse, aut verti haec non posse fateantur.

705. Κηφισοδήμου Hamaker] -μφ codd.; Cephisodemum fuisse patrem Euathli (cf. vs. 712) ex contextu probabiliter efficit Hamaker, vulgatam autem iure damnavit, non enim a Cephisodemum sed ab Euathlo in ius vocatum esse Thucydidem poetae verba docent. || ξυνηγόρω;] interrogandi signum primus posuit Bergler.

706. ὡστ' ] ὄν γ' Elmsley sine iusta causa. || καὶ ἀπεμορξάμην] ἀπεμορξάμην vel ἀπομορξάμην codd.; dubitari potest an καὶ ἐπεμ. sit scribendum.

sibus ioculariter commemoravit noster: ἐκείνῳ μοι δοκεῖ πεπονθέναι, | ὅπερ ποτὲ φεύγων ἔπαθε καὶ Θουκυδίδης; | ἀπόπληκτος; | ἐξαιφνης; ἐγένετο τῷς γνάθους<sup>1)</sup>. Utrobique autem intellegendum esse *Melesiae* filium illum, qui Pericli olim strenue fuerat adversatus, multi contenderunt, alii negarunt, ex nostri loci tenore efficientes de humillimae condicionis homine sermonem fieri<sup>2)</sup>. Sed suo iure observavit Bergk<sup>3)</sup>, verba „ἐκείνος ἠνίκ' ἦν Θουκυδίδης”<sup>4)</sup> nisi de clari nominis viro dici non potuisse. Neque hominis alicuius de plebe damnationem praeterlapso triennio denuo commemoraturus erat noster. Rem autem me indice conficiunt ipsius Thucydidis verba a Plutarcho allata; qui ab *Archidamo interrogatus πότερον αὐτός ἢ Περικλῆς παλαίει βέλτιον*, „ὅταν” εἶπεν „ἐγὼ καταβάλω παλαιῶν, ἐκείνος ἀντιλέγων ὡς οὐ πέπρωκε νικᾷ καὶ μεταπειθεὶ τοὺς ὀφῶντας”<sup>5)</sup>, et Platonis locus: Θουκυδίδης δύο ὄεις ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον, καὶ τοὺτους ἐπαίδευσεν τὰ τε ἄλλα εὖ καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα *Μῆνηραίων*<sup>6)</sup>. Unde apparet cum patrem

tum filios *luctae* fuisse peritissimos; et sic demum suam lucem accipiunt nostri loci verba: κατεπάλαισεν ἂν μὲν πρῶτον *Εὐάθλου*; ὀκτα κτέ.

704 sq. Pervulgatum est *ξυμπλακῆναι τινι cum homine aliquo conflictare*<sup>7)</sup>, et vox ἢ Σκυθῶν ἐρημία in proverbium abiit ad *loca desertissima* et infinitam quandam vastitatem designanda. *Perisse* autem dicitur *Thucydides in desertis cum Cephisodemi isto filio congressus*. Est igitur Cephisodemi filius *Euathlus*, qui Thucydidem in ius vocavit; de quo homine vid. ad Vesp. 592, noster autem locus<sup>8)</sup> testatur fuisse qui natalibus legitimis editum sive iure sive iniuria negare, ioco igitur maligno dici potuit *δοῦλος*; καὶ *βάσβαρος* sive *Σκύθης*; sive *τοξότης*<sup>9)</sup>.

705. ξυνηγόρω] cf. vs. 685.

706. ἀπεμορξάμην] in scholiis redditur *ἐκλαυσα*, verbum autem *ὀμόρηνσθαι* de *lacrymas abstergentibus* inde ab Homero dicitur<sup>10)</sup>, sed brevior etymi forma, quae hoc loco extat, apud Q. Smyrnaeum demum redit<sup>11)</sup> itaque quam maximam nunc movet suspicionem.

<sup>1)</sup> Vesp. 946 sqq. — <sup>2)</sup> Vid. Müller Strübing Arist. u. die hist. Kritik p. 303 sqq., cui olim adstipular. — <sup>3)</sup> Comment. p. 61. — <sup>4)</sup> Vs. 708. — <sup>5)</sup> Pericl. 8; cf. Eq. 571 sq. — <sup>6)</sup> Menon. 94c. — <sup>7)</sup> Cf. *ξυνάπτειν* vs. 686. — <sup>8)</sup> Et fr. 411 ad Vesp. l. l. allatum. — <sup>9)</sup> Vid. ad vs. 54. — <sup>10)</sup> Etiam in hac fabula vs. 695 et 843. — <sup>11)</sup> Q. Smyrn. IV 270, 374. Quamquam Homericum *ἀπομόρξαστο δάκρυ* fortasse interpretetur quispiam *ἀπομόρξαστο*.

- ἄνδρα πρεσβύτην ὑπ' ἀνδρὸς τοξότου κυκόμενον,  
 ὅς, μὰ τὴν Δήμητρός, ἐκεῖνος ἦνικ' ἦν Θουκυδίδης,  
 οὐδ' ἂν ἴ αὐτὴν τὴν Μηλαίαν ἴ ἕαδίως ἠνέσχετο,  
 710 ἀλλὰ κατεπάλαισε μὲν γ' ἂν πρῶτον Εὐάθλους δέκα,  
 κατεβόησε δ' ἂν κεκραγῶς τοξότας τρισχιλίους,  
 ὑπερετόξευσεν δ' ἂν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς τοὺς ξυγγενεῖς.  
 ἀλλ' ἐπειδὴ τοὺς γέροντας οὐκ ἔαθ' ὕπνου τυχεῖν,  
 715 ψηφίσασθε χωρὶς εἶναι τὰς γραφάς, ὅπως ἂν ἦ  
 τῷ γέροντι μὲν γέρων καὶ κωδὸς ὁ ξυνήγορος,  
 τοῖς νέοισι δ' εὐρύπρωκτος καὶ λάλος ἧὸ Κλεινίου.  
 καὶ ἐξελαύνειν χροὴ τὸ λοιπὸν κῆν σφαλῆ τις ζημιοῦν

709. αὐτὴν τὴν Μηλαίαν] verba manifeste corrupta, nihil enim prodest Μηλαία Cereris epitheton (Herodot. V 61, cf. Bekk. Anecd. p. 473 Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 752, 3) aut ἁχαῖκαί compedum nomen ioculare ex Heroda notum (V 61). Hamaker e. g. proposuit ᾧ... οὐδ' ἂν Ἀπολλῆ; παλαιῶν, e quidem meliuser intellegem ὅς... οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν πρόκλησιν vel eiusmodi quid, qui ne in eius quidem vocari se patienter tulisset olim.

710. μὲν γ' ἂν Bentley] μὲν R, sic aut μὲν ἂν cett., -ν ἂν μὲν Kuster, μέντων Reiske (ut vs. 162, 544, 906; sed post ἀλλά locum hoc non habet).

712. ὑπερετόξευσεν Blaydes] περιετόξευσε(ν) codd. || αὐτοῦ] αὐτὸς Blaydes.

717 sq. Temere del. Hamaker.

717. \*σφαλῆ] φύγη codd.; ὕφλη vel ἄλφ Blaydes parum probabiliter, nam requiritur: si quid deliquerit, non: si damnatus fuerit. || τας] \*τι? vid. Ran. 689.

707. τοξότου] cf. vs. 54.  
 — κυκόμενον] vid. vs. 688 et ad Eq. 251.

708. ἐκεῖνος] vid. Nub. 195.

709. ἂν... ἠνέσχετο] patienter tulisset; cf. Xen. Oecon. II § 5: οὔτε θεοὺς οὔτε ἀνθρώπους οἶμαι σε ἂν ἀνασχέσθαι, nec di nec homines opinor te ferrent. Sed corruptus est nostri loci contextus.

710. κατεπάλαισε] hoc verbo ut uteretur comicum movit cum Euaθλί nomen certaminibus palaesticis affine <sup>1)</sup> tum fama quam ipsi Thucydidi olim pepererat luctandi peritia <sup>2)</sup>.

711. κατεβόησε] cf. Eq. 286 sq.

— τοξότας] cf. vs. 54.

712. ὑπερετόξευσε] vid. ad Eq. 56 et ad Nub. 944.

714. χωρὶς] vid. ad Eq. 1314.

715. κωδὸς] edentulus <sup>3)</sup>. Eiusdem conformationis sunt νώνυμος, νήγρετος alia <sup>4)</sup>. — ξυνήγορος] cf. vs. 685.

716. Per gradationem quandam iuvenibus aptus dicitur accusator qui „mollis <sup>5)</sup> sit et loquax et Cliniae filius”. Alcibiades igitur quicquid in urbe est cinaedorum et rabularum superare dicitur. Cuius artificia dicendi etiam antea in Daetalensibus riserat noster <sup>6)</sup>.

717. ἐξελαύνειν] pellere, ut morbum, quoniam similia similibus curantur. Sic in proverbio dicitur κακὸν κακῷ ἴσθαι

<sup>1)</sup> De cuiusmodi verborum lusibus vid. ad Vesp. 84, et de locutionibus e palaestra desumptis ad Nub. 551. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 703. — <sup>3)</sup> Item Plut. 266 Phrynich. fr. 79 Eubul. 146. — <sup>4)</sup> Vid. Enchirid. dict. ep. p. 248. — <sup>5)</sup> Vid. ad Nub. 1089. — <sup>6)</sup> Fr. 198<sup>o</sup>.

τὸν γέροντα τῷ γέροντι, τὸν νέον δὲ τῷ νέῳ.

SCENA DECIMA QUARTA.

(Dicaeopolis procedit ex aedibus et fori sui fines baculo describere incipit.)

Dicaeopolis solus.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

720 ὄροι μὲν ἀγορᾶς εἰσὶν οἷδε τῆς ἐμῆς.  
 ἐνταῦθ' ἀγοράζειν πᾶσι Πελοποννησίοις  
 ἔξεστι καὶ Μεγαρεῦσι καὶ Βοιωτίοις,  
 ἐφ' ᾧ τε πωλεῖν πρὸς ἐμέ, Λαμάχῳ δὲ μῆ.  
 ἀγορανόμους δὲ τῆς ἀγορᾶς καθίσταμαι  
 τρεῖς τοὺς λαχόντας τοῦσδ' ἱμάντας ἐκ Λεπρῶν.  
 725 ἐνταῦθα μῆτε συζοφάντης εἰσῆτω  
 μῆτ' ἄλλος ὅστις φρασιανός ἐστ' ἀνήρ.

720. πᾶσι R] om. nonnulli, τοῖσι alii.  
 722. E vs. 625 conflatus videtur Elmsleio.

et ἦλον ἦλον ἐκκροῦναι<sup>1)</sup>, fuse autem hoc praeceptum exposuit Antiphanes: οἷφ <δὲ δεῖ> τὸν οἶνον ἐξελαύνειν, | σάλπιγγι τὴν σάλπιγγα, τῷ κήρυκι τὸν βῶντα, | κόπων κόπον, ψόφῳ ψόφον, τριωβόλῳ δὲ πόρην, | αἰθαδῖαν αἰθαδία, Καλλίστρατον μαγείφ, | στίον στίον, μίχι μίχι, ἑσπαιῖς δὲ πύκην, | πόνφ πόνον, δίκη δίκη, γυναῖκι τὴν γυναῖκα<sup>2)</sup>.

— σφαλῆ] cf. Ran. 689.

720—722. Cf. vs. 623—625.

722. ἐφ' ᾧ τε] ea condicione ut<sup>3)</sup>.

723. ἀγορανόμους] aedilium, quos ἐπι τοῖς ὀνόμασι ἅπασιν frumento excepto Athenienses φύλακας κατέστησαν<sup>4)</sup>, ὅπως καθάρῃ καὶ ἀκρίβηλα πωλοῖτο<sup>5)</sup>, etiam in Vespis<sup>6)</sup> fit mentio. Cf. infra vs. 824 et 968.

724. ἐκ Λεπρῶν] in scholiis haec post alias proponitur explicatio, locum prope urbem, ubi coriariorum erant officinae, ita fuisse dictum. Quae probabilis mihi videtur coniectura<sup>7)</sup> — nam coniectura quin sit vix dubito. Est autem Λεπρῶν ex Λεπρέων contractum; urbis nomen Λέπρον etiam in Peloponneso erat<sup>8)</sup>. Peperit nomen vox λέπας rupes, unde et λεπαῖος<sup>9)</sup>.

726. φρασιανός] avium illa aetate rarissimarum nomine<sup>10)</sup> in novam significationem detorto nunc indicantur homines, qui ἐκ τοῦ φαίνειν victum habent<sup>11)</sup>. Sic in Avibus Pithetaerus „Ἐπικεχθός φρασιανός” ait „mihi est nomen”<sup>12)</sup>. Cui ioco non obstant numeri, licet vo-

1) Aristot. Polit. V 9 § 6 Cic. Tusc. IV 35 § 75 etc. — 2) Antiphan. fr. 300. Similia sunt fr. com. adesp. 453, 494, 1269. — 3) Item Thesm. 1162 Plut. 1000, 1141. — 4) Lys. XXII § 16. — 5) [Arist.] Rep. Ath. 51 § 1. — 6) Vesp. 1407. — 7) Cf. Eq. 853. — 8) Av. 149 Thucyd. V 31 § 4 etc. — 9) Eur. Hipp. 1248. — 10) Vid. ad Nub. 109. — 11) Vid. ad Eq. 300; teste Hesychio s. v. fuit qui sycophantas φάσσκας diceret (vid. ad Eq. 361), in comoedia opinor aliqua. — 12) Av. 68; cf. ibid. vs. 1694 et de verborum huiusmodi lusibus vid. ad Vesp. 353.

ἐγὼ δὲ τὴν στήλην καθ' ἣν ἐσπείσάμην  
μέτειμι, ἵνα στήσω φανεράν ἐν τῇ ἀγορᾷ.

(Domum redit. Megarensis cum duabus filioliis decem fere duodecimve annorum a scenae parte sinistra prodit.)

## SCENA DECIMA QUINTA.

Megarensis, Puellae.

## ΜΕΓΑΡΕΙΣ.

ἀγορὰ ἐν Ἀθάναις, χαῖρε, Μεγαρεῦσιν φίλα.

730 ἐπόθουν τυ, ναὶ τὸν φίλιον, ἄπερ ματέρα.  
ἀλλ', ὦ πονηρὰ κόρη' ἰθλίου πατρός,  
ἄμβατε ποτιὰν μᾶδδαν, αἶ χ' εὐρητέ πε.

728. φανεράν] -ρῶς R.

731. κόρη' Elmsley] κόρη' R, κόρη' vel κόρια γ' cett. || ἀθλίου] ἀθλίω Bentley alii, similia autem occurrunt vs. 739, 743, 764, 770, 790, 798, 817, 834. Sed in inscriptionibus Megarensibus — quae quarto sane saeculo exeunte non sunt antiquiores — cum τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ et similia maxima constantia scribantur, praestat Doricos terminos non temere invehere, cum praesertim ipsa natura locorum cum Attica potius quam cum Peloponneso iunxerit Megaridem, ita ut credibile sit dictione quadam tenuis affini incolas etiam antiquitus usos esse.

calem α brevem habeat huius verbi stirps, longam Φᾶσις et Φασσιανός<sup>1)</sup>.

727. ἐγὼ] dum „aediles” isti fori curam habent.

— τὴν στήλην] foedera, quae civitates inter se inibant, columnae inscripta publice proponi solebant; itaque Dicaeopolis nunc in foro erecturus est columnam inducias quas suo Marte cum hostibus fecit testantem<sup>2)</sup>.

728. μέτειμι] vid. ad Eq. 605.

730. τὸν φίλιον] mente supplendum est Δία. Sic apud Menandrum: μαρτύρομαι τὸν φίλιον, ὃ Κράτων, Δία<sup>3)</sup>, vel apud Platonem: εἰπέ πρὸς Διὸς φίλιον<sup>4)</sup>.

731. Simillima apud Euripidem in Phoenissis sunt Oedipodis de filiorum corporibus verba: ὦ φίλα πεσέματ' ἄθλι' ἀθλίου πατρός<sup>5)</sup>. Quem versum quamquam imitari nunc non potuit comicus, — Phoenissae enim multis annis post Acharnenses data est tragoedia, — satis tamen inde apparet Megarensium παρατραγωδεῖν.

732. ἄμβατε] conscendite scenam<sup>6)</sup>. Sic in Vespis rei filii suggestum conscendere his verbis iubentur: ἀναβαίνετ' ὃ πονηρὰ<sup>7)</sup>.

— ποτιὰν μᾶδδαν, αἶ χ' εὐρητέ πε] ad victum petendum, an forte siliis inventurae. Ita nunc usurpata est vox μᾶδδα, i. e.

<sup>1)</sup> Vid. supra ad vs. 36. Suo sensu nomen Φασσιανόν adhibuisse videtur noster in Onerariis, nisi memoriae errore haec fabula pro Acharnensibus commemorata est apud Stephanum Byz. s. v. Φᾶσις: τὸ ἐθνικὸν Φασιάτης καὶ Φασσιανός καὶ Φασσιανός, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ὀλκίαισι (Ar. fr. 429). — <sup>2)</sup> Cf. Av. 1050 Lys. 513 Thucyd. V 18 § 11 etc. — <sup>3)</sup> Menandr. fr. 54. — <sup>4)</sup> Phaedr. 234e; item νῆ τὸν φίλιον Pherecrat. fr. 96, πρὸς φίλιον Plat. Gorg. 519e etc. — <sup>5)</sup> Phoen. 1701. — <sup>6)</sup> Vid. ad Eq. 148 sq. — <sup>7)</sup> Vesp. 977.

ἀκούετε δὴ, ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα'  
 πότερα πεπερᾶσθαι χορήδδετ' ἢ πεινήν κικῶδες;

## ΚΟΡΑ.

735

πεπερᾶσθαι! πεπερᾶσθαι!

## ΜΕΓΑΡΕΤΣ.

ἐγὼνγα καὐτός φαμι. τίς δ' οὔτως ἄνους  
 ὅς ὑμέ κα πρίαιτο, φανεράν ζαμίαν;  
 ἀλλ' ἔστι γάρ μοι Μεγαρικά τις μαχανά.  
 χοίρους γάρ ὑμέ σκευάσας φασὼ φέρειν.  
 (Saccum quem humero gerebat promptum aperit.)

733. ἀκούετε C] ἀκούετον cett. numeris invitis (—<sup>1</sup>—<sup>1</sup>—<sup>1</sup>—<sup>1</sup>—<sup>1</sup>—<sup>1</sup>); quo servato Elmsley coniecit ποτέχετον τὰν γ. aut πότσεχετ' ἐμὶν τὰν γ. (vid. ad Eq. 503).

738. ἔστι γάρ μοι] ἔστιν ἡμῖν Suid., hinc ἔντι (ἔστι) γάρ ἐμὶν Bentley. || μαχανά] μηχανά R alii.

739. ὑμέ σκευάσας] ὑμ' ἐσκευάσας; Porson coll. vs. 436. Vid. vs. 121 et ad Ran.

μῦσα<sup>1)</sup>), ut alibi τὰ ἄλφιστα et similia<sup>2)</sup>), itaque „ἀναβαίνειτ' ἐπὶ τὰ ἄλφιστα, ἦν πως εὔρητε” Attice haec sunt reddenda<sup>3)</sup>).

733. τὰν γαστέρα] iocose sic dicitur pro τὸν νοῦν<sup>4)</sup>), quemadmodum in Equitibus τί οὐ διακρίνεις, Σῆμ', isiciarius ait, ὁπότερός ἐστι τῶν | ἀνήρ ἀμεινών περὶ σέ καὶ τήν γαστέρα<sup>5)</sup>), ubi in fine expectabatur πόλιν.

736 sq. οὔτως... ὄς] pro οὔτως... ὥστε sic dicitur etiam in Thesmophoriazasis: τίς δ' οὔτως ἀνήρ | ἡλίθιος ὅστις τιλλόμενος | ἡνείχετ' ἄν<sup>6)</sup>). Similis sed maioris licentiae est quod supra legimus: οὔτω... πόρρω... ὄτε<sup>7)</sup>).

737. φανεράν ζαμίαν] manifestum datum<sup>8)</sup>). Sic in Lysistrata: γυναίκα, ἄς

ἐξόσκομεν | κατ' οἶκον ἐμφαίς κακόν<sup>9)</sup>). Cf. etiam Antiphanis versiculi: ἐπεὶ γάρ ἀποθνήσκειν ἀγαγῆ γίγνεται, | τὸ προῖκ' ἀποθανεῖν ἐστι φανερά ζημία<sup>10)</sup>). Cuiusmodi in locutionibus ζημία oppositum est τῷ κέρδει<sup>11)</sup>). Cf. ἀζήμιος adiectivum in Ranis<sup>12)</sup>).

738. Μεγαρικά τις μαχανά] inventum Megaricum dicitur iocus rusticus, a facetiis ὑστερίας sive urbanis longe discrepans, ipsumque Megarensium nomen in probrum inter Athenienses abiit ex quo ab ipsis civitas illa defecit; cf. e. g. Philonidis versiculus: παναγῆς γειᾶ, πορνοτελῶναι, Μεγαροῆς δεινοί, πατραλοῖαι<sup>13)</sup>. Praeterea vid. ad Vesp. 57.

739. σκευάσας] vid. ad Ran. 523.

<sup>1)</sup> Item vs. 835; cf. χορήδδετε vs. 734, φαντάδομαι vs. 823, γυμνάδομαι Lys. 82, πατόδδει Lys. 206. — <sup>2)</sup> Vid. ad Nub. 176 Eq. 575. — <sup>3)</sup> ἦν πως ita usurpatur infra vs. 1031; vid. ad Ran. 175. — <sup>4)</sup> Ut legitur Eq. 1014 Nub. 575 Vesp. 1015 Pac. 174 Av. 688 Thesm. 381 Plut. 113. Nos: *luistert toe met open maag*. — <sup>5)</sup> Eq. 1207 sq. — <sup>6)</sup> Thesm. 592 sq. Vid. praeterea Soph. Ant. 220 Eur. Ale. 195 Lys. III § 41 etc. — <sup>7)</sup> Vs. 646 sq. — <sup>8)</sup> *Schade voor de hand*. — <sup>9)</sup> Lys. 260 sq. — <sup>10)</sup> Antiphan. fr. 267. — <sup>11)</sup> Vid. Plat. Hipparch. 226 e. Vox ζημία ita usurpatur etiam Pac. 1226 Plut. 1124 Alex. fr. 56 Lys. XXXII § 21, 25, 29 Isocr. III § 50 Xen. Vect. 4 § 5 Oecon. 1 § 7 Memor. II 3 § 2 et 7, c. 7 § 9 Cyrop. II 2 § 12 III 1 § 15. — <sup>12)</sup> Ran. 406. — <sup>13)</sup> Philonid. fr. 5.





(Puellae postquam vultui manibusque circumdederunt exuvias porcinas, retro versus irrepunt in saccum, sola rostra unguulasque exserentes.)

ἔγῶν δὲ καρυξῶ Δικαιόπολιν ὄπα.

(Alta voce ante domum clamans:)

Δικαιόπολις, ἦ λῆς προῖσθαι χοιρία;

(Dicaeopolis prodit.)

### SCENA DECIMA SEXTA.

Megarensis, Puellae, Dicaeopolis.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

750 τί; ἀνὴρ Μεγαρικός;

ΜΕΓΑΡΕΤΣ.

ἀγορασοῦντες ἴκομες.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

πῶς ἔχετε;

ΜΕΓΑΡΕΤΣ.

διαπεινῶμες ἀεὶ ποττὸ πῦρ.

748. καρυξῶ R] καρυξῶ γε vel δὲ plerique.

749. Δικαιόπολις] -λι R; cf. vs. 404.

750. τί;] interrogationem addidit Brunck. || ἀγορασοῦντες Elmsley] -σοντες codd. || ἴκομες Elmsley] ἴκομεν R, ἤκομεν cett.

751. ἀεὶ R] ἀεὶ complures; sed cf. vs. 761.

748. ὄπα] sc. ἔστι. Sic ὄπου (ἔστι) in fine additur etiam Eccl. 1125 sq.: φρά- σατέ μοι τὸν δὲσπότην, | τὸν ἀνδρῆ, ὄπου ἔστί, vel Soph. Ai. 103: ἦ τοῦπίτριπτον κίναδος; ἔξῆρον μὲ ὄπου; Oed. C. 1218: τὰ τέρποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ὄπου etc. <sup>1)</sup>.

749. λῆς] saepius in vicinia <sup>2)</sup> nec non in Lysistrata fabula <sup>3)</sup> occurrit Doricum hoc verbum <sup>4)</sup>, quod etiam poetae tragicī suam in dictionem hic illic admiserunt.

751. Agricolis summa beatitudo videtur tempore hiemali πρὸς πῦρ διέλκειν <sup>5)</sup> sive πρὸς τὸ πῦρ διαπίνοντα; καὶ εὐωχομένους <sup>6)</sup> vesperam hilari convivio transigere cum famulis operum solutis <sup>7)</sup>. Cuiusmodi otia rustica elegantissime pinguntur in Pacis fabulae epirrhemate <sup>8)</sup>. De locutione ποττὸ (πρὸς τὸ) πῦρ vid. ad Nub. 198. Megarenses autem ad fœcum domesticum non διαπίνουσι sed ... διαπεινῶσι <sup>9)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. etiam ad Av. 10. — <sup>2)</sup> Vs. 766, 772, 776, 788, 814. — <sup>3)</sup> λῶ Lys. 981 (1174?), λῶμε; Lys. 1162, (ἀῆτε Lys. 1105?). — <sup>4)</sup> In lege Gortynia e. g. vel apud Epicharmum passim obvium. — <sup>5)</sup> Pac. 1131. — <sup>6)</sup> Plat. Rep. IV 420e, cf. 372c, d. — <sup>7)</sup> Hor. Carm. III 17, 16. — <sup>8)</sup> Pac. 1140 sqq. — <sup>9)</sup> Zij ziltten aan den huiselijken haard lekkertjes te...verhongerren. Cf. Alex. fr. 162<sup>4</sup> cum Kockii nota. Fortasse huc pertinet, certe dignum est quod afferatur, fr. com. adesp. 1076: μεγαρίζοντες λιμώσσουντες, nam ad vs. 822 quominus id referam multa dehortantur.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀλλ' ἡδύ τοι, νῆ τὸν Δί', ἣν ἀνὸς παρῆ.  
τί δ' ἄλλο πράττεθ' οἱ Μεγαρήs νῦν;

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

οἶα δῆ·

755 ὄκα μὲν ἐγὼν τὴνῶθεν ἐνεπορευόμεαν,  
ἄνδρες πρόβουλοι τοῦτ' ἔπρασσον τῶ πόλι,  
ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

αὐτίκ' ἄρ' ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων.

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

σά μάν;

753. Μεγαρήs] -ρεῖs; R<sup>1</sup> et plerique.

754. ἐγὼν] ἐγὼ R et plerique; cf. vs. 810. || τὴνῶθεν R] τὴνόθεν cett. || ἐνεπορευόμεαν] ἐμπορευόμεαν (vel -μην) codd., Meineke ἐξεπορευόμεαν, Blaydes ὠδ' ἐπορευόμεαν, Brunck ἔγωγα τὴνόθεν ἐπορευόμεαν. Mihi litterae EN haplographia periisse videntur, certum autem est augmentum abesse non posse; sed an ἠμπορευόμεαν verum sit dubito.

755. ἄνδρες] τῶνδρες Elmsley coll. Lys. 1099, 1260. || τοῦτ'] ταῦτ' R. || ἔπρασσον Elmsley] ἔπραττον codd.; cf. vs. 763.

757. ἀπαλλάξεσθε] ἀπελλάξεσθε Cobet.

753. *Quid rei ceteroquin geritis? — Sic tenuiter* 1).

— οἶα δῆ] *qualia expectet quilibet, πρόσσομεν οὐχ οἶα κώμου καὶ γέλωτος ἄξια* 2). *Mente repetendum est verbum πράττομεν.* Sic Iolaus senex annis confectus apud Euripidem: *πάροσμεν, οἶα δῆ γ' ἐμοῦ παρούσια* 3), *si quidem adesse dici possum* 4), vel apud Herodotum: *οἶα δῆ εἶπας* i. e. *εἶπας οἶα δῆ εἶπε* 5), *his verbis usus quae nunc a me afferri non est opus.*

754. ἐνεπορευόμεαν] cf. vs. 480.

755 sq. ἔπρασσον... ὅπως] *operam dabant ut.* Sic apud Thucydidem legimus: *τῶν Κορινθίων πρασσόντων ὅπως τιμωρήσονται αὐτούς* 6), *Περδικκας ἔπρασεν... ὅπως πό-*

*λεμος γενήσεται* 7), vel: *Ποτειδαῖαται ἔπρασσον ὅπως ἐτοιμάσαντο τιμωρίαν* 8). *Expectaverit autem quispiam dicturum esse Megarensem: „operam dabant magistratus ὅπως τάχιστα καὶ ἄριστα σωθῆμεν”, sed alia omnia illic agunt probuli.*

757. ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων] vid. ad vs. 269 sq.

— *σά μάν;*] id est *τίνα μὴν;* quemadmodum Attice 9) dicitur *τί μὴν; quidni?* Redit vox vs. 784, cuius veram explanationem praebet Herodianus 10): „ἴσσοα“ ἔστι δύο μέρη λόγου, τὸ „ἴ“ ἄρθρον καὶ τὸ „σά“ Μεγαρικὸν δηλοῦν τὸ „τινά“. *Natum enim est ἴσσοα sive ἄττα ex ἴ-τια, ἄ-ττα* 11).

1) Ter. Phorm. I 2, 95. — 2) Eur. Alc. 804. — 3) Heracl. 632. — 4) Nam οὐδέεν εἶσαν οἱ γίγοντες. Cf. etiam Androm. 911. — 5) Herodot. I 96. — 6) Thucyd. I 56 § 1. — 7) Thucyd. I 57 § 3. — 8) I 58 § 1. — 9) Praesertim apud Platonem et Xenophontem. — 10) In schol. ad Hom. A 554. — 11) Vid. Enchirid. dict. ep. p. 274.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τί δ' ἄλλο Μεγαροῖ; πῶς ὁ σῖτος ὄνιος;

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

παρ' ἑμὶ πολυτίματος, ἔπερ τοὶ θεοί.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

760 ἕλας οὖν φέρεις;

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

οὐχ ὑμῆς αὐτῶν ἔρχεστε;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐδὲ σκόροδα;

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

ποῖα σκόροδ'; ὑμῆς τῶν ἀεὶ,

ὅκκ' εἰσβάλητε τὸς ἀρωραῖοι μύες,

758. τί δ' ἄλλο Μεγαροῖ;] sic R, τί δ' ἄλλο; ΔΙ. Μεγαροῖ codd. complures, ΔΙ. τί ο' ἄλλο; Μεγαροῖ B non male (cf. Nub. 1088, 1447).

759. ἑμὶ Elmsley] ἑμέ codd.

761. ; ὑμέ;] ἑμέ; Meineke. || τῶν R] ὄν cett., ὄν Reiske, γῶν Ahrens, ὄν ὑμέ; γ' ἀεὶ Blaydes.

762. ἀρωραῖοι] ἀρουραῖοι R.

758. πῶ;] vid. ad Eq. 480.

759. Cf. Antiphanis de anguilla versiculus: πολὺ τῶν θρεῶν γάρ ἐστι τιμιωτέρα<sup>1</sup>, et de adiectivo πολυτιμῆτος vid. ad Ran. 337.

760. Inde ab aetate anni 427 Athenienses insula Minoa occupata Nisaeam portum Megarorum clausum tenebant<sup>2</sup>); itaque civitati misellae, cuius agros identidem invadebant Athenienses, nunc ne maritimi quidem subvehebantur comemeatus; quin a suis ipsorum salinis<sup>3</sup>) Megarenses arcebant.

761. Caeruae et allium in Megaride abundabant, unde Μεγαρέων δάκρυα io-

cose vocabantur lacrimae quas non verus civit luctus<sup>4</sup>); in Pace autem fabula cum totam Graeciam contusurus est trux ille Belli deus ut moretum inde faciat, praeter cetera in mortarium suum inicit allia Megarica<sup>5</sup>). Ipsum Cromyonic nomen, quae civitas Megaridis olim pars fuerat<sup>6</sup>), testatur quam antiqua illie fuerit cultura τῶν κρομύων sive cerarum<sup>7</sup>).

— ποῖα] vid. ad Ran. 529.

762. ὅκκ' εἰσβάλητε] vid. Prolegom. p. XIII, 2.

— τῶ;] ceu. Notatu digna est voculae littera initialis<sup>8</sup>).

<sup>1</sup>) Antiph. fr. 147<sup>3</sup>. — <sup>2</sup>) Thucyd. III 51; aliquot autem mensibus post fabulam nostram scenae commissam Athenienses ipsam Nisaeam ceperunt: Thucyd. IV 69. — <sup>3</sup>) Plin. XXXI 7 § 41; cf. supra vs. 521. — <sup>4</sup>) Zenob. V 8; cf. Pac. 249, 258 Ran. 654. Nos: krokodillen-tranen. — <sup>5</sup>) Pac. 236 sqq. — <sup>6</sup>) Strab. VIII p. 380 IX p. 390. — <sup>7</sup>) Apud Homerum A 630 ε 233 commemorantur. — <sup>8</sup>) Vid. Enechirid. dict. ep. p. 182.

πάσσακι τὰς ἄγλιθας ἐξορούσσετε.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τί δαὶ φέρεις;

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

χοίρους ἐγώνυγα μυστικάς.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

765 καλῶς λέγεις· ἐπίδειξον.

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

ἀλλὰ μὲν καλά.

(Alteram „porculam” e sacco protractam Dicaeopolidi ostendit.)

ἄντεινον, αἶ λῆς. ὧς παχεῖα καὶ καλά!

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τουτὶ τί ἦν τὸ προῖγμα;

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

χοῖρος, καὶ Δία.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τί λέγεις σύ; ποδαπὴ χοῖρος ἦδε;

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

Μεγαρικά.

ἦ οὐ χοῖρός ἐσθ' ἄδ';

763. *πάσσακι*] sine causa Blaydes *πάσσασι* vel *κάμασι* (*hastilibus*).

766<sup>b</sup>. Sic legebat Fritzsche: *ΔΙ. ὧς παχεῖα καὶ καλή*, ioci acumen offuscans; nam Dicaeopolis ut primum porrectam a patre puellam tenet manibus, statim videt non verum porcum sibi offerri. || *καλά*] ἀπαλά Meineke (cf. Lys. 1063).

768. *χοῖρος*; ἦδε] δὴ ὅστι χοῖρος; codd. quidam.

769. ἦ] ἦ R et plerique.

763. *πάσσακι*] i. e. *πατάλω*, *clavo*. De vocabuli termino vid. ad Eq. 361.

— *ἄγλιθας*] *σκορδῶδον κεφαλὰς*, *allii nuculeos* <sup>1)</sup>).

764. *χοίρους*... *μυστικάς*] vid. ad Ran. 338.

765. *ἐπίδειξον*] vid. ad Nub. 748.

767. Inde ab hoc versu largam io-

candi materiam praebet *χοίρου* vocis sensus ambiguus, quae perinde atque latinum *porcus* non tantum suis prolem significat sed etiam *virginum naturam qua feminae sunt* <sup>2)</sup>).

— *τουτὶ τί ἦν τὸ προῖγμα*]; vid. vs. 156 sq. Nub. 184 et de imperfecti usu ad Vesp. 183.

<sup>1)</sup> Cf. Vesp. 679 sq. — <sup>2)</sup> Quae sunt verba Varronis de Re R. II 4 § 10. Vid. Thesm. 289, 538, 540 Eccl. 724 (Vesp. 1353) et cf. laconicum *ὑσσας* Lys. 1001.



## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐκ ἔμοιγε φαίνεται.

## ΜΕΓΑΡΕΤΣ.

770 οὐ δεινά; θᾶσθε, τοῦδε τᾶς ἀπιστίας!  
 οὐ φασι τάνδε χοῖρον εἶμεν. ἀλλὰ μάν,  
 αἰ λῆς, περιδου μοι περὶ θυμητίδων ἄλων,  
 αἰ μή ἔστιν οὗτος χοῖρος Ἑλλάνων νόμῳ.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀλλ' ἔστιν ἀνθρώπου γε.

## ΜΕΓΑΡΕΤΣ.

ναὶ τὸν Διοκλέα,

775 ἐμά γα! τὸν δέ νιν εἶμεναι τίνος δοκεῖς;

770. τοῦδε codd.] τόνδε Elmsley. || τᾶς Elmsley] τὰς codd., quasi *spectandi* verbi hoc sit obiectum; sed pluralis ita adhiberi non potuit, aliena autem sunt quae contulere viri d.: ἀλαζονεῖαι et μανία (Eq. 290 Nub. 832 etc.). Parum probabiliter τὰν ἀπιστίαν coniecerit quispiam.

771. τάνδε R] τόνδε cett.; cf. vs. 795. || εἶμεν Dindorf] ἤμεν codd.; cf. vs. 741.

772. μοι] τῶν μοι codd. quidam, quo servato τῶν μοι περὶ θυμητῶν legit Kuster. || θυμητίδων Ahrens] θυμητίδων R, θυματιδῶν alii, θυμητίδων Suid. s. v. περιδου, Blaydes θυμητῶν (at cascus nimis hic est genitivi terminus).

775. τῷ] οὐ codd. || εἶμεναι] Dorica haec non est forma, cf. autem vs. 741 et 771 (ubi εἶμεν' esse proferendum non facile quisquam contendat); sed quid sit scribendum incertum (cf. ἀλεξέμεναι in decreto Dorico Thucyd. V 77 § 6). Hamaker εἶμεν οὔτινος, Ahrens εἶμεν αὐ. Quod praeterea coniecit Hamaker ἐδόκεις nisi verbis transpositis admitti nequit (εἶμεν ἐδόκεις οὔτινος), quoniam verbum anapaesticum in fine trimetri locum non habet nisi antecedente monosyllabo.

770. οὐ δεινά;] vid. ad Eq. 609.

— θᾶσθε] Dorica haec est forma verbi, quod Attice dicitur θεῶμαι, apud Homerum θηῖομαι, ductum autem est a stirpe θαF-η. Cf. θαῦ-μα. In singulari dicitur θᾶσαι<sup>1)</sup>.

— τᾶς ἀπιστίας!] vid. ad Vesp. 161.

772. περιδου] vid. ad Nub. 644.

— θυμητίδων ἄλων] sunt ἄλεις θυμηται, qui etiam infra commemorantur<sup>2)</sup>, *tritium cum thymo sal*<sup>3)</sup>, nam etiam odoribus additis sal condiebatur<sup>4)</sup>.

773. Idem hoc valet atque εἰ μὴ χοῖρος οὗτος παρ' Ἑλλῆσι νομίζεται<sup>5)</sup>. Conferri possunt Danaï apud Aeschylum verba: Ἐρμῆς δὲ ἄλλος τοῖσιν Ἑλλήνων νόμοις<sup>6)</sup>.

774. ναὶ τὸν Διοκλέα] Diocles Megarensium erat heros, cuius in honorem basiorum certamen quotannis habebatur teste Theocrito<sup>7)</sup>: αἰεὶ οἱ περὶ τύμβρον ἀολλέες εἶασι πρῶτῳ | κοῦροι ἐριδιμαίονασι φιλήματος ἄκρα φέρεσθαι, | ὅς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτατα χεῖλεσι χεῖλη, | βριθόμενος στεφάνοισιν ἐὴν ἐς μητέρ' ἀπῆλθεν.

<sup>1)</sup> Pac. 907 Thesm. 280 etc.; cf. Enchirid. dict. ep. p. 483. — <sup>2)</sup> Vs. 1099. — <sup>3)</sup> Plin. Hist. N. XXI 89. *Thymi* etiam Pac. 1169 Plut. 253 fit mentio. — <sup>4)</sup> Plin. Hist. N. XXXI 41. — <sup>5)</sup> Vid. ad Nub. 498 et 248 sq. — <sup>6)</sup> Suppl. 220. — <sup>7)</sup> Theocr. XII 30 sqq.

ἢ λῆς ἀποῦσαι φθεγγομένας;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

νῆ τοὺς θεοὺς

ἔγωγε.

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

(ad filiam:)

φώνει δὴ τὸ ταχέως, χοιρίον.

οὐ χοῖσθα; σιγῆς, ὃ κάμιστ' ἀπολουμένα;  
πάλιν τυ ἀποισῶ ναὶ τὸν Ἐρμῆν οἴκαδ'ις.

ΚΟΡΗ.

780

κοῖ κοῖ.

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

αὐτα ἐστὶ χοῖρος;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

νῦν γε χοῖρος φαίνεται·

ἀτὰρ ἐτραφεῖς γε κύσθος ἔσται.

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

πέντ' ἐτῶν,

σάφ' ἴσθι, ποτιτὰν ματέρῳ εἰκασθήσεται.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀλλ' οὐχὶ θύσιμός ἐστιν αὐτηγί.

777. τὸ] σὸ codd. || χοιρίον Bentley] τὸ χοιρίον R, χοιρίδιον cett., Blaydes δὴ ταχέως τὸ, χοιρίον.

778. χοῖσθα; σιγῆς; Fritzsche] χοῖσθα σιγῆς; codd., χοῖσθα σιγῆν Greg. Cor., Blaydes χοῖσ τὸ σιγῆς; demto interrogandi signo in versus fine.

779. τυ] τ' R, τὸ γ' cett.; cf. Eq. 1225. || τὸν R] μὰ τὸν plerique.

782. In codd. totus est Dicaeopolidis; correxit Elmsley.

784. οὐχὶ Dindorf] οὐ R, οὐδὲ cett.; cf. vs. 793.

778. οὐ χοῖσθα:] i. e. οὐ λῆς, 2<sup>a</sup> verbi χοῖν = χοῖσθιν velle persona<sup>1</sup>).

— κάμιστ' ἀπολουμένα] vid. Vesp. 412.

782. πέντ' ἐτῶν] vid. ad Eq. 1079.

783. Compendiaria haec est comparatio, ut Homericum illud κόμα Χαρί-τεσσιν ὁμοῖα<sup>2</sup>).

784. αὐτηγί] vid. Ran. 965.

<sup>1</sup>) Tragicorum locis nonnullis χοῖς et χοῖν formae vis vult a criticis in textum sunt invectae: Soph. Ai. 1373 (Ant. 887) El. 606 (cod. χοῖ). Praeterea cf. quod fidei non est dubiae verbum χοῖσθιν eodem sensu in dictione poetica adhibitum. —

<sup>2</sup>) Hom. P 51; Cf. Vesp. 1032.

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

σά μάν;

785 πᾶ δ' οὐχὶ θύσιμός ἐστι;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

κέρκον οὐκ ἔχει.

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

νέα γάρ ἐστιν· ἀλλὰ δειφρακουμένα  
 ἐξεῖ μεγάλην τε καὶ παχεῖαν κήρυθράν.  
 ἀλλ' αἰ τράφειν λῆς, ἄδε τοι χοῖρος καλά.  
 (Alteram porculam ei praebet.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὡς ξυγγενῆς ὁ χοῖρος οὗτος θατέρω.

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

790 ὁμοματρία γάρ ἐστι κῆκ ταυτοῦ πατρός.  
 αἷ κα δὲ παχυνθῆ κἀναχνοιανθῆ τριχί,  
 κάλλιστος ἔσται χοῖρος Μηροδίτα θύειν.

786. νέα] τερὰ schol. vs. 739 Athen. 374 f.

788. τράφειν] -φεν codd.; cf. vs. 739.

789. χοῖρος οὗτος θατέρω Hamaker] κύθρος αὐτῆς θατέρω codd.; quod salva quidem grammatica potuit dici per compendiariam comparationem (vid. vs. 783), sed deest sic verborum lusus.

791. αἷ κα δὲ Hamaker] ἀλλ' ἂν R, αἰ δ' ἂν cett. || κἀναχνοιανθῆ] κἀναχνοανθῆ γ' ἐν P, κἀναχνοανθῆ cett., κἀναχνοανθῆ πᾶς Hamaker. Verus terminus esse videtur -ἀδόη (Blaydes) vel -ασθῆ, alias certe χροάζειν dicitur.

792. ἔσται R] ἐστι cett. || θύειν] cf. vs. 739.

— σά μάν;] cf. vs. 757.

785. κέρκον οὐκ ἔχει] immolare hunc porcum non licebit, utpote οὐ τέλειον ὄντα.

786. δειφρακουμένα] i. e. ἐκτρεφόμενα<sup>1)</sup>: τῶν σωῶν τὰ μὲν ἤδη συμπεπηγότα „δέλφρακες“, τὰ δὲ ἀπαλά καὶ ἔνικια „χοῖροι“<sup>2)</sup>. Cratinus: <ἐμοὶ μὲν?> ἤδη δέλφρακες, χοῖροι δὲ τοῖσιν ἄλλοις<sup>3)</sup>.

787. „Canda“ salacissima aliquando utetur<sup>4)</sup>.

788. Ad saginandum autem — non ad immolandum — si requiris porculam, hanc elige. Minime scilicet τραφέα sed macilentia iam est quam maxime.

791. Quas ἄρτι χροάζουσας dicit Metagenes<sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> Cf. ἐξανδρούμενος Eq. 1241. — <sup>2)</sup> Aristophanes grammaticus apud Athen. 375 a. — <sup>3)</sup> Cratin. fr. 3, ibidem ab Athenaeo allatum. — <sup>4)</sup> Thesm. 239 Soph. fr. 924 Nub. 539 Pac. 1349 Eccl. 1048 Herod. Mimiamb. V (1) 45 Hor. Sermon. I, 2, 45 II 7, 49. — <sup>5)</sup> Metagen. fr. 4; cf. Nub. 978.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τῆ Ἀφροδίτῃ θύεται.

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

795 οὐ χοῖρος Ἀφροδίτῃ; μόνῃ γὰ δαιμόνων.  
καὶ γίνεται γὰ τᾶνδε τᾶν χοίρων τὸ κρῆς  
ἄδιστον ἂν τὸν ὀδελὸν ἀμπεπαρμένον.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἤδη δ' ἄνευ τῆς μητρὸς ἐσθίοιεν ἄν;

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

καὶ τὸν Ποτειδᾶν καὶ κ' ἄνις γὰ τοῦ πατρὸς.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τί δ' ἐσθίει μάλιστα;

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

πάνθ' ἃ κα διδῶς.

800

αὐτὸς δ' ἐρώτη.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

χοῖρε χοῖρε!

795. τᾶνδε τᾶν] τᾶνδε τῶν R, τῶνδε τῶν alii; cf. vs. 771.

796. ὀδελὸν] ὀρελὸν R. || ἀμπεπαρμένον Elmsley] ἐμπ. codd.; cf. vs. 1007.

798. Ποτειδᾶν] Ποσειδῶ R, Ποτειδᾶ nonnulli. || καὶ κ' κᾶν codd. || ἄνις Bentley] ἄνευ codd.; cf. vs. 834.

799. κα διδῶς Porson] καὶ διδῶς codd.

800. ἐρώτη] -τα R. || χοῖρε χοῖρε] χοιρίον Elmsley metri causa (vid. ann. crit. ad Nub. 214), sed cf. Vesp. 1369 Av. 1206(?); χύρρε χύρρε Bergk coll. Ael. Dion. apud Eust. 1752,32 et Hesych. s. v. χύρρα.

793. Propter Adonidis mortem Venus suem abominatur<sup>1)</sup>. Cf. e. g. inscriptio Lesbica: ὃ κε θέλη θύην ἐπὶ τῷ βώμῳ τᾶς Ἀφροδίτας τᾶς Πείθως καὶ τῷ Ἴριμα, θυέτω ἱρήιον ὅτι κε θέλη καὶ ἔρσεν καὶ θῆλυ πλᾶν ὕος<sup>2)</sup>. Ne Nymphis quidem Gratiisve Thasi certe porcum immolare licebat<sup>3)</sup>.

796. ὀδελὸν] Dorica haec est vocis ὀρελοῦ figura. Sic Epicharmus: λέβητες χιόλκεοι, χροστῆρες, ὀδελῶι<sup>4)</sup>.

798. Cf. vs. 834 et locus Plautinus:

si neminem alium potero tuum tangam patrem. | — Pietatis causa vel etiam matrem quoque<sup>5)</sup>. Uno autem tenore versus est proferendus, ut verba Mnesilochi: νῆ τὸν Ποσειδῶ καὶ δίκαϊά γ' ἂν πάθῃς<sup>6)</sup>. | Vocula igitur κα ceteris mente est praemittenda.

799. τί... μάλιστα] interrogativis additum μάλιστα — ut *potissimum* — id fere valet quod *ἑτέρον*<sup>7)</sup>. Sic dicitur e. g.: τί μάλιστα πυνθάνει; τί μάλιστ' ἐλέλυθας;<sup>8)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. tamen Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 381,2. — <sup>2)</sup> Collitz n<sup>o</sup> 293; vid. etiam Antiphan. fr. 126. — <sup>3)</sup> Cauer Del.<sup>2</sup> 525. — <sup>4)</sup> Apud Athen. 362b (Lorentz Epich. p. 242). — <sup>5)</sup> Pseudul. I 1, 118 sq. — <sup>6)</sup> Thesm. 86. — <sup>7)</sup> Vid. ad Vesp. 8. — <sup>8)</sup> Plut. 966.

## ΚΟΡΑ.

κοῦ κοῦ.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τρώγοιτ' ἄν ξερεβίνθους;

## ΚΟΡΑ.

κοῦ κοῦ κοῦ.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

802 τί δαί; φιβάλεως ἰσχάδας;

## ΚΟΡΑ.

κοῦ κοῦ.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

804 ὥς ὀξὺ πρὸς τὰς „ἰσχάδας“ κεκράγατον!

805 ἐνεργάτω τις ἔνδοθεν τῶν ἰσχάδων

τοῖς χοιριδίοισιν.

(Servus magnam corbem caricis repletam affert porculisque apponit. Quae cibum oblatum dicto citius devorant.)

801. τρώγοιτ' Blaydes] τρώγοις codd.; Klotz τρώγεις (τρώξεσθ' Muller) ξερεβίνθους; εἰπέ μοι coll. Clem. Alex. IV p. 109. || κοῦ] bis scribit R, semel P.

802. ἰσχάδας] εἰπέ μοι dubitanter Blaydes (vid. ad vs. 801). || Post hunc in codd. sequuntur haec: τί δαί σύκα τρώγοις (σὺ κατατρώγοις R C) ἄν αὐτός (vel αὐτός ἄν); κοῦ κοῦ (κοῦ). Quae verba Suidas s. v. φιβάλεις non agnoscit, frustra autem in versus formam redigere multi sunt conati; delevit Bentley. Nempe ad φιβάλεως mente supplendum esse σύκα τρώγοις ἄν annotaverat grammaticus aliquis. Misero vero langueret locus, si scriberemus τί δαί σύ; καὶ τρώγοις ἄν αὐτάς vel eiusmodi quid, non ambas igitur suculas simul respondere sed alteram post alteram interrogari statuentes.

804. κεκράγατον Brunck] -τε codd.

801. ξερεβίνθους] *ciceres*<sup>1)</sup>; ipse nimirum Dicaeopolis rusticus est *κυμαστρώξ*<sup>2)</sup>. Non tamen sine nequitia quadam ξερεβίνθων nunc fieri mentionem intellegitur coll. Ran. 545.

802. φιβάλεως ἰσχάδας] *caricae* rarissimae iam sunt Athenis<sup>3)</sup>, quarum certa quaedam species *φιβάλεω* dicebantur<sup>4)</sup>.

804. πρὸς τὰς „ἰσχάδας“] *ad caricarum nomen*. Vid. ad Eq. 124.

— κεκράγατον] *tertia* haec est personae forma.

805. τις] *aliquis vestrum*, ut iuberi solent servi<sup>5)</sup>.

— τῶν ἰσχάδων] de genitivi hoc usu vid. ad Vesp. 199 Ran. 1263.

<sup>1)</sup> Vox (nostrum *erwten*) redit Nub. 1396 Pac. 1136 Eccl. 45, 606. — <sup>2)</sup> Eq. 41. — <sup>3)</sup> Vid. Vesp. 291—302 et supra vs. 34—36. — <sup>4)</sup> Athen. 75b, Pherecrat. fr. 80 Hermipp. 51 etc. — <sup>5)</sup> Cf. vs. 1096 Eq. 1407 Nub. 1490 Vesp. 529 Av. 464, 1055, 1579, 1693 Thesm. 238 Ran. 871, 1304 Plut. 228, 1194, 1196 fr. 348 Plat. 10 Thucyd. V 10 § 5, *προσπύλων τις* Eur. Med. 951. Nos: (*jelui*) *een van allen*.



ἄρα τρώζονται; βαβαί,  
οἶον ῥοθιάζουσ'! ὦ πολυτίμηθ' Ἡράκλεις!  
ποδαπὰ τὰ χοιρὶ'; ὡς Τραγασαῖα φαίνεται.

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

(ultimam caricam ostendens:)

810 ἄλλ' οὐ τι πάσας κατέτραγον τὰς ἰσχάδας, —  
ἐγὼν γὰρ αὐτᾶν τάνδε μίαν ἀνειλόμαν.

(Ipse eam comedit.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(ridens:)

νῆ τὸν Δ', ἀστεῖω γε τὼ βοσκῆματε! —  
πόσου πρῶμαί σοι τὰ χοιριδία; λέγε.

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

τὸ μὲν ἄτερον τοῦτο σκοροῦδων τροπαλίδος,

809. Megarensi dedit Hirschig; in codd. continuatur Dicaeopolidi. || οὐ τι R] οὐχί cett.

810. ἐγὼν] ἐγὼ codd. || αὐτᾶν] αὐτῶν codd. || ἀνειλόμαν] -μην plerique; ὑφειλόμαν Blaydes.

813. ἄτερον] ἔτερον codd. || τοῦτο (vel τουτι) Elmsley] τούτων codd.; cf. vs. 117.

807. οἶον] vid. ad Eq. 367.

— ῥοθιάζουσι] vid. ad Eq. 546.

— πολυτίμητε] vid. ad Ran. 337.

808. Τραγασαῖα] nomini *Tragasarum* urbis Troadis, propter salinas haud ignobilis, sensus τοῦ τραγεῖν ridicule nunc subditur <sup>1)</sup>, cuiusmodi verborum lusus amat noster <sup>2)</sup>. Idem autem nomen infra a voce τράγω *hircō* ducitur <sup>3)</sup>.

810. Cf. narratiuncula — e λόγοις συβαριτικοῖς desumpta — quam affert Aelianus: Συβαρίτης ἀνήρ παιδαγωγός, τοῦ παιδός, ὃν ἦγε διὰ τῆς ὁδοῦ, ἰσχάδι περιτυχόντος; καὶ ἀνελομένου, ἐπέπληξεν αὐτῷ ἰσχυρότητα γελωτότητα δὲ αὐτός τὸ εὐρημα παρὰ τοῦ παιδός ἀρπάζας κατέφαγεν <sup>4)</sup>. Neque abludit iocus in Ecclesiazusis: οὗτος, τί ποιεῖς; οὐ τί που χέζεις; — ἐγὼ; | οὐ δῆτ' ἔτι γε μὰ τὸν Δ', ἀλλ' ἀνίσταμαι <sup>5)</sup>.

— ἀνειλόμαν] cf. Nub. 981.

811. *Sunt sane urbana animalcula, κοσμίως γὰρ δεινούσιν*. Sic de puella quadam admirabundus nescio quis apud Eubulum: ὡς δ' ἰδέινει κοσμίως! exclamat, οὐχ ὥσπερ ἄλλαι <sup>6)</sup> τῶν πρῶσων ποιούμεναι | τολύπας ἔσαττον τὰς γνάθους καὶ τῶν κρεῶν | ἀπέβρυκον αἰσχρῶς, ἀλλ' ἐκάστου μικρὸν ἂν | ἀπεγυῖεθ' ὥσπερ παρθένος Μιλησία <sup>7)</sup>. Cf. etiam ludimagistri ad puerum improbum verba apud Herodam: ἐγὼ σε θῆσω κοσμιώτερον κούρης <sup>8)</sup>. Quae *grœba, elegantia, formosa* <sup>9)</sup> sunt ἀστεῖα dicuntur, τοῖς φαύλοις καὶ ἀγροίκοις ορποσιτα <sup>10)</sup>.

812. σοι] i. e. παρὰ σοῦ. Vid. ad Ran. 1229.

813 sq. Ut antehac Dicaeopolis <sup>11)</sup>, sic Megarensis nunc belli acrumnis op-

<sup>1)</sup> *Uit Hongarije vel uit Hapsburg* vertere licet, *Eatonians Merry*. — <sup>2)</sup> Vid. ad Vesp. 353. — <sup>3)</sup> Vs. 853. — <sup>4)</sup> Ael. Var. Hist. XIV 20. — <sup>5)</sup> Eccl. 372 sq. — <sup>6)</sup> Vulgo ἄλλαι. — <sup>7)</sup> Eubul. fr. 42. — <sup>8)</sup> *Mimiamb. III 66*. — <sup>9)</sup> *Joli, nice, tief*. — <sup>10)</sup> Cf. Naber *Mnemos. 1900 p. 88 sq.* — <sup>11)</sup> Cf. vs. 34—36.

τὸ δ' ἄτερον, αἰ λῆς, χοίνικος μόνος ἄλλων.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

815 ὀνήσομαί σοι περίμεν' αὐτοῦ.

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

ταῦτα δῆ.

(Dicaeopolis domum intrat.)

Ἐρμῆ Ἐμπολαίε, τὴν γυναικᾶ τὴν ἐμὴν  
οὕτω μ' ἀποδόσθαι τὴν τ' ἐμωυτοῦ ματέρα!

(Sycophanta a manu dextra procedit.)

SCENA DECIMA SEPTIMA.

Megarensis, Sycophanta, dein Dicaeopolis.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

ὦ ἄνθρωπε, ποδαπός;

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

χοιροπόλας Μεγαρικός.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

τὰ χοιρίδια τοίνυν ἐγὼ φαίνω ταδί  
820 πολέμια καὶ σέ.

ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

τοῦτ' ἐκεῖν' ἔκει πάλιν

ὄθενπερ ἄρχα τῶν κακῶν ἀμῖν ἔφν.

814. μόνος] μιᾶς Blaydes.

816. Ἐρμῆ] Ἐρμῆ vel Ἐρμ' codd.

817. ἐμωυτοῦ] ἐμαντοῦ codd.; cf. vs. 790.

818. ἄνθρωπε R] ἄνθρωπε codd. plerique.

819. φαίνω Blaydes] φανῶ codd.; cf. vs. 912 Eq. 278 etc.

820. τοῦτ' ἐκεῖν'] aut τοῦτο τῆν' dixit Megarensis aut Attica voce imprudens nunc utitur.

821. ἀρχα] ἀρχα codd.

pressus emere debet merces, quarum largam olim copiam ipsius praebebat regio<sup>1)</sup>.

815. σοι] i. e. παρὰ σοῦ. V<sup>1</sup>. ad Ran. 1229.

— ταῦτα δῆ] vid. Eq. 111.

816. Ἐρμῆ Ἐμπολαίε] vid. ad Eq. 297.

819 et 824. φαίνω et φαίνων] vid. ad

Eq. 300.

820. τοῦτ' ἐκεῖνο] vid. ad Ran. 318.

<sup>1)</sup> Vid. supra vs. 521, 760 sqq.

## ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

κλάων μεγαριεῖς. οὐκ ἀφήσεις τὸν σάκον;  
(Megarensi saccum cum puellis eripere conatur.)

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

Δικαιόπολι, Δικαιόπολι, φαντάδδομαι!

(Dicaeopolis allii manipulum salisque aliquid tenens foras proruit.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὑπὸ τοῦ; τίς ὁ φαίνων σ' ἐστίν;

(Adspecto sycophanta flagrum corripit.)

ἀγορανόμοι,

825

τοὺς συκοφάντας οὐ θύραζ' ἐξείρξετε;

(Ad sycophantam:)

τί δὴ παθῶν φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος;

## ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ.

οὐ γὰρ φανῶ τοὺς πολεμίους;

823. φαντάδδομαι Valckenaer] -ζομαι codd.

824. ὑπὸ τοῦ;] ὑπὸ του Brunck, Megarensi haec cum cod. R aliisque continuans. || ἀγορανόμοι] οἱ δ' ἀγ. P, ὧ ἀγ. alii, ἀγ. R alii.

826. τί δὴ Brunck] τῆ vel τῆ codd. || παθῶν Scaliger] μαθῶν codd.; vid. ad Nub. 340.

822. κλάων μεγαριεῖς] κλάων dicitur<sup>1)</sup> ut alibi οἰμῶζων<sup>2)</sup>, οὔτε χαιρών vel οὔτε χαιρήσων<sup>3)</sup>, similia.

823. φαντάδδομαι] φαίνομαι dixisset homo Atticus<sup>4)</sup>; etiam Euripides verbum φαντάζεσθαι eo sensu quo φαίνοσθαι adhibuit: ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω, μηδὲ φαντάζου δόμων | πάροισθε τῶνδε<sup>5)</sup>.

824. Sic Silenum „vae mihi, pugnis pertusus sum!” clamantem Cyclops Euripideus ὑπὸ τοῦ; interrogat: τίς εἰς σὸν κρᾶτ' ἐπύκτευσεν, γέρον; <sup>6)</sup>.

— ἀγορανόμοι] cf. vs. 723.

826 sq. Verbi φαίειν sensus ambi-

guus<sup>7)</sup> iocandi praebet occasionem. *Satin' sanus tu es, Dicaeopolis ait, qui sine ellychnio lucem praebeas?* Infra autem — quod nolles — hic locus redit<sup>8)</sup>, tertiumque adeo iocum ex hac materie comicus duxit<sup>9)</sup>.

826. τί παθῶν] vid. ad Nub. 340.

827. οὐ γὰρ] vid. ad Vesp. 682.

— φανῶ] de futuri hoc usu vid. ad Eq. 1183.

— κλάων γε σὺ] item Eccl. 1027<sup>10)</sup>; de participii hoc usu vid. ad vs. 822, et de particula γε in dictis ellipticis adhibita ad Nub. 84, 196 Vesp. 231.

<sup>1)</sup> Item vs. 827 Soph. Oed. R 401 Eur. Hipp. 1086 etc. — <sup>2)</sup> Vs. 840 Eccl. 942 etc.; cf. οἰμωξόμενος Vesp. 1033. — <sup>3)</sup> Vid. ad Ran. 843 et Vesp. 186. — <sup>4)</sup> Vid. ad Eq. 300. — <sup>5)</sup> Androm. 876. Item Phoen. 93. — <sup>6)</sup> Cycl. 229; cf. etiam Phoen. 594 Eur. fr. 683<sup>2)</sup>. — <sup>7)</sup> Vid. ad Eq. 300. — <sup>8)</sup> Vs. 917. Non eiusdem recensiois ambos hos locos esse fuit cum putarem; quam tamen abieci opinionem. — <sup>9)</sup> Vs. 938. — <sup>10)</sup> Nostrates: *ja op je kop!*

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

κλάων γε σύ,

εἰ μὴ ἐτέρωσε συνοφαντήσεις τρέχων.

(Verberibus sycophantam abigit.)

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

οἶον τὸ κακὸν ἐν ταῖς Αἰθάναις τοῦτ' ἐνί!

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

830 θάρρει, Μεγαρίκ'· ἀλλ' ἤς ἀπέδου τὰ χοιρία  
τιμῆς, λαβὲ ταυτὶ τὰ σκόροδα καὶ τοὺς ἄλλας.  
καὶ χαῖρε πόλλ'.

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

ἀλλ' ἐμὴν οὐκ ἐπιχώριον.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

πολυπραγμονεῖς σύ γ'. εἰς κεφαλὴν τράποιτ' ἐμοί.

828. τρέχων R] ἰὼν cett.

830. ἀπέδου τὰ χοιρία Elmsley] τὰ χοιρίδι ἀπέδου codd. metro vitioso (vid. ad vs. 775).

832. πόλλ'] πολλά γ' complures. || ἀλλ' ἐμὴν Elmsley] ἀλλὰ μιν R, ἀλλὰ μὲν vel μὴν cett.

833. πολυπραγμονεῖς; JVürtheim] πολυπραγμοσύνης; (-τη R). || \*σύ γ'] νῦν codd. — Edī solet πολυπραγμοσύνη νῦν aut πολυπραγμοσύνης; νῦν, sed in utraque lectione aegre desideratur articulus (ἡ vel τῆς). Recte dici poterat \*οἶμοι | πολυπραγμοσύνης!

828. Simillimis verbis in Avibus Pi-thetaerus abigit sortilegum: οὐκουν ἐτέ-ρωσε χρησιμολογήσεις ἐκτρέχων; 1) et Iri-dem: οὐκουν ἐτέρωσε πετομένη | καταθα-λώσεις τῶν νεωτέρων τινά; 2). De participii τρέχων usu vid. ad Vesp. 30.

830. Μεγαρικέ] vid. ad Nub. 186.

832. „Vale” dicenti Dicaeopolidi non id respondet Megarensis quod ferebat mos: „δέχομαι”, accipio omen, i. e. gratias tibi ago 3), sed: valere quid sit nescitur Megaris 4). Quibuscum verbis aptissime conferri potest Hecubae Euripideae

dictum, quae ad Polyxenam valere se iubentem χαιρουσιν ἄλλοι, — ait — μητρί δ' οὐκ ἔστιν τόδε 5). Prope etiam accedunt Aegisthi Sophoclei ad Electram verba: ἡ πολλὰ χαιρῶν μ' εἶπας οὐκ εἰω-θότως 6), et Philemonis versiculi: λυπου-μένω δ' ὅταν τις ἀκολουθῶν λέγῃ | „χαῖρ'”, ἐξ ἀνάγκης οὐτος οἰμώζειν λέγει 7). Praeterea huc facit Amphithei illud: salvare non- dum vacat 8).

833. πολυπραγμονεῖς] vid. ad Ran. 228 9).

— εἰς κεφαλὴν τράποιτ' ἐμοί] ioculariter ita loquitur nunc Dicaeopolis, ac si

1) Av. 991. — 2) Av. 1260 sq. — 3) Ut Av. 646 Eupol. fr. 119 Xen. Cyr. V 3 § 19. Vid. etiam supra ad vs. 457. — 4) Contra Iovem non nosse voculam ὄμοι Mercurius amaro ioco usus perhibet Aesch. Prom. 980. — 5) Eur. Hec. 427. Cf. etiam Or. 1083 Phoen. 618. — 6) Soph. El. 1456. — 7) Philem. fr. 7. — 8) Supra vs. 176. — 9) Nub. 1007 Vesp. 1040.

## ΜΕΓΑΡΕΥΣ.

835 ὦ χοιρίδια, πειρῆσθε κᾶνις τοῦ πατρὸς  
παίειν ἐφ' ἄλλ' τὰν μᾶδδαν, — αἴ κά τις διδῶ.

(Dicaeopolis cum puellis domum intrat, Megarensis cum mercibus suis  
sinistrorsum abit.)

## ΧΟΡΟΣ.

(Cantus:)

εὐδαίμονετ' ἦ ἄνθρωπος. οὐκ ἤκουσας οἱ προβαίνει  
τὸ πρᾶγμα τοῦ βουλευμάτος; καρπώσεται γὰρ ἀνήρ

ῖν κτῆ. (vid. ad Nub. 1476 et supra ad vs. 488), sed particulam οἶμοι extra ver-  
sum h. l. collocare non ausim. Fortasse praestat πολυπραγμανοεῖς ῖν <δ'>. ||  
τράποιτ' (ο) R] τρέποιτ' cett.

834. πειρῆσθε] πειρᾶσθε R. || τοῦ] τῶ codd.; vid. ad vs. 731.

835. Obscurum quid significet h. l. παίειν (quod in R deest), obscurum quoque  
in hoc contextu est ἐφ' ἄλλ'. Alii alia. tentarunt, ἦ Herwerden παῖεν ἐπιπάσαν (-τον)  
μᾶδδαν, sed parum sic proficitur, necessarium autem duco articulum. Vid. com-  
mentarius et de infinitivi termino ad vs. 739. || μᾶδδαν] μάζαν codd.

836. ἄνθρωπος] ἄνθρωπος codd.

837. ἀνήρ] ἀνήρ codd.

imprecatione aliqua sit usus; vid. ad  
Nub. 40. Locutionis autem originem non  
male illustrat id quod refert Herodotus:  
Aegyptios, cum piaculum caedant, hos-  
tiae caput recisum negotiatoribus pere-  
grinis vendere aut in Nilum abicere,  
his additis precibus, ut si qua calamitas  
aut ipsis aut regioni instet, in caput  
illud devertatur<sup>1)</sup>.

834. Cf. vs. 798.

835. παίειν ἐφ' ἄλλ' τὰν μᾶδδαν] verba  
obscura. Et leve quidem est incom-  
modum quod sal — Attice certe —  
dicitur οἱ ἄλλε. Gravius vero officit prae-  
positio ἐπί, nam ἐφ' ἄλλ' (vel ἐφ' ἄλλοι)  
significat *post salem*<sup>2)</sup>, itaque sal cibus,  
puls vero opsonium vel condimentum  
absurde iam dicitur. Denique παίειν  
verbum a vicinis abhorret; neque enim

*ferire* si significat satis est aptum, neque  
si *devorare*<sup>3)</sup>, ut alibi φλᾶν, σποδεῖν,  
ἐρεῖδειν, κατασπᾶν, ἔλκειν de avide deglu-  
tientibus dicuntur<sup>4)</sup>; neque intransitiva  
notio, quam habet compositum ἐπισπαι-  
ειν in hisce locutionibus: εἰς τὴν οἰκίαν  
ἐπισπείπεικεν<sup>5)</sup>, ἐπισπείπεικεν εἰς τὴν συμ-  
πόσια<sup>6)</sup>, aut simplici tribui potuisse  
videtur aut in hunc locum quadrare.  
De voce μάδδαν vid. ad vs. 732.

— αἴ κά τις διδῶ] cf. vs. 732.

836. ἤκουσας] singulari etiam infra  
utitur chorus<sup>7)</sup>.

837. τὸ πρᾶγμα τοῦ βουλευμάτος] *ratio*  
*qua procedit consilium quod ille iuravit*. Sub-  
similis vocis πρᾶγματος; est usus in locu-  
tione τί τὸ πρᾶγμα;<sup>8)</sup>.

— καρπώσεται ... καθήμενος] *fructibus*  
*sui consilii otiosus fructur*<sup>9)</sup>.

<sup>1)</sup> Herodot. II 39. — <sup>2)</sup> Vid. e. g. Plut. 628. Cf. etiam nostrae fabulae vs. 967.  
Simili vitio laborat textus traditus Eq. 707. — <sup>3)</sup> Qui usus aliunde non est cogni-  
tus. — <sup>4)</sup> Vid. ad Ran. 576. — <sup>5)</sup> Plut. 804. — <sup>6)</sup> Fr. com. adesp. 439. — <sup>7)</sup> Vs.  
1015, 1042. — <sup>8)</sup> Vid. ad Vesp. 266. — <sup>9)</sup> De verbo καρπούσθαι vid. Vesp. 520  
vel Plat. Euth. 305 e, de verbo καθήσθαι ad Nub. 1201.



ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενος·

κῆν εἰσίη τις Κτησίας

840 ἢ συκοφάντης ἄλλος, οἰμῶζων καθεδεύεται.

οὐδ' ἄλλος ἀνθρώπων ὑποψωνῶν σε πημανεῖ τι,

οὐδ' ἐξομόρξεται Πρέπις τὴν εὐρυπρωκτίαν σοι,

οὐδ' ὥσπερ Κλεωνύμφ,

845 χλαῖναν δ' ἔχων φανήν δίεν

κοῦ ξυντυχῶν σ' Ὑπέρολος δικῶν ἀναπλήσει.

οὐδ' ἐντυχῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ πρόσεισί σοι βαδίζων

839. κῆν] κᾶν codd.

842. πημανεῖ τι [LDindorf] πημανεῖ Suidas s. v., πημανεῖται codd., πημανεῖ τι Elmsley. Cf. Av. 1253; simili vitio laborat Ran. 361.

846. σ' R] om. plerique, post δικῶν inserunt A alii (cf. vs. 842).

848. βαδίζων] ineptum ducens Meineke coniecit κακίζων, Blaydes dubitanter βαύζων (coll. Thesm. 173).

839. τις Κτησίας] cf. vs. 702.

840. οἰμῶζων] cf. vs. 822.

842. ὑποψωνῶν σε πημανεῖ τι] *praemer-  
cando* <sup>1)</sup> *molestus tibi erit*. De cuiusmodi  
compositis vid. ad Eq. 47; idem valent  
*παροψωνεῖν* <sup>2)</sup> et *παραγοράζειν* <sup>3)</sup>. Prono-  
men τι ita ut h. l. additur saepius, e. g.  
in Pluto: ἦν λυπῆς τί με <sup>4)</sup>.

843. Verbum *ἐξομόρξουσα* etiam apud  
Euripidem sic transfertur: οὐ μὴ προσα-  
οίσεις χεῖρα, βακχεύσεις δ' ἰών, | μηδ'  
ἐξομόρξει μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί; <sup>5)</sup>. Suam  
autem obtinet vim in Hercule: ἀλλ' αἶμα  
μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις <sup>6)</sup>. Apud Pla-  
tonem *ἐξομόρξαστο* et *ἐξομοργνύμενος* eo  
sensu quo *ἀνέπλησε ἀναπιμπλάς* <sup>7)</sup> usur-  
pata occurrunt <sup>8)</sup>; conferri autem pos-  
sunt *προσπρίσθαι* <sup>9)</sup> et *περιπάτειν* <sup>10)</sup>.

844. De verbo *οἰσιτίζεσθαι* vid. ad vs.  
24 et de *Cleonymo* ad Nub. 353.

845. φανήν] vid. Eccl. 347 et ad Eq.  
1256.

— δίεν] *per forum circumspatiaberis*.

846. De *Hyperbolo* vid. Nub. 1065  
Vesp. 1007.

847. ἀναπλήσει] vid. Nub. 1022 sq. et  
ad Ran. 1084.

848—853. Aemulum grandaevum et  
laude cumulatam Aristophanes irridet  
licentia comica nimis nimisque protervo  
abusus <sup>11)</sup>. Sequenti autem anno eundem  
deridendum propinavit in Equitum pa-  
rabasi <sup>12)</sup>.

848. βαδίζων] *otiosus deambulans*, quod  
ardelionum est nihil agendo tempus  
terentium.

<sup>1)</sup> Plaut. Epid. III 3, 25. — <sup>2)</sup> Cratin. fr. 92. — <sup>3)</sup> Alex. fr. 61. — <sup>4)</sup> Plut. 22;  
item Av. 1253 Lys. 656 Plut. 142 Aesch. Prom. 334 Soph. Ai. 1314 Oed. C. 837. —  
<sup>5)</sup> Bacch. 343 sq. — <sup>6)</sup> Herc. 1399. — <sup>7)</sup> Vid. infra vs. 847 et Nub. 1023. —  
<sup>8)</sup> Gorg. 525 a Leg. 775 d. Non recte Timaeus s. v. participium *ἐξομοργνύμενος* inter-  
pretatur *ἐκματτόμενος καὶ ἀπονοπούμενος*. — <sup>9)</sup> Eq. 5. — <sup>10)</sup> Supra vs. 640. —  
<sup>11)</sup> Nam comicum poetam Cratinum nunc et infra vs. 1173 spectari, non hominem  
aliunde ignotum eiusdem nominis, iure ut arbitror statuit Bergk Comment. p. 202. —  
<sup>12)</sup> Vid. ad Eq. 526—536.

Κρατῖνος εὖ κεκαρμένος μοιχὸν μῆ μαχαίρα,  
850 ὁ περιπόνηρος Ἰστέμων,

849. εὖ Fritzsche] αἰεῖ codd., αὖ Elmsley (molesto loco positum), ἀποκεκαρμένος Reisig (ut Thesm. 838). Vid. Ephippi locus in commentario allatus.

850. ὁ Bentley] οὐδ' ὁ codd.

849. *Novacula in moechi morem tonsus*<sup>1)</sup>, ita tonsus ut non senem dixeris sed iuvenem mulierum pudicitiae insidiantem. Sic in Thesmophoriazasis σκαρίον ἀποκεκαρμένη dicitur mulier parum decore tonsa<sup>2)</sup>, eodemque loquendi genere noster usus servulas κατωνάκην ἀποτετιλμένας dicit contumeliose<sup>3)</sup>, item nescio quis apud Hermippum: οἴμοι τι δράσω ζῦμβολον κεκαρμένος<sup>4)</sup>, et Sophocles: σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος<sup>5)</sup>, cuiusmodi in locutionibus non accusativum *parlis* neque *obiectum internum* quod dicitur verbo esse additum sed *praedicalivum* esse accusativum vix est quod observem<sup>6)</sup>. Nunc fortasse significatur comtus qui in tonstrinis vocabatur κῆπος, certe τὴν λεγομένην „κῆπον“ κουρὸν μὲν μαχαίρα ἐκείροντο teste Hesychio<sup>7)</sup>; quod si ita est, barbam partim in cute abrasam hoc nomine fuisse designatam haud inepte opinor statueris. Conferri autem possunt quae de Clisthenis cute glabra noster supra iocatus est<sup>8)</sup>. Ut nostro loco, sic in Ephippi de philosopho elegantiore versibus adhibitum est εὖ adverbium, qui εὖ μὲν μαχαίρα ζῦστ' ἔχων τριχώματα, | εὖ δ' ὑποκαθιεῖς ἄτομα πάγωροζ βάσθη, | εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πόδα τιθεῖς

ὄποξὺλω verba facturus prodibat<sup>9)</sup>. Est autem μία μάχαιρα *novacula*, διπλὴ μάχαιρα *forfex*<sup>10)</sup>.

850. *Improbis quidam Artemon nunc audit Cratinus*. Quod quo sensu sit accipiendum non satis apparet. Teste Ephoro apud Plutarchum fuit Artemon Glazomenius machinator peritissimus, qui Pericli Samum oppugnanti arietes et testudines paravit<sup>11)</sup>; addebat autem Ephorus eum χωλὸν ὄντα καὶ φορεῖν πρὸς τὰ κατεπίγοντα τῶν ἔργων προσκομιζόμενον ὀνομασθῆναι περιφόρητον. At opponit Plutarchus verba Heraclidis Pontici, qui observavit ab Anacreonte olim Artemonem quandam τυρφερόν τῷ βίῳ esse derisum et περιφόρητον nuncupatum; apud Athenaeum autem extant versus quos ille spectat: ξανθῆ δέ γ' Ἐδρουπύλη μέλει | ὁ περιφόρητος Ἰστέμων κτέ.<sup>12)</sup>, — quod epitheton nunc mutavit noster<sup>13)</sup>. Itaque cogimur ut statuamus dudum ante Periclis aetatem nomen Artemonis in proverbium abiisse ad designandos homines molles et luxuriosos, fortuitam autem quandam nominum similitudinem peperisse commentum illud de machinatore claudicante et in lectica circumferri solito.

<sup>1)</sup> Comme un vieux beau. — <sup>2)</sup> Thesm. 837. — <sup>3)</sup> Ecl. 724. — <sup>4)</sup> Hermipp. fr. 14; commentarii instar est Ar. Thesm. 227. — <sup>5)</sup> Soph. fr. 420. Quod apud Euripidem dicitur ἀπεσυνθίσθαι Troad. 1026. — <sup>6)</sup> Gallice igitur optime reddideris *coiffé à la frivolité*. — <sup>7)</sup> Plura tonsurae genera commemorat Pollux II 29; cf. etiam Herodot. IV 175. — <sup>8)</sup> Vs. 120. — <sup>9)</sup> Ephipp. fr. 14. — <sup>10)</sup> Cf. gall. *les ciseaux, les pincettes*. Etiam Cratin. fr. 37 Eupol. 278 commemorantur μάχαιρα κουροῖες. — <sup>11)</sup> Pericl. 27; item Diodor. XII 28. Ab hoc opinor homine machinarum genus, quod *artemo* sive *ἐλάγων* in machinatorum arte vocatur, nomen habebat (Vitruv. X 5 § 9), et etiamnunc in lingua vicina *mât d'artimon* usurpatur vox. Eius statuum fecisse creditur Polyclethus (cf. Overbeck Schriftquellen n° 966). Etiamne barbarum nomen *Artimmes* Herod. Mimiamb. II 38 huc facit? — <sup>12)</sup> Athen. 533 e, e Chamaeleontis Pontici de Anacreonte libro repetiti. — <sup>13)</sup> Idem significat *περιπόνηρος*; quod alibi *παμπόνηρος* (vs. 854 etc.), conferri autem possunt *περιαιλουργός*; vs. 856 et *περίσμενος*; Vesp. 604.

ὁ ταχὺς ἄγαν τὴν μουσικὴν,  
ὕζων κακὸν τῶν μασχαλῶν πατρός Τραγασαίου.

855 οὐδ' αὐθις αὖ σε σκώπεται Πάυσων ὁ παμπόνηρος  
Λυσίστρατός τ' ἐν τῇ ἀγορᾷ, Χολαργέων ὄνειδος,  
ὁ περιαλουργὸς τοῖς κακοῖς,  
ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεὶ  
πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας τοῦ μηνὸς ἐκάστου.

## SCENA DECIMA OCTAVA.

(Boeotus et servus a manu sinistra procedunt; uterque onustus est ingenti strue avium variorumque eduliorum. Sequuntur aliquot tibicines.)

Boeotus, dein Dicaeopolis.

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

860 ἴττω Ἑρακλῆς, ἔκαμόν γα τὰν τύλαν κακῶς.

851. ταχὺς codd.] παχὺς Bentley (cf. Nub. 842), parum probabiliter, nam ἄγαν adverbium aptius subiungitur adiectivo quod etiam in *bonam* partem adhiberi potuit.

854. Πάυσων] παρῶν Hamaker, in versu sequenti pro τ' scribens ετ'.

851. Novum sequitur crimen: *nimis celer in arte musica iam dicitur comicus senex, recentioris igitur aetatis studiis, ut in barbae capillorumque tonsura, sic in arte sua addictus et Phrynidum Timotheorumque καμπάς καὶ λυγισμοῦς καὶ στροφάς* in modis musicis imitatus<sup>1)</sup>. Quod quo iure de aemulo quam maxime metuendo perhibeat noster, quis dixerit; credible sane est Cratinum, qui multa identidem in arte sua mutavit, nuper novas aliquas modulationes in modos admisisse. Si fecit, hodie nemo est, opinor, qui vitio id ei vertat.

853. Τραγασαίου] vid. ad vs. 808 et conferatur epitheton *τραγομάχαλος*<sup>2)</sup>. Sic apud Catullum est: *laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur | velle sub alarum trux habitare caper*<sup>3)</sup>.

854. Panson famelicus a nostro dicitur

alibi<sup>4)</sup>, videtur autem *ricior* is esse, de quo Aristoteles loco notissimo: *Πολύγνωτος μὲν κριεῖτους, Πάυσων δὲ χείρους, Λιονύσιος δὲ ὁμοίους ἤκαζεν*<sup>5)</sup>. Aelianus autem aliquando sic iocatum refert: *Παύσωνι τὸν Σωγράφων φρεσὶν ἐκλιζόντα παρὰ τινος γρήνια ἴσπον καλινδοῦμενον, τὸν δὲ γράφει τρέχοντα ἀγανακτοῦντος οὐδ' τοῦ τὸ πινάκιον ἐκδόντος ὡς παρὰ τὰς ὁμολογίας γράφαντος, ἀποκρίνασθαι τὸν Σωγράφων ὅτι „στρέφον τὸ πινάκιον καὶ καλινδοῦμενος ἔσται σοὶ ὁ τρέχων“<sup>6)</sup>.*

855. *Lysistratus*. Alius hic scurra parasitus, de quo vid. ad Eq. 1267 Vesp. 787 sqq.

— τε] pro οὐδέ nunc dictum, ut Nub. 994.

856. περιαλουργός] cf. περιπόνηρος vs. 850 et vid. ad Eq. 967.

858. πλεῖν ἢ] vid. ad Ran. 90.

860. τὰν τύλαν] *culcita* Aeolice dice-

<sup>1)</sup> Vid. ad Nub. 969 Ran. 775, 1314, 1327. — <sup>2)</sup> Pac. 814. — <sup>3)</sup> Catull. LXIX 5, cf. Plaut. Pseudul. II 4, 48 Ovid. Art. Am. III 193 Hor. Epod. 12,5 Epist. I 5, 29. — <sup>4)</sup> Thesm. 949 Plut. 602. — <sup>5)</sup> Poet. 2 § 2, cf. Polit. VIII 5. — <sup>6)</sup> Ael. Var. Hist. XIV 15 (= [Lucian.] Dem. Encom. 24.

κατάθου τὸ τὰν γλάχων' ἀτρέμας, Ἴσμεινία.  
 ὕμεις δ', ὅσοι Θείβαθεν ἀύλειται πάρα,  
 τοῖς ὀστίνοις φρυγῆτε τὸν προικτὸν κυνός.

(Tibicines sonos edunt altissimos et pessime discrepantes.)

ΔΙΚΛΙΟΠΟΛΙΣ.

(foras festinans:)

παῦ' εἰς κόρακας! οἱ σφῆγες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν;  
 πόθεν προσέπτονθ' οἱ κακῶς ἀπολούμενοι

865

861. Ἴσμεινία] Ἴσ(θ)μηνία codd.; cf. vs. 954. Cf. Lys. 697.  
 862. Θείβαθεν] Θήβ. R alii. || ἀύλειται] ἀύληται codd.  
 863. ὀστίνοις] ὀστίνους (Boet. pro ὀστεινούς) Blaydes.  
 864. παῦ'] semicolon subiungit Lenting.  
 865. προσέπτονθ' Dawes] -πιανθ' (sic R) vel -πιαν codd.

batur *τύλα* <sup>1)</sup>, et τὴν καλουμένην *τύλην*, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, a Protagora esse excogitatam ex Aristotelis auctoritate refert Diogenes Laertius <sup>2)</sup>; sed in dictione vulgari etiam *humeros* — baiulatorum certe humeros callo obduetos <sup>3)</sup> — ita fuisse vocatos noster locus docet <sup>4)</sup>.

861. γλάχωνα] Att. βλήχωνα, *ruleium*, quae herba fragrans cibis potionibusque condiendis inserviebat <sup>5)</sup>.

862. Boeotum comitantur tibicines aliquot, sine quorum arte frigent convivium. Sic in Pace de Chaeride dicitur: ἦν Χαῖρις ὕμεις ἴδη, | πρόσσεισιν ἀδῶν ἄκλιη- | τος, κῆτα σάφ' οἶδ' ὅτι | φρυγῶντι καὶ πονο- | μένω | προσδώσετε δῆπου <sup>6)</sup>. Erat autem Thebae urbs vera tibicinum patria <sup>7)</sup>, quam artem ideo praesertim ibi excoli quod colloqui nescirent Boeoti, facete perhibebat Alcibiades <sup>8)</sup>; Atheniensibus

autem hac certe aetate a liberali educatione videbatur aliena et ab ipsa Minerva sprete esse ferebatur <sup>9)</sup>. Acerbe autem Thebanis illusit Alexander, cum ad tibiarum cantum eorum muros iussit dirui <sup>10)</sup>.

863. *Inflata fistulis podicem caninum*. Habent igitur tibiae utricularum ex pelle canina, et in podicem insertae sunt fistulae sive tibiae osseae <sup>11)</sup>. Boeotice autem ὄσταιοι nunc dicuntur tibiae, quae ex ossibus cervinis asininisve solebant fieri <sup>12)</sup>, quemadmodum multa instrumenta musica — χέλυς, σύριγξ, λωτός (poet.), *fistula*, *avena* — a materie sunt denominata <sup>13)</sup>.

864. παῦ' εἰς κόρακας] vid. ad Ran. 122 et 607.

— οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν;] cf. Eq. 727.

865. οἱ κακῶς ἀπολούμενοι] vid. ad Vesp. 412.

<sup>1)</sup> Sapph. fr. 50; vid. etiam Teleclid. fr. 50. — <sup>2)</sup> Diog. Laert. IX 8 § 4. — <sup>3)</sup> Est enim *τυλοῦν callosum reddere*: Xen. de Re Equestri 6 § 9 etc. — <sup>4)</sup> Item infra vs. 954. — <sup>5)</sup> Lys. 89 Pac. 712. — <sup>6)</sup> Pac. 951 sqq. — <sup>7)</sup> Cf. Plut. Pelop. 19 vel oraculum apud Polyaeum I 10. — <sup>8)</sup> οὐ γὰρ ἐπίστανται διαλέγεσθαι, Plut. Alcib. 2 (vid. ad Nub. 1358). *Ce qui ne vult pas la peine d'être dit, on le chante*. — <sup>9)</sup> Cf. Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 223. — <sup>10)</sup> Cf. Onesti Epigr. 6 de Thebis: *ἔστιν ἐν φόρμιγγι, κατηρεῖφθην δὲ σὺν ἀλλῶ* etc.; item epigr. 7. — <sup>11)</sup> Sic recte Bergler et nunc Blaydes. Cf. Herodot. IV 2. — <sup>12)</sup> Plut. Mor. 150e, 1104 Athen. 182e. — <sup>13)</sup> Cf. nostra: *het kalfsvel, het koper* similia.

ἐπὶ τὴν θύραν μοι Χαιριδῆς βομβαύλιοι;  
(Aufugiunt tibicines.)

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

νεὶ τὸν Ἴολαον, ἐπεχαρίττω γ', ὧ ξένε.

Θεῖβαθε γὰρ φουσάντες ἐξύπισθ' ἔμοῦς  
τάνθεια τὰς γλάχωνος ἀπέκλιξαν χαμαί.

870

ἀλλ' εἴ τι βούλει, πρίασο τῶν ἰῶν φέρω,  
τῶν ὀρταλίχων ἢ τῶν τετραπτερουλλίδων.

866. μοι] μου Bekker. || Χαιριδῆς] -δεῖ; codd.

867. νεὶ] νῆ] R alii. || ἐπεχαρίττω Blaydes] ἐπιχαρίττω R (quod gratias ago interpretatur Bergk), ἐπιχαρίττως cett., quod verbo non addito dici vix potuit. Cf. vs. 884.

868. Θεῖβαθε Elmsley] Θεῖβαθε vel Θεῖβαθε codd. || φουσάντες] φουσάντες vel φουσῶντες codd. || ἐξύπισθ' ἔμοῦς; Blaydes] ἐξόπισθ' ἔμοῦ codd.

870. ἰῶν] ἐγὼ codd.; cf. vs. 898.

866. Χαιριδῆς] fictum hoc nomen id fere significat quod Χαιρίδος νεότητι, nam terminus -ιδεύς animalia nondum adulta indicat; sic ἀετιδέυς est *aquilae pullus*, λεοντιδέυς *catulus leonis*, et eadem ratione formata sunt vocabula ἀηδοιδέυς, ἀλωπειαιδέυς, χορωνιδεύς, λαγωιδεύς, λυκαϊδέυς, πελαργιδεύς, χελιδονιδεύς, alia<sup>1)</sup>. Itaque pessimi hi tibicines *Chaeridēs* — „corvi capistrati”<sup>2)</sup> — nunc dicuntur *pulli*.

— βομβαύλιοι] comice sic mutatur vitae quotidianae vox βομβύλιοι<sup>3)</sup>.

867. ἐπεχαρίττω γε] *gratum sane fecisti*<sup>4)</sup>, Att. ἐχαρίσω γε<sup>5)</sup>. — Boeotus cum intellegit tibicinum, quos secum adduxit, strepitum Dicaeopolidi haudquaquam acceptum esse, fingit et ipsi sibi molestos iamdudum fuisse istos homines. Simillima autem sunt verba iuvenis |

puellae gratias agentis: νῆ τὸν Δία τὸν ὠσιῆρα, κηχάρισαι γέ μοι | ὧ γλυκύτατον, τὴν γραῦν ἀπαλλάξασά μου<sup>6)</sup>.

869. ἀπέκλιξαν] *deiecerunt*. Verbum praeterea non nisi apud Simmiam in Ovo inventum quid significet contextus docet.

871. ὀρταλίχων] *gallorum*<sup>7)</sup>. Vid. ad Eq. 1344. Notatu dignissimus est locus Strattidis: ζῆνιετ' οὐδὲν πᾶσα Θηβαίων πόλις. | οὐδὲν ποτ' ἄλλ'. οἱ πρῶτα μὲν τὴν σπητιαν | ὀπιθοτιλιαν<sup>8)</sup>, ὡς λέγουσ', ὀνομάζετε, | τὸν ἀλεκτρούνα δ' ὀρτάλιχον, ἱατρὸν δὲ οἱ | σάκταν, βέφυραν τὴν γέφυραν, τῦκα δὲ | τὰ σῦκα, κωιλιάδας δὲ τὰς χελιδόνας, | τὴν ἔνθεσιν δ' ἄκλον, τὸ γελᾶν δὲ κροιδέμεν, | νεασπάτων δ' ἦν τι νεοκάττων ἢ<sup>9)</sup>.

— τετραπτερουλλίδων] *locustae*<sup>10)</sup> vel

<sup>1)</sup> Vid. Valckenaer ad Herodot. III 119 et ad Theocrit. Adoniaz. 121, Nauck Aristoph. Byz. p. 114, Cobet N. L. p. 151 Log. Herm. p. 286; conferri autem potest terminus -ιδεύς Eq. 1053. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 16. — <sup>3)</sup> Vesp. 107. — <sup>4)</sup> Cf. vs. 884. — <sup>5)</sup> In inscriptionibus Boeotiis complures huiuscemodi extant formae verborum in -ίζειν desinentium: ἐπεχαρίττατο, κομιτάμνοι, ἀπολογιτάση, aliae. — <sup>6)</sup> Eccl. 1045 sq. — <sup>7)</sup> *Kuikens*. — <sup>8)</sup> Vid. supra ad vs. 351. — <sup>9)</sup> Stratt. fr. 47. — <sup>10)</sup> Sic scholia; vid. infra vs. 1116. In stela V<sup>i</sup> saeculi ineuntis Orchomeni reperta, quae *Alcenoris Naxii* nomine est inscripta (IGA. 410, Overbeck Plastik I<sup>2</sup> p. 144), senex representatur baculo fultus, qui cani offam aliquam praebet, offa autem illa locusta esse dicitur. Quamquam locustam in imagine frustra quaero, quidvis autem potius quam locustam illic expectaverim equidem.



## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὦ χαῖρε, κολλικοφάγε Βοιωτίδιον.  
τί φέρεις;

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

ὅσ' ἐστὶν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἀπλῶς,  
οἰόγανον, γλαγῶ, ψιάθως, θρουαλλίδας,

873. *ἔστιν*] *ἔστ' ἂν* complures.

874—876. ψιάθως, . . . κολοῶς, . . . τροχίλως, κολύμβως] -ους *codd.*, qui in vs. 879 terminationem Boeotiam servarunt.

*cicadae* <sup>1)</sup> sunt intellegendae. Nam *quadripedes* licet libenter interpretetur quispiam coll. vs. 878—880, non tamen video quomodo *τετράποδα* — quod censebat Elmsley — Boeotice sic potuerint vocari; *-πετρούλλις* nisi a stirpe *πετ* (*πετρόν, πέτρις*) ductum est, unde tandem originem habet?

872. *κολλικοφάγε Βοιωτίδιον*] eodem epitheto Thessalos designavit Ehippus <sup>2)</sup>, erat autem *κόλλις* panis triticeus rotundus <sup>3)</sup>, quem his verbis describit Archestratus apud Athenaeum: *στρογγυλοδίνητος δὲ τετριμμένος εὖ κατὰ χεῖρα | κόλλις θεσσαλικός σοι ὑπαρχέτω, ὃν καλέουσι | κείνοι κριματιάν, οἱ δ' ἄλλοι χόνδρινον ἄρτον* <sup>4)</sup>. Eisdem et *κολάρους* dictos esse Athenaeus perhibet <sup>5)</sup>. Subsimile est *Demi* illud epitheton *κυμαστρώς* <sup>6)</sup>, apud Cratinum autem Boeoti dicti sunt *κρουπεξοφόρον γένος ἀνδρῶν* <sup>7)</sup>. Boeotia hominum gulosorum infinitarumque coenarum regio erat — certe dicebatur Athenis, et claros cachinnos ciebat quisquis talia de hostibus molestissimis in scena perhibebat. Sic *πῶνειν* <sup>8)</sup> *μὲν ἄμεις καὶ φαγεῖν μὲν' ἀνδρικοί*, Boeotus ait aliquis apud Eubulum <sup>9)</sup>. Itaque Hercules

omnium heroum longe voracissimus haec quoque in re dignum se praestitit sua patria, nec usquam melius ei est quam illic, ubi *τὴν νύχθ' ὄλην τὴν θ' ἡμέραν δειπνοῦσιν homines* <sup>10)</sup>.

873. *Quicquid boni habet Boeotia*. Erat Thebarum regio *κάθυδρος πᾶσα, χλωρά τε καὶ γεώλοφος, κηπεύματα ἔχουσα πλείστα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων* <sup>11)</sup>. Locutio *ὅσα . . . ἀπλῶς, verbo*, etiam in *Vespis* invenitur <sup>12)</sup>.

874—894. Simillima eduliorum e Boeotia oriundorum recensio est in *Pace*, ubi item subiunguntur versus tragici ludicre mutati: *καὶ ἐν Βοιωτῶν γε φέροντας ἰδεῖν | χήνας, νήτας, φάττας, τροχίλους, | καὶ Κωπύδων ἐλθεῖν σφυρίδας, | καὶ περὶ ταύτας ἡμᾶς ἀθρόους | ὀφρυνούοντας τυρβάξεσθαι | Μορύχην, Τελέα, Γλαυκίτην, ἄλλοις | τένθαις πολλοῖς κῆρα Μελάνθιον | ἴκειν ὑστερον εἰς τὴν ἀγοράν, | τὰς δὲ πεπρωσθαι, τὸν δ' ὀτοσύζειν, | εἶτα μονοθεῖν ἐν Μηδείας* <sup>13)</sup> | *πλόμαν πλόμαν ἀποχηρωθεῖς | τὰς ἐν τεύτλοιαι λοχηνομένας* <sup>14)</sup> | *τοὺς δ' ἀνθρώπους ἐπιχαιρεῖν* <sup>14)</sup>.

874 sq. *Storeae* <sup>15)</sup> et *ellychnia* <sup>16)</sup> inter condimenta et opsonia iocose commemorantur, vix autem magis esui sunt *monedulae* <sup>17)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. fr. 569<sup>1</sup> Alex. 162<sup>13</sup> Aristot. Hist. Anim. VI 30. — <sup>2)</sup> *Θετταλία κολλικοφάγος* Ehipp. fr. 1. — <sup>3)</sup> Cf. nostrum *stoete* vel *boerenmik*. — <sup>4)</sup> Athen. 112a. — <sup>5)</sup> Athen. 110f; vid. ad Ran. 507. — <sup>6)</sup> Eq. 41. — <sup>7)</sup> Cratin. fr. 310. Nos fere: *klompemajoor*s. — <sup>8)</sup> I. e. *πίνειν*. Egregia haec est Ahrensi emendatio verbi traditi *πῶνειν*. — <sup>9)</sup> Eubul. fr. 12. — <sup>10)</sup> Eubul. fr. 53; similia habet idem fr. 10, 34, 39, 66 *Demonic*. fr. 1 *Mnesimach*. 2 Alex. 237. — <sup>11)</sup> *Dicaearch*. p. 143 Fuhr. — <sup>12)</sup> *Vesp*. 537. Nos: *in één woord, om kort te gaan*. — <sup>13)</sup> Ipsius Melanthii haec fuit tragoedia. — <sup>14)</sup> Pac. 1003 sqq. — <sup>15)</sup> Cf. Ran. 567. — <sup>16)</sup> Vid. infra vs. 916—925. — <sup>17)</sup> Vid. *Vesp*. 129.

875 νάσσας, κολοιώς, άτταγάς, φαλαγίδας,  
τροχίλως, κολύμβως.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ώσπερ εἰ χειμῶν ἕρα

ὄρνιθίας εἰς τὴν ἀγορὰν ἐλήλυθας.

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

καὶ μὰν φέρω χᾶνας, λαγῶς, ἀλώπεκας,  
σκάλοπας, ἐχίνως, αἰελούρως, πικτίδας,  
880 ἰκτίδας, ἐνύδριαι, ἐγγέλιας Κωπαῖδας.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὦ τερπνότατον σὺ τέμαχος ἀνθρώποις φέρων,

875—877. Versum 875 et verba ὡσπερ εἰ — ἐλήλυθας om. R.

877. ἐλήλυθας] κατήγισας Blaydes audacius coll. Alex. fr. 46<sup>5</sup> Aesch. Sept. 63.

879. πικτίδας] πικτιδάς Elmsley cum codd. quibusdam, ταχυμ (badger, nos: das) interpretatus.

880. ἐνύδριαι Elmsley (ἐνύδριαι Scaliger)] ἐνύδρους codd.; cf. Herodot. II 72 IV 109. || ἐγγέλιας] ἐγγέλειαι codd.

876 sq. χειμῶν ὄρνιθίας] sic dicebatur ventus septentrionalis aves afferens, qui frigora fugienda meridiem versus migrant: μετὰ τὰς χειμερινὰς τροπὰς πνεύουσιν οἱ ὄρνιθιαί <sup>1)</sup>. οἱ δὲ ὄρνιθιαὶ καλούμενοι, ἔαρνοι τινες ὄντες ἄνεμοι, βορέαι εἰσὶ τῷ γένει <sup>2)</sup>. De nominis ὄρνιθίου termino vid. ad Eq. 437 Ran. 494. Aliam ob causam Phayllus ganeo, qui quicquid in forum piscarium affertur coemere solet, χειμῶν sive perniciēs macelli vocatur apud Alexidem <sup>3)</sup>.

878—880. Praeter optatissima opsonia anates, fulicas, anseres, lepores <sup>4)</sup>, anquillas <sup>5)</sup> Boeotus affert quae aliquanto minus grata sunt hominum palato nec nisi ab esurientibus devorari possunt: vulpeculas, talpas <sup>6)</sup>, erinaceos, feles, pectides, — quicquid id est, nam ignotum aliunde est nomen, — viverras (?) <sup>7)</sup>,

lutras. Quae animalia iocans quidem nunc commemorat comicus, sed amarus hic est risus, nempe etiam talia his annis homines pauperiores intra Athenarum moenia inclusi per gulam demittebant <sup>8)</sup>. Meminimus autem iocorum quibus incolae Lutetiae Parisiorum anno abhinc trigesimo aerumnas suas sublevabant, cum intercluso ab hostibus commeatu carnibus equorum, mox-canum, murium, animalium denique exotiorum insano pretio prostantibus famem propulsabant.

881. Effusae iam laetitiae indulgens Dicaeopolis tragicam dictionem affectat, fortasse tragicum aliquem versiculum suos in usus mutatum usurpat. Etiam sequentes senarii supra soccum assurgunt.

— τέμαχος] vid. ad Ran. 517.

<sup>1)</sup> Aristot. Meteor. II 5 § 9. — <sup>2)</sup> Id. de Mundo 4. Cf. χειμῶν οἰωνοκτόνος de intolerabili frigore dictum Aesch. Ag. 563. — <sup>3)</sup> Alex. fr. 46. — <sup>4)</sup> Vid. ad Vesp. 709. — <sup>5)</sup> Vid. ad Vesp. 510. — <sup>6)</sup> Vid. Aristot. Hist. Anim. VIII 26 § 2. — <sup>7)</sup> Cf. Plant. Captiv. 184, Hom. K 335. — <sup>8)</sup> Vid. ad vs. 34.

δός μοι προσειπεῖν, εἰ φέρεις τὰς ἐγγέλεις.

ΒΟΙΩΤΟΣ.

„πρόσβριρα πεντήκοντα“ Κωπιδῶν „χορῶν“,  
ἐκβαθὶ τυῖδε καὶ ἐπιχάριτται τῷ ξένῳ.

(Ingentem anguillam expromptam Dicaeopolidi porrigit.)

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

885 ᾧ φιλότῃ σὺ καὶ πάλαι ποθουμένη,  
ἦλθες ποθεινὴ μὲν τρυγωδικοῖς χοροῖς,  
φίλῃ δὲ Μορούχῳ. δμῶες, ἐξενέγκατε  
τὴν ἐσχάραν μοι δεῦρο καὶ τὴν ῥιπίδα.

(Afferuntur quae poposcit, famuli autem admirabundi ad anguillam accedunt.)

882. εἰ] ᾧ (coll. Lys. 834) aut εἴπωρ ἐγγέλεις φέρεις Blaydes, εὐπρεπῶς τὰς ἐγγ. Herwerden.

884. τυῖδε (τυῖδε) Koen. ad Greg. Cor. (p. 369 Sch.) τῶδε codd., τᾶδε Elmsley. || ἐπιχάριτται R] -ττα cett. (-τω; B), ἀντι τοῦ ἐπιχαρίζου Et. M. 367,19; ἐπιχαρίττει vEldik, ἐπιχάριττε Bergk, sed requiritur aoristus. Cf. vs. 867.

882. Sine salutem istas anguillas, si quas tecum habes. De imperativo δός vid. ad Ran. 755 et de verbo προσειπεῖν supra vs. 266.

883. Felicissime Boeotus nunc imitatur versum Aeschyli, in cuius Armorum Iudicio ad Thetidem cum ceteris Nereidibus e mari egressam dicebatur: πρόσβριρα πεντήκοντα Νηρηῶν χορῶν<sup>1)</sup>.

884. Cf. Eropis ad Procnon verba: ἐκβαίνε καὶ σαυτὴν ἐπιδείκνυ τοῖν ξένοιν<sup>2)</sup>.

— τυῖδε] Aeolice sic dicitur quod Attice est δεῦρο. Sic Hesiodus de patre suo: ὅς ποτε καὶ τυῖδ' <sup>3)</sup> ἦλθε, et apud Sapphonem est: ἀλλὰ τυῖδ' ἔλθ' <sup>4)</sup>, apud Theocritum: τυῖδ' ὁ τράγος οὐτος! <sup>5)</sup>.

— ἐπιχάριτται] composito Boeotus <sup>6)</sup> etiam supra usus est; Attice dicitur

χάρισαι<sup>7)</sup>, eo aptius autem nunc est hoc verbum, quod etiam in re amatoria solet usurpari<sup>8)</sup>.

886. Adesne, o choro optata? <sup>9)</sup>. Choreutae laetantur adventum anguillae, qua mox fruentur finita fabula, laetis epulis cum histrionibus accubantes. Non enim tam sordidae avaritiae est hic choregus quam Antimachus ille, qui proximis Lenaei incenatos eos dimiserat<sup>10)</sup>. De adiectivo τρυγωδικῶ vid. ad Vesp. 650.

887. De Morycho heluone vid. Vesp. 506.

— δμῶες] hanc quoque vocem e traegodia habet Dicaeopolis<sup>11)</sup>.

888. E culina<sup>12)</sup> foculum et follem sibi afferri iubet, in ipsa scena anguillam assaturus<sup>13)</sup>.

<sup>1)</sup> Aesch. fr. 175, cf. Eur. Andr. 1267: λαβοῦσα πεντήκοντα Νηρηῶν χορῶν, Iph. T. 427: πεντήκοντα χορῶν Νηρηῶν χοροί. — <sup>2)</sup> Av. 666; cf. Nub. 269. — <sup>3)</sup> Aut si quis mavult Dorice: τεῖδε, Oper. 635; quae acuta est emendatio Bergkii, nam in codd. est τῆδ'. — <sup>4)</sup> Sapph. fr. 1<sup>3</sup>. — <sup>5)</sup> Theocr. V 30. — <sup>6)</sup> Vs. 867. — <sup>7)</sup> Vid. Pac. 392 Thesm. 938 Plat. Protag. 335d Rep. 351c Xen. Hellen. III 4 § 9 etc. — <sup>8)</sup> Vid. ad Eq. 517. — <sup>9)</sup> Adiectivum dictionis sublimioris ποθεινός etiam Pac. 556 Ran. 84 est usurpatum. — <sup>10)</sup> Vid. vs. 1150—1155 et ad Nub. 338. — <sup>11)</sup> Item vs. 1174. — <sup>12)</sup> Vid. ad Vesp. 139. — <sup>13)</sup> De foculo vid. Vesp. 938 Av. 1580 fr. 7 Stratt. 55 Alex. 250, de folle supra vs. 669 et Ran. 360.

890

σκέψασθε, παῖδες, τὴν ἀρίστην ἔγγελον  
ἤκουσαν ἔκτω μόλις ἔτει ποθομένην.  
προσείπατ' αὐτήν, ὦ τέκν'· ἄνθρακας δ' ἐγὼ  
ὑμῖν παρῆξω τῆσδε τῆς ξένης χάριν.

(Ad unum e pueris:)

ἀλλ' εἴσφερ' αὐτήν· „μηδὲ γὰρ θανάων ποτε  
σοῦ χωρὶς εἶην“ ἐντετευλιωμένης.

(Abeunt servi cum anguilla foco folle.)

ΒΟΙΩΤΟΣ.

895

ἐμοὶ δὲ τιμὰ τᾶσδε πᾶ' γενήσεται;

893. εἴσφερ'] ἔκφερ' R vitio tralaticio. Coniectura locum vexabam olim, sed sanam esse vulgatam postea intellexi; vid. commentarius.

894. ἐντετευλιωμένης; Blaydes] -λανωμένης codd.

895. τιμὰ τᾶσδε] τιμῶν τᾶσδε vitio in scriptura minuscula pervulgato (αἰ pro α) R. || γενήσεται] γενείσεται fortasse scribendum, sed vid. vs. 902.

890 sq. Presse nunc Dicaeopolis sequitur Admetum Euripideum, qui cives Pheraeos Alcestidis exsequias prosecuturos sic alloquitur: ὑμεῖς δὲ τὴν θανοῦσαν, ὡς νομίζεται, | προσείπατ' ἐξιοῦσαν ὑσάτην δόδον<sup>1)</sup>. Praeterea dignus qui conferatur est Lysistratae locus, ubi chorus anguillam παιδα χρηστήν καὶ ἀγαπήτην ἐκ Βοιωτῶν ἔγγελον appellat<sup>2)</sup>.

890. ἔκτω ... ἔτει] vid. ad Eq. 793.

891. προσείπατε] vid. ad vs. 266.

— ἄνθρακας] minime contemnenda scilicet his temporibus largitio!<sup>3)</sup>.

893 sq. Et nunc quidem aperte verbis herois tragici utitur Dicaeopolis. Vesano enim dolore abreptus Admetus „ne Orcus quidem nos dividet!“ morientem uxorem alloquitur, „sed χειρὶ τεκτόνων δέμας τό σόν | ἐκασθὲν ἐν λέκτροισιν ἐκταθήσεται, quam imaginem contemplantur, alloquar, amplectar, donec ad inferos et ego de-

scendam; tu autem interim illic expecta me domumque mihi para: ἐν ταῖσιν αὐταῖς γὰρ μ' ἐπισκήψω κίθροις | σοὶ τοῦσδε θείναι πλεῦρά τ' ἐκτεῖναι πέλαις | πλευροῖσι τοῖς σοῖς· μηδὲ γὰρ θανάων ποτε | σοῦ χωρὶς εἶην, τῆς μόνης πιστῆς ἐμοί"<sup>4)</sup>. Quos versus dulcissimos affectusque tenerrimi plenos in ridiculum sic conversos fortasse nolit quispiam, perfacetam tamen esse huius loci parodiam haud facile quisquam negaverit<sup>5)</sup>. Mente igitur mutata Dicaeopolis anguillam integram intus absportari iubet, totam scilicet sibi servaturus soli<sup>6)</sup>. De adverbio χωρὶς vid. ad Ran. 1163 sq.; quod autem ἐντετευλιωμένην suas delicias vocat verbo festive ficto tragicaeque amplitudinis, in Pace id dicitur ἐν τεύτλοις λοχευομένη<sup>7)</sup>, apud Eubulum νύμφη τεύτλω περι σῶμα καλυπτῆ vel τεύτλ' ἀμπερομένη<sup>8)</sup>, beta<sup>9)</sup> circumdata.

<sup>1)</sup> Alc. 609 sq. — <sup>2)</sup> Lys. 702. — <sup>3)</sup> Cf. vs. 34; praeterea vid. ad Eq. 780. — <sup>4)</sup> Alc. 348—368. — <sup>5)</sup> In Equitibus non minus felicitate huius tragoediae versibus quibusdam usus est noster vs. 1250 sqq. — <sup>6)</sup> In simplicem hanc explicationem cum incidissem, a coniecturis autem abstinendum intellexissem (vid. annot. crit.), apud Blaydesium idem fere repperi annotatum, qui foculo impositam anguillam intus portari putat, — fortasse recte. — <sup>7)</sup> Pac. 1014; vid. supra ad vs. 874 sqq. — <sup>8)</sup> Eubul. fr. 35, 37, 64; vid. ad Vesp. 510. — <sup>9)</sup> Ran. 942.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀγορᾶς τέλος ταύτην γέ που δώσεις ἐμοί.  
ἀλλ' εἴ τι πωλεῖς τῶνδε τῶν ἄλλων, λέγε.

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

ἰώνγα ταῦτα πάντα.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

φέρε, πόσου λέγεις;  
ἢ φορτί' ἔτερό' ἐνθένδ' ἐκεῖσ' ἄξεις;

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

900 ὅ τι γ' ἔστ' Ἀθάνας', ἐν Βοιωτοῖσιν δὲ μή.  
ἰών,

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀφύας ἄρ' ἄξεις πριάμενος Φαληρικός,  
ἢ κέραμον.

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

ἀφύας ἢ κέραμον; ἀλλ' ἔντ' ἐκεῖ.  
ἀλλ' ὅ τι παρ' ἐμὴν μή ἐστὶ, τῶδε δ' αὖ πολύ.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἐγὼ δα τοίνυν συκοφάντην ἔξαγε

898. ἰώνγα] ἰώγα codd.; vid. Apoll. de Pronom. p. 64 Bekker.

899. ἄξεις; BO. ἰών] ἄξεις ἰών; codd., sed veram lectionem praebet scholion.

900. Ἀθάνας' Elmsley] Ἀθάνας Γ, Ἀθάνας; plerique, ἐν Ἀθήναις R.

902. ἀφύας ἢ] ἀφύας εἰ Böckh et mei vs. sq.; sed talia ne accuratius exigamus dehortatur Atticum quod sequitur ἐκεῖ vel μέντ' ἂν vs. 906.

903. παρ'] περ R. || τῶδε] τίδε Ahrens coll. Hesych. s. v. τί δαί.

896. Calliditatem vere Atticam praestat Dicaeopolis; gratis enim ut pretiosam anguillam accipiat nunc efficit, gratis mox ceteris Boeoti loquacioris quam sagacioris potietur mercibus.

898. φέρε] vid. ad Vesp. 148.

899. ἄξεις] futurum idem nunc valet quod imperativus ἄγε <sup>2)</sup> vel potentialis ἄγοις ἂν <sup>3)</sup>.

901 sq. ἀφύας] *apuae Phalericae* saepius laudantur <sup>1)</sup>; praeterea videatur ad Eq. 645.

901. ἄξεις] vid. vs. 899.

902. ἀλλ' ἔντ' ἐκεῖ] item apud Alexidem propolae „τὸ πρῶτον μὲν λάβ' ἐλθὼν σήσαμα” iubenti emtor „ἀλλ' ἔστιν ἔνδον!” respondet: *minime requiro ista, sunt enim domi* <sup>4)</sup>.

<sup>1)</sup> Av. 76 fr. 507 Eubul. fr. 75<sup>4</sup> Matron Athen. 135<sup>a</sup> (supra allatus ad vs. 671). — <sup>2)</sup> Vid. ad Nub. 633. — <sup>3)</sup> Vid. Nub. 811 et ad Eq. 1183. — <sup>4)</sup> Alex. fr. 127.



905 ὥσπερ κέραμον ἐνδησάμενος.

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

νεὶ τῷ σιῶ,

λάβοιμι μέντ' ἄν κέρδος ἀγαθὸν καὶ πολὺ,  
ἔπερ πίθαιον ἀλιτρίας πολλᾶς πλέων.

(Alter sycophanta Nicarchus a dextra procedit.)

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

καὶ μὴν ὁδὶ Νίκαρχος ἔρχεται φανῶν.

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

μικκός γα μᾶκος οὔτος.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀλλ' ἔπαν κακόν.

905. Del. Dobree; cf. vs. 928. || νεὶ] νῆ R et plerique. || σιῶ] θιῶ Blaydes, ut ipsi Boeoti scribebant testibus lapidibus. Sed litteram σ servandam esse apparet collatis quae observavit Blass, de Eleorum dialecto scribens (Dial. Collitz. I p. 315): „die lakonische spirans in θιῶς (= neugriech. θ, englisch th in think) „wurde von den fremden, besonders den Athenern, mit σ geschrieben (σιῶς), „während die alten Lakonier selbst dieses σ so wenig kannten wie die Eleer „jenes ζ“ (pro θ). Sonum igitur ab ipsius lingua alienum comicus ita ut poterat scripto reddidit.

906. μέντ' ἄν] a sermone Boeoti alienum; Blaydes τοὶ κα. || καὶ πολὺ] πάμπολυ Ribbeck.

908. ἔρχεται] ἐξέρχεται R.

909. γα] γε R.

905. νεὶ τῷ σιῶ] per Amphionem et Ze-  
thum τοὺς λευκοπῶλους<sup>1)</sup> homo Boeotus  
iurat more patrio. Lacedaemonii autem  
cum attestantur τῷ σιῶ<sup>2)</sup> vel potius τῷ  
θιῶ — nam sic in ipsa Boeotia et in  
Laconica scribebatur — intellegunt Ca-  
storem et Pollucem τοὺς Διοσκούρους. In  
Atticarum denique mulierum ore τῷ θεῶ  
sunt Ceres et Proserpina<sup>3)</sup>.

906. Constr. καὶ πολὺ μέντοι κέρδος λά-  
βοιμι ἄν ἀγαθόν, vel magnum profecto lu-  
crum faciam eiusmodi homine ceu simia ma-  
ligna domum absperto. Non ironice autem

sed serio loquitur Boeotus. De particula  
μέντοι vid. ad Eq. 168 Nub. 1269.

— καὶ πολὺ] cf. vs. 697.

907. πίθαιον] cf. Ran. 708.

— ἀλιτρίας] vid. ad Eq. 445.

908 sqq. De verbi φαίνειν usu vid. ad  
Eq. 300.

908. ὁδῶ] vid. Nub. 60.

909. ἀλλ' ἔπαν κακόν] at merum malum<sup>4)</sup>.  
Sic Philoctetes Sophocleus ad Ulixem:  
ὦ πῶρ σὺ καὶ πᾶν δαίμα!<sup>5)</sup> idemque vir  
ei ἢ πᾶσα βλάβη audit<sup>6)</sup>; muliercula  
apud Theocritum maritum suum ὕξος;

<sup>1)</sup> Eur. Phoen. 606. — <sup>2)</sup> Cf. Pac. 214 Lys. 86. — <sup>3)</sup> Vid. Vesp. 1396 Eccl. 158. — <sup>4)</sup> Louter schurkerij, every inch a...scoundrel. Quod mox vs. 956 dicitur οὐδὲν ὑγιές. Cf. Eq. 184. — <sup>5)</sup> Soph. Phil. 927. — <sup>6)</sup> Ibid. vs. 622.

## SCENA UNDEVIGESIMA.

Dicaeopolis, Boeotus, Nicarchus, Chorus.

ΝΙΚΑΡΧΟΣ.

910 ταυτὶ τίνοσ τὰ φορτὶ' ἐστὶ;

ΒΟΙΩΤΟΣ.

τῷδ' ἐμὰ

Θεῖβαθεν, ἴττω Δεύς.

ΝΙΚΑΡΧΟΣ.

ἐγὼ τοίνυν ὁδὶ

φαίνω πολέμια ταῦτα.

ΒΟΙΩΤΟΣ.

τί δὲ κακὸν παθὼν

ὀρναπετίοισι πόλεμον ἦρα καὶ μάχαν;

ΝΙΚΑΡΧΟΣ.

καὶ σέ γε φανῶ πρὸς τοῖσδε.

ΒΟΙΩΤΟΣ.

τί ἀδικείμενος;

911. Θεῖβαθεν] Θίβ. complures. || Δεύς R] Ζεύς plerique.

912. φαίνω] sic R, φανῶ pauci. Vid. vs. 819. || δὲ Bentley] δαί codd.; Elmsley τκυταγί. — τί δαί delete κακὸν, Blaydes τάδε. — τί δαί κακὸν infeliciter, nam ταῦτα ista h. l. multo est aptius quam τάδε.

913. ἦρα] ἦρω R et plerique. || μάχαν] μάχην R.

914. γε] om. R. || ἀδικείμενος] ἀδικημενος R, ἀδικούμενος quidam, ἀδικεῖμενος vel -κημένοσ alii, pro perfecti participio habentes (sed breve esse à- docent numeri).

ἔπαν lanamque ab eo emtam ἔπαν ἥυπον | vocat <sup>1)</sup>); videatur etiam apud nostrum Epopis de Pithetaero vox: σόφισμα κύρμα τρήμια παιπάλημ' ἔλον <sup>2)</sup>.911. ἴττω Δεύς] isdem verbis utitur Cebes Thebanus apud Platonem <sup>3)</sup>.

912. τί...παθὼν] vid. ad Nub. 340.

913. ἦρα] susceperisti <sup>4)</sup>. Sic Plato co-micus e. g. de se testatur ipse: πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην <sup>5)</sup>, et in Avibus est: πόλεμος αἴρεται <sup>6)</sup>.914. ἀδικείμενος] Att. ἀδικούμενος <sup>7)</sup>. Huiusmodi formae in inscriptionibus Boeotii frustra quaeruntur, alibi tamen inter Aeoles minime sunt inauditae, e. g. ποιέμενος <sup>8)</sup>.

<sup>1)</sup> Theocr. XV 148 et 20. — <sup>2)</sup> Av. 431. Cf. praeterea Thesm. 787. — <sup>3)</sup> Phaedon. 62a. — <sup>4)</sup> Att. ἦρω. — <sup>5)</sup> Plat. fr. 107. — <sup>6)</sup> Av. 1189. — <sup>7)</sup> Plut. 457. Perfectum simili sensu usurpatur Nub. 576 Plut. 428, 805. — <sup>8)</sup> Dial. Collitz 305<sup>8</sup>.

## ΝΙΚΑΡΧΟΣ.

915 ἐγὼ φράσω σοι — τῶν περιεστῶτων χάριν.  
ἐκ τῶν πολεμίων εἰσάγεις θρυαλλίδα;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἔπειτα φαίνεις δῆτα καὶ θρυαλλίδα;

## ΝΙΚΑΡΧΟΣ.

αὕτη γὰρ ἐμπρήσειεν ἂν τὸ νεώριον.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

νεώριον θρυαλλίς; οἶμοι, τίμη τρόπω;

## ΝΙΚΑΡΧΟΣ.

920 ἐνθεις ἂν εἰς τίφην ἀνήρ Βοιωτίας

916. εἰσάγεις] γ' εἰσάγεις R et plerique.

917. Om. R. || καὶ θρυαλλίδα Elmsley] θρυαλλίδας vel διὰ θρυαλλίδας codd., διὰ θρυαλλίδος Bentley, διὰ θρυαλλίδα Blaydes.

918. τὸ νεώριον] cum Blaydesio malim τὰ νεώρια, cui coniecturae non obstat certe singularis νεώριον (sine articulo) qui sequitur.

919. οἶμοι Elmsley] NL. οἶμαι. — codd., contrarium vitium fortasse obtinet Av. 308.

920. εἰς τίφην] \*εἰς στίλβην? Quod simplex erat genus lucernarum (Hermipp. fr. 28 Plat. 190). Fortasse tamen non satis hoc absurdum.

915. Sic Demosthenes ad iudices: ἔστι δὲ ταυτὶ πάντα μοι, τὰ πολλά, πρὸς ὑμᾶς, ἄνδρες δικασταί, καὶ τοὺς περιεστηκότας ἔξωθεν καὶ ἀκροαμένους· ἐπεὶ πρὸς γε τοῦτον τὸν κατάπτυστον βραχὺς καὶ σαφής; ἔξῃρηκε λόγος<sup>1)</sup>, et Ariston apud eundem: ταῦτα... ἡμίμη τοὺς θεοὺς... ἰμῶν ἕνεκα ὃ ἄνδρες δικασταί, καὶ τῶν περιεστηκότων<sup>2)</sup>.

916. Dignissimi qui conferantur sunt Eq. 237 sq.; *ellyphnia* cum ceteris mercibus Boeotum secum attulisse supra vidimus<sup>3)</sup>.

917. Vid. vs. 826 sq. et de particula ἔπειτα ad Nub. 226.

918. Navalia et armamentarium ante decem fere annos ingenti sumtu in Piraeo fuerant instructa, quarto autem anno abhinc a maris parte clausi fuerant

portuum aditus, ne hostes necopinato classe adventantes illuc possent irrumperere, quod anno 429 Cnemus et Brasidas mira audacia tentaverant facinus et tantum non perpetraverant<sup>4)</sup>. Sequenti saeculo a Philippo Macedone conductus est Antiphon quidam civis, qui navalia incenderet; sed scelesto consilio deprehenso στρεβλωθεὶς ἀπέθανεν<sup>5)</sup>.

920. Scholia τίφην bestiolam<sup>6)</sup> interpretantur; sed dici non potuit ἐνθεῖναι εἰς ζῳόν τι, est enim *inserere in*, e. g. *pedem in calceum*<sup>7)</sup> vel *ellyphnium in lucernam*<sup>8)</sup>. Cum vero animal illud etiam σίλφην dictum esse scholia perhibeant, σίλφην autem — ut *κάνθαρος* — etiam *lembi* fuerit nomen<sup>9)</sup>, Elmsley navicu-

<sup>1)</sup> Demosth. XVIII § 196. — <sup>2)</sup> Demosth. LIV § 41. — <sup>3)</sup> Vs. 874. — <sup>4)</sup> Thucyd. II 93 sq. — <sup>5)</sup> Demosth. XVIII § 132 sq. Dinarch. I § 63. — <sup>6)</sup> *Blattlam*, Aelian. Nat. Anim. I 37 VIII 13. — <sup>7)</sup> Vesp. 1161 Eccl. 346; cf. etiam Pac. 1243. — <sup>8)</sup> Nub. 59 Pherecrat. fr. 40. — <sup>9)</sup> Testibus Suida s. v. et schol. Pac. 142.

ἄψας ἄν εἰσπέμψειεν εἰς τὸ νεώριον  
 δι' ὑδρορρόας, βορέαν ἐπιτηρήσας μέγαν  
 κείπερ λάβοιτο τῶν νεῶν τὸ πῦρ ἄπαξ,  
 σελαγοῖντ' ἄν εὐθύς.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

925 ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε,  
 σελαγοῖντ' ἄν ὑπὸ τίφης τε καὶ θρυαλλίδος;  
 (Colaphum ei infrigit.)

## ΝΙΚΑΡΧΟΣ.

μαρτύρομαι.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(ad Boeotum:)

ξυλλάμβαν' αὐτοῦ τὸ στόμα.

924. εὐθύς; Pierson e scholia] αἱ νῆες (νῆς, νηῦς) codd., quod pro glossemate Pierson abiecit; equidem dubito an hoc nomen e versu sequenti irrepserit, illic autem comicus scripserit: \*αἱ νῆες ὑπὸ τίφης (?) τε καὶ θρυαλλίδος; Alia via inita αἴφνης; coniecit CIBrennan, ingeniose sane, sed exempla desidero, alibi enim ἐξαιφνης; maxima constantia dicitur.

925. Del. Hamaker.

lam nostro loco intellegebat. At per aquaeductus non navigatur, neque facile dixerit quispiam quid sit „inserere ellychnium in scapham.” Immo, si sanum est τίφην <sup>1)</sup>, de *arundinis* specie quadam, cuius multa apud Theophrastum fit mentio <sup>2)</sup>, loquitur sycophanta. Huiusmodi igitur plantae culmo fistuloso a novo quodam Prometheo ignem inseri fingit homuncio perque aquaeductum in navalia immitti. Sic anno 413 Syracusani ut Atheniensium classem incendere, ὀγκάθα κληματίδων καὶ δαδὸς γεμισαντες — ἦν γὰρ ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁ ἄνεμος οὖριος — ἀφείσαν πῦρ ξυβαλόντες <sup>3)</sup>. Quod autem fieri non potuit quin ventus vehemens istiusmodi flammulam extingueret multo prius quam culmum in navalia

propelleret, id non curat rabula vel ipse comicus, dum absurda consulto comminiscitur. Strategema autem ali- quod nunc respici quod revera usu nuper venisset, veri videtur simile. Urbis δι' ὑδρορρόης captae mentionem facit Polyaeus <sup>4)</sup>, et altero anno post fabulam nostram scenae commissam Delium expugnatum est igni per fistulam artificiosam in hostes immisso <sup>5)</sup>.

922. ἐπιτηρήσας] vid. ad vs. 197.

924 sq. σελαγοῖντο] vid. ad Nub. 285.

924. κάκιστ' ἀπολούμενε] vid. ad Vesp. 412.

926. μαρτύρομαι] vid. Ran. 528.

— ξυλλάμβανε] *occlusum tene, comprime*. Sic mortui Socratis Criton ξυνέλαβε τὸ στόμα καὶ τοὺς ὀφθαλμούς <sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. ann. crit. — <sup>2)</sup> Hist. Plant. VIII 1 § 1 etc., Plin. XVIII 20 § 4 etc. — <sup>3)</sup> Thucyd. VII 53 § 4. — <sup>4)</sup> Polyaeus. I 37; cf. Demosth. XXIII § 158. — <sup>5)</sup> Thuc. IV 100. — <sup>6)</sup> Plat. Phaedon. 118.

(Fauces Nicarcho obstringit Boeotus, dein coniunctis viribus humi eum deiciunt. — Ad servum Ismeniam:)

927 δός μοι φορυτόν, ἵν' αὐτόν ἐνδήσω σφόδρα.

(Stramento allato Nicarchus frustra renitens ut vas fictile involvitur; dum alternis vicibus canunt Chorus et Dicaeopolis.)

Stropha.

ΧΟΡΟΣ.

929 ἐνδησον, ὦ βέλτιστε, τῷ

930 ξένῳ καλῶς τὴν ἐμπολὴν

οὕτως ὅπως

ἄν μὴ φέρων κατάξῃ.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἔμοι μελήσει ταῦτ', ἐπεὶ

τοὶ καὶ ψοφεῖ λάλον τι καὶ

πυροραγῆς

κίλλως θεοῖσιν ἐχθρόν.

928 ὥσπερ κέραμον, ἵνα μὴ καταγῆ φορούμενος.

927. \*ἐνδήσω σφόδρα] ἐνδήσας φέρω codices. Boeoti si haec verba essent, — cui tribuuntur vs. 927 sq. in cod. B<sup>1</sup>, — ἐνδησάμενος esset dicendum (ut vs. 905); ab ipso autem Dicaeopolide colligari sycophantam sequentia docent. Elmsley ἐνδήσω φέρειν, Dindorf ἐνδήσω φέρον infeliciter, licet Blaydes id receperit collatis locis dissimillimis (vs. 950 Pac. 888 Lys. 705 etc.); male quoque Bergk ἐνδήσας φέρης. Dicitur h. l. σφόδρα ἐνδεῖν, ut σφόδρα πιέζειν Vesp. 152, σφόδρα κατεαγῆναι Vesp. 1428, σφόδρα κόπτειν Plut. 1101, etc.

928. Del. Bothe Porson; cf. vs. 905, 931, et de metro vid. ad vs. 47. Merum scholion esse videtur, ut Ran. 15 Av. 16.

930. οὕτως:] οὕτω δ' Elmsley coll. Ran. 905.

933. λάλον] σαθρόν Blaydes coll. scholii verbis et Plat. Theat. 179 d.

927. φορυτόν] vid. vs. 72.

929 sqq. Similia multa habet Pluti locus, ubi sycophanta vestibibus suis a Iusto viro spoliatur adiuvante servo Carione<sup>1</sup>). Non ipse autem histrio qui Nicarchum egit stramento involvitur, dein a servo humeris absportatur, sed clam spectatoribus se subducit, ut nova persona induta Lamachi nuncium possit agere; alius autem homo aliquis hominisve — quod putarim — simulacrum eius loco ut vas fictile tractatur.

931. οὕτως ὅπως] vid. ad Ran. 905.

932. ἐπεὶ τοὶ καὶ] cf. Ran. 509.

933. ψοφεῖ . . . πυροραγῆς] πυροραγῆ κεράμια καλεῖται ὅσα ἐν τῷ πυρὶ ἠήγνυται ἐν τῷ ὀπτῷσθαι. Κρατῖνος ἐν Ἐρῶναις<sup>2</sup>) „ὅσως πυροραγῆς κακῶς τ' ὀπτημένον“<sup>3</sup>). — *Vilium crepat vas diachronόντων εἴτε ὑγιές εἴτε σαθρόν φθίγγεται*, — ut Persii<sup>4</sup>) Platonisque<sup>5</sup>) verbis utar<sup>6</sup>).

934. ἄλλως] vid. ad Nub. 1203.

— θεοῖσιν ἐχθρόν] vid. quae ad Vesp. 418 observavi.

<sup>1</sup>) Plut. 926—954. — <sup>2</sup>) Cratin. fr. 253. — <sup>3</sup>) Suid. — <sup>4</sup>) Sat. III 21 sq. — <sup>5</sup>) Theat. 179 d. — <sup>6</sup>) Vid. ad Ran. 79.



## ΧΟΡΟΣ.

935

τι χρήσεται ποτ' αὐτῶ;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

πάγχρηστον ἄγγος ἔσται,  
 κρατὴρ κακῶν, τριπτῆρ δικῶν,  
 φαίνειν ὑπευθύνους λυχνου-  
 χος, καὶ κύλιξ  
 τὰ πράγματ' ἐγκυκᾶσθαι.

Antistropa.

## ΧΟΡΟΣ.

940

πῶς δ' ἂν πεποιθοίη τις ἀγ-  
 γείῳ τοιούτῳ χρώμενος  
 κατ' οἰκίαν  
 τοσόδ' αἰὲ ψοφοῦντι;

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἰσχυρόν ἐστιν, ὧ ἀγάθ', ὥστ'  
 οὐκ ἂν κατάξειάς ποτ', εἰ-

945

περ' ἐκ ποδῶν  
 κάτω κάτω κρέμαιοτο.

939. Deesse dipodiam iambicam post κύλιξ arbitratur Meineke; sed veri est similis in versibus antistrophis 948—951 aliquid abundare. || τὰ] καὶ R.

940. πεποιθοίη] γεγηθοίη vHerwerden.

944. κατάξειας Muller] καταγειή(ᾶ) codd. metro invito, Cobet κατεῶγοίη.

935. τί χρήσεται] de futuri hoc usu vid. ad Eq. 1183.

937. Vid. ad Eq. 309—311, 984 Nub. 260.

938. Vid. ad vs. 826 sq., de verbo autem φαίνειν ad Eq. 300, et de voce ὑπευθύνους Eq. 259. Vox λυχνουχος, quae — ut κρατὴρ et τριπτῆρ et multa instrumentorum nomina — desinit in terminum etiam hominibus designandis aptum <sup>1)</sup>,

id quod φανόν significat, candelabrum, ᾧ ἐντίθεται λύχνος <sup>2)</sup>.

939. τὰ πράγματα] vid. ad Eq. 130 <sup>3)</sup>.

— ἐγκυκᾶσθαι] medii haec est forma, significat autem sibi miscere.

943. ὥστε] vid. ad Nub. 1151 <sup>4)</sup>.

946. κάτω κάτω] item in Pace Trygaeus vereor ait ne cantharus κάτω κάτω me praecipitet <sup>5)</sup>. Cf. verbum καταδοκεῖν <sup>6)</sup> et de ipsa re vid. Eq. 365.

<sup>1)</sup> Cf. Enchirid. dict. ep. p. 327. — <sup>2)</sup> Pherecrat. fr. 40 Alex. 102, 148 etc.; cf. Poll. X 116. — <sup>3)</sup> Praeter expectatum nunc vocem esse adhibitam, φάρμακα enim dicendum fuisse, sine iusta causa perhibebat Elmsley. — <sup>4)</sup> Ut nostro loco, sic supra vs. 381 Nub. l. l. et 1342 Av. 1126, 1443 Hom. σ 91 Eur. Alc. 1084 Cycl. 217 Herod. Mimiamb. III 74 alibi ante ὥστε mente suppleri potest οὔτως. — <sup>5)</sup> Pac. 153; cf. Pind. fr. 138. — <sup>6)</sup> Eq. 663.

## ΧΟΡΟΣ.

ἤδη καλῶς ἔχει σοι.

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

μέλλω γὰ τοι θεριῖδεν.

## ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ', ὦ ξένων βέλτιστε, καὶ  
τοῦτον λαβῶν πρόβαλλ' ὅπου  
βούλει φέρων  
καὶ πάντα συκοφάντην.

950

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

μόλις γ' ἐνέδησα τὸν κακῶς ἀπολούμενον.  
αἴρου λαβῶν τὸν κέραμον, ὦ Βοιώτιε.

## ΒΟΙΩΤΟΣ.

ὑπόκυπτε τὰν τύλαν ἰών, Ἰσμείνιχε.

(„Sarcinam” servi humero incit.)

948. γα] γε (δέ) codd.; cf. vs. 860 etc. || θεριῖδεν Brunck] θεριῖδειν codd.; verbum immerito in suspicionem vocavit Elmsley, vid. commentarius. Blaydes γα συνθεριῖδεν.

949. Post βέλτιστε in codd. sequitur συνθέριζε, quod delevit Elmsley; νῦν θέριζε Meineke. Vid. ad vs. 939.

950. πρόβαλλ' Ald.] πρόσβαλλ' codd. || ὅπου] ὅποι Fritzsche.

951. \*καὶ] πρός codd.; quod si servatur, prius καὶ verti nequit. Suspicio particulam καὶ abiisse in signum quo πρός indicatur, litterae ζ simile. Vulgatam Blaydes interpretatur *ad quamlibet rem...sycophantam* (pro χρησιμὸν igitur dictum); at nisi accedat ὄντα, ita vertere non licet.

954. ἰών R] ὦ plerique, om. nonnulli; ἔθι δὴ] ὑπόκυπτε τὰν τύλαν Ἰσμ. B A. || Ἰσμείνιχε] Ἰσμήνιχε codd.; cf. vs. 861.

948. θεριῖδεν] θεριῖζειν sive *messem colligere* ioculariter nunc dicit Boeotus; sycophantam enim, qui inter stramentum aut totus aut fere totus delitescit, ita ut fascem sive mergitem aliquam videre te dixeris, servi humeris est impositurus.

949. ξένων βέλτιστε] sic in Vespis co-

ryphaeus ad sodalem aliquem βέλτιστε συνδικαστῶν dicit <sup>1)</sup>.

952. κακῶς ἀπολούμενον] vid. Vesp. 412.

953. αἴρου] item infra vs. 1140.

954. ὑπόκυπτε...ἰών] de participii praesentis hoc usu vid. supra vs. 202 et ad Nub. 1212.

— τύλαν] cf. vs. 860.

<sup>1)</sup> Vesp. 233.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

- 955 χῶπως κατοίσεις αὐτὸν εὐλαβούμενος.  
πάντως μὲν οἴσεις οὐδὲν ὑγίης, ἀλλ' ὅμως.  
κῆν τοῦτο κερδάνης ἄγων τὸ φορτίον,  
εὐδαιμονήσεις σycοφαντῶν γ' οὔνεκα.

(Boeotus et servus sycophantam absportant. Merces quas attulit Boeotus ad aedes relictæ manent. E domo Lamachi procedit minister.)

## SCENA VIGESIMA.

Dicaeopolis, Minister Lamachi.

## ΘΕΡΑΠΩΝ ΛΑΜΑΧΟΥ.

Δικαιόπολι.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τί ἐστι; τί με βωστρεῖς;

## ΘΕΡΑΠΩΝ.

ὅ τι;

- 960 ἐκέλευε Λάμαχος σε ταυτησί δραχμῆς  
εἰς τοὺς Χοῶς αὐτῶ μεταδοῦναι τῶν κηλῶν,

955 - 958. Boeoto continuat P, unum vs. 955 B.

955. Post vs. 953 collocat Hirschig. || κατοίσεις] μάλ' οἴσεις Blaydes (μάλα εὐλαβούμενος iungens), ἀποισεις vHerwerden.

956 sq. ὅμως | κῆν... κερδάνης] ὅμως | ἐν... κερδανεῖς Halbertsma.

957. κῆν] γάν codd.

959. τί ἐστι Elmsley] τίς ἐστι codd. || ὅ τι; Reiske] ὅτι (sine signo interr.) codd.

960. ἐκέλευε Elmsley] -σε codd.; cf. vs. 962, 1051, 1073 Eq. (514) 1181. || ταυτησί R] ταύτης τῆς cett.

961. αὐτῶ Meineke] αὐτῶ codd.

955. χῶπως κατοίσεις] vid. ad Nub. 489.

956. πάντως] vid. ad Ran. 263.

— οὐδὲν ὑγίης] sic dici solent quae pessimae sunt notae, ἅπαν κακόν<sup>1)</sup>, quibus probi sincerive nihil omnino inest<sup>2)</sup>.

— ἀλλ' ὅμως] cf. vs. 402.

958. *Beatus degas per sycophantam certe licebit*; tuae certe felicitati — ut ceterorum mortalium — non nocebunt sycophantae,

sed proderunt potius. De particula οὔνεκα quod adtinet ad vid. ad Nub. 420.

959. τί ἐστι;] vid. vs. 4.

— βωστρεῖς] verbi βῶαν producta haec est forma<sup>3)</sup>, quaecum apte collatum est ελαστρεῖν e verbo ἐλᾶν natum<sup>4)</sup>.

960 et 962. ἐκέλευε] vid. ad Eq. 1181.

— ταυτησί] vid. ad Nub. 60.

961. *Choës* Anthesteriorum dies medius

<sup>1)</sup> Vs. 909. — <sup>2)</sup> *Niets goeds, niet veel bijzonders*. Item Thesm. 394, 636 Eccl. 325 Plut. 37, 50, 274, 355 sq., 362, 870. Cf. praeterea Eur. Andr. 448, 952 Phoen. 201 Hel. 746 Cycl. 259 Herodot. VI 100 Thucyd. IV 22 § 3 Lys. IX § 4 Plat. Rep. 603 b etc. — <sup>3)</sup> Redit Pac. 1146 Av. 274 Lys. 685 Hom. μ 124. — <sup>4)</sup> Hom. Σ 543 Eur. Iph. T. 934, 971.

τριῶν δραχμῶν δ' ἐκέλευε Κωπᾶδ' ἔγγελλυν.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὁ ποῖος οὗτος Λάμαχος τὴν ἔγγελλυν;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος, ὃς τὴν Γοργόνα

965

πάλλει, „κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους.“

962. ἐκέλευε] -σε P; cf. vs. 960.

963. ὁ ποῖος Porson] ὁποῖος codd.

964. ὃς] ὅς γε R.

965. τρεῖς κατασκίους λόφους] τρισὶ -οις λόφοις R et plerique, unde Blaydes non recte τρισὶ κατάσκιος λόφοις, non enim clipeum sed cristas quassare dicitur Lama-

nomen habebat <sup>1)</sup>. Quemadmodum autem *Apaturia* <sup>2)</sup> a *Nelidarum*, *parva Mysteria* ab *Herculis* in *Atticam* adventu repetebant *Athenienses* et iudicia in *Phreatto* habita a *Teneri* damnatione originem habere fabulabantur <sup>3)</sup>, sic *Anthesteria* et *Areopagi* iudicia *Semmarumque* cultum tunc instituta esse putabant cum in *Atticam* venisset *Orestes* parricida, quodque *Choum* festum celebrantes non communi cratera — ut alias in conviviis — utebantur homines, sed suum sibi congiugium appositum habebant singuli, causam rei illuc referebant. Nempe *Athenas cum venissem*, — ipse *Orestes* apud *Euripidem* sorori refert, — πρῶτα μὲν μ' οὐδεὶς ξένων | ἐκὼν ἐδέξαθ', ὡς θεοῖς στυγούμενον | οἳ δ' ἔσχον αἰδῶ, ξένα μονοτράπεζά μοι | παρέσχον, οἶκων ὄντες ἐν ταῦτῳ στέγει, | σιγῇ δ' ἐτεκτίναντ' ἀπόφθεγκτόν μ', ὅπως | δαιτός γενοίμην πώματός τ' αὐτῶν δίχα, | εἰς δ' ἄγγος ἴδιον ἴσον ἄπεισι βραχίου |

μέτρομα πληρώσαντες εἶχον ἥδονήν κτῆ. | κλύω δ' Ἀθηναίοισι τὰμὰ δυστυχῇ | τελετὴν γενέσθαι, καὶ ἔτι τὸν νόμον μένειν, | χοῆρες ἄγγος Παλλάδος τιμᾶν λεῶν <sup>4)</sup>.

963. *Lamachi* nomen nunquam se inaudivisse festive fingens *Dicaeopolis quisnam ait est iste quem dicis Lamachus?* De locutione ὁ ποῖος οὗτος vid. *Nub.* 1233 et ad *Ran.* 529.

964. ὁ δεινός, ὁ ταλαύρινος] sic in *Pace* ipse vocatur *Belli deus* <sup>5)</sup>. Adiectivum *ταλαύρινος* <sup>6)</sup> apud *Homerum* *Martis* est epitheton <sup>7)</sup>. In hymnis idem dicitur φέρσας <sup>8)</sup>.

— τὴν *Γοργόνα*] cf. vs. 574.

965. κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους] vid. ad vs. 566—571. Sic de *Tydeo* apud *Aeschylum*: τοιαῦτ' αὐτῶν τρεῖς κατασκίους λόφους | σείει, κράνους χαιτώμ', ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ | χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φρόβον <sup>9)</sup>. Etiam *Eropi* in *Avibus* fabula triplex est crista <sup>10)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. ad *Ran.* 216. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 146. — <sup>3)</sup> *Pausan.* I 28. — <sup>4)</sup> *Eur. Iph. T.* 947 sqq.; quae suis verbis sic ad nostrum locum enarrat scholiasta: Ὀρέστης μετὰ τὸν φόνον εἰς Ἀθήνας ἀφικόμενος, ἦν δὲ ἑορτὴ Διονύσου Ἀθηναῖοι, ὡς μὴ γένοιτο σφίον ὁμόσπονδος ἀπεκτονῶς τὴν μητέρα, ἐμνηχανίσατο τοῖνδὲ τι Πανδίων' χοῦ οἴνου τῶν δαιτυμόνων ἐκάστω παραστήσας, ἐξ αὐτοῦ πίνειν ἐκέλευσε μὴδὲν ὑπομιγνύντας ἀλλήλοις, ὡς μῆτε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος πίοι Ὀρέστης μῆτε ἐκεῖνος ἄχθοιτο καθ' αὐτὸν πίνων μόνοι. καὶ ἀπ' ἐκεῖνου Ἀθηναῖοις ἑορτὴ ἐνομίσθη οἱ Χόες. Item ad *Eq.* 95, *Phanodemus* apud *Athen.* 437c; vid. *praeterea* ad *Eq.* 1289. — <sup>5)</sup> *Pac.* 241. — <sup>6)</sup> I. e. *ταλά-Φρίνος* (vid. *Enchirid.* dict. ep. p. 153). — <sup>7)</sup> *E* 289 etc. — <sup>8)</sup> *Hymn.* 7,2. — <sup>9)</sup> *Sept.* 384. Adiectivum *κατάσκιος* etiam *Agam.* 493 *Suppl.* 345 est usurpatum, ubi significat *umbra tectum*; hic vero sensu causativo adhibitum id indicat quo quis adumbratur. — <sup>10)</sup> *Av.* 94.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐκ ἂν μὰ Δί' εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἀσπίδα!  
 ἄλλ' ἐπὶ ταρίχει τοὺς λόφους κραδαινέτω.  
 ἦν δ' ἀπολιγαίνῃ, τοὺς ἀγορανόμους καλῶ.

(Abit famulus.)

ἔγὼ δ' ἑμαυτῷ τόδε λαβῶν τὸ φορτίον

970

εἴσεμι „ὕπαι πτερόγων κιχλᾶν“ καὶ κοψίλων.

(Avibus onustus domum intrat Dicaeopolis. Ceteras merces absportant servi.)

chus teste vs. 967. Nascens vitium deprehenditur in A, qui habet *τρεις κατασχοις*; *λόφοις*, nihil autem magis vulgatum in scriptura minuscula quam *-οις* pro *-ους*.

967. *ταρίχει* I<sup>2</sup>] *-χη* cett.968. *ἀπολιγαίνῃ*] \**ἀπολιχαίνῃ*? vid. comment.970. *κιχλᾶν*] *κιχλῶν* R.

966. *οὐκ ἂν μὰ Δία*] mente addendum est *μεταδοίην*, quo verbo usus est famulus<sup>1)</sup>. Eadem brachylogia est infra vs. 1035; vid. ad Nub. 108. Homini bellicoso vendere praefracte recusat Dicaeopolis.

967. *Cristas igitur istas dum quassat, salsamento fruatur per me licet, λόφοις μὲν ἔχων δίψη δ' ἀπολωλῶς!*<sup>2)</sup> Erat *τάριχος* sive *salsamentum*<sup>3)</sup> inter vilissima opsonia<sup>4)</sup>, neque in macello sed ad portam loco famoso venibat<sup>5)</sup>, in proverbio autem erat *τοῦ ταρίχου*; *ἀζιώτερον* de iis quae vix ullius essent pretii gratisque fere haberi posse viderentur<sup>6)</sup>. Nempe apud Nicostratum in comoedia duobus obolis tantum opsonii apud *ταριχοπώλην* emisse se dicit nescio quis, quantum duodecim hominibus in triduum sufficiat<sup>7)</sup>. — Versu simillimo alibi noster est usus: *ἐπὶ τῷ ταρίχει τὸν γίλωτα κατέδουμαι*<sup>8)</sup>.

968. *ἀπολιγαίνῃ*] cognata esse *λείχει*

*λίγυριε λιχανόν* suspicor<sup>9)</sup>. Scholia interpretantur *clamare* vel *turbas edere*, et extat sane in carminibus epicis *λιγαίνειν clara voce uti*<sup>10)</sup>; sed neque contextui satis aptum est eiusmodi verbum, neque praepositionis *ἀπο-* quae sit vis apparet. In Hesychio autem et in Et. M. verbo *ἀφρόνειν* redditur, qualis notio plane hinc est aliena.

— *τοὺς ἀγορανόμους*] cf. vs. 723.

970. *ὕπαι πτερόγων κιχλᾶν*] e carmine aliquo desumptum esse quivis videt; quod nisi ita esset, ieiunus admodum hic foret actus exitus. Conferri autem potest Nubium locus, ubi de lyricis poetis Nubes nunquam non in carminibus suis celebrantibus dicitur: *εἶτ' ἀντ' αὐτῶν κατέπεινον | κροτῶν τεμάχη μεγαλᾶν, ἄγαθᾶν, κρία τ' ὑρνίθια κιχλᾶν*<sup>11)</sup>. Praepositio *ὕπ* de *comitatu* quam frequenter dicatur demonstrari non est opus; sic *ὕπ* *τῆς στάπυγος*<sup>12)</sup>, *ὕπ' αὐλῶν*<sup>13)</sup> est *ad tubae tibiatarumve cantum*.

<sup>1)</sup> Vs. 961. — <sup>2)</sup> Vid. ad Eq. 534. — <sup>3)</sup> *Stokvisch*. — <sup>4)</sup> Cf. infra vs. 1101. — <sup>5)</sup> Vid. Eq. 1246 sq. — <sup>6)</sup> Vid. Vesp. 491. — <sup>7)</sup> Nicostr. fr. 5. — <sup>8)</sup> Fr. 630. — <sup>9)</sup> Cf. etiam *ἀπολιγαίν* Hom. Φ 123. — <sup>10)</sup> A 685. — <sup>11)</sup> Nub. 339. — <sup>12)</sup> Vs. 1001. — <sup>13)</sup> Hes. Sent. 278 Herodot. I 17 etc.



## ΧΟΡΟΣ.

Stropha.

εἶδες, ὦ πᾶσα πόλι, τὸν φρόνιμον ἄνδρα, τὸν ὑπέροσφον.

οἶ' ἔχει σπεισάμενος ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολῶν.

975 ὦν τὰ μὲν ἐν οἰκίᾳ χρήσιμα, τὰ δ' αὖ πρόπει χλιαρὰ κατεσθίειν.

αὐτόματα πάντ' ἀγαθὰ τῷδ' γε πορίζεται.

οὐδέποτ' ἐγὼ Πόλεμον οἶκαδ' ὑποδέξομαι,

980 οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἀρμόδιον ᾄσεται

ζυγκατακλιναίς. ὅτι πάροις ἐνήρ' ἔφν,

ὅστις ἐπὶ πάντ' ἀγάθ' ἔχοντας ἐπικωμάσας

εἰργάσατο πάντα κακά, καὶ ἀνέτρπε καὶ ἐξέχει

971. εἶδες ὦ] semel habet Suid. s. v. ἀνθηρά, bis codd.; cf. vs. 988.

973. οἶ' ἔχει σπεισάμενος] σπεισάμενος οἶ' ἔχει R.

981. πάροις ἐνήρ' Cobet e Suida s. v. πάροις] παροῖσις ἐνήρ' codd., παροῖσις; ἐνήρ' Elmsley non recte (coll. Vesp. 1300).

983. ἀνέτρπε Elmsley] ἀνέτραπε codd.

974. διεμπολῶν] verbum rarius. Ut *primum adultae sumus puellae*, — mulier aliqua apud Sophoclem queritur, — ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολώμεθα <sup>1)</sup>).975. τὰ μὲν] stragulae et ellychnia. — ἐν οἰκίᾳ] sine articulo dicitur <sup>2)</sup>, ut ἐν ἀγορᾷ <sup>3)</sup>).

978. πάντα ἀγαθὰ] vid. ad Ran. 302.

979 sqq. Dignissima quae conferantur sunt Periclis verba apud Plutarchum servata: „τὸν πόλεμον ἤδη καθορῶ ἀπὸ Πελοποννήσου προσφερόμενον” <sup>4)</sup>, — quae haud scio an Aristophani haec scribenti fuerint observata <sup>5)</sup>).979. ὑποδέξομαι] *hospitio recipiam* <sup>6)</sup>, cf. ὑποδοχὴ substantivum <sup>7)</sup>).980. Neque unquam in convivium eum admittam <sup>8)</sup>; nunquam apud me <sup>9)</sup> scolioncanet ille. Dicitur δ' Ἀρμόδιος notissimum carmen convivale in honorem τῶν τυραννοκτόων cani solitum <sup>10)</sup>).

981. ζυγκατακλιναίς] cf. Nub. 49.

— πάροις] τὸ παρ' οἶνον λυπεῖν τοῦ συνόντας, τοῦτο κριῶν παροῖσιαν, Hermogenes ait apud Xenophontem <sup>11)</sup>. Verbo autem παροῖσις <sup>12)</sup> eiusmodi protervitas indicatur. Cf. Vesp. 1300.

982 sq. πάντα ἀγαθὰ et πάντα κακά] vid. ad Ran. 302.

983. ἀνέτρπε καὶ ἐξέχει] *mensas invertere* <sup>13)</sup> *viniisque e cratera eicere coepit*. Sic tibicina quaedam apud Lucianum: ὁ στρατιώτης ὁ Αἰτωλὸς ὁ μέγας... τοὺς τε αὐλοὺς μου συνέτρπε καὶ τὴν τράπεζαν μεταστῶθειν οὐκ οὐκ ἀνέτρπε καὶ τὸν κρατήρα ἐξέχεεν ἐπισπασίας <sup>14)</sup>. Cf. vs. 987.

1) Soph. fr. 5177. — 2) Itemne Vesp. 827? — 3) Eq. 293 etc. — 4) Per. 8. —

5) Non temerariam certe hanc esse suspicionem, testatur versus 537, ubi legati Lacedaemonii dicerium respici vidimus. Fortasse eadem occasione his verbis, quae celebratissima fuisse Plutarchus l. l. docet, usus fuerat Pericles. —

6) Item Hom. π 70 etc. — 7) Pac. 530. — 8) Vid. ad Eq. 1289. — 9) *Chez moi*. —10) Athen. 695. — 11) Xen. Conv. 6 § 1. — 12) Vid. Eccl. 143 Lys. III § 19 etc. vel ἐπαφῶνουν in novo Menandri *Ἀποκειρομένης* fragmento (Oxyrhynchus Papers II) vs. 13, ubi etiam adiectivum πάροις extat vs. 47: οὐκ μὲν γὰρ ἡμῖν γέγονεν ἀρχὴ [πραγμάτων] ἀγαθῶν τὸ σὺν πάροις. — 13) *Pocula inversa laetarum potius epularum sunt indicium*: Pac. 537. — 14) Lucian. LXVII 15 § 1.

καὶ ἐμάχετο, καὶ προσέτι πολλὰ προκαλουμένου  
 985 „πῖνε, κατὰκεισο. λαβὲ τήνδε φιλοτησίαν“  
 τὰς χάρακας ἦπτε πολὺ μᾶλλον ἔτι τῷ πυρὶ,  
 ἐξέχει θ' ἡμῶν βίᾳ τὸν οἶνον ἐκ τῶν ἀμπέλων.

Antistropa.

ἐπτέρωται τ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἅμα καὶ μεγάλα δὴ φρονεῖ,  
 τοῦ βίου δ' ἐξέβαλε δεῖγμα τάδε τὰ πτερὰ πρὸ τῶν θυρῶν.  
 ὦ Κύπριδι τῇ καλῇ καὶ Χάρισι ταῖς φίλαις ξύντροφε Διαλλαγή,

984. προκαλουμένου R] -ου; nonnulli.

986. ἔτι Hermann] ἐν codd.

988. ἐπτέρωται τ'] sic clare R (in quo litterae ἔπιτρω a correctore videntur esse suppletæ), et scholion R; cett. habent ται τ', ται δ', τὰδ', similia. Ante ἐπτέρωται excidisse creticum (οὔτοσι δ' Meineke) multi sine causa statuerunt; vid. ad vs. 971. || ἅμα] θ' ἅμα R. || μεγάλα] μέγα τι Blaydes. || τοῦ — θυρῶν] manu correctoris suppleta habet R in spatio quod prima manus reliquerat. || δεῖγμα τάδε τι Brunck] δείγματα vel εἶγμα τὰ codd.

985. τήνδε φιλοτησίαν] mente addendum κύλικα, *proculum amicitiarum pignus*. Sic in Lysistrata dicitur: *δέσποινα Πειθοὶ καὶ κύλικ' φιλοτησίᾳ*<sup>1)</sup>. Est autem adiectivum φιλοτήσιος (id est φιλοτήσιος) ita conformatum ut πλούσιος, Παρνήσιος<sup>2)</sup>, alia multa. — De pronominis τήνδε usu vid. ad Nub. 60.

986. τὰς χάρακας] vid. ad Vesp. 1201.

— πολὺ μᾶλλον ἔτι] cf. Eq. 618.

987. Verba sic sunt iungenda: τὸν οἶνον ἡμῶν ἐξέχει βίᾳ<sup>3)</sup>.

— ἐκ τῶν ἀμπέλων] ἐκ τῶν πίθων vel κρατήρων vel κυλικῶν dicendum erat, ut servaretur imago; sed etiam in versu praegresso inde discesserat.

988. ἐπτέρωται] verbum festive adhibitum. Quod et ad litteram si accipitur Dicaeopolidi est aptum, qui „ὅπαι πτερόγυα“ aedes intravit, et transferri solet ad *animum elatum significandum*<sup>4)</sup>.

— μεγάλα] insolite dictum pro singulari μέγα. Sic apud Euripidem Eurystheus *μειζω τῆς δίκης φρονεῖν πολὺ* dicitur<sup>5)</sup>, — nisi utrobique latet vitium<sup>6)</sup>. *Sonandi* vero vel *loquendi* verbis eiusmodi pluralia minime raro adiunguntur<sup>7)</sup>.

— δεῖγμα] vid. ad Eq. 979.

989—999. Nunc demum, adspecta Dicaeopolidis felicitate, prorsus intellegunt quanta bona habeat pax. Quemadmodum autem ex comparatione Belli cum conviva maligne protervo in poetae nostri mente procrevit Pacis pars longe facetissima<sup>8)</sup>, sic ex altera qua chorus nunc utitur imagine natum est Trygaei cum Opora in eadem fabula conubium<sup>9)</sup>. *Pax si quando facta erit, senes aiunt grandaevi, praedia nostra in integrum restituere conabimur, iuvenes aenulati nec rogantes quantum fructuum nobis laturi*

<sup>1)</sup> Lys. 203; praeterea cf. Theopomp. fr. 32 Alex. 58, 291 Demosthen. XIX § 128 Theogn. 489, Ar. fr. 675 *χρόος* (?) *φιλοτήσιος* (male *χορός* Casaubonus; aut *χρόσιος* est legendum aut quod proposuit Nauck *καιρός*). — <sup>2)</sup> Vs. 348. — <sup>3)</sup> Poeticae vero dictionis est βίᾳ cum genitivo coniunctum. — <sup>4)</sup> Vid. Av. 1437 sqq. et ad Nub. 800. — <sup>5)</sup> Heracl. 933. — <sup>6)</sup> Cobet certe apud Euripidem rescribat *μειζον*, et de nostro loco vid. ann. crit. — <sup>7)</sup> Vid. ad Ran. 835. — <sup>8)</sup> Cf. Pac. 205 sqq. — <sup>9)</sup> Pac. 706 sqq.; Diallage autem numen etiam Lys. 1114 commemoratur.

- 990 ὡς καλὸν ἔχουσα τὸ πρόσωπον ἄρ' ἐλάνθανες!  
 πῶς ἂν ἐμὲ καὶ σέ τις Ἔρωσ ξυναγάγοι λαβῶν,  
 ὥσπερ ὁ γεγραμμένος, ἔχων στέφανον ἀνθέμων;  
 ἧ̄ πάνυ γερόντιον ἴσως νενόμικας με σύ  
 ἀλλὰ σε λαβῶν τρία δοκῶ γ' ἂν ἔτι προσβαλεῖν
- 995 πρῶτα μὲν ἂν ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσαι μακρόν,  
 εἶτα παρὰ τόνδε νέα μοσχίδια συκίδων,  
 καὶ τὸ τρίτον ἡμερίδος ὄρχον, ὁ γέρων ὀδί,

991. ἐμὲ] ἐμὲ τε R alii.

993. ἧ̄ Kuster] ἧ̄ (...;) codd.

994. προσβαλεῖν] προσλαβεῖν Reiske (cf. Naber Mnemos. 1882 p. 359), sed *accipiendi* verbum minus bene huc quadrat quam *addendi*; non enim coelestia aliqua dona iam cogitat Dicaeopolis, sed ea quae ipse est perpetraturus suis viribus usus.

995. ἂν] om. R. || ἐλάσαι] ἐλάσω B.

996. συκίδων] συκιδίων R.

997. ὄρχον P] κλάδον cett., ὄρχον Brunck.

*sint surculi, quos loco olivarum, ficuum, vitium ab hostibus deletarum inseremus.* Carpent poma nepotes! Cf. alter rusticorum chorus Pace dea in hominum conspectum reducta ita exclamans: ὦ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα, | ἴσμενός σ' ἰδὼν προσσιπεῖν βούλομαι τὰς ἀμπέλους, | τὰς τε συκᾶς, ἅς ἐγὼ ἐφύτευον ὦν νεώτερος, | ἀσπάσασθαι θυμὸς ἡμῖν ἔστι πολλοστῶ χρόνῳ <sup>1)</sup>). A cuius fabulae laetitiae quoniam nimis nimiumque abhorret hortorum a Peloponnesiis dirutorum mentio, in Atticae regionibus ad quas hostes populantes non pervenerant illi rustici habitare finguntur.

990. Cf. Pac. 617 sq. et Eq. 1170, et de imperfecto particulae ἄρα subiuncto vid. ad Nub. 1271 Vesp. 183.

991. πῶς ἂν...ξυναγάγοι...;] *ulnam conuincat!* Vid. ad Eq. 16.

992. ὁ γεγραμμένος] *qualem novimus e tabula illa picta.* Ζεῦξίς ὁ ζωγράφος ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης ἐν ταῖς Μηναῖς ἔγραψεν Ἔρωτα ὀραϊότατον ἰσπεμμένον ὀδοῖς <sup>2)</sup>.

Etiam in Lysistrata clarum artis opus respicitur: τὰς Ἀμαζόνιας σκόπει, | ἅς Μίκων ἔγραψ' ἄψ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσι <sup>3)</sup>.

993. νενόμικας] vid. ad Eq. 54.

994. *At te postquam potitus sum, tria insuper additurus esse mihi videor, tria etiam perficiam.* De verbo δοκῶ μοι — praeter morem omissum nunc est pronomen — vid. ad Eq. 620 sq. Ran. 1421; προσβαλεῖν autem verbum non sine nequitia nunc dici recte observant scholia <sup>4)</sup>, et sequentium quoque versuum verba consulto ita sunt comparata ut res amatorias in mentem revocent audientibus. Quamquam non urgenda haec sunt et iure suo Naber vituperavit interpretes qui „duplicem sensum” huic loco tribuere conati sunt.

995. ὄρχον] *seriem vitium* <sup>5)</sup>.

996. μοσχίδια] inde ab Homero <sup>6)</sup> μόσχος non tantum de bestiarum prole sed etiam de plantarum surculis dicitur vox <sup>7)</sup>.

997. *Vitis hμερίς* inde ab Homero <sup>8)</sup>

<sup>1)</sup> Pac. 556 sqq. — <sup>2)</sup> Schol. — <sup>3)</sup> Lys. 678 sq. — <sup>4)</sup> Cf. Pac. 711 Av. 1256 Eq. 1391 Cratin. fr. 183. — <sup>5)</sup> Hom. η 127 ω 341. Cf. μετόρχιον *spatium quod inter series intercedit* Pac. 568 (fr. 120) et ὄρχατος *hortus* (η 112 etc.). — <sup>6)</sup> A 105: ἰδίει μόσχοισι λύγοισι. — <sup>7)</sup> Apud Theophrastum saepius leguntur μόσχος *μοσχεύειν* μόσχευμα. — <sup>8)</sup> ε 69.

καὶ περὶ τὸ χωρίον ἐλάδας ἕπαν ἐν κύκλῳ,  
ὥστ' ἀλείφεσθαι σ' ἀπ' αὐτῶν καὶ ἐμὲ ταῖς νομηνιαῖς.

## SCENA VIGESIMA PRIMA.

(Praeco, quem turba comitatur, a manu dextra prodit.)

Praeco, Chorus, dein Dicaeopolis.

## ΚΗΡΥΞ.

1000

ἀκούετε λεῶ' κατὰ τὰ πάτρια τοὺς χοῶς  
πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγοσ' ὅσ δ' ἂν ἐκπῆ  
πρωτίστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται.

(Abit.)

998. ἐλάδας ἕπαν] ἕπαν ἑλαΐδας; complures.

dicta est. Sed quid inter ἀμπελίδα et ἡμερίδα intersit dicere non habeo; tres autem res qui enumeraturus erat quoniam quatuor revera enumerat, corruptum esse hunc locum facile suspicetur quis. Neque notatu indigna est Aeliani Epistula Rustica IV<sup>a</sup>, qui insulse comici verbis abusus agricolam aliquem sodali suo haec scribere scilicet finxit: ἐγὼ γάρ ἄρ' ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσας, εἶτα μοσαχίδια συκιδῶν παραφτυεύσας ἀπαλά, [καὶ] ἐν κύκλῳ περὶ τὸ αὐλίον κατέπρηξα ἐλάδας, — nulla igitur ἡμερίδος ὄρχον illius facta mentione. Quamquam post καὶ id excidisse statuit Blaydes.

998. τὸ χωρίον] praedium meum<sup>1)</sup>.

999. ἀπ' αὐτῶν] de praepositionis usu vid. ad Eq. 538.

— ταῖς νομηνιαῖς] festis diebus<sup>2)</sup>.

1000. ἀκούετε λεῶ] vid. ad Vesp. 186.

1001. ὑπὸ τῆς σάλπιγγοσ'] cf. vs. 970.

1002. Huiusmodi victoriarum praemium fuisse coronam perhibet Aelia-

nus<sup>3)</sup>, et auream coronam a Dionysio tyranno promissam aliquando reportasse Xenocratem philosophum scribit Timaeus apud Athenaeum<sup>4)</sup>. Placentam vero primitus fuisse certaminis praemium Phanodemus dicit ibidem<sup>5)</sup>. Sed nunc maius aliquid proponitur; primus enim qui congiium suum ebiberit utrem vini reconditioris dono accipiet, et morem illum tunc temporis obtinuisse scholia aiunt — sive iure sive iniuria, nam accuratius talia sciri vix possunt, cum praesertim annis volventibus identidem mutari soleant. Vinum autem Chium vel Corinthium vel simile quid erat dicendum<sup>6)</sup>, sed iocoso linguae lapsu praeco utrem Ctesiphontis commemorat; quem obesum fuisse hominem<sup>7)</sup>, cui pinguis aqualiculus propenso sesquipedale extaret<sup>8)</sup>, e contextu intellegimus. Nempe homines οἰνόφλυγες καὶ παχεῖς nomine ἄσκηῶ contentim designari solebant<sup>9)</sup>.

<sup>1)</sup> Cf. vs. 227. — <sup>2)</sup> Cf. Vesp. 96 Theopomp. fr. 47. — <sup>3)</sup> Var. Hist. II 41 § 8. — <sup>4)</sup> Athen. 437b. — <sup>5)</sup> Athen. 437c. — <sup>6)</sup> Cf. vs. 1225. — <sup>7)</sup> γάστρωνα. Cf. Ran. 200. — <sup>8)</sup> Quae Persii sunt verba Sat. I 57. — <sup>9)</sup> Vid. Antiphan. fr. 19 Alex. 85 et ad Nub. 1237.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(Ad praeconis clamores procurrit, dein familiae in aedibus versanti iussa dat.)

- 1005 ὦ παῖδες, ὦ γυναῖκες, οὐκ ἠκούσατε;  
 τί δοῦτε; τοῦ κήρυκος οὐκ ἀκούετε;  
 ἀναβράττει ἔξοπτᾶτε τρέπει ἀφέλκετε  
 τὰ λαγῶα ταχέως. τοὺς στεφάνους ἀνείρετε.  
 φέρε τοὺς ὀβελίσκους, ἵν' ἀναπείρω τὰς κίχλας.

(Verua affert servus. Quibus Dicaeopolis turdos affigere incipit.)

Stropha (vs. 1008—1017).

## ΧΟΡΟΣ.

- 1010 ζηλῶ σε τῆς εὐβουλίας,  
 μᾶλλον δὲ τῆς εὐωχίας,  
 ἄνθρωπε, τῆς παρουσίας.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τί δῆτ', ἐπειδὴν τὰς κίχλας  
 ὀπτωμέναις ἴδητε;

## ΧΟΡΟΣ.

οἴμαί σε καὶ τοῦτ' εὖ λέγειν.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(ad servum:)

τὸ πῦρ ὑποσκάλευε.

1003. οὐκ ἠκούσατε] οὐκ οὐκ ἀνύσατε Dobree.

1006. ταχέως. Elmsley] , ταχέως; codd.

1010. ἄνθρωπε] ὄνθρωπε Elmsley.

1003 sqq. Simillimus est locus Av. 1578 sqq.

1005 sq. *Carnes leporinas* <sup>1)</sup> *torrete* <sup>2)</sup>, *assate* <sup>3)</sup>, *verubus versate* <sup>4)</sup>, *detrachite* *denique de veru tostas* <sup>5)</sup>.1006. ἀνείρετε] sic apud Platonem comicum aliquis dicit: *σχοῖνους λαβῶν ἀνείρε* *τὰ κρέα* <sup>6)</sup>, *Intaphrenes* autem *ministro-* *rum qui Dario a secretis erant* *τὰ ὄτα**καὶ τὰς ἕνας ἀποταμῶν καὶ ἀνείρας περὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου περὶ τοὺς αὐγένας σφείων ἔδησε* <sup>7)</sup>. Praeterea vid. ad Vesp. 423.

1007. φέρε] vid. ad Ran. 498.

— ὀβελίσκους] cf. Vesp. 354.

1008. Cf. Eq. 837.

1011. τί δῆτα] vid. Nub. 154.

1014. ὑποσκάλευε] *suscita* <sup>8)</sup>, quod dicitur etiam *ζωπυρεῖν* <sup>9)</sup> et *πυρπολεῖν* <sup>10)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. ad Vesp. 709. — <sup>2)</sup> Ran. 510. — <sup>3)</sup> Eq. 954. — <sup>4)</sup> Lys. 839 Hor. Sat. I 5, 72. — <sup>5)</sup> Cavendum ne verba ἀφέλκειν *de verubus* (cf. vs. 1120 sq.) et ἀφελεῖν *ab igne* (vs. 1119) inter se permisceantur; in quem errorem et alii fortasse incidunt et Blaydes in notis ad Ach. 1005, 1119 Ran. 518. — <sup>6)</sup> Plat. fr. 201. — <sup>7)</sup> Herodot. III 118. — <sup>8)</sup> Simplex legitur Pac. 440, *ἐσκαλέυειν* Lys. 1028. — <sup>9)</sup> Menandr. fr. 71. — <sup>10)</sup> Av. 1580.



## ΧΟΡΟΣ.

1015

ἤκουσας ὡς μαγειρικῶς  
κομπῶς τε καὶ δειπνητικῶς  
αὐτῷ διακονεῖται;

(Agricola sordidatus a manu sinistra prodit.)

## SCENA VIGESIMA SECUNDA.

Dicaeopolis, Agricola, Chorus.

## ΓΕΩΡΓΟΣ.

οἶμοι τάλας.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὦ Ἡράκλεις, τίς οὔτοςί;

## ΓΕΩΡΓΟΣ.

ἀνὴρ κακοδαίμων.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

κατὰ σεαυτὸν νυν τρέπου.

## ΓΕΩΡΓΟΣ.

1020

ὦ φίλτατε, σπονδαὶ γάρ εἰσι σοὶ μόνω,  
μέτρησον εἰρήνης τί μοι, κἄν πέντ' ἔτη.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τί δ' ἔπαθες;

## ΓΕΩΡΓΟΣ.

ἐπετροίβην ἀπολέσας τὸ βόε.

1017. αὐτῷ Bentley] αὐτῷ codd. (αὐτὰ R).

1022. δ' om. Ald. || ἐπετροίβην] ἐπετροιβόμην R.

1015 sq. De singulari ἤκουσας vid. ad vs. 836, de adverbio μαγειρικῶς ad Eq. 216, de adv. κομπῶς ad Ran. 967, tertium autem adverbium δειπνητικῶς iocose finxit comicus <sup>1)</sup>.

1019. κατὰ σεαυτὸν νυν τρέπου] tuam igitur abi viam <sup>2)</sup>.

1021. μέτρησον] emetire, hinc praebet <sup>3)</sup>, commoda. Sic apud Theopompum dicitur:

ἢ μετάδος ἢ μέτρησον ἢ τιμὴν λάβε <sup>4)</sup>, aut da mihi aut commoda aut vende; μετρεῖσθαι autem est mutuum sumere, ut in Hesiodi versiculo: εἶ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εἶ δ' ἀποδοῦναι <sup>5)</sup>.

— κἄν πέντ' ἔτη] verborum eadem structura est Nub. 1130 Vesp. 92 (Av. 1303?) Lys. 671 Plut. 126, 946 <sup>6)</sup>.

1022. ἐπετροίβην] cf. Ran. 571.

<sup>1)</sup> Cf. Eq. 1378—1380. — <sup>2)</sup> Houd u dan maar bij uzelf, keep to yourself. Item Nub. 1263, ubi vid.; cf. etiam Ran. 301. — <sup>3)</sup> Cf. e. g. Av. 580 vel Herod. Mi-miamb. VI 5. — <sup>4)</sup> Theopomp. fr. 26. — <sup>5)</sup> Oper. 349. — <sup>6)</sup> Praeterea vid. Plat. fr. 128 Alex. 276 Menandr. 342 Soph. Ai. 1078 El. 1483,

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

πόθεν;

ΓΕΩΡΓΟΣ.

ἀπὸ Φυλῆς ἔλαβον οἱ Βοιῶτιοι.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὦ τρισκακώδαιμον, εἶτα λευκὸν ἀμπέχει;

ΓΕΩΡΓΟΣ.

1025

καὶ ταῦτα μέντοι νῆ Δί' ὥπερ μ' ἔτροφέτην  
ἐν πᾶσι βολίτοις.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

εἶτα νυνὶ τοῦ δέει;

ΓΕΩΡΓΟΣ.

ἀπόλωλα τὼ ὀφθαλμῶ δακρῦων τὼ βόε.

ἀλλ' εἴ τι κήδει Δερκέτου Φυλασίου,

ὑπάλειψον εἰρήνη με τὼ ὀφθαλμῶ ταχύ.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

1030

ἀλλ', ὦ πονήρ', οὐ δημοσιεύων τυγχάνω.

1023. πόθεν] πόθεν γ' P, πόθεν δ' Elmsley, ne inter duas personas distribuatur syllabae in quas iambi arsis est soluta; simili autem consilio vBamberg ἀπὸ proposuit. Eadem numerorum est duritas (Pac. 847 Lys. 162 Eccl. 1037) Plut. 838.

1024. τρισκακώδαιμον R] -δαίμων cett.

1023. πόθεν;] *quomodo hoc accidit?* <sup>1)</sup>. — ἀπὸ Φύλης] de *Phylae* faucibus vid. Prolegom. p. VIII.

1024. εἶτα λευκὸν ἀμπέχει;] *et candidatus prodire?* Idem dici poterat: *τί οὐ μέλαν (ἰμάτιον) ἡμπέσχοι;* Est autem suspicio *sordidatum* prodire agricolam, simili igitur ioco nunc indulgere Dicaeopolidem atque supra vs. 120. De particula εἶτα vid. ad Nub. 226.

1026. ἐν πᾶσι βολίτοις] *ridicule nunc locutio ζῆν ἐν πᾶσι λαγῶσι* <sup>2)</sup> pro rustici indole mutatur. De voce βολίτοις vid. ad

Eq. 658, de παντός autem adiectivi in eiusmodi locutionibus usu (= *cuiuslibet*) ad Ran. 302. *Rixa de lana caprina* dicebatur βολίτου δίκη <sup>3)</sup>.

— εἶτα νυνὶ τοῦ δέει;] item in Pluto: *ἔπειτα τοῦ δέει;* <sup>4)</sup>.

1028. ἀλλ' εἴ τι κήδει] item Nub. 106 <sup>5)</sup>.

— Δερκέτου] vid. ad Eq. 1309.

1029. Cf. verba e Senectute fabula servata: *ὀφθαλμιάσας πέρυσιν εἶτ' ἔσχον κακῶς,* *ἔπειθ' ὑπαλειψόμενος παρ' ἱατρῶν...* <sup>6)</sup>.

1030—1032. *At, o miser, non sum medicus publicus, mercede publice conduc-*

<sup>1)</sup> Cf. Lys. 502. Alius particulae usus est locis qualis est Ran. 1455. — <sup>2)</sup> Vid. Vesp. 709. — <sup>3)</sup> Paroem. p. 26 Gaisford. — <sup>4)</sup> Plut. 827. — <sup>5)</sup> Praeterea cf. supra vs. 332 Plat. Gorg. 462a Hipp. Mai. 283e Xen. Cyrop. V 5 § 34 Hell. VI 4 § 5 Soph. Oed. R 1060 Thucyd. VI 14 § 1, 76 § 2 Plaut. Pseudul. I 2, 41 sq. etc., Cobet N. L. p. 368. — <sup>6)</sup> Ar. fr. 129; vid. etiam Plut. 721.

## ΓΕΩΡΓΟΣ.

ἴθ', ἀντιβολῶ σ', — ἦν πως κομισῶμαι τὸ βόε.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κλαῖε πρὸς τοὺς Πιττάλου.

## ΓΕΩΡΓΟΣ.

σὺ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἔνα  
εἰς τὸν καλαμίσκον ἐνστάλαξον τουτονί.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

1035

οὐδ' ἂν στριβλικίγξ· ἀλλ' ἀπὼν οἰμωξέ ποι.

1032. τοὺς] τοῦ R alii.

1035. ποι] που R alii.

tus<sup>1)</sup>, qui gratis operam meam navem civibus in bello vulneratis, ut *Pittalus* ille, cuius etiam infra et in *Vespis* fit mentio<sup>2)</sup>. Belli tempore, cum praesertim praeter arma hostium inter cives saeviret pestilentia, Athenis studuisse magistratus ut periti medici conducerebantur, qui civibus laborantibus operam suam praestarent, facile intellegimus. Postea vero aliter indicantem *Chremylum* induxit noster in *Pluto* fabula<sup>3)</sup>. Notissima autem sunt quae *Herodotus* narrat de *Democede* claro medico, quem *δευτέρῳ ἔτει τάλαντου Ἀργίῳται δημοσίῳ μισθοῦνται, τρίτῳ δὲ ἔτει Ἀθηναῖοι ἑκατὸν μνέων, τετάρτῳ δὲ ἔτει Πολυκράτης οὐδὲν τάλαντων*<sup>4)</sup>. Et magis etiam huc facit inscriptio *Cyprica* anni 386 a. C., qua *Onasilo* medico eiusque fratribus, qui conducti fuerant ut homines in pugna vulneratos ἀνευ μισθῶν curarent, singularia praemia et honores decernuntur, ut de *Idalii* civibus belli tempore optime meritis<sup>5)</sup>. In *Carpathio* autem titulo, qui quarti fere saeculi

sed Lamachus. Mysiae regem Graecos repellentem nisi Bacchus ἐξαίνης ἐπέδησεν ἀνωίστοισι πέδησι <sup>1)</sup>, | οὐ κεν ἐτι ζῶοντες; ἐξ' ἴλιον ἦλθον Ἀχαιοί, ut dicitur in epici carminis fragmento nuper reperto <sup>2)</sup>; ἐμπλακίς autem ἀμπέλου κλήματι τὸν μηρὸν τιτρώσκεται ab Achille <sup>3)</sup>. *Ridica* aliqua <sup>4)</sup> — in vineis igitur — vulneratus est Lamachus dum fossam transsilit.

1179. ἐξεκόκκισεν] *luxavit* <sup>5)</sup>, quod ἐξαρθῶσαι dicunt medici.

1180. τῆς κεφαλῆς] genitivus idem est usus Vesp. 1428 Pac. 71 <sup>6)</sup>.

— περὶ λίθῳ πεσών] item in Pace περὶ ταῖσι καμπαῖς πεπτωκότες <sup>7)</sup>.

1181. Cf. vs. 574.

1182. De „κομπολακύθου” illa pluma vid. supra vs. 584 sqq.

1183. Sic Hippolytus Euripideus dum ab equis perterritis raptatur, δεινὰ ἐξανόσῃ κλύειν <sup>8)</sup>.

1184 sq. Sollemnia haec sunt verba luci vitaeque valedicentium. De voce φάει vid. ad Eq. 973, de locutione οὐδέν εἰμι ad Eq. 1243; ὄμμα autem vocat delicias et veluti ocellum suum τὸ πτίλον illud, tragico nunc quoque usus sermone. Quamquam ipsi tragici de hominibus tantum dicunt ὦ τετραπῶν vel ζῆναιμον vel ποθεινὸν ὄμμα et similia <sup>9)</sup>.

<sup>1)</sup> Sic supplēvi, editores ἀνωίστο[ισι κλάδοισι]. — <sup>2)</sup> Oxyrhynchus Papers II p. 28. — <sup>3)</sup> Schol. Hom. *A* 59. Cf. Dictys Cretens. II 3: *infestus* (Telephus) *aciem invadit, atque fugatis quos adversum ierat, cum obstinate Ulixem inter vineas quae ei loco adiunctae erant insequeretur, praepeditus trunco vitis ruit. Id ubi Achilles procul animadvertit, telum iaculatus femur sinistrum regi transfigit.* —

<sup>4)</sup> Vid. Vesp. 1201. — <sup>5)</sup> Item Pac. 63 Lys. 364, 448 Nicomach. fr. 3; nos: *ontwrichten*. Haud indignum autem quod conferatur est *ἐκποκίσαι* Thesm. 567: *ἐκποκίω σου τὴς ποκάδας.* —

<sup>6)</sup> Fortasse etiam supra vs. 1167; praeterea cf. Plat. Gorg. 469 d Isocrat. XVIII § 52 etc. — <sup>7)</sup> Pac. 905; cf. Soph. Ai. 828 Ant. 1240. —

<sup>8)</sup> Hipp. 1239. — <sup>9)</sup> Aesch. Choeph. 238 Soph. Ai. 977 Eur. Orest. 1045 etc.

- 1185 „λείπω φάος τόδ' οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ.“  
 τοσαῦτα λέξας εἰς ὑδροροράν πεσὼν  
 ἐνίσταται τε καὶ ξυναντῆ δραπέταις,  
 ληστὰς ἐλαύνων καὶ κατασπέρονων δορί.  
 ὀδί δὲ καυτός. ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν.

(Lamachus graviter vulneratus, ministrorum brachiis sustentatus, claudicans procedit a parte sinistra. Dein Dicaeopolis a parte dextra cum duabus puellis, saltans et congium vacuum quatens.)

## SCENA VIGESIMA SEPTIMA.

Lamachus, Dicaeopolis.

(Cantus.)

ΛΑΜΑΧΟΣ.

- 1190 ἀτταταῖ ἀτταταῖ!  
 στυγερά τάδε γε κρευερά πάθεια! τάλας ἐγώ!  
 διόλλυμαι δορός ὑπὸ πολεμίου τυπείς.  
 1195 ἐκεῖνο δ' αἰακτὸν ἂν γένοιτο,

1185. τόδ' οὐκέτ' οὐδέν Cobet] γε (om. R) τοῦμᾶν οὐκέτ' codd.

1187 sq. δραπέταις, [ληστὰς] -της ληστής Schutz, -ταις λησταῖς Elmsley, -ταις ληστὰς δ' Bergk (enunciatum imperfectum esse arbitratus). Intercidisse nonnulla post versum 1187 suspicatur Blaydes. Equidem versum 1188 post versum 1178 collocaverim libenter, quamquam ne sic quidem versus 1187 cum vicinis satis apte potest coniungi.

1191. γε] om. R, ante τάδε collocat Bergk.

1195. δ'] sic R, δ' οὐδ' nonnulli. || αἰακτὸν] αἰακτὸν (ἂν) οἰμωκτὸν R et plerique. || γένοιτο Dindorf] γένοιτό μοι codd.

1186—1188. Haec vix integra <sup>1)</sup>. Nam comicum nuncio verbula parum concinna consulto tribuisse credibile non videtur. Dicitur autem ὑδρορορά nunc non *trua* <sup>2)</sup> sed canalis ad rigandas vites, τάφρος; sive ὀχετός, quo ἀνὴρ ὀχετηγός ἀπὸ κρήνης μελανύθρου | ἄμ φρετὰ καὶ κήπους ἕδατι ἕθρον ἡγεμόνευσε <sup>3)</sup>. Sed δραπέτας quosnam dicat nuncius non satis apparet.

1189. ὀδί δὲ καυτός] cf. Vesp. 1360.

1190 sqq. Vere tragicus iam instituitur κομῶς, Lamachi querelis perridicule obstreperante Dicaeopole.

1191. στυγερά] vid. vs. 33.

1193. Nisi supra e nuncii verbis aliquid intercudit, sumamus oportet Lamachum, quo generosior videatur idemque miserabilior, *telum hostile* nunc et infra <sup>4)</sup> vocare *ridicam* illam, qua prae-peditus pedem luxavit. Et satis apta mihi videtur haec explicatio, cum praesertim *δόρου* et *κάμας* <sup>5)</sup> et similia vocabula utrumque admittant sensum.

1195. ἐκεῖνο δὲ] *id vero, id demum...*! Vix ea fatus erat et supervenit Dicaeopolis.

<sup>1)</sup> Vid. annot. critica. — <sup>2)</sup> Ut Vesp. 126. — <sup>3)</sup> Hom. Φ 257 sq. — <sup>4)</sup> Vs. 1226. — <sup>5)</sup> Hom. Σ 563 Aesch. Agam. 66 Eur. Hec. 1155 Phoen. 1403.

Δικαιοπόλις εἰ νῦν μὲ ἴδοι τετρωμένον,  
καὶ τ' ἐγγάνοι ταῖς ἐμαῖς τύχαισιν.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἄτταταῖ ἄτταταῖ!

1200 τῶν τιθίων, ὡς σκληρὰ καὶ κυδώνια!  
φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὃ χρουσίω,  
τὸ περιπεταστόν, τὸ μανδαλωτόν.  
τὸν γὰρ χοῦ πρῶτος ἐκπέπωκα.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

1205 ὃ ξυμφορὰ τάλαινα τῶν ἐμῶν κακῶν!  
ἰὼ ἰὼ τραυμάτων ἐπωδύνων!

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(Lamachum nunc demum adspectum irridens:)

ἰή, ἰή, χαῖρε Λαμαχίσκιον.

ΛΑΜΑΧΟΣ.

στυγερός ἐγώ!

1196. \*εἰ νῦν] ἔν R, ἔν εἰ vel γὰρ εἰ plerique, εἰ pauci.

1197. ἐγγάνοι] -νεῖται R.

1201. τὸ μανδαλωτόν Bergk] κάπιμανδαλωτόν codd. (κἀναπιμανδαλωτόν ἔν P); cf. schol. et Thesm. 132.

1203 sq. Ordine inverso scripsit Bergk, Dicaeopolidi utrumque continuans.

1206. Λαμαχίσκιον Meineke] -χιπίδιον R, -χιπίον cett.

1197. ἐγγάνοι] cf. Vesp. 721.

1198 sqq. Duas ὀρχηστρίδας<sup>1)</sup> Dicaeopolis a cena sacerdotis abduxit. Etiam Philocleon tibicinam tenens a laetis epulis domum redit<sup>2)</sup>.

1199. Cf. Thesm. 1185, κυδωνίω autem adiectivo designari solent μῆλα<sup>3)</sup>.

1200. ὃ χρουσίω] cf. Vesp. 1341 Lys. 930.

1201. τὸ μανδαλωτόν] vox amatoria in Thesmophoriazasis redit, ubi suave canticum vocatur θηλυδριώδες καὶ κατεγλωτισμένον<sup>4)</sup> καὶ μανδαλωτόν<sup>5)</sup>.

1203. Haud exiguum profecto hoc erat facinus, quandoquidem χοῦς capiebat tres litras hodiernas et amplius. Quamquam puella quaedam tres congios — decem litras! — bibisse dicitur apud Athenaeum, et ieiuna quidem bibisse<sup>6)</sup>, fortasse autem tantumdem valebat Chremyli uxor, quae decem certe cotylas sive quinque congii partes dicto citius siccabat — si fides Carioni servo<sup>7)</sup>.

1206. ἰή, ἰή] cf. Vesp. 1335.

1207. στυγερός] cf. vs. 33.

<sup>1)</sup> Cf. vs. 1091, 1093. — <sup>2)</sup> Vesp. 1326 sqq. — <sup>3)</sup> Cf. Lys. 155 Eccl. 903 Cratet. fr. 40 etc. et vid. ad Nub. 997. — <sup>4)</sup> Cf. Eq. 352. — <sup>5)</sup> Thesm. 131. — <sup>6)</sup> Athen. 486b. — <sup>7)</sup> Plut. 737.



ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

μογερός ἐγώ!

ΛΑΜΑΧΟΣ.

(ad unum e pedissequis:)

τί με σὺ κυνεῖς;

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

(ad puellam alteram:)

τί με σὺ δάκνεις;

ΛΑΜΑΧΟΣ.

1210

τάλας ἐγὼ ξυμβολῆς βαρείας.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

τοῖς Χουσί γάρ τις ξυμβολὰς ἐπράττετο;

ΛΑΜΑΧΟΣ.

ὦ ἰώ, Παιάν, Παιάν!

1210. ξυμβολῆς Dindorf] τῆς ἐν μάχῃ (νῦν) ξυμβολῆς codd.; τῆς ξυμβολῆς scripserat Bothe. Luculentum admodum exemplum glossematis in textum recepti.

1212. ἰὼ ἰώ] semel habent R et alii, ἰὼ Παιάν, ἰὼ Παιάν Fritzsche (cf. Thesm.

1208. μογερός ἐγώ!] omne nimium nocet: basiis a puellis obrutus Dicaeopolis *vae mihi, pereō!* iocose exclamat.

1209. Dilectissimi ducis vulnera osculatur pedissequus<sup>1)</sup> dolore abreptus.

1210 sq. Proelium, quod infelici eventu cum hostibus commisit, ξυμβολὴν βαρείαν vocat Lamachus<sup>2)</sup>. Quem irridens Dicaeopolis βαρείαν ξυμβολὴν intellegere se fingit *symbolam molestam*, — quippe homini aere alieno obruto<sup>3)</sup>, — pecuniam quae iis erat solvenda qui sumtu communi epulantes ἔρανον ἀπὸ ξυμβολῶν habuissent<sup>4)</sup>; itaque admirans *ecquis ait Choum festo a convivis suis pretium popo-*

*scit?*<sup>5)</sup> Nam ὁ πρῶτος εὐρών ἀλλότρια δειπνεῖν ἀνήρ | δημοτικὸς ἦν τις, ὡς ἔοικε, τοὺς τρόπους. | ὅστις δ' ἐπὶ δεῖπνον ἢ φίλον τιν' ἢ ξένον | καλέσας, ἔπειτα ξυμβολὰς ἐπράξατο, | φυγὰς γένοιτο μηδὲν οἴκοθεν λαβών<sup>6)</sup>. Apud Antiphanem autem conviva aliquis nunc demum intellegere se dicit quid sit illud quod dicatur in proverbio: τί φέρων τις οὐ φέρει;<sup>7)</sup> nempe φέρομεν αἶτ ἄνθρωποι δέκα | ἔρανον τιν', οὐ φέρει δὲ τούτων τὴν φορὰν | οὐδέεις<sup>8)</sup>, itemque apud Alexidem: ἐράνους φέροντες οὐ φέρομεν ἀλλ' ἢ κακῶς, *erani cum conferendi sunt, viz tandem conferimus debitum*<sup>9)</sup>.

1212. Παιάν, Παιάν] tragica (Dorica)

<sup>1)</sup> Cf. Ran. 755, 788. Festivus est Elmslei error haec annotantis: „Dicaeopolis Lamachum osculatur, qui eum indignabundus remordet.” — <sup>2)</sup> Cf. Herodot. VI 120: post pugnam Marathoniam Lacedaemonii ὕστεροι ἦκουσι τῆς συμβολῆς. Item IX 77. Hodie: *het treffen, the encounter, la rencontre*. Cf. προσβολή Eq. 389. — <sup>3)</sup> Vs. 615. — <sup>4)</sup> Hom. α 226 Hes. Oper. 722 sq. etc.; is autem, cui cenae parandae cura a ceteris convivis est mandata, τοὺς ἐρανοτάς ἐστιῶν dicitur (fr. 408). Quem nummos a sodalibus reposcentem induxit Alexis fr. 15. — <sup>5)</sup> Etiam Philippus scurra ex ambiguo vocis ξυμβολῶν sensu iocandi desumsit materiem Xenoph. Conv. 1 § 16. — <sup>6)</sup> Eubul. fr. 72. — <sup>7)</sup> Verane solutio est τὸν μισθόν? an conferendus est Ran. 25? — <sup>8)</sup> Antiphan. fr. 124. — <sup>9)</sup> Alex. fr. 141<sup>b</sup>.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τήμερον Παιώνια.

## ΛΑΜΑΧΟΣ.

λάβεσθέ μου, λάβεσθε τοῦ σκέλους. παπαί,

1215

προσλάβεσθ', ὦ φίλοι.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἐμοῦ δέ γε σφῶν τοῦ πέους ἄμφω μέσου

προσλάβεσθ', ὦ φίλοι.

## ΛΑΜΑΧΟΣ.

εὐλιγγιῶ κάρα λίθῳ πεπληγμένος,

καὶ σκοτοδιניῶ.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

1220

καὶ ἐγὼ καθεύδειν βούλομαι καὶ στύομαι

καὶ σκοτοβινιῶ.

## ΛΑΜΑΧΟΣ.

θύραζέ μ' ἐξενέγκατ' εἰς τὰ Πιττάλου

311). || Παιάν (bis)] Παιών Elmsley fortasse recte, non quod forma tragica ab hoc loco sit aliena, sed quod facilius ex altera nomen παιώνια potuit elici.

1213. νυνὶ τήμερον] νῦν γε σήμερον R, quod debetur errori alicuius grammatici Dicaeopolidem tragico sermone nunc uti opinantis.

1218. εὐλιγγιῶ R] ἴλ. plerique; cf. vs. 581.

1222. ἐ(ι); τὰ Elmsley] ἐ; του R, ἐ(ι); τὸν (-λον) complures, ὡς τοῦ; dubitanter Elmsley (cf. quod sequitur ὡς τοῦ; κριτάς et vid. vs. 1032).

haec est vox <sup>1)</sup>, in communis autem vitae sermone dicebatur Παιών <sup>2)</sup>.

1213. ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ] ab iisdem particulis incipit responsum Eccl. 982, 991; cf. ἀλλ' οὐχὶ τοι νῦν Plut. 993.

— Παιώνια] aliunde ignota est haec εὐριτή.

1215 et 1217. προσλάβεσθε] item in Lysistrata: προσλαβοῦ μοι τοῦ κάπρου <sup>3)</sup>.

1218 sq. εὐλιγγιῶ... σκοτοδιניῶ] cf. vs. 581.

1221. Verbum ridicule fictum inter-

pretationem non requirit. Dicaeopolis Bacchico furore abreptus perinde atque ipse deus πίνειν καὶ βινεῖν μόνον οἶδεν <sup>4)</sup>. Puellam quandam Σκοτοδίην ἐπικαλουμένην ὅτι | δίνον ποτ' ἦρεν ἀργυροῦν ἐν τῷ σκότῳ commemorat Archedicus <sup>5)</sup>.

1222. θύραζε... εἰς τὰ Πιττάλου] haec iungenda. Ad ministros sublevantes se Lamachus *ne intus me abducite ait sed ad medicum publicum*. De Pittalo vid. supra vs. 1030—1032 et de locutione εἰς τὰ Πιττάλου Vesp. 1432 <sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Cf. Soph. Trach. 221. — <sup>2)</sup> Cf. Eq. 408. — <sup>3)</sup> Lys. 202. Ceterum cf. vs. 1149. — <sup>4)</sup> Rau. 740; cf. Lys. 715. — <sup>5)</sup> Archedic. fr. 1. — <sup>6)</sup> Item Lys. XII § 12 Dem. XLIII § 62 Theocrit. II 76 IV 23 V 112 Herod. Mimiamb. V 52 etc.

παιωνίαισι χειρσίν.

(A ministris suis dextrorsum absportatur.)

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὡς τοὺς κριτάς μ' ἐκφέρετε· ποῦ ἔστιν ὁ βασιλεύς;

1225

ἀπόδοτέ μοι τὸν ἄσκόν.

(Uter vini ingens et coronatus a ministris aliquot publicis affertur.)

ΛΑΜΑΧΟΣ.

(dum aufertur:)

λόγῃ τις ἐμπέπηγέ μοι δι' ὀστέων ὀδυρτή.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ὄρατε τουτονὶ κενόν! τήνελλα καλλίνικος!

ΧΟΡΟΣ.

τήνελλα δῆτ', εἶπερ καλεῖ γ', ὦ πρέσβυ, καλλίνικος.

1224. μ' ἐκφέρετε] με φέρετε R et plerique.

1226. ὀδυρτή] ὀδυρτά R alii.

1228. Post vs. 1230 habet B, post 1231 A, perperam.

— \*καλεῖ γ' καλεῖς γ' B, καλεῖς cett., καλεῖ σὺ πρέσβυ Kuster, καλεῖς μ' Bergk, κρατεῖς γ' (victor es) Blaydes, κρατεῖς Hamaker (cf. Vesp. 1515).

1223. παιωνίαισι χειρσίν] adiectivum vere tragicum<sup>1)</sup> in scholiis recte red-  
ditur voce θεραπευτικαῖς, salutiferis.

1224. ὡς τοὺς κριτάς] „arbitros rei pot-  
toriae in hoc festo τῶν Χοῶν. Sed subin-  
dicantur etiam indices certaminis dra-  
matici, quorum favorem hic occulte sibi  
conciliare studet comicus”<sup>2)</sup>.

— ποῦ ἔστιν ὁ βασιλεύς;] regem *Anthe-*  
*steriorum* curam habuisse fortasse ex  
hoc versu licet efficere. Sed sumere  
malo comicum nunc, ut saepe alibi<sup>3)</sup>,  
neglecta fabulae fictione ad res quae  
in ipsa urbe aguntur relabi; regi enim  
*Lenaeorum* cura erat mandata<sup>4)</sup>, quo

festo scenae commissa est nostra fa-  
bula<sup>5)</sup>.

1225. τὸν ἄσκόν] vid. vs. 1002.

1226. Vid. ad vs. 1193.

1227. τουτονί] τὸν χοῶν designat. Vid.  
ad vs. 331.

— τήνελλα καλλίνικος] vid. ad Eq. 276  
et Ran. 1285—1295 et de voce καλλίνικου  
Eq. 1254.

1228. *Decent sane laeti clamores, siqui-*  
*dem καλλίνικος nunc diceris*, siquidem  
clarissima victoria reportata laudibus  
tu a civibus plaudentibus extolleris. De  
particularum εἶπερ...γε iunctura vid. ad  
Nub. 251.

<sup>1)</sup> Cf. Aesch. Suppl. 1066 Agam. 848 fr. 142 Soph. Trach. 1208 Philoct. 1345. —

<sup>2)</sup> Sic Blaydes. Vid. Nub. 1115. — <sup>3)</sup> Vid. ad Eq. 320 sq. — <sup>4)</sup> [Aristot.] Rep. Athen. 57 § 1. — <sup>5)</sup> Minime vero *rex bibendi*, quod putabat Lenting, est cogi-  
tandus, sed alteri magistratui — nam magistratus fere instar est medicus publice  
institutus — opponitur alter; bibendi autem aliquem arbitrum — si βασιλεύς is  
Graece dictus fuerit, nam exempla desidero — quaerere nunc non potest Dicaeo-  
polis, quippe quem in sacerdotis aedibus cum ceteris convivis modo reliquerit.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

καὶ πρὸς γ' ἄκρατον ἐγγέας ἄμυστιν ἐξέλαψα.

## ΧΟΡΟΣ.

1230

τήνελλά νυν, ὦ γεννάδα! χώρει λαβῶν τὸν ἄσκόν.

## ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἔπεσθέ νυν ἄδοντες „ὦ τήνελλα καλλίνικος.“

## ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἐψόμεσθα σὴν χάριν

„τήνελλα καλλίνικον“ ἔ-

δοντες σὲ καὶ τὸν ἄσκόν.

(Dicaeopolis utrem humeris imponit, chorus autem eum prosequitur dextrorsum abeuntem.)

1230. νυν] νῦν γ' R alii.

1229. *Minime dubia est res, respondet Dicaeopolis, atque adeo poculum mero repletum uno haustu siccavi insuper.* De particulis καὶ . . . γ' vid. ad Ran. 49, de adverbio πρὸς ad Ran. 415.

— ἄμυστιν] ἄμυστι<sup>1)</sup> πίνειν dicitur is qui inter potandum non μύει τὰ χεῖλη sed χανθόν vinum per gulam demittit<sup>2)</sup>, idem autem valet adverbium ἄπνευστί. Novum hinc ductum est substantivum

ἄμυστις, quo designatur poculum prae-grande unoque haustu ebibendum<sup>3)</sup>, inde autem verbum ἐξάμυστῖσαι<sup>4)</sup>.

— ἐξέλαψα] vid. ad Nub. 811.

1230. τήνελλά νυν] *quin igitur laetos clamores edere perge!*

— γεννάδα] vid. ad Ran. 179.

1232 sqq. Simillimum exitum habet Equitum fabula<sup>5)</sup>. De voce σὴν χάριν vid. Ran. 109.

<sup>1)</sup> Cf. Pherecrat. fr. 202. — <sup>2)</sup> Sic in poculo Boeotio saeculi a. C. VI haec leguntur: *Μογεία δίδωμι τῆς γυναίκι δῶρον Εὐχάρι τῆντετραπέντω κότυλον, ὡς χάναν πιει.* Quae adverbii forma licet aliunde sit ignota, nemini obscura esse potest; ὡς χανθόν πῖναι Eucharidi uxori hoc poculum donavit maritus (Collitz n<sup>o</sup> 1133, Kaibel Epigr. 1130). — <sup>3)</sup> Eur. Rhes. 419, 438 Cycl. 417 Amips. fr. 22 Philyll. 6, Callimachus apud Athen. 442f: καὶ γὰρ ὁ Θρηκίην μὲν ἀπίστους χανθόν ἄμυστιν | οἶνοποτειν, ὀλίγω δ' ἤδετο κισσυβίω, Horat. Od. I 36,13 *neu nulli Damalis meri | Bassum threicia vincat amystide.* — <sup>4)</sup> Plato com. fr. 189. — <sup>5)</sup> Vid. ad Eq. 1407.

# INDEX

## RERUM ET NOMINUM

QUAE IN ANNOTATIONIBUS TANGUNTUR.

- ἀγορανόμοι 723.  
 ἀγροικότερος 674.  
 ἀγρόνη (ταῦτα οὐκ...) 125.  
 Ἄϊθου κυνή 390.  
 Ἄϊγνα 653.  
 αἴρεσθαι *suscipere* (bellum) 913.  
 Αἰσχύλος 10.  
 ἄλλες θυμιτῖδες (att. θυμίται) 772.  
 — χόνδροι 521.  
 ἄληθῶς (ὥς) 143.  
 ἄλισκεσθαι *ambigue dictum* 699 sq.  
 ἀλλ' ὅμως *elliptice dictum* 402.  
 ἀλλ' οὐκίε', ἀλλά 471.  
 ἀλφειτοπῶλις στοά 548.  
 ἀμπελίς 995.  
 ἀμυλος 1092.  
 ἄμυστις 1229.  
 Ἄμφιθεος 46.  
 ἄν in *enunciatis ellipticis* 966, 1021.  
 ἀναβάδην 399.  
 ἀνατρέπειν (*mensam*) 933.  
 ἀνείρειν 1006.  
 Ἀντίμαχος 1150.  
 Ἀπατούρια 146.  
 ἀπεμπολῆν 374.  
 ἀποβλέπειν 291.  
 ἀποθριάζειν 158.  
 ἀποκίξαι 869.  
 ἀποκρίνεσθαι *defendere se* 632.  
 ἀπολείς (με) 470.  
 ἀπολογαίνειν (?) 968.  
 ἀπομόργυσθαι 706.  
 ἀπόνυπτρον 616.  
 ἀπόπατος 81.  
 ἀποπλίσειεσθαι 218.  
 ἄρα *verbo suo postpositum* 238.  
 ἀρμάμαξα 70.  
 Ἀρτέμων 850.  
 ἄσκός Κτησιφώντος 1002.  
 ἄσκωμα 97.  
 ἀστειός 811.  
 Ἀσφάλειος Neptunus 682.  
 αὐτοὶ ἔσμεν 504.  
 ἀφαιρεῖν *ab igne* 1119.  
 ἀφέλκειν *de veru* 1005.  
 ἄχάνη 108.  
 ἄχυρα 508.  
 ἄωριαν 23.  
 βάδην 535.  
 βαιός 2.  
 Βαλλήναδε 234.  
 βάμμα σαρδιανικόν 112.  
 βασιλέως Ὀρφαλμός 92.  
 βδελύττεσθαι 586.  
 βίαν (πρός) 73.  
 βλήχων 861.  
 βόλιτος 1026.  
 βομβαύλιος 866.  
 βούς κριβανίτης 87.  
 βωστρεῖν 959.  
 γαλή 256.  
 γανοῦν 7.  
 γάργαρα 3.  
 Γέλα 606.  
 γῆν *πρὸ γῆς* 235.  
 γηροβοσκεῖν 678.  
 Γηροδόνης 1082.  
 γλάχων (att. βλήχων) 861.  
 Γόργασος 1131.  
 Γοργίας 636—640.  
 γοργολόφας 567.  
 γοργώνωτος 1124.  
 Γοργώ 574.  
 γραμμῆ 483.  
 γρυλλεῖν 746.  
 γύλιος 1097.  
 δελφρακοῦσθαι 786.  
 Δεξιθεός 14.  
 δημοκρατεῖσθαι 642.  
 δημοσιεύειν *munere medici mu-*  
*blici fungi* 1030.  
 διαδεδρακός 601.  
 Διαλλαγή 989.



διατριβή 193.  
 διάσκαλος 628.  
 διεμπολιάν 974.  
 Διοκλής 774.  
 Διορμεαλαζόνες 605.  
 διόπτης 435.  
 διοσημία 171.  
 διώκειν *ambigue dictum*  
 699 sq.  
 δόμοι *vox Euripidi dilecta*  
 450.  
 ἐγκισθαί τινα 309.  
 ειλίγγιαν 581.  
 εἰσίναι *domum intrare (re-  
 dire)* 202.  
 εἰς τάχος 686.  
 ἐκκλησία κυρία 19.  
 ἐκκοκίξειν 1179.  
 ἐκποιεῖσθαι *procreare* 255.  
 ἐκφυγεῖν φεύγοντα 177.  
 ἐκχεῖν (*vinum*) 983.  
 ἔλυτρον 1120.  
 ἐμπορεύεσθαι 480.  
 ἐνασπιδουῖσθαι 368.  
 ἐνί (?) *en* 610.  
 ἐντονος 666.  
 ἐξελαύνειν 717.  
 ἐξεμεῖν 6.  
 ἐξίεσθαι *domo egredi* 1139.  
 ἐξομόργνυσθαι 843.  
 ἔπαλξις 72.  
 ἐπίκωπος 232.  
 ἐπιζήνων 318.  
 ἐπιτηρεῖν (?) 197.  
 ἐπιχαριττασθαι (*att. χαρί-  
 σασθαι*) 884.  
 ἐπύλλια Euripidis 398.  
 ἐρᾶν *cum infin.* 146.  
 ἔρανοι 615.  
 ἐρέβινθοι 801.  
 Ἐρμιογένης 46.  
 ἐσμέν αὐτοί 504.  
 ἔτι *aliquando* 1156.  
 ἐτός 411.  
 εὔ (τό) 661.  
 Εὐθυμένης 67.  
 Ζεὺς φίλιος 730.  
 ζημία *detrimētum* 737.

ἰλιθίων: *choros Euripidis*  
 443.  
 ἰλύγη 684.  
 ἰμείρις 997.  
 ἰπιαλεῖν 1164.  
 ἴρωσ 575.  
 Θαλαμιά 553.  
 Θασιά *muria* 671.  
 Θεόγνης *tragicus poeta* 140.  
 θεορίδεν (*att. θερίζειν*) 948.  
 θεομόβουλος 119.  
 θιώ (τώ) 905.  
 Θουκυδίδης (*Melesiae f.*) 703.  
 θρανίτης λέως 162.  
 θυμάλωψ 321.  
 θυμβροφάγος 254.  
 θυμιτίδες ἄλες (*att. θυμίται*)  
 772.  
 θωρήσσεσθαι 1135.  
 -ιδεύς *terminus* 866.  
 -ίδης *terminus iocose adhi-  
 bitus* 596 sq.  
 ἴσχειν *de ianua dictum* 127.  
 ἴσχνός 469.  
 ἴσχνον (*κατ'*) (?) 591.  
 ἴτριον 1092.  
 κάθαρμα 44.  
 κακορροθεῖν 577.  
 καλαμισκος 1034.  
 Καμάρινα 606.  
 κληφός 242.  
 κανοῦν 244.  
 κάρα (*κάτω...*) 945.  
 κάρτα 544.  
 Καταγέλα 606.  
 κατάγεως 71.  
 καταγυαρτίσσι 275.  
 κατακωλύειν 1088.  
 καταξάινειν 320.  
 κατάρδειν 658.  
 κατάσκιος 965.  
 καταχούν 295.  
 κατ' ἴσχνον (?) 591.  
 κάτω κάρα 945.  
 Καῖστρος: *fluvius* 68.  
 κέαρ 5.  
 κελυστή: 554.

κεφαλή *μιαρά* 285.  
 κηρωτή 1176.  
 κίλλιραντες 1122.  
 κισίς 1137.  
 κλίον *futuro additum in  
 minis* 822.  
 Κλεισθένης 118.  
 Κοισύρας (ό) 614.  
 κολλικοφάγος 872.  
 κομπολάκκοσος 589.  
 Κραναά 75.  
 Κρατινος 848 sqq.  
 κριβανίτης 87.  
 κρίνειν *praeferre* 1117.  
 Κτησιφών 1002.  
 κυδώνια (μήλα) 1199.  
 κυνή Λιδου 390.  
 κυνός *προκός* 863.  
 κυρία ἐκκλησία 19.  
 κωπέυς 552.  
 κωφός 681.  
 λακαταπύγων 664.  
 Λακρατείδης 220.  
 Λάκωνες *perfidii* 308.  
 Λάμαχος *taxiarchus* 567.  
 λαμπάδιον 1177.  
 λάρκος 333.  
 Λεπρά 724.  
 Λέπρεον 724.  
 λεπτός 445.  
 λην *doricum verbum* 749.  
 λιπαράμπυξ 671.  
 λιπαρός 636—640.  
 λόφοι *tres in taxiarchorum  
 galea* 567.  
 λύειν 690.  
 λυχνόχογος 938.  
 μάλιστα *in interrogatione*  
 799.  
 μονδαλωτόν 1201.  
 μαρίλη 350.  
 μάσματος 1172.  
 Μαφφίας 702.  
 μασταρίζειν 689.  
 μάχηρα μία 849.  
 Μεγαρική *μηχανή* 738.  
 μεθυσκοκτάβος 525.

- μεμιλωμένον σχοινίον 22.  
 μετάβουλος 632.  
 μεταστρέφειν 537.  
 μετρεῖν 1021.  
 μή οὐδ' in interrogatione 320.  
 μηχανή Μεγαρική 738.  
 μία μάχαιρα 849.  
 μιὰ ἀ κεφαλή 285.  
 μιμαρκυς 1112.  
 μολυνοπραγματεῖν 382.  
 μοσχίδιον 996.  
 Μόσχος 13.  
 μοχθηρός 517.  
  
 ναύφαρκτος 95.  
 νεώριον 918.  
 νίγλαρος 554.  
 νοστεῖν 29.  
 νυκτοπεριπλάνητος 264.  
 νωδός 715.  
  
 ξανθίζειν 1047.  
 ξυγκλήειν 1096.  
 ξυλλαμβάνειν os 926.  
 ξύλον *ordo subselliorum* 25.  
 ξυμβολή vox ambigua 1210  
 sq.  
 ξυνάπτειν intrans. 686.  
 ξυνηγορεῖν τινα 685.  
 ξυνήγορος 685.  
  
 ὀδόμεντοι 156.  
 ὀθόνιον 1176.  
 οἶα δὴ 753.  
 οἰσυπηρός 1177.  
 ὀκέλλειν 1158.  
 Ὀλύμπιος Periclis epitheton  
 530.  
 ὀμφλιξ 336.  
 ὄμμα 1184.  
 ὄμφρακίας 352.  
 ὄμως (ἀλλ') elliptice dictum  
 402.  
 ὄπνειν 255.  
 ὄπως post πράττειν 755 sq.  
 Ὀρέστης cognomen iocosum  
 1167.  
 ὄρη χρυσῶ 82.  
 ὄρθιασμα 1042.  
 ὄρνιθίας χειμῶν 876 sq.
- ὀράλιχος 871.  
 ὄρχος 995.  
 ὄς post οὕτως 736 sq.  
 — post verba *sciendi* etc.  
 118.  
 οὐδὲν ὑγιές 956.  
 οὐκ ἐτός 411.  
 οὐτοσί pronomen ommissa re  
 quae indicatur usurpa-  
 tum 331.  
 οὕτως... ὄς 736 sq.  
 Ὀφθαλμὸς βασιλείως 92.  
  
 Παῖαν 1212.  
 παιδίσκη 1148.  
 Παιώνια 1213.  
 Παλλάδια 547.  
 παρακεκομμένος 517.  
 παρακύπτειν 16.  
 πάραλος 1158.  
 παρεξηγημένος 681.  
 Παρνήσιος 348.  
 πάροινος 981.  
 πάσσαξ 763.  
 Παύσων 854.  
 πέλεθος 1170.  
 περιαιλουρός 856.  
 περιάπτειν 640.  
 περιεπιτιμένος 507.  
 περιπίττειν 507.  
 πεφουσιγγωμένος 526.  
 πηγύναι impersonaliter di-  
 ctum 139.  
 πίττα 190.  
 πλάτη 552.  
 πλάτις 132.  
 πλατοῦν 552.  
 πλατύς risus 1126.  
 πλιγ- 218.  
 πλύειν τινά 381.  
 ποιεῖν et ποιεῖσθαι σπονδάς 52.  
 Πόλεμος 979.  
 πολλὰ χαιρεῖν ironice dictum  
 200.  
 Ποσειδῶν Μαρφάλιος 682.  
 πράττειν ὅπως 755 sq.  
 πρίνιος 180.  
 πρίων 36.  
 πρό γῆς (γῆν...) 235.  
 προσαγορεύειν *salutare* 266.
- πρὸς βίαν 73.  
 πρωτανεύειν 60.  
 πρωκτὸς κύνος 863.  
 περοῦν 988.  
 πτίλον 575.  
 πτωχίστερος 425.  
 πτωχοῦς heroes Euripidis  
 413.  
 πικνός 445.  
 πυροροραγής 933.  
 πὸς ἔτ' ἄν elliptice dictum  
 307.  
  
 σά μάν 757.  
 σαρδιανικὸν βάμμα 112.  
 Σερίφιοι 542.  
 σπητία 351.  
 σησαμοῦς 1092.  
 Σιρύριος 118.  
 σιδηροῦς 491.  
 Σισυφος 391.  
 Σιτάλκης 134.  
 σιῶ (τῶ) 905.  
 σκανόαληθρον 687.  
 σκοτοδιναῖα 581.  
 σπαράττειν 688.  
 σπονδαί vox ambigua 178.  
 σπονδάς ποιεῖν et ποιεῖσθαι 52.  
 σπουδαρχίδης 595.  
 σταθεύειν 1041.  
 στήλη 727.  
 στυπτός 180.  
 στοὰ ἀλφειοπόλις 548.  
 Στράτων 122.  
 στριβλικιγῆς 1035.  
 στροφή 346.  
 συγγεῖν 33.  
 σφενδάμνιος 181.  
 σχοινίον μεμιλωμένον 22.  
 σχοῖνος 230.  
 σωσίπολις 163.  
  
 Ταίναρον 510.  
 ταλαύριος 964.  
 ταραξικάρδιος 315.  
 τάριχος 967.  
 τάχος (εἰς) 686.  
 ταχύβουλος 630.  
 ταῶς 63.  
 τετραπτερυλλίς 871.

- τετραπίλος 1082.  
 τήτες 15.  
 τί (hiatus post) 4.  
 Τιθωνός 688.  
 τις *aliquis vestrum ad fa-  
 mulos dictum* 805.  
 τίφη 920.  
 τὸ εὔ 661.  
 τονθορούζειν 683.  
 τοῖται 54.  
 Τραγασαῖος 808.  
 τρέχων 176.  
 τριχόβρωτος 1111.  
 τροπιτήρ 549.  
 τυῖδε (att. δεῦρο) 884.  
 τύλη 860.  
 τύλος 553.  
 τυρόνωτος 1125.  
 τυχηρῶς 250.  
 τῶ σιῶ 905.  
 τῶς (dor.) *ceu* 762.  
 ὑγιές (οὐδὲν...) 956.  
 ὑδρορροά 1186.  
 ὑποδέχεται 979.  
 ὑποσκαλεύειν 1014.  
 ὑποστένειν 162.  
 ὑποστένειν 657.  
 ὑποψωνεῖν 842.  
 φαλλικόν *carmen* 261.  
 φαλλός 243.  
 φένας *avis* 89.  
 φεύγοντα *εκφυγεῖν* 177.  
 φέριπλος 279.  
 φθείρου 460.  
 φιδάλεω *ισχάδες* 802.  
 φιλανθρακεύς 336.  
 φίλιος Ζεύς 730.  
 φιλοτήσιος 985.  
 φοινικίς 320.  
 φορυτός 72.  
 Φύλη 1023.  
 φυλλεῖον 469.  
 χαίρειν πολλά *per euphemis-  
 mum dictum* 200.  
 χαιρηδῶν 4.  
 Χαῖρις 16.  
 Χαιριδῆς 866.  
 χαλκοφάλαρος 1072.  
 Χάονες 604.  
 Χάρης 604.  
 Χαρίνου *psephisma* 528.  
 χαυνόπρωτος 104.  
 χειμῶν *ἀρετιῆς* 876 sq.  
 Χῆς 961.  
 χεῖρος *vox ambigua* 767.  
 Χολλήδαι 406.  
 χόνδροι ἄλες 521.  
 χοῖος 454.  
 χροῖσθα 778.  
 χρυσᾶ ὄρη 82.  
 χρυσία 258.  
 χρυσίς 74.  
 χύτρα 284.  
 χυτρίδιον 463.  
 χωλοῦς *heroas Euripidis* 411.  
 Ψακάς 1150.  
 ψαμμακοσιογάραρος 3.  
 ψαμμακόσιοι 3.  
 Ψευδαρτάβας 91.  
 ὦρα *ιστί* 393.  
 ὠρικός 272.  
 ὦς *elliptice dictum* 333.  
 ὦς ἄληθῶς 143.  
 ὦστιζεσθαι 24.

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

---

In annotatione ad vs. 100 aliis verbis usus essem, nisi sero meminissem eorum quae Naber de hoc loco disputavit Mnem. 1888 p. 91 sqq.: vocem *σάρρα* scribendam esse *σάρα*, *zara* enim Persice significasse *χρυσόν*; cetera verba Graeca esse sed barbare corrupta, totum autem versum sic videri constituendum: *δὲ Ἀρταβάνῳ Ξέρξῳ ἐπιστάναί σάρα*, per Artabanum Xerxes aurum appendere (= *appendet, mittel*). Quae si satis certa videantur, — ingeniosissima esse nemo negabit, — conferenda erunt Triballi verbula illa: *βάρρακι χρῶσα* vel Scythae: *κροκῶτ' ἔκοντο τῆ γέροντο* et cetera.

Paginae 62 initio periit littera: pro „edit” ibi dederam „(redit”.

Alia vitia non deprehendi, sed utar hac occasione ut in *Equitum* editione mea quaedam corrigam. Ubi *χοῶ*, non *χόα*, scribi volui vs. 95, 113, 355, delenda autem in ann. crit. ad vs. 826 sunt verba „sed — forma”.





(1)

ARISTOPHANIS

E Q U I T E S.



ARISTOPHANIS  
EQUITES.

CUM PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. ORD.



LUGDUNI BATAVORUM  
APUD A. W. SIJTHOFF

MDCCC



AMICISSIMO COLLEGAE

IACOBO IOHANNI HARTMAN

HANC EDITIONEM FABULAE

DE QUA SAEPE CUM EO DISPUTAVI

D. D. D.





## PROLEGOMENA <sup>1)</sup>.

### I.

E minima maxima evaserat Atheniensium res publica, quaeque olim inter colles suos delitescebat urbs hominum agris inhaerentium, ictibus Persarum veluti e longo sopore fuerat excitata, utque poeta ille Britannus expergefata inclutam se viderat. Quippe ipsa numina Atticae incolas adiuverant hostes a patria sua propulsantes, et stupenda facinora, quibus infinitae illae barbarorum copiae fuerant fusae, ipsis aequalibus digna videbantur scena tragica <sup>2)</sup> palliove Minervae <sup>3)</sup>, quae arcem suam ab exterorum invasione defendisset.

---

<sup>1)</sup> Quae in his prolegomenis leguntur ea fere sunt quae patrio sermone in Academia nostra Regia recitavi mense Martio anni 1900 (over strekking en samenstelling der Ridders van Aristophanes, Verslagen en Mededeelingen der Kon. Acad. v. Wetenschappen afd. letterkunde 1900). Praeterea Equitum locos complures tetigi in Mnemosyne 1900 p. 201—225.

Plurimum autem editio mea debet copiosissimis Blaydesii commentariis et Velteni accuratae fabulae recensione, quae anno 1897 multo etiam emendatior denuo prodit cura Zacheri. Nec non honorifica mihi facienda est mentio editionis bonae frugis plenae, quam curavit Kock. Ceteros editores nominatim nunc indicari non est opus, sed commemorandi sunt libelli qui sequuntur:

I. Vahlen, in Ind. lect. Berol. hib. 1884/5, aest. 1898, hib. 1898/9.

E. Piccolomini, Studi italiani di Filologia Classica, 1893 p. 571 sqq.

— Rendiconti della Academia dei Lincei, 21 gennaio 1894 e 17 febbraio 1895.

K. Zacher, Aristophanesstudien I. Zu Aristophanes' Rittern. 1898.

— Parerga zu Aristophanes, Philologus 1899 Supplem. VII.

A. Willems, Notes sur les Cavaliers d'Aristophane, Bulletins de l'Académie royale de Belgique, 1899.

<sup>2)</sup> Phrynichus Phoenissarum fabulae, Aeschylus Persarum argumentum fecit. Vid ad Vesp. 220.

<sup>3)</sup> ἄξια τοῦ πέπλου, Ar. Equit. 566, ubi vid.

Iamque caput erant Athenae imperii potentissimi, et e rusticorum oppido facta erat urbs marium domina. In immensum creverat eius dicio, creverant opes, et ex cornu copiae, quod in eius gremium effundebatur, cum opulentia etiam artes scientiaeque — veluti e Iovis capite Minerva — adultae prosiluerant omnes simul. Saeculum vixdum erat elapsum post aetatem Pisistratidarum — et novum hominum genus Atticae solum premebat, novis studiis intentum, nova ratione vitam instituens, novos redituum fontes sibi recludens, alia omnia denique appetens atque prisci illi viri ruris amantissimi, qui terrae suae veros filios se senserant nec facile patrum instituta moresve migrarant. Navigatorum mercatorumque succreverat natio industria rerumque novarum studiosa, qui famam nomine antiquo longaque avorum serie partam nihili faciebant neque Atticae glebam gracilem sollicitabant potissimum, sed late per terrarum orbem circumspiciebant, ut novis semper incrementis et suas ipsorum augerent opes et patriam bearent.

Impetus autem ille, qui civitates maritimas partis contentas esse non sinit, ut maiora semper appeterent eos instigabat, „ibi est fortuna ubi ipse non es” cum viatore illo sibi canentes <sup>1)</sup>, et post insulas maris Aegaei Cyprum Asiaeque oram, Siciliam et Aegyptum, Carthaginem totumque mare Mediterraneum cum terris adiacentibus oculis avidissimis intuebantur, sibi ea omnia nata esse in dies firmius sibi persuadentes et Atticae fines ibi demum statuentes ubi terra frumentum vinum olivas ferre desineret.

Tanta prosperitas non fugerat famae umbram invidiam. Invidabant vicini urbi nimis felici, nimis cultae, nimis sollerti. Sed quominus in pristinas rerum angustias et tenuitatem reiceretur caverat Pericles ille, qui nimios appetitus et tumultuaria conamina fortiter compescens auctoritate sua prohibebat ne cives fines imperii distendere temere conarentur, quamdiu proxima instaret civitatum florentium belloque infractarum aemulatio <sup>2)</sup>.

<sup>1)</sup> „Dort wo du nicht bist ist das glück”.

<sup>2)</sup> Vid. Thucyd. II 65 § 7.

Sed virum fortem prudentem constantem, qui cum gentis nobilissimae splendore et cultu feliciter iungebat recentioris aevi studia, abripuit mors brevi postquam efflagravit bellum, quod patriae suae necessarium cum intellexisset, sperasset autem salutare, ut strenue susciperetur civibus suaserat.

Alterum Periclem illa aetas non ferebat. Mox tamen extitit qui eius consilia exsequeretur, vir haud indignus cuius manus civitatis crederentur habenae. Novus hic erat homo, nullo gentis splendore commendatus, nullo cultus decore nitens, sed rebus agendis natus, audacis vehementisque ingenii <sup>1)</sup>, non delinire adversarios sed refellere et perturbare studens, odio opponens odium, criminibus crimina, minis minas. Non ille ut admirationem plausumque multitudinis captaret ad dicendum consurgebat <sup>2)</sup>, sed ut attonitam secum raptaret assensumque etiam invitae extorqueret, non artibus valens oratoriis sed pectore disertus factus, toto enim pectore rebus publicis incubuit <sup>3)</sup>; mentis autem acutissimae quamque non facile deciperent adversariorum artificia; integer denique in tanta illius aevi contagione quique peculatus crimina in se coniecta aequo animo posset ferre, patriae amantissimus legumque acerrimus vindex.

Hic vir, cuius cunis non musae gratiaeve adstiterant sed genius laboris, animos civium belli aerumnas aegre ferentium et nunc etiam pestilentia afflictorum confirmavit et erexit; et cum illo Hyperbolus Cleonymus Theorus alii, quos ex adver-

<sup>1)</sup> Nimis cautum ei visum esse Periclem testari videntur Hermippi (fr. 46) de Pericle verba: *δηχθεις αλθωνι Κλιωνι*. Unde temere Idomeneum olim effecisse *accusatum* a Cleone esse Periclem, acute perspexit Müller Strübing Aristoph. p. 573 not. — Fide autem vix videtur dignior Sotionis opinio, quam affert Diogenes Laertius II § 12, Cleonem *Αναξαγοραε* extitisse accusatorem; cui a Thucydide Melesiae f. diem dictum esse autumabant alii teste Diogene, qui certi nihil ea de re traditum esse sic ostendit.

<sup>2)</sup> Egregio cum contentu cives oratorum flosculis inhiantes *σοφιστων θεαταις εικοται* μάλλον η *περι πόλεως βουλευομενοις* vocat apud Thucydidem III 38 § 7.

<sup>3)</sup> Cleonem, cum primum tempore capessere coepit, amicis convocatis *διαλύσασθαι την φιλιαν προς αυτούς, ως πολλά της όρθής και δικαίας προαιρέσεως μαλάσσουσαν εν τή πολιτεία και παράγουσαν*, refert Plutarchus Mor. 806 f. — idque cum vituperatione, testis igitur non suspectus.

sariorum tantum criminibus et calumniis hodie habemus cognitos, Athenas nisi debellatis hostibus florere non posse persentiebant et segnia consilia nobilitatis Spartaë tecte faventis <sup>1)</sup> quo digna erant contemptu reiciebant.

Turrium autem cacumina ut non fulmina tantum in se devocant sed etiam aviculas alliciunt, sic caput demagogorum inter gravissimas partium contentiones circumstrepere solent ioci comicorum. Habebant autem Cleonis coria voxque nimis sonora, habebant Hyperboli lucernae obscurique natales, habebant Cleonymi statura ingens et rei domesticae tenuitas, quae largam iocandi materiem suppeditarent hominibus dicacissimis, quicquid spectatorum cachinnos ciere posset cupide semper arripientibus, ea praesertim quae pertinerent ad homines cuivis notissimos ipsisque parum acceptos. His autem annis nos, qui nunc vivimus, eosdem iocos vidimus eadem de re repetitos, cum viro, quem fors ab origine tenuissima ad summum in Gallia locum evexit, oblatum est aurei velleris insigne; fuit tunc qui in ephemeride ioculariter depingeret Felicem Faurium iuvenem ὑποζωσάμενον vellusque ovinum manibus tenentem — βυρσοπόλης enim ille fuerat — et Faurium virum veste picta novique honoris insigni de collo dependenti ornatum. Qui si forte fortuna istas comicorum hodiernorum imagunculas oculis usurpaverit, non ira opinor excanduit, neque de sua populive Gallici maiestate agi putavit, sed — erat enim vir acutulus neque invenustus — subrisit.

Sic Cleon comicorum facetias quantumvis mordaces sprevit aut — sed iocis et facetiis et omnino bonis artibus parum delectatus esse videtur — risit. At non risit conamina adversariorum in re publica, sed strenue obstitit perniciosis consiliis Niciarum ceterorumque λαωνιζόντων. Demosthenes vere anni 425 ineunte invitis paene belli ducibus ipsisque militibus occupaverat

<sup>1)</sup> τοῦτο γὰρ καλῶς ἠπιστάντο, ὅτι ἄλλως οὐχ οἶοι τ' ἔσονταί περιγενέσθαι (Lys. XII § 45). „Die permanente verschwörung des von seiner machtfülle gestürzten adels „ist der „rothe faden“, der immer wieder in der athenischen geschichte von „Kleisthenes bis zum archontat des Euklides zum vorschein kommt“. Müller Strübing Aristoph. p. 239. Cf. Vesp. Prolegom. p. XXXII.

Pylum <sup>1)</sup> et Lacedaemoniorum lectas copias in insula Sphaacteria tenebat inclusas; sed non procedebat res, insula illa neque satis arte includi neque vi capi posse videbatur, multosque aut metus invadebat aut spes fore ut praeterlapsa aestate procella dispelleret Atheniensium naves insulam cingentes. Lacedaemonii autem legatis Athenas missis pacem obtulerant, sed — pacem quae Atheniensibus nullum promitteret emolumentum: obstiterat Cleon; plura poscenda esse, plura mox impetraturos, si obsides tenerent illos viros, qui e manibus elabi nullo modo possent. Iamque verendum videbatur ne elaberentur tamen, ipsis naturae viribus liberati. Tunc ira excanduit Cleon, et coram populo more suo rugiens tonansque „proditorum esse” denuo clamavit „de „victoria desperare! Ipsam teneri victoriam, sed viros non esse „classi copiisque terrestribus praepositos; dudum auxilia illuc „mittenda fuisse, incursionem faciendam, quidvis denique „audendum potius quam nihil agendo tereretur tempus.” Qui

<sup>1)</sup> Munere publico Demosthenes tunc temporis non fungebatur (Thucyd. IV 2 § 4), strategus igitur non erat creatus in comitiis, quae mense Februario anni 425 sunt habita. Aliquot tamen mensibus postea strategum extra ordinem factum esse statuamus oportet, nisi sumamus parum accuratis verbis usum esse Thucydidem IV 29 § 1, ubi Cleon dicitur τὼν ἐν Πύλω στρατηγῶν ἕνα sibi assumisisse Δημοσθένη. Sequenti dein anno — m. Februario a. 424 — ex ordine denuo est creatus. Quo tempore collegas habuit Hyperbolium, Niciam, Hippocratem, Thucydidem, Euclem, Pythodorum, Eurymedontem, Sophoclem.

Cleonem vero non anno 424, ut opinatur Müller Strübing, sed sequenti demum anno strategum esse creatum, e Nubium vs. 581—594 apparet; ubi non de *continuata* Cleoni praetura fit sermo, sed de *primum* praetore creato nuper Cleone optimatibus ipsisque coelitibus invitis. Quo autem tempore agebantur Equites, instabant ἀρχαιρεσίαι, quae brevi post Lenaea — septima pryntania — fieri solebant. In nostra igitur fabula quod Paphlago suo iure senatum adiisse et legatos illuc introduxisse dicitur (vs. 475 sqq. et 668 sq.), id ita videtur explicandum ut fecit Keck (Quaest. Ar. p. 61—63), Cleonem etiam per reliquam anni 425/1 partem usque ad novas ἀρχαιρεσίας praetura extra ordinem esse functum, et in nostra fabula τὸν στέφανον, magistratum insigne, περιαιρεῖσθαι (vs. 1227), ut significetur in annum sequentem eum strategum ex ordine creatum non iri.

Quicquid id est, anno 424 Cleon strategus non est creatus, sive in concione praevaluerunt sententiae eorum qui pacem fieri cupiebant, sive strategi munus *non petivit* Cleon. cum rei militaris minus peritum se sciret, rem autem etiam sine ipso satis strenue gestum iri confideret. Sed anno proximo Atheniensibus victis ad Delium, mortuo Sitalce, amissa Sicilia, amissa Thraciae ora, petivit munus, in quod sincerum certe afferebat patriae amorem fortemque animum, quibus collegas instigaret tergiversantes. Praetor tum est creatus, item anno 422.



cum probris sic cumularet strategos <sup>1)</sup> et „res minime ardua!“ adderet „quam sat cito, si strategus essem, conficerem equidem!“ post multos clamores nec sine risu ipsi mandatum est imperium extraordinarium. Quam provinciam ea audacia in se recepit, qua anno huius aevi septuagesimo Gambetta — alter ille Cleon — ex Gallofrancorum urbe inclusa per aera evolavit eque patriae solo novas mox legiones pedis ictu civit, vir iuriconsultus et in arte militari hospes.

Pylum cum paucis copiis, velitibus praesertim <sup>2)</sup>, profectus est Cleon, intra viginti dies se Lacedaemonios illos vivos mortuosve Athenas adducturum confidenter professus. Riserunt multi: cachinnati sunt adversarii, qui in certam cladem eum ruere arbitrabantur. At ille perfecit quod promiserat, et sic probavit non vana se promisisse, neque vanis criminibus insectatum esse illorum tarditatem. Catenis onustos in urbem adduxit Spartiatis, quos non fames frogerat <sup>3)</sup> sed ipsa militis Atheniensis virtus, et arma iis detracta in foro resplenduerunt ingentis gloriae monumenta.

Obsides iam tenebantur talis pacis, qualem speraverat Pericles, speraverant Cleon et quicumque patriae bene volebant: pacem quae a Sparta tutam eam esset factura. Splendide autem victrix e longa contentione evasura videbatur Atheniensium civitas <sup>4)</sup>, et evasisset profecto, nisi proditorum artibus mox effectum esset ut variis cladibus affligeretur. Sed ineunte anno 424 deorum adhuc in gremio ea iacebant, plurimum autem tunc in re publica valebat Cleon fama recenti florens <sup>5)</sup>, — obtrectatorum igitur crimina magis etiam quam antea suscitans. Qui cum vicisse eum negare non possent, *casu* vicisse perhibebant,

<sup>1)</sup> Non *Demosthenem* tamen eius verba spectabant. Qui si solus copiis ad Pylum praefuisset, dudum opinor confecisset rem; mox autem ipse Cleon eum sibi adscivit expeditionis ducem. Sed ad Eurymedontem Sophoclem Niciam alios haec crimina pertinebant.

<sup>2)</sup> Quos praesertim desiderari aut ipse intellexerat aut a Demosthene audiverat.

<sup>3)</sup> Vid ad vs. 1167.

<sup>4)</sup> Cf. vs. 583.

<sup>5)</sup> *μάλιστα πάντων ἐν τῇ πόλει εὐδοκίμων*, ut *Demosthenis* (XL § 25) verbis utar.



vel etiam *fraude* aliis viris surripuisse gloriam reportatae victoriae, quae etiam sine illo reportari potuisset. Quod autem „casum” illum praedixerat ipse, neque appetiverat illam „gloriam”, sed praeturam ultro oblatam accipere aliquantisper recusaverat <sup>1)</sup>, nihil haec curabat livor, qui non quid aequum verumque sit rogare solet, sed quid plurimum possit nocere, probe autem novit quam obliviosa sit multitudo.

Itaque osoribus *fur iactator* iam audit dux partium popularium recenti victoria insignis <sup>2)</sup>. Furatus est illam victoriam: spoliat

<sup>1)</sup> Abunde haec omnia constant e Thucydidis loco notissimo (IV 27 sq.), qui comici habet nescio quid, quod in huius scriptoris opere frustra quaeras alibi.

<sup>2)</sup> Praetor extra ordinem creatus erat Cleon hoc tempore (vid. pag. V not. 1). Non vero assentiendum est iis qui munere τοῦ ἐπὶ τῇ διοικήσει sive ταμίου τῆς κοινῆς προσόδου eum functum esse statuerunt. Qua de re in hac nota aliquid videtur dicendum.

In libro igitur Aristotelico de Rep. Atheniensium vix quidquam est aptius ad movendam admirationem, quam quod neque alibi in hoc opere neque in capite 43, ubi enumerantur magistratus χειροτονητοί, ulla fit mentio τοῦ ταμίου τῆς κοινῆς προσόδου, qui inde ab Aristotelis certe aetate quin Athenis extiterit magistratus in quadriennium creatus, nemo dubitat aut dubitavit unquam; gravissimum autem illud munus fuisse inter omnes constat. Quapropter fuit qui pro verbis τοῦ τῶν χρητῶν ἐπιμελητοῦ illic rescriberet τοῦ τῶν κοινῶν ἐπιμελητοῦ, vel potius τοῦ τῶν κοινῶν delete ἐπιμελητοῦ, praecedit enim vox ταμίαις, et magistratus non curator erat quaestor ille. Qui autem coniecturae illi fidem non habent, aut verba quaedam interiisse sumant necesse est, in quibus mentio huius ταμίου facta fuerit, aut reip. Atheniensium illa lineamenta descripta esse ex opere vetustiore, ea aetate composito quae munus illud nondum nosset.

Quicquid id est, liber Aristotelicus τὸν ἐπὶ τῇ διοικήσει aut omnino non commemorat aut in transitu et ita ut nihil prosit ea notitia ad dirimendam quaestionem spinosam, quae est de tempore quo munus illud Athenis fuerit institutum; tacent autem Thucydides Xenophon alii, tacent saeculi V<sup>i</sup> inscriptiones. Arguendo vero qui rem ad liquidum perducere conatur, intellegit locum ei magistratui in rep. non fuisse quo tempore aerarium collegio hellenotamiarum esset creditum, fieri autem vix et ne vix quidem potuisse ut virorum, qui per singula quadriennia toti fere reip. fuissent praepositi, nullum in huius temporis monumentis litteratis appareret vestigium. Itaque probabilis videtur Gilberti opinio Lycurgi demum tempore — anno 339 — τὸν ἐπὶ τῇ διοικήσει fuisse creatum, alii aliquot annis prius institutum esse illud munus suspicati sunt, sed qui inde ab Aristophanis aetate vel etiam prius extitisse contenderet inter recentiores inventus est nemo praeter Muellerum Struebingium. Qui ingeniose sane, et ita ut ex eius erroribus saepe plus proficias quam ex aliorum cautis circumspicisque argumentationibus, in libro de Aristophane demonstratum ivit Cleonem annis 426—422 munere ταμίου τῆς κοινῆς προσόδου („Präsident der Athenischen Symmachie”) esse functum, id quod ante eum statuerant Valesius aliique, quos p. 136 enumerat; primum omnium

etiam commune aerarium, et rem publicam sibi soli natam censet. Honores de more ei decreti sunt proedria et coena in Prytaneo: mera irrisione hoc dignum videtur, quod homo, quem neque vitae quotidianae decursus neque rerum publicarum turbae bellive strepitus musis conciliassent, in primo subselliorum ordine iam spectet; famelicus autem et gulosus propterea dicitur quod mensae publicae — satis tamen frugali — cum senatoribus iisque qui de rep. bene sunt meriti assideat. Cibis illic ingurgitare se, dein ventrem eduliis oppletum vix trahere domum, cum perhibent irrisores maligne dicaces, — et ridebantur absurda illa crimina <sup>1)</sup>, a nobis quoque ridetur comoedia qua talia Cleoni facete exprobrantur. Sed in spectatorum mente relinquebatur amari nescio quid; qui ex theatro domum cum rediissent, non potuerunt non aliquanto minore cum admiratione suspicere virum, qui quam aptam ridendi praeberet materiem modo sensissent. Nempe hominum animos nimis bene notos habebat is qui etiam apertissimam calumniam aliquid valere dixit.

Aristophanes autem vehementi prae ceteris in Cleonem instigabatur odio. Amabat enim patriam, et pacem petebat votis neque minus sinceris neque minus caecis quam sunt eorum, qui nostris diebus populorum foedera irrupta inter ipsum armorum

-----  
hoc munere factum esse Aristidem, post hunc Ephialtem, dein Periclem, tum Eucratem; Cleoni autem successisse Hyperbolum.

Quae si admittenda esset opinio, Equitum fabulae versus 948, ubi „*οὐδέ τι ταμιεύσεις μοι*” Demus dicit Paphlagoni, novam sane vim acciperet, et Populi sigillum, quod isti concreditum esse ibidem dicitur, eodem posset referri. Sed in contrariam partem ex ipsa hac comoedia afferri potest argumentum, quod aliquanto mihi videtur validius; nam versu 774 Paphlago sive Cleon „*ὄτ' ἐβούλεον*” ait „sollertia mea implebam civitatis aerarium”, — nunc igitur neque *βουλεύειν* se neque omnino ea uti condicione in qua urbis reditus augere facile possit, aperte satis ostendens. Qui autem Pylum pro praetore navigavit aestate anni 425, et annis 423 et 422 praetor est creatus (vid. supra pag. V not. 1 et ad Nub. 581—594), is quaestor iis certe annis esse nullo modo potuit, quoniam lege cautum erat ne quis duobus simul fungeretur muneribus. Sed *προστάτης τοῦ δήμου* (vs. 1128, cf. Thucyd. III 36 § 6 IV 21 § 3) Cleon. erat, dux partium popularium, ut ante eum fuerant Pericles Ephialtes Aristides; vid. [Aristot.] Rep. Athen. 28.

Itaque Muelleri ingeniosissima illa disputatio ad nihil redit et optimo iure a multis est reiecta (cf. Keck Quaest. Ar. 1876 p. 25 sqq.).

<sup>1)</sup> Quae non serio dici nemo ignorabat; vid. ad Nub. 591.

strepitum vanasque debiliorum querelas augurantur. Qualia *ἔργη γορότων δνείρατα* illum certe non dedecebant, quippe poetam et iuvenem. Cleon vero auream illam aetatem arcere ei videbatur, homo turbulentus, plebeius, et — quod gravius — invenustus quique comicorum facetiis quidlibet concessum nollet <sup>1)</sup>. Itaque fieri non potuit quin quicquid in partium popularium ducem evomeret adversariorum odium inter necivum, cupide ille arriperet et pro iustis criminibus haberet. Verine studium in tali homine esse ullum? Prudensne aut salutare consilium ab eo expectari posse? Patriaene eum curare gloriam civiumve prosperitatem? Immo largitionibus popellum sibi devincire studet, quo liberius in aerario publico grassari possit ipse <sup>2)</sup>. Pacem oblatam repellit — non ut devictis hostibus firmiore mox fundamento pacem condere possit ipse, sed ut inter aerumnas communes latitent ipsius fraudes et scelera <sup>3)</sup>. Nihil non turpe in eo, nihil

<sup>1)</sup> Ante biennium Cleon in ius vocaverat histrionem, qui Aristophanis Babylonios scenae commiserat; vid. infra pag. XI not. 1.

<sup>2)</sup> Nonne similia de Pericle, de eo igitur viro cuius inter omnes semper nota fuit integritas, sunt dicta, non a comico aliquo, nam comicorum iocos nunc mitto, sed a Platone Socratis ore in Gorgia dialogo? Ubi Periclis *ἀρετὴν* Socrates fuisse ait *τὸ τὰς ἐπιθουρίας ἀποπιπλάναι καὶ τὰς αὐτοῦ καὶ τὰς τῶν ἄλλων* (503 c), eives autem *διαφθαρεῖναι ὑπ' ἐκείνου*, eum enim fecisse *ἀγροῦς καὶ δειλοῦς καὶ λάλους καὶ φιλαργύρους, εἰς μισθοφορίαν πρῶτον καταστήσαντα* (515 e). Quid autem historiarum scriptores? Periclem, pueri scilicet Alcibiadis consilio usum, bellum Peloponnesiacum concitasse ut laterent ipsius rapinae scribere non erubuerunt. Vid. Diodor. XII 38.

<sup>3)</sup> „Pauper ad remp. accessit Cleon, mortuus autem quinquaginta reliquit talenta“. Quis dicit? Critias (apud Aelianum X 17 § 5), adversarius unus omnium acerrimus. Vide igitur quam recte Müller Strübing Equitum fabulam vocaverit „die künstlerisch zusammenfassende verarbeitung dessen was die oligarchischen „freunde des dichters alle tage auf den gassen predigten“ (pag. 373; vid. etiam infra ad vs. 834). Testimoniis autem si testimonia opponenda sunt, — Cleoni iuveni censum equestrem fuisse Theopompus aut sumsit aut invenit traditum (vid. schol. ad vs. 225 sq.).

Ipsa autem Critiarum mendacia superant quae nostro aevo vir doctus scripsit: „fictum quidem crimen videri posse quod Cleon quadraginta minas e Mytilena „lucratus esse dicatur Equit. vs. 834, minime tamen absurdum esse et fortasse „verum, denn es war das sicherste mittel die geschenke, die man für die „rettung der begütertesten unter den Mytilenäern“ erhalten hatte, zu verheimlichen, „wenn sämtliche Lesbier getödtet wurden.“ Totum scilicet populum extingui iussisse Cleonem — non ut terrore civitates foederatae in ordinem cogerentur et Athenarum imperium confirmaretur, sed ut talenti partes duas impune furari

non scelestum, nihil non ridiculum. Apage igitur monstrum istud teterrimum bonisque viris abominandum, quod malo omine ex obscuris latebris in vitae publicae hanc lucem nuper emerisit! Ferte opem, vos omnes quibus patriae salus cordi est, ut in suas tenebras repellatur iste cerberus! Quo extincto sponte prosiliet pax alma musisque amica!

Aristophanis hanc in Cleonem iram fovebant amici quibuscum consueverat, viri e nobilibus gentibus orti <sup>1)</sup>, qui poetam festivissimum in eo admirabantur, et probe sentiebant quantum optimatum causae prodesse posset vir dicacissimus. Nam prima eius fabula Daetalenses anno 427 scenae commissa egregium ostenderat artificem eundemque rerum novarum osorem et aevi Cimonei admiratorem. Incitarunt igitur iuvenem gloria recenti elatum — nam alieno quidem nomine eam comoediam in certamen proposuerat dicis causa, sed veri poetae nomen diu latere non potuit — incitarunt comicum in populi ducem, quem civitati infestum esse perhibebant illi, musis non admodum favere videbat ipse, et e communi illo odio procrevit Babyloniorum fabula, quae Liberalibus anni 426 scenae commissa ipsam rem publicam propudio habuit <sup>2)</sup> sociorumque in theatro assidentium obiecit cachinnis <sup>3)</sup>, Cleonem autem turpissimum furem ostendit in ipsa scena rapinas suas evomentem <sup>4)</sup>.

Fabula placuit secundoque praemio est ornata, sed Callistratus histrio, cui docendam eam dederat Aristophanes, laesae

---

posset ipse! Eisdem autem viris doctis quinque illa talenta, quae Cleoni extorsisse creduntur equites, tam exigua videbantur multa ut eam per ludum iocumque potius quam serio a populo esse impositam in animum sibi inducerent (vid. infra pag. XIII not. 5).

<sup>1)</sup> Cf. Equit. 510.

<sup>2)</sup> In ea fabula poeta *ἔδειξε τὰς πόλεις ὡς δημόζοχατοῦνται*, quae ipsius sunt verba Acharn. 642: ostendit cuiusmodi esset Athenarum illud imperium in civitates foederatas. Et clementia Atheniensium qualis esset, ante paucos menses experti tunc erant Mytilenaei.

<sup>3)</sup> Vid. Acharn. 502 sq. et 630 sq.

<sup>4)</sup> Derisum esse Cleonem — non in transitu, sed ita ut argumenti aliqua haec esset pars — luculenter satis testatur schol. Ach. 378. Huc autem refero Dicaeopolidis verba Ach. 5 sq.: „gavisus sum *τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν* (vid. infra pag. XIII not. 1).

maiestatis apud senatum est accusatus <sup>1)</sup>. Qua re cautior factus Aristophanes in annum sequentem hikarius multo elegit argumentum; pacis enim bona in Acharnensium comoedia festive admodum laudavit. Quae fabula longe venustissima cum primum ei rettulisset praemium, maius quid sibi sumpsit, populi favore non minus quam amicorum dieteriis instigatus. Hactenus sub nomine Callistrati latuerat, nunc ipsum se suo nomine pestem illam rei publicae aggressurum inter sodales professus est, et partibus primariis in se receptis <sup>2)</sup> personatum Cleonem in scena protritutum, quoniam ipsum demagogum in foro vel in concione male mulcare non sinerent tempora aut mores.

Nam civitas, quae talem bestiam admiraretur honoribusque cumularet, novo quodam et nefario furore correpta ei videbatur; non viros publicis commodis invigilantes cernere se putabat sed mente captorum turbam ad scelestissimi nebulonis nutum sine lege aut ordine aestuantem. Pro aureo illo aevo, quod mentis oculis saepe viderat votisque vocarat, iam ferrea venerat aetas, et „μηκέτ' ὄφειλον ἐγὼ τοῦτοισι μετεῖναι ἀνδράσι!” prisci poetae verbis secum mussitabat identidem. Ultimane igitur haec est malorum et scelerum et stultitiae colluvies? Minime: potest etiam in deterius ruere res publica, et in ipso pulpito poeta monstraturus est id quod unum superest. Post Periclem urbs praepositum sibi vidit pistorem, dein lanarium, iamque ad coriarii istud regnum est delapsa, — unum etiam gradum faciat ochlocratia et suo fato concidit redeuntque tempora Cimonea; ἤλω γὰρ τὸν ἦλον χορὴ ἐκκρούειν <sup>3)</sup>. Fartor est is quem Atheniensium symmachia post Cleonem expectat dominum fati sibi debitum, homo impudentissimus et impurissimus et vix homo, e plebis faecula ipsoque angiportuum coeno prognatus, inter porcorum haras enutritus, pugnis fustibusque dolatus, qui praeter mendacia et iurgia et furta nihil novit, nihil didicit — hic est

<sup>1)</sup> Vid. Ach. 377—382 et Vesp. Prolegom. p. IX sq.

<sup>2)</sup> Vid. ad personarum indicem pag. 2 not. 1.

<sup>3)</sup> Cf. Antiphanes fr. 300: οἶνω δὲ χορὴ τὸν οἶνον ἐξελαύνειν, | ἀθῆαδιαι ἀθῆαδιαι Καλλίστρατον μαγειρῶ — quaeque plura habet illic.



successor Cleoni destinatus, cuius adventum dudum nunciarunt deorum vaticinia et praesagia.

En novae fabulae argumentum feracissimum. Poeta ingeniosus inducit servum quendam Paphlagonem sive Bullionem <sup>1)</sup> in aedibus Populi heri impudenter grassantem, sed tandem superatum a fartore, qui ipso etiam impudentior est et magis etiam valet lateribus atque lacertis. Huic Bullio ille cedit, huic fidenter se credit Populus senex minime malus sed annis tardus et veterosus.

Iamque novus integratur rerum ordo redeuntque Saturnia regna, redeunt Populo robur iuvenile et pristinum ingenium. Quae quomodo misellus ille fartor, Medae artibus subito imbutus, seni reddere potuerit, ipse autem ex homine nequam omniumque contemptu dignissimo quomodo probus fidusque subito civis et alter fere Aristides evaserit, de quo in fabulae exitu felicissima quaevis augurari liceat, — ea praestat non rogare, versamur enim in poetica illa regione, ubi licet quod placet.

Neque facile descripserit quispiam partes chori ex optimatibus compositi. Quos homuncioni improbissimo ipsoque Cleone nequiori favere creditu esset difficile — nisi poeta ingenio luxurianti obtemperans nos secum abriperet artisque dialecticae oblivisci cogeret, ita ut etiam incongrua absurdaque aliquantisper probabilia videantur et fere necessaria <sup>2)</sup>.

## II.

Equites nomen novae fabulae indidit Aristophanes. Etiam antea in scena equitum mentionem aliquam fecerat. Nam ad

<sup>1)</sup> Nominis Παφλαγόνος vim ex parte certe reddunt nostrae linguae voces *Bulderbast*, *Blaaskaak*, *Bullebak*, anglice autem non male dixeris *Bully*. Sed accurate in aliam linguam transferri vix potest, quoniam mancipiorum gentile satis vulgatum, quod *strepenti* turbaramque notionem sono revocet, frustra in lingua latina aut in hodiernis quaeras. E. g. *Hottentot* si vertimus, non prorsus quidem male erit redditum, sed negligitur notio τοῦ παφλάγου.

<sup>2)</sup> Quamquam fabula clamorum minarum pugnarum plena mihi certe multo minus placet quam hilares pacis laudes quas proximo anno cecinerat poeta, vel iudicialis furoris irrisio facetissima, qua biennio post cives delectavit. Cf. *Vesp. Prolegom.* p. XI.



Babyloniorum argumentum refero quae initio Acharnensium fabulae dicit is qui primarum est partium: „φιλῶ τοὺς ἰππίας διὰ τοῦργον τοῦτο” — propter quinque nimirum talenta quae Cleon evomuerit <sup>1)</sup>. Quae verba ad litem Cleoni nuper intentatam spectare non posse, licet prisci interpretes id perhibuerint <sup>2)</sup>, inter prudentes constat. Neque enim equites — nisi forte in scena comica — Cleonem ullumve hominem accusare aut multare potuerunt, neque Cleon peculatus nuper damnatus fuerat; qui si fuisset, infamis factus non eas profecto quas novimus his annis in rep. sustinisset partes <sup>3)</sup>. Itaque nisi *ad scenam comicam* pertinent Dicaeopolidis illa verba de redditis a Cleone talentis quinque, merae mihi certe sunt tenebrae. Aliorum autem comicorum laudes quoniam in Aristophanis indolem haud quamquam cadunt, de *sua ipsius fabula* eum haec scripsisse ut statuamus cogimur. Denique de fabula *anno proximo* acta ut sermonem esse sumamus movet nos quod mox <sup>4)</sup> additur: τῆτες δὲ κτῆ. Verum autem divinavit Wachsmuth <sup>5)</sup>: „Kleons busse, „zu der er, wahrscheinlich nach aufführung von Aristophanes „Babyloniern, von den rittern gezwungen wurde, erscheint nur „als in lustiger laune vom volke aufgelegt”. Quae verba suo quidem iure risit Müller Strübing <sup>6)</sup>, quoniam *in rep. administranda* ita iocari vesanorum fuisset hominum, sed aptum eadem

<sup>1)</sup> Vid. supra pag. X not. 4.

<sup>2)</sup> Vid. schol. ad Ach. 6 et Eq. 226.

<sup>3)</sup> Accedunt alia argumenta superflua quidem, ut in re aperta, sed minime debilia. Neque enim de re eiusmodi tacuisset Thucydides, qui vix levioere quam Aristophanes in Cleonem flagrabat odio, neque in Nubium fabula (vs. 591) noster scribere potuisset: „optime, o cives, de rep. meriti eritis ἢν Κλέωνα, τὸν λάρον, δῶρων „ἐλόγτες καὶ κλοπῆς, | εἶτα φημάσσητε τούτου ἐν τῷ ξύλῳ τὸν ἀχένα”, si iamdudum peculatus convictus fuisset Cleon.

<sup>4)</sup> Ach. 15.

<sup>5)</sup> Hell. Alterthumsk. I p. 613.

<sup>6)</sup> Aristoph. p. 130. Qui quam absurda esset vulgata de Cleonis illa lite opinio luculenter admodum primus demonstravit l. l. p. 121 sqq.; multi autem ei sunt adstipulati, in his Fränkel ad Boeckhii Oecon. Publ. II<sup>3</sup> p. 86\*. Nemo autem eiusmodi quid in mentem ducere sibi potuisset unquam, nisi comici facietiae hic quoque fucum fecissent legentibus. Nempe sero didicerunt homines in Aristophane interpretando iocos ab historiis distinguere et plus confidere suo iudicio quam commentatorum notulis.

praebent sensum si *in scenam comicam* — id quod perhibui — iocum illum admissum esse sumimus <sup>1)</sup>.

Meo igitur iure statuere mihi videor in Babyloniis comicum ostendisse Cleonem ab equitibus nescio quomodo <sup>2)</sup> oppressum. Denuo autem hoc argumento uti decrevit quo tempore scribebat Acharnenses, in qua fabula Callistrati ore promisit se Cleonem *τεμεῖν τοῖσιν ἰππεῦσι κατ'ύματι* <sup>3)</sup>.

En igitur fabula quam anno proximo menteolvebat <sup>4)</sup>, en demagogus turbulentus et clamorosus in scena devictus ope bonorum virorum, inter quos plurimos amicos habebat poeta, plurimos adversarios corarius et quicumque rei populari favebant.

Sed ἀνδρῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν chorus nihil habuisset festivi, nihil quod admirationem movere oculosve percellere posset. Itaque, ut una tamen voce Cleonis adversarios designet, *equitum* utitur nomine, inter quos vix quisquam erat quin Cleoni adversaretur <sup>5)</sup>.

Equitum autem numerus hoc saeculo mire creverat. Nam olim

<sup>1)</sup> Quod vero Müller Strübing derisis aliorum commentis ipse e scholiis ad Ach. 6 effecit (l. l. p. 134), cum insularum quarundam tributa quinque talentis aucta essent ab Eucrate, Cleonem anno 426 auctorem extitisse ut ad pristinum censum rediretur, huic vero in populi concione obstitisse equites, id de nihilo est fictum et cum Muellieri de quaestura illa hypothesei concidit (vid. supra pag. VII not. 2), per se autem spectatum dissimillimum est vero. Nam quaestor cum pecuniam, quam remittere vellet debitori, exigere cogitur, quomodo *evomere* illam pecuniam dici possit, me certe latet. Vide igitur quam absurda nascentur nisi in scena comica haec acta esse sumimus, vide autem quam vivax sit superstitio, a qua ne Muellerus quidem Struebingius in libertatem vindicare se potuerit.

<sup>2)</sup> Nam male feriat esset locum illum Babyloniorum fabulae, de qua nonnisi paucissima nota sunt, accuratius definire velle.

<sup>3)</sup> Ach. 301.

<sup>4)</sup> In fabula elaboranda Aristophanem adiutum esse ab Eupolide, certe parabsim totam partimve Eupolidi deberi (vid. schol. vs. 1291), multi statuerunt — ipsius scilicet Eupolidis fide. Qui aperte sane aliquot annis post gloriatus est: „ἐκείνους τοὺς Ἰαπίας | ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ καὶ ἔδωκ' ἡσάμην” (fr. 78; vid. infra ad vs. 190), sed aemuli invidiosi haec erant verba et ad ipsius Aristophanis crimina respondentis (vid. Prolegom. Nub. p. XIV, ad Nub. 540 et 553). Vix autem credibile videtur Aristophanem anno 425, cum Eupolidem Acharnensibus fabula sua nuper vicisset, ab illo aemulo auxilium petivisse ad novam fabulam concinnandam, et minus etiam credibile victum victori opem tulisse.

<sup>5)</sup> Quod autem etiam extra eorum ordines multi Athenis erant viri nobiles et demagogum illum pessime perosi, id nihil nunc ad rem.

in Attica, cuius solum equis alendis parum est aptum <sup>1)</sup>, equitatus nihilo maioris momenti fuerat quam apud Lacedaemonios <sup>2)</sup>, neque ad Marathonem ingentibus turmis barbarorum ulli equites opponi potuerant <sup>3)</sup>; Peloponnesiaco vero bello ineunte mille erant <sup>4)</sup>, in decem centurias secundum tribus divisi, quarum singulis praepositus erat phylarchus, cunctis duo hipparchi praeerant. Inter divitum <sup>5)</sup> autem liturgias <sup>6)</sup> erat τὸ ἑπιποροφεῖν, et ex iis qui equos alebant decemviri καταλογῆς quotannis delectum habebant <sup>7)</sup> senatui deinde probandum; huic enim equitatus cura mandata erat <sup>8)</sup>. Flos igitur et decus civitatis iure habebantur hi adolescentes splendidis natalibus, equis nitidis insidentes, sine quibus civium pompae sollemnes sordebant <sup>9)</sup>; Panathenaeicae autem pompae quanta pars fuerint etiam nunc oculis nostris cernimus in nobilibus Parthenonis anaglyphis, in quibus eam repraesentavit Phidias. „Ἰππέας ὄρω!“ cum per plateas clamabatur <sup>10)</sup>, Athenienses perinde atque plebecula nostras concurrebant in locum ubi cerni possent splendidae illae turmae, et inter lectissima spectacula habebantur certamina equestria.

Cum hostibus autem ubi proelio erat conflictandum, in aciei cornibus locus iis assignari solebat <sup>11)</sup>, et nuper strenue sic dimicaverant in agro Corinthio <sup>12)</sup>; saepius autem his annis hostium incursiones ab ipsis urbis moenibus propulsarunt <sup>13)</sup>. Quamquam aliquanto minoris momenti belli tempore quam pacis eos fuisse

<sup>1)</sup> Herodot. IX 13 Thucyd. VII 27 § 5.

<sup>2)</sup> De Lacedaemoniorum equitibus vid. Xen. Hellen. VI 4 § 10.

<sup>3)</sup> Herodot. VI 112.

<sup>4)</sup> Ar. Equit. 225 Thucyd. II 13 § 8 Xen. Hipp. 9 § 3. Quadraginta quotannis in equitatum publice insumta esse talenta ait Xenophon l. l. 1 § 19.

<sup>5)</sup> Primae secundaeque classium.

<sup>6)</sup> Xen. Oecon. 2 § 6 Lyeurg. Leocrat. § 139.

<sup>7)</sup> [Aristot.] Rep. Athen. 49 § 2 Xen. Hipp. 1 § 9 Eq. 2 § 1.

<sup>8)</sup> Xen. Oecon. 9 § 15 Hipp. c. 1 et 2 [Aristot.] ibid. c. 49.

<sup>9)</sup> Cf. Xen. Hipp. c. 3.

<sup>10)</sup> Cf. Ran. 653.

<sup>11)</sup> Thucyd. IV 94 § 1 V 67 § 3.

<sup>12)</sup> Thucyd. IV 44 § 3.

<sup>13)</sup> Thucyd. II 22 III 1 VII 27 § 5. Cf. etiam IV 72 § 3 sq.

haud immerito contenderit quispiam; ignaviae certe insimulatus est miles gravis armaturae, qui equitatu ut adscriberetur malis artibus effecerat <sup>1)</sup>, et ab equorum motibus subitis vix minus cavendum fuisse equitibus Atticis quam ab hostium telis perlecto Xenophonte dixeris.

Sed si adversus hostes non ita multum valebant, suis ipsorum civibus vel nimis strenue adversati sunt plus semel, et recte „seminarium triginta virorum” sunt dicti <sup>2)</sup>. Anno autem 404 veros factionis oligarchicae satellites se praestiterunt <sup>3)</sup>, et cum triginta viris Eleusine saevierunt adversus partem popularem <sup>4)</sup>, Thrasybulo autem ferocissime obstiterunt <sup>5)</sup>. Itaque non est quod miremur, post exulum reditum in equites severam habitam esse quaestionem <sup>6)</sup>, quinquennio autem post Thimbroni in Asiam proficiscenti trecentos τῶν ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἱππευδάντων auxilio miserunt Athenienses, sperantes fore ut ex illa expeditione numquam redirent <sup>7)</sup>. Vix enim videbatur probus civis esse posse qui eques his annis fuisset; quapropter fuit qui in senatorum δοκιμασίᾳ reiceretur quod equo meruisset <sup>8)</sup>.

Horum igitur virorum turmae in orchestram irruunt ut Paphlagonis adversario opitulentur. Viginti autem quatuor sunt numero, e tribu choregi more solito desumpti omnes. Unde statim intellegitur non veros hipparchos in scena cerni iis praepositos, sed fingi haec omnia. Equis tamen insidentes quin spectatoribus ostenderit comicus, dubitare nos non sinunt ipsius verba; nam nisi ad equitantes apte dici non potuit: οὐκ ἔλατε; <sup>9)</sup>. Sed verendum erat ne negotia facerent equi viginti quatuor per horas complures aut stare aut lente et composite vel etiam incitatore

<sup>1)</sup> Alcibiadis dico filium cognominem, in quem scripta est Lysiae oratio XIV.

<sup>2)</sup> A Georgio Curtio; cf. Müller Strübing Aristoph. p. 105, 115.

<sup>3)</sup> Lys. XII § 44.

<sup>4)</sup> Xen. Hellen. II 4 (Lys. XII § 52).

<sup>5)</sup> Xen. ibid., [Arist.] Rep. Ath. 38 § 2.

<sup>6)</sup> Vid. Lysiae oratio XVI.

<sup>7)</sup> Xen. Hellen. III 1 § 4.

<sup>8)</sup> Qua de re agitur in Lysiae oratione XVI<sup>a</sup>, quae circa annum 390 est scripta.

<sup>9)</sup> Vs. 243. Alia res est Soph. Oed. C. 311 sqq.

cursum per spatium haud ita magnum moveri iussi. Quapropter suspicetur fortasse quispiam pedibus tamen orchestram intrasse choreutas. At si secum reputaverit nihil praeter ipsos equos habuisse equites quo populi in se converterent oculos, — nam chlamys petasusve admirationem movere non poterat, — illa quoque opinio quanta habeat incommoda persentiet <sup>1)</sup>, citoque opinor eam abiciet, cum praesertim cernatur chorus comicus equis vehens in amphora Musei Berolinensis <sup>2)</sup>. Itaque statuendum videtur non veros quidem equos sed imagines, quae equos iocose referrent, choreutas sibi habuisse subditas; qualia ludibria et nostra aetas habet multa et habuit aetas Aristophanis, quae *avinum* ostendere posset chorum vel choreutas *delphinis* et *struthiocamelis* inequitantes <sup>3)</sup>. Eiusmodi autem equi aptissimi erant ad risum spectatorum movendum, aptissimi ad saltationes choricis peragendas, quibus ne hanc quidem fabulam caruisse testantur versuum numeri.

Quae si probabiliter sunt disputata, fictis equis non veros equites insedissee ut sumamus sequitur <sup>4)</sup>.

### III.

Notitia didascalica, quam inter multas quisquillas praebet altera fabulae hypothesis, testatur Equitum fabulam scenae commissam esse Lenaeis Ol. LXXXVIII 4 sive ineunte mense Februario anni 424. Quae si interiisset notitia, vel sic tamen de fabulae tempore abunde constaret; nam Lenaeorum festum

<sup>1)</sup> Quod ne Acharnensium quidem aut heliastarum chorus oculos ad spectu insolito captare potuit, id minus nunc ad rem.

<sup>2)</sup> N° 1697. Cf. Poppelreuter de comoediae Atticae primordiis, 1893.

<sup>3)</sup> Aves ex ipso Aristophane novimus, delphinos et struthiocamelos ostendit amphora Neapolitana.

<sup>4)</sup> Parabasis verba in fictorum equitum ore nihilo minus fuisse apta quam in verorum, non est quod data opera demonstrem. Iniuria autem a Muellero Struëbingio allatus est Vesparum versus 1023, ut ipsos equites chorum effecisse demonstraret (Aristoph. p. 119). Qui versus ab hac quaestione plane alienus est me iudice, et cum iocosis poetae laudibus quas Acharnensium parabasis habere comparandus potius.



disertis verbis poeta commemorat <sup>1)</sup>, post captam autem Spha-  
cteriam <sup>2)</sup> Niciaeque expeditionem Corinthiacam <sup>3)</sup> sed ante  
pugnam ad Delium datam esse fabulam ipsum argumentum  
clamat.

Primum praemium hoc anno, ut priore, poeta reportavit; utro-  
que autem certamine vicit Cratinum. Quod cum reputamus, statim  
apparet cur in perstringendo Cratino tam multus sit noster totis  
Acharnensium Equitumque fabulis: aemulum multis victoriis  
insignem quo magis metuebat eo magis contemnere se proterve  
est professus. Sed de Cratini Aristomenisque fabulis, quas Equi-  
tibus suis superavit noster, dici nihil potest nisi hoc unum, non  
admodum festivas fuisse videri, quae nullis vestigiis relictis  
interierint.

Hodierno autem lectori, rerum brevi post hos ludos gestarum  
non ignaro, iurgia quibus Cleon in scena petitur similia videntur  
clamoribus male ominatis avium tempestatem praecurrentium.  
Nam ingruebat procella quo tempore acta est nostra fabula, et  
undique per coelum adscendebant nubium atra volumina. Post  
laetos Olparum Sphaacteriaeque dies Atheniensibus tristissimi  
instabant nuncii amissae Thraciae roborisque iuventutis ad De-  
lium elisi <sup>4)</sup>.

---

<sup>1)</sup> Vs. 517; cf. vs. 883.

<sup>2)</sup> Vs. 54 etc.

<sup>3)</sup> Vs. 595 sqq.

<sup>4)</sup> Cf. Vesp. Prolegom. p. XXIX sqq.



## ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

### ΙΠΠΗΣ.

#### ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Ἀνώνυμος α' (Νικίας) } οἰκείται Δήμου <sup>1)</sup>.  
Ἀνώνυμος β' (Δημοσθένης) }  
Παφλαγών (Κλέων) }  
Ἄγοράρχος ἀλλαντοπώλης <sup>2)</sup>.  
Χορὸς ἱππέων.  
Δῆμος γέρον.

Persónae tacitae: servi (in exitu fabulae).

<sup>1)</sup> In codicibus nomina *Niciae Demosthenis Cleonis* constanter leguntur praefixa. Cum tamen in ipso dramate neque Nicias neque Demosthenes suo nomine compelletur, sed de utroque ut de *mancipiis* fiat sermo (vid. etiam vs. 358), Cleon autem *Paphlagonis* nomine designetur, Dindorf iussit rescribi οἰκίτης α', οἰκίτης β', Παφλαγών, neque aliter primitus fuisse exaratum iure suo effecit e verbis scholii ad vs. 1: „λέγουσι τῶν οἰκίτῶν τὸν μὲν εἶναι Δημοσθένην, τὸν δὲ Νικίαν” (item Hypothes. II 2; vid. etiam schol. vs. 50, 237, 240, 320). Cui multi obsecuti sunt; ipse tamen Dindorf tradita nomina servavit, item Bergk et nuper Zacher, qui recte observavit nullum unquam aut spectatorem aut lectorem potuisse dubitare quinam viri in scena repraesentarentur (vid. vs. 54 etc.), lectorum autem commodo multo melius consuli si sequamur codices, quam si *servorum prioris et alterius* notis (ut in Pacis fabulae exordio) utamur. Equidem cum huius viri docti tum Dindorfii argumentis permotus vocibus οἰκίτης α' et β' ipsa nomina virorum qui designantur in parenthesis subiunxi constanter, et in meis ipsius notulis hisce nominibus usus sum. *Paphlago* autem quominus dicatur is quem Cleonem vocant codices, nihil obstat, et ipse poeta Demi hunc atriensem inde a fabulae initio festivo hoc nomine, de quo vid. ad vs. 2, designavit.

De *Cephisophontis* nomine in Acharnensibus, *Aeaci* in Ranis eadem fere observari possunt quae de nominibus Niciae et Demosthenis in nostra fabula.

<sup>2)</sup> Proprium huius hominis nomen usque ad vs. 1257 ignorari voluit comicus;

Actor primus (ipse Aristophanes) *Isiciarium* agit <sup>1)</sup>,  
 secundus *Niciam*, dein *Paphlagonem*,  
 tertius *Demosthenem*, dein *Demum*.

Fabula agitur Athenis, ante domum Demi.

---

itaque non recte iubebat Hirschig *Agoracritum* eum per totam fabulam vocari. Notum autem civem aliquem eum vultu rettulisse credibile non duco. Id quidem certum est, non repraesentari Cleonymum vel Hyperbolum, quod olim fuere qui putarent teste scholio ad vs. 149. Immo *suas ipsius* partes agens Aristophanes cum Paphlagonem conflictatur. Quod autem *Eubulum* sub isiciarii persona latitare alii statuerunt (vid. ibid.) errore multo magis aperto, qui temporum ratione refellitur, id fortasse fluxit e Theopompī verbis, quae extant apud Athenaeum 166 e, cum nostrae fabulae versu 1352 collatis.

<sup>1)</sup> *Paphlagonem* egisse Aristophanes perperam dicitur in scholio ad vs. 230; quem errorem peperit ipse ille versus male intellectus (ubi vid.). Rem multis verbis demonstrare inutile duco, nam primas in hac fabula partes non Paphlagonis esse, ut etiam nunc sunt qui sumant, sed isiciarii, id tam certum mihi videtur ut mirer quomodo in dubium vocari potuerit unquam.

---

## ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ <sup>1)</sup>.

### I.

τὸ δρᾶμα τοῦτο ποιεῖται εἰς Κλέωνα, τὸν Ἀθηναίων δημαγωγόν. ὑπόκειται δὲ ὡς Παφλαγῶν νεώνητος, δουλεύων τῷ Δῆμῳ, καὶ προαγόμενος παρ' αὐτῷ περιττότερον. ἐπιτιθεμένων δὲ αὐτῷ δυοῖν τοῖν ὁμοδούλοιν. καὶ κατὰ τινα λόγια πονηρῶς διάσῃμον ἄλλαντοπώλην Ἀγοράκριτον ἐπαγόντιν, ὃς ἐπιτροπεύσει <sup>2)</sup> τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, αὐτοὶ οἱ Ἀθηναῖον ἵππεῖς συλλαβόντες ἐν χοροῦ σχήματι παραφαίνονται ὑφ' ὧν προσηλακίζόμενος ὁ Κλέων ἀγανακτεῖ, καὶ διενεχθεὶς ἱκανῶς περὶ τοῦ ἀλογώτερος <sup>3)</sup> εἶναι τῶν ἐναντιουμένων, σφᾶς ὡς συνομμωμοκίας κατὰ <sup>4)</sup> τῆς πόλεως διαβαλῶν <sup>5)</sup> πρὸς τὴν βουλὴν ἵεται. διώξαντος δὲ καὶ τοῦ ἄλλαντοπώλου κατὰ πόδας, οἱ ἵππεῖς περὶ τε τοῦ ποιητοῦ τινα καὶ τῶν προγόνων, ἔτι δὲ καὶ τῶν συγκινδυνεούντων σφίσιν ἐπὶ ταῖς μάχαις ἵππων <sup>6)</sup>, πρὸς τοὺς πολίτας ἀδροτέρως διαλέγονται. ὃ τε ἄλλαντοπώλης περιγεγενημένος ἐν βουλῇ μάλα γελοῖως τοῦ Κλέωνος καὶ λοιδορούμενος αὐθις αὐτῷ προσέρχεται ἐκκαλεσαμένου δὲ τοῦ Κλέωνος τὸν Δῆμον, προσελθὼν οὗτος διαφερομένων ἀκροῦται. λόγων δὲ πολλῶν γενομένων κατὰ τοῦ Κλέωνος, τοῦ Ἀγοράκριτου μάλ' ἐντέχνως τοῖς

<sup>1)</sup> Argumenta habent V (III et II 4, 5 in margine) alii; in R desunt. Sola notitia didascalica, quae in fine argumenti II legitur, est utilis; non plane spernenda est II 2, cetera nullius sunt pretii.

<sup>2)</sup> Sic Ribbeck pro ἐπιτροπεύει.

<sup>3)</sup> ἀναγωγώτερος; Vatic., ἀνώτερος; alii.

<sup>4)</sup> ἐκ codd.

<sup>5)</sup> Participium addidit Bergk, equidem dubito an in σφᾶ; aoristi latitet participium, e. g. \*καὶ συστάς ὡς συνομμωμοκίασι.

<sup>6)</sup> Addidit Brunck.

ἐπινοήμασι καὶ ταῖς θωπείαις καὶ προσέτι ταῖς ἐκ τῶν λογίων ὑπερβολαῖς κρατοῦντος, κατὰ μικρὸν ὁ Δῆμος τοῖς λόγοις συνεφέλκεται. δέισαντος δὲ τοῦ Κλέωνος κἀπὶ τὸ ψωμίξειν τὸν Δῆμον ὀρμήσαντος, ἀντιψωμίξειν ἄτερος ἐγχειρεῖ. καὶ τέλος τοῦ Δήμου τὴν ἑκατέρου κίστην συνέντος, εἶτα τῆς μὲν κενῆς, τῆς δὲ τοῦ Κλέωνος μεστῆς εὐρεθείσης, ἐλεγχθεὶς αὐτὸς ὡς περιφανῶς <sup>1)</sup> τὰ τοῦ Δήμου κλέπτων εἴκει θατέρω τῆς ἐπιτροπείας. μετὰ ταῦτα δὲ τοῦ ἀλλαντοπώλου τὸν Δῆμον ἀφεψήσαντος, εἶτα νεώτερον ἐξαῦθις <sup>2)</sup> εἰς τοῦμφανὲς γεγονότα προάγοντος, Κλέων <sup>3)</sup> περικειμένος τὴν Ἀγορακρίτου σκευὴν ἐπὶ παραδειγματισμῷ <sup>4)</sup> διὰ μέσης πόλεως ἀλλαντοπωλῶν ἀνὰ μέρος καὶ τῇ τέχνῃ χρησόμενος <sup>5)</sup> πέμπεται, καὶ ἡ ἐπιτροπὴ τῷ ἀλλαντοπώλῃ παραδίδοται. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν ἄγαν καλῶς πεποιημένων.

## II.

1. ὁ σκοπὸς αὐτῷ πρὸς τὸ καθελεῖν Κλέωνα. οὗτος γὰρ βυρσοπώλης ὢν ἐκράτει τῶν Ἀθηναίων ἐκ προφάσεως τοιαύτης. Ἀθηναῖοι πόλιν Πύλον <sup>6)</sup>, λεγομένην Σφρακτηρίαν, ἐπολιόρχουν διὰ Δημοσθένους στρατηγῷ καὶ Νικίου· ὧν στρατηγῶν χρονισάντων ἐδυσχέρανον οἱ Ἀθηναῖοι. καὶ εἰς ἐκκλησίαν συνελθόντων αὐτῶν καὶ ἀδημονούντων, Κλέων τις βυρσοπώλης ἀναστὰς ὑπέσχετο δεσμίους φέρειν τοὺς ὑπεναντίους εἶσω εἴκοσιν ἡμερῶν, εἰ στρατηγὸς αἰρεθείη ὅπερ καὶ γέγονε. κατὰ τὰς ὑποσχέσεις οὗν ἐστρατήγει κυκῶν τὴν πόλιν. ἐφ' οἷς μὴ ἐνεγκῶν Ἀριστοφάνης καθίησι τὸ τῶν Ἰππέων δρᾶμα δι' αὐτοῦ, ἐπεὶ τῶν σκευοποιῶν οὐδεὶς ἐπλάσατο τὸ τοῦ Κλέωνος πρόσωπον διὰ φόβον. καὶ τὰ μὲν πρῶτα κύπτει φοβούμενος· εἶτα προφανεῖς αὐτὸς ἀνεδίδαξε τὸ δρᾶμα.

2. ἔοικεν ὁ προλογίζων εἶναι Δημοσθένης, ὃς ἐκεκμήκει περὶ τὴν Πύλον πολιορκίαν, ἀφῆρέθη δὲ τὴν στρατηγίαν ὑπὸ Κλέωνος, ὑποσχόμενος τότε τοῖς Ἀθηναίοις παραστήσεσθαι τὴν Πύλον εἶσω εἴκοσιν ἡμερῶν· ὃ καὶ κατώρθωσε διὰ τὸ τὰ πλεῖστα τῆς ἀλώσεως προπεπονῆ-

<sup>1)</sup> Sic Brunck pro -νῆς.

<sup>2)</sup> Codd. ἐξαυτῆς.

<sup>3)</sup> Sic Kuster pro Κλέωνος.

<sup>4)</sup> Sic Kuster pro -μοῦ.

<sup>5)</sup> Codd. -σάμενος.

<sup>6)</sup> Del. Ribbeck.

σθαι Δημοσθένει. ἔοικε δὲ ὡς ἐπὶ οἰκίας δεσποικῆς ποιεῖσθαι τὸν λόγον. εἷη δ' ἂν δεσπότης ὁ δῆμος, οἰκία ἢ πόλις· οἰκέται δὲ δύο τοῦ Δήμου προλογίζουσι, κακῶς πάσχοντες ὑπὸ Κλέωνος· ὁ δὲ χορὸς ἐκ τῶν ἱππέων ἐστίν, οἳ καὶ ἐξημίωσαν τὸν Κλέωνα πέντε ταλάντοις ἐπὶ δωροδοκίᾳ ἀλόντα. λέγουσι δὲ τῶν οἰκετῶν τὸν μὲν εἶναι Δημοσθένην, τὸν δὲ Νικίαν, ἵνα ὧσι δημηγόροι οἱ δύο.

3. ἰστέον ὅτι εἰς τέτταρα μέρη διήρητο ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, εἰς πεντακοσιομεδίμνους, εἰς ἱππέας, εἰς ζευγίτας καὶ εἰς θῆτας.

4. ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος <sup>1)</sup> εἰς Ἀθήναια <sup>2)</sup>, δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους. πρῶτος ἐνίκα· δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις· τρίτος Ἀριστομένης Ὑλοφόροις.

5. οἰκία ἢ πόλις, δεσπότης ὁ δῆμος, θεράποντες οἱ στρατηγοί.

### III <sup>3)</sup>.

παράγει τινὰ Κλέωνα, τὸν καλούμενον  
 Παφλαγὸνα καὶ βυρσοπώλην, πικρότατα  
 κατεσθίοντά πως τὰ κοινὰ χρήματα,  
 καὶ <sup>4)</sup> παραλογισμῶ διαφέρουτ' ἐρρωμένως  
 ἄλλαντοπώλην, εὐθέως δὲ <sup>5)</sup> σκατοφάγον,  
 πεισθέντα τ' ἐπιθέσθαι σὺν ἱππεῦσιν τισιν  
 ἐν τῷ χορῷ παροῦσι τῇ τῶν πραγμάτων  
 ἀρχῇ Κλέωνός τ' ἐν μέσῳ κατηγορεῖν <sup>6)</sup>.  
 ἐγένετο τοῦτ'· ἐξέπεσεν ὁ Κλέων παγκάκως,  
 ὁ δὲ σκατοφάγος ἔτυχε προεδρίας καλῆς.

<sup>1)</sup> δημοσίᾳς vocem otiosam addit V.

<sup>2)</sup> Mense Gamelione (d. 19—25) Ol. 88,4, mense Februario ineunte anni 424.

<sup>3)</sup> Aristophanis grammatici nomen hae nugae metricae, ut aliae eiusdem generis, omentuntur.

<sup>4)</sup> Sic Bekker pro ἐν.

<sup>5)</sup> Add. vVelsen, τε Kuster.

<sup>6)</sup> Sic Bergk pro κατηγορεῖ.





# EQUITES.

## PROLOGUS.

(vs. 1—246).

(In scena conspicitur domus Demi senis, ante quam versatur servus (*Nicias*), gestu significans dolere sibi tergum et crura.)

## SCENA PRIMA.

Servus prior (*Nicias*), mox Servus alter (*Demosthenes*).

ΟΙΚΕΤΗΣ *A* (*Nicias*).

ἰατταταιᾶξ τῶν κακῶν! ἰατταταί!  
κακῶς Παφλαγόνα, τὸν νεώνητον, κακὸν

1 sqq. Demostheni tribuuntur in codd. et in schol., item versus 7<sup>b</sup> et 8<sup>b</sup> sq., Niciae autem 6 sq.<sup>a</sup> et 8<sup>a</sup>. Quae mutavi, quoniam flebiles versus 1 et 9 Niciae videntur aptiores.

1. ἰατταταιᾶξ] redivit haec exclamatio Thesm. 945<sup>1</sup>). Cf. βαβαιᾶξ<sup>2</sup>), παπαιᾶξ<sup>3</sup>), quae ex ἰατταταί, βαβαί, παπαι vocibus excreverunt. Videantur quae de *substantivis* in -ᾶξ desinentibus observata sunt ad vs. 361, et de interiectione πωπᾶξ ad vs. 680.

— τῶν κακῶν!] nimirum modo vapulavit a Paphlagone accusatus, item alter servus.

2. κακῶς... κακὸν] vid. ad Nub. 551.

— Παφλαγόνα] ut *Lydi Phryges Caves*<sup>4</sup>), sic *Paphlagones* erant inter vilissima mancipia<sup>5</sup>). Cleonis autem turbulenta facundia hoc nomine felicissime indicatur; nam a verbo *παφλάζειν* deduci id voluit poeta<sup>6</sup>). Nempe Aristophanis est hominum nomina detorquere in significationem, quae stirpi unde ducta sunt aut primitus sit propria aut per iocum possit tribui<sup>7</sup>). *Bullionem* haud inepte dixeris latine.

<sup>1</sup>) Ex Bentlei emendatione. — <sup>2</sup>) Ach. 64, 1142 sq. Pac. 248 Lys. 312 Ran. 63 Platon. fr. 46<sup>9</sup>. — <sup>3</sup>) Vesp. 235 Lys. 924 Eur. Cycl. 153. — <sup>4</sup>) Vid. ad Vesp. 1309. — <sup>5</sup>) Cf. Lucian. Alex. 9. — <sup>6</sup>) Ut recte in scholiis observatur. Vid. vs. 919 et ad Nub. 581, Vesp. Prolegom. p. XI, 2. — <sup>7</sup>) De qua re vid. ad Vesp. 84.

5 „αὐταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.“  
 ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν,  
 πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.  
 (Foras proruit alter servus (Demosthenes).)

OIKETHΣ B (Demosthenes).

κάμιστα δῆθ' οὗτός γε πρῶτος Παφλαγόνων  
 αὐταῖς διαβολαῖς . . .

OIKETHΣ A (Nic.).

ὦ κακόδαιμον, πῶς ἔχεις;

OIKETHΣ B (Dem.).

κακῶς, καθάπερ σύ.

OIKETHΣ A (Nic.).

δεῦρο δῆ πρόσελθ', ἴνα  
 „ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον.“

3. βουλαῖς] pedestris sermonis cum non sit βουλή *consilium*, olim proposui \*βύρσαις coll. vs. 44 et 104; quod nunc tamen reicio, quoniam parum tempestiva haec foret coriorum Cleonis mentio, et διαβολαῖς quod sequitur aptius est si βουλαῖς quam si βύρσαις; antecedit.

4. εἰσήρρησεν] εἰσέφηρσεν alii olim male, teste scholio (vid. ad Ran. 1192); quo Alberti iure rettuisse videtur Hesychii glossam εἰσέφηρκεν (i. e. εἰσέφηρHCε) εἰσέπηρθηκεν.

5. τοῖς οἰκέταις] τοὺς οἰκέτας; R.

7. αὐταῖς R] αὐταῖσι V et plerique.

8. δῆ R] νυν cett.; cf. Nub. 340 Pac. 1099.

3. αὐταῖσι βουλαῖς] vid. ad Vesp. 119. Poeticae dictionis est βουλαὶ *consilia* neque alias apud nostrum invenitur; nempe παρατραγωθεῖ servulus furore percitus.

4. εἰσήρρησεν] cf. Thesm. 1075 et ad Ran. 1192 et verbi ἀποφθαρεῖν usus vs. 892.

5. προστρίβεται] non *instigare* significat sed *affricare* <sup>1)</sup>. Nimirum criminando efficit ut mox a domino vapulent insonites <sup>2)</sup>. Vid. Aesch. Prom. 329 ζῆμια προστρίβεται, Demosth. XXII § 75 πλούτου τινὰ δόξαν προσετρίψατο, XXV § 52 συμ-

φορὴν ἢ βλασφημίαν ἢ κακὸν τι προσετρίψαμενος; Plut. Nic. 8 Κλέων ἄλλα; τε τῆ πόλει προσετρίψατο συμφροδῆς... καὶ... etc.; simillimus autem est usus verbi ἐξομύγγυσθαι <sup>3)</sup>.

6. πρῶτος] *primus omnium*, ante ceteros Paphlagones quoslibet.

7. αὐταῖς διαβολαῖς] vid. ad Vesp. 119.

9. E tragoedia aliqua videtur desumptus <sup>4)</sup>, certe Οὐλυμπος pro Ὀλ. non est dictionis comicae. — *Olympus Phryx* a Marsya tibiae cantum didicisse ferebatur <sup>5)</sup>.

— ξυναυλίαν] *tibiarum concentum* <sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> *Aansmeeren*. — <sup>2)</sup> Cf. vs. 64 et 67. — <sup>3)</sup> Ach. 843 Eur. Bacch. 349. — <sup>4)</sup> Vid. Eur. Iph. A. 578. — <sup>5)</sup> Plat. Min. 318 b Plut. Mor. 1133 sq. — <sup>6)</sup> Voce etiam Aesch. Sept. 839 Soph. fr. 79 Antiphan. fr. 47<sup>1</sup> Anaxandr. 70 obvia; vid. etiam ad Ran. 212.

## ΑΜΦΟΤΕΡΟΙ.

(tibiarum sonum voce imitantes:)

10 μὴ μῦ μὴ μῦ μὴ μῦ μὴ μῦ μὴ μῦ μὴ μῦ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τί κινυρόμεθ' ἄλλως; οὐκ ἐχρήν ζητεῖν τινα  
σωτηρίαν νῶν, ἀλλὰ μὴ κλάειν ἔτι;

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

τίς οὖν γένοιτ' ἄν;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

λέγε σύ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

σὺ μὲν οὖν μοι λέγε,

ἦνα μὴ μάχωμαι.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ.

10. Demostheni et Niciae tribuit  $\theta$ , Demostheni continuat R, Niciae dant ceteri.  
11 sq. Ab eo qui mox versum 21 dicturus est proferri putat schol.

13 sq. In codd. τίς — σύ sunt Niciae (cf. Nub. 847 Vesp. 346 etc.), σὺ μὲν —  
μάχωμαι Demosthenis, μὰ τὸν κτέ. cum versu 15 Niciae. Correxerit Beer; quicquid  
autem de ceteris statuitur, id quidem constat, verba ἦνα μὴ μάχωμαι Niciae unice  
esse apta.

13. τίς] τίς ἄν Hirschig (ut Lys. 191). || μοι] om. V<sup>1</sup>.

14. μῆ] σοι μῆ V et plerique. || μῆ μάχωμαι] μηχανῶμαι Bergk infelicititer.

10. Etiam Av. 1170 et Plut. 895 e  
meris clamoribus constant. A vocis au-  
tem sono μῦ ductum est verbum μύζειν,  
μῦξαι <sup>1)</sup>.

11. κινυρόμεθα] etiam Aesch. Sept. 123  
hoc verbum extat, et Alexandrinorum  
locis compluribus <sup>2)</sup>. Apud Aeschylum  
tamen μινύρονται rescribunt Dindorfii ex  
Hesychio, et nostro quoque loco κινυρό-  
μεθα legendum esse fortasse suspicetur  
quis coll. Eccl. 880 κινυρομένη <sup>3)</sup> et eius-  
dem potestatis verbo κινυρίζειν <sup>4)</sup>. Sed

κινύρεσθαι de lugubri cantu usurpatur <sup>5)</sup>,  
κινύρεσθαι autem vel -ρίζειν cantillare  
significat; nostro igitur loco illud aptius.  
Ex eodem autem fonte, unde ductus  
est vs. 9, poeticum hoc verbum nunc  
manasse suspicor.

— ἄλλως] vid. ad Nub. 1203.

14. ἦνα μὴ μάχωμαι] = ἦνα σοι μὴ δια-  
φείρωμαι <sup>6)</sup>, ne tibi repugnem. Item Platon.  
Cratyl. 430 d ἦνα μὴ μαχώμεθα ἐν  
τοῖς λόγοις. Cf. Axionici fr. 6<sup>9</sup> φίλεσις τίς ἐσσι  
καὶ μάχεταί τί μοι, etc. <sup>7)</sup>. Sed ex Niciae

<sup>1)</sup> Vid. Thesm. 231 Hom. A 20. — <sup>2)</sup> Callim. h. Ap. 20 Apoll. Rh. I 292 etc. —

<sup>3)</sup> Item Aesch. Ag. 16 Soph. Oed. C. 671. — <sup>4)</sup> Vesp. 219 Av. 1414 Thesm. 100. —

<sup>5)</sup> Cf. Cinyrae nomen. — <sup>6)</sup> Plat. Rep. 351 d. — <sup>7)</sup> Neque longe distant Eccl. 621  
Plut. 1076.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

16 „πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἀμὲ χρὴ λέγειν!“

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

15 ἀλλ' εἰπὲ θαρρῶν, εἴτα καὶ ἐγὼ σοὶ φράσω.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

17 ἀλλ' οὐκ ἔνι μοι τὸ θρέττε.

(Aliquantisper secum reputat.)

πῶς ἂν οὖν ποτε

εἴποιμ' ἂν αὐτὸ δῆτα κομψευρικῶς!

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

μὴ μοί γε, μὴ μοι, μὴ διασκανδικίσης!

15 sq. Versuum ordinem et personarum vices mutavit Sauppe; in codd. vs. 15 est Niciae, vs. 16 Demosthenis.

15. ἀλλ'] om. R. || σοί] σοι codd.

17—20. Demostheni codd. nonnulli dant vs. 17<sup>b</sup> sq., dein Niciae vs. 19 sq., et sic pergunt usque ad vs. 40. Tenendum autem est in personarum vicibus distribuendis, versus 36 et 40 sqq. Demostheni esse dandos propter versum 54.

18. αὐτό] αὐτά R.

ore quoniam haec verba percipiuntur, — hunc enim in meticuloso hocce mancipio vellicari dudum sensere spectatores, — nemonon suspicatur eum nunc quoque, ut paucis mensibus abhinc <sup>1)</sup>, id potissimum curare ut bellum gerat sine proeliis <sup>2)</sup>.

— μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὐ] vid. ad Nub. 732.

16. Felicissime usus Phaedrae Euripideae ad nutricem verbis <sup>3)</sup> *utinam — exclamat homo anxius — tu id diceres quod mihi nunc est proloquendum* <sup>4)</sup>! Et mox pro sua in periculis declinandis solertia viam invenit qua sodali extorqueat id quod ipse effari veretur, ita ut „σοὺ τάδ', οὐκ ἔμοῦ, κλύεις“ ei dicere possit, perinde atque Phaedra illa nutrici <sup>5)</sup>.

17. θρέττε] hortativa haec vocula sub-

stantivi loco nunc usurpatur <sup>6)</sup>. Vix huc faciunt illa *θηρετανελό, τήνελλα, φλαττόθρατ*, quae citharae sonum imitantur <sup>7)</sup>.

18] δῆτα] vid. ad Nub. 399.

— κομψευρικῶς] adverbii huius comice ficti pars prior est adiectivum κομψός. Cf. Thesm. 93, ubi ad Euripidem Mnesilochus *τὸ πρῶγμα αἰτ κομψὸν καὶ σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου*, et vid. ad Ran. 967. Cum terminatione euphoniae causa decurtata conferri possunt *γνωμιδιώκτης* (i. e. *γνωμιδιο-διώκτης*) apud Cratinum <sup>8)</sup> aliaque multa <sup>9)</sup>.

19. μὴ μοί γε] vid. ad Nub. 84.

— διασκανδικίσης] hoc quoque aliunde ignotum est verbum <sup>10)</sup>. Significat autem *scandice opplere* <sup>11)</sup>, neque potnit spectatoribus obscurum esse, nam *scandicem*

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 599. — <sup>2)</sup> Idem postea de eo testatus est Hermocrates Syracusanus Plut. Nic. 16: „*γελοῖός ἐστιν ὁ Νικίας, ὅπως οὐ μαχηταὶ στρατηγῶν.*“ — <sup>3)</sup> Eur. Hipp. 345. — <sup>4)</sup> Particularum πῶς ἂν optativo praemissarum idem est usus Ach. 991 Pac. 68 Thesm. 22 et frequens apud tragicos. — <sup>5)</sup> Hipp. 352. — <sup>6)</sup> Angl. *pluck*. — <sup>7)</sup> Vid. ad Ran. 1285—1295. — <sup>8)</sup> Fr. 307. — <sup>9)</sup> Vid. Enchirid. dict. ep. p. 58. — <sup>10)</sup> Nam licet etiam in Teleclidis fr. 38 sit traditum, vitio ibi deberi probabiliter statuit Kock. — <sup>11)</sup> *Verkervelen pro verkerven.*

20

ἀλλ' εὐρέ τιν' ἀπόκρινον ἀπὸ τοῦ δεσπότου.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

λέγε δὴ „μο-λω-μεν“, ξυνεχῆς ὡδὶ ξυλλαβών.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

καὶ δὴ λέγω· μολωμεν.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

ἔξόπισθε νῦν

„αὐ-το“ φάθι τοῦ „μολωμεν“.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

αὐτο.

ΟΙΚΕΤΗΣ Α (Nic.).

πάννυ καλῶς.

ὥσπερ δερόμενος νῦν ἀτρέμα πρῶτον λέγε

20. Post hunc versum √Velsen addit <NI. λέγε νυν μόλω. ΔΗ. μόλω. ΝΙ. ἐπίθες τὸ μεν. ΔΗ. ποιῶ>, Müller Strübing ΝΙ. λέγε νυν <μολω. ΔΗ. μολω. ΝΙ. μετὰ τοῦτο μεν. ΔΗ. μολω | μεν. ΝΙ. μεν> μολωμεν κτέ., Zacher ΝΙ. λέγε δὴ <μολω. ΔΗ. μολω. ΝΙ. ἐπίθες τὸ μεν. ΔΗ. μεν. ΝΙ. εὐ. | λέγε νῦν> μολωμεν κτέ. — Equidem integrum duco textum traditum; vid. commentarius.

illam ex Acharnensium fabula <sup>1)</sup> noverrant. Nempse Aristophanes Euripidi poetae obicit ioculariter, matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse, sed scandicem <sup>2)</sup>. Non enim colebatur scandix sed τῶν αὐτομάτως φρομένων erat, perinde atque κόκκος <sup>3)</sup> et ἀκαλήφη <sup>4)</sup> et ἀτράφραξ <sup>5)</sup> et βλίτον <sup>6)</sup> et quod item Euripidis mater venditasse fertur ἕφρον <sup>7)</sup>. In pratis igitur erat anquirenda; sed pacis certe tempore vix cuiquam operae pretium videbatur vilissimas antistiusmodi herbas colligere. Itaque Andocides tristissima belli peloponnesiaci tempora in memoriam revocans ita aliquando declamavit: μὴ γὰρ ἴδοιμέν ποτε πάλιν ἐκ τῶν

ὄρων τοὺς ἀνθηρακευτὰς ἤκοντας καὶ πρόβατα καὶ βοῦς καὶ τὰς ἀμάξας εἰς τὸ ἄστυ, καὶ γυναῖκα καὶ πρεσβυτέρους ἀνδρας καὶ ἐργάτας ἐξοπλιζομένους, μηδὲ ἄγρια λάχανα καὶ σκάνδικας ἔτι φάγοιμεν <sup>8)</sup>.

20 sqq. Vid. ad Nub. 5.

20. ἀπόκρινον] voci, quae proprie salutationis genus quoddam lascivum significabat <sup>9)</sup>, iocose nunc eam vim tribuit comicus, quam habet stirps unde ducta est; cf. ἀπαοικινεῖν clam se subducere <sup>10)</sup>.

21. ξυνεχῆς ὡδὶ ξυλλαβών] sic iungens. Hoc dum dicit, manus protendit, dein iungit, quo significet sonos, quos modo separatim edidit, in unum verbum a sodali esse colligandos <sup>11)</sup>.

<sup>1)</sup> Vs. 478. — <sup>2)</sup> Plin. H. Nat. XXII 38; vid. ad Ran. 840. — <sup>3)</sup> Vesp. 239. — <sup>4)</sup> Infra vs. 422. — <sup>5)</sup> Infra vs. 630. — <sup>6)</sup> Diphil. fr. 14 etc.; vid. ad Nub. 1001. — <sup>7)</sup> Thesm. 910 fr. 560. — <sup>8)</sup> Vid. Suidas s. v. σκάνδιξ. — <sup>9)</sup> Vid. scholion et Athen. 629 c (Cratin. fr. 120 Cephisodori 2 Aristoph. 275) et Poll. IV 101. — <sup>10)</sup> Av. 1011 Thesm. 924. — <sup>11)</sup> Cf. vs. 77.

25 τὸ „μολωμεν“, εἶτα δ' „αὐτο“, καὶ ἐπάγων πυκνόν.

OIKETHΣ B (Dem.).

μολωμεν αὐτο μολωμεν αὐτομολῶμεν.

OIKETHΣ A (Nic.).

ἦν,

οὐχ ἡδύ;

OIKETHΣ B (Dem.).

νῆ Δία, — πλήν γε περὶ τῷ δέσματι

δέδοικα τουτονὶ τὸν οἰωνόν.

OIKETHΣ A (Nic.).

τί δαί;

OIKETHΣ B (Dem.).

ὀτιῆ τὸ δέσμα τῶν δεφομένων τριβεται.

OIKETHΣ A (Nic.).

30

κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῶν,

25. καὶ ἐπάγων Enger] κατεπάγων vel κατεπάδων (sic V) codd.; κατεπάδων Bergk. — Idem vitium Bentley sustulit Nub. 1076. || πυκνόν] πύκνου Zacher coll. Nub. 701, ne desit verbum finitum.

26. μολωμεν] Niciae hoc verbum continuat Piccolomini. || ἦν] ἦν VR et plerique.

29. \*τριβεται] ἀπέρχεται codd. invitis versus numeris. Brunck metri causa scribebat τὸ δέσμ' ὀτιῆ cum uno cod., Reisig ὀτιῆ τὸ δέσμ' ἀπέρχεται τῶν δεφομένων. Bentley articulum τῶν delebat, metro melius consulens quam sententiae, praeterea autem proponebat δεφομένοις. Sed cum verbum ἀπέρχεται nullum praebet sensum, contextus autem verborum aliquem lusum imperiose flagitet, in hoc verbo vitium esse quaerendum certum duco equidem, ut olim Bothe (qui ὀχεται proposuit), coll. autem Vesp. 739 et 1344 rescripsi quod vides. Blaydes proposuerat ὀτιῆ τὸ δέσμ' ἀνατριβεται τῶν δεφομένων (cf. Ach. 1149).

25. ἐπάγων πυκνόν] vid. ad Nub. 390.

26. Simillimo artificio usus Socrates apud Platonem <sup>1)</sup> demonstrat *Heræ* nomen ab *aëre* voce esse ductum, palam enim id fieri εἰ πολλάκις λέγοις τὸ τῆς *Ἥρας* ὄνομα (ἡρα ἡρα ἡρα — αἡρ).

— ἦν] item Pac. 327 Ran. 1390 Plut. 75; cf. ἐνί(?) Ach. 610.

27. οὐχ ἡδύ:] item Antiphan. fr. 144<sup>9</sup>.

— πλήν γε] *quamquam hoc sane mole-*

*stum est.* His particulis utitur qui gravissimum incommodum, quo id quod alter proposuit premitur, cum leni quadam ironia indicat <sup>2)</sup>.

— δέσματι] cf. Nub. 1395.

28. τουτονί] *istum tuum.*

— οἰωνόν] de huius vocis usu (= ὄρον;) vid. Av. 719-721.

30. κράτιστα] pluralis etiam alias <sup>3)</sup> sic usurpatur; singularis legitur e. g.

<sup>1)</sup> Cratyl. 404c. — <sup>2)</sup> Item Pac. 675 Thesm. 240 Ran. 1466 Plut. 199. — <sup>3)</sup> Vs. 73 Ran. 277 Aesch. Prom. 216 Ag. 1053 Eur. Med. 384.



θεῶν ἰόντε προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας.

OIKETHΣ B (Dem.).

ποῖον βρέτας σύ γ' ; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεοῦς ;

OIKETHΣ A (Nic.).

ἔγωγε.

OIKETHΣ B (Dem.).

ποῖω χρώμενος τεκμηρίω ;

OIKETHΣ A (Nic.).

ὀτιῆ θεοῖσιν ἐχθρός εἰμ'. οὐκ εἰκότως ;

OIKETHΣ B (Dem.).

35 εὖ προσβιβάξεις μ'. ἀλλ' ἐτέρω πῃ σκεπτέον.

(Post breve silentium:)

31. του R] ποι cett.

32. σύ γ' supplevit Kock, ὦ τῶν Dobree (coll. Lys. 1178), φέρ' Meineke, φράζ' Stadtmüller, εἰπας ORibbeck, πρὸς Dindorf (cf. Aesch. Sept. 185), θεῶν Reisig. In V est ποῖον βρεττίας, in Vaticano 1294 βρέτας; ποῖον βρέτας; || γὰρ] σύ R.

34. Sententiam post εἰμ' incidit Bergler.

35<sup>b</sup>. Alteri servo tribuunt codd., Demostheni continuavit Elmsley. || πῃ] ποι VR alii.

loco simillimo: ἐμοί | κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θεοῖσιν ὀραμεῖν, | ἐκεῖ δ' ἕως ἂν πρῶσιν εὔρωμεν μένειν<sup>1)</sup>. Cf. δεινά γε! et οὐ δεινά;<sup>2)</sup>.

31 sq. βρέτας] tragica hac voce<sup>3)</sup> servulus nunc utitur παρατραγωδῶν. Sunt autem βρέτη antiquissima deorum ἀγάλματα rudi arte confecta vel etiam omnis artis expertia, quale Athenis fuit Minervae illud simulacrum, quod in Erechtheo colebatur. Hoc βρέτας dicitur Lys. 262 quasi nomine proprio.

32. ποῖον] vid. ad Ran. 529.

— ἐτεὸν] vid. ad Vesp. 8.

— ἡγεῖ] extare existimas<sup>4)</sup>, νομίζεις<sup>5)</sup>.

34. Θεοῖσιν ἐχθρός] perditus. Nimirum in unam notionem concreverunt haec vocabula<sup>6)</sup>. Nisi dii essent, deos iratos

habere non possem — et tamen habeo, nam etiamnunc dolet tergum. Simillimo argumentandi genere usus Prometheus<sup>7)</sup> sunt sane barbari dii quidam, inquit, nam nisi essent, undenam Exces-tides ille Car haberet suum „πατρῶν” quem invocare solet? Nostri hoc ioco usi esse feruntur Diogenes Cynicus<sup>8)</sup> et Theodorus<sup>9)</sup>, Cicero autem eum repetivit in Pisoniana<sup>10)</sup>.

— οὐκ εἰκότως;] item Pac. 1230 οὐ δεξιῶς; Nub. 310 οὐχι δικαίως; Vesp. 1496 οὐκ εὖ;

35. προσβιβάξεις] in tuam sententiam adducis, argumentando (τῷ λόγῳ) vincis<sup>11)</sup>. Cf. Nub. 372 τοῦτο τῷ λόγῳ εὖ προσέφρασα.

— ἐτέρω] vid. ad Ran. 64.

<sup>1)</sup> Fr. 567, de quo vid. ad vs. 1312. Item infra vs. 80 Eur. Hipp. 402 Hel. 298 etc. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 609 et Ach. 770. — <sup>3)</sup> Aesch. Sept. 95 Eum. 80 Eur. Alc. 974 Iph. Taur. 1477 etc. — <sup>4)</sup> Item Eur. Hec. 800 El. 583 Hel. 919 Bacch. 1327. — <sup>5)</sup> Eur. Suppl. 732 etc.; vid. ad Nub. 248. — <sup>6)</sup> Vid. ad Vesp. 418. — <sup>7)</sup> Av. 1526 sq. — <sup>8)</sup> Diog. Laert. VI § 42. — <sup>9)</sup> Ibidem II § 102. — <sup>10)</sup> § 59. — <sup>11)</sup> Item Av. 426 Aeschin. III § 93 Xen. Mem. I 2 § 17 Plat. Menon. 74 b.

βούλει τὸ πρᾶγμα τοῖς θεαταῖσιν φράσω;

OIKETHΣ A (Nic.).

οὐ χεῖρον. ἔν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα

(Ad spectatores:)

ἐπίδηλον ἡμῖν τοῖς προσώποισιν ποιεῖν,

ἢν τοῖς ἔπεσι χαιρώσι καὶ τοῖς πράγμασιν.

OIKETHΣ B (Dem.).

40 λέγοιμ' ἂν ἤδη.

(Ad spectatores:)

νῶν γάρ ἐστι δεσπότης

ἄγροικος ὀργήν, κυματορώξ, ἀκράχολος,

41. κυματορώξ] κυμότηως insulsa quorundam coniectura in schol. commemoratur.

36. Cf. Vesp. 54 Pac. 50 sqq.

37. οὐ χεῖρον] *non abs re fuerit*. Frequens hic est comparativi usus; vid. e. g. Hom. *ο* 176 οὐ τι χεῖριον, Plat. Phaedon. 105 *α* οὐ χεῖρον πολλὰκις ἀκούειν, Clearch. fr. 4 λάρ', ὃ ἀγάθ'. οὐδὲν χεῖρον, Xen. Oecon. VII § 25 οὐ κἀκὸν ἐστι, Plaut. Asin. II 1, 1 *nunc te meliust erpergiscier*.

— παραιτησώμεθα] de verbo vid. Vesp. 1257 et cum toto versu cf. Vesp. 55.

38 sq. *Ut, si fabula nostra iis placuerit, vultu gaudium suum ostendant*.

39. *Dictio* (τὰ ἔπη) ab *argumento* (πράγμασι) distinguitur.

41. ἄγροικος ὀργήν] *moribus rusticis* <sup>1)</sup>, ut Dicaeopolis ille <sup>2)</sup> et Strepsiades <sup>3)</sup>

et Trygaeus et quicquid priscorum virorum erat in Attica <sup>4)</sup>. Vox igitur ὀργή nunc non *iram* significat sed *studium* vel *ingenium* <sup>5)</sup>, ut saepe apud veteres <sup>6)</sup>. Cf. εὐόγητος; *facilis* <sup>7)</sup>.

— κυματορώξ] *rustico victu gaudens*. Etiam in versiculo <sup>8)</sup> κρινεὶ δὲ τούτους οὐ κυματορώξ Ἀττικὸς hoc adiectivum adhibuit noster <sup>9)</sup>. Etiam loci, ubi cognatorum ciborum ἔτρους <sup>10)</sup> et φακῆς <sup>11)</sup> fit mentio, huc faciunt; simillimum autem est Boeotorum Thessalorumque epitheton κολλικοφάγος <sup>12)</sup>. Simul tamen nunc respici usum qui fiebat fabarum in sortitione magistratuum τῶν ἀπὸ κνάμου, probabiliter statuerunt veteres <sup>13)</sup>.

<sup>1)</sup> Een boer in zijn hart. — <sup>2)</sup> Ach. 32. — <sup>3)</sup> Nub. 43. — <sup>4)</sup> Vid. infra vs. 805 sqq. et ad Vesp. 1076. — <sup>5)</sup> τρόπον recte schol. — <sup>6)</sup> H. Cer. 205 (?) Soph. Ant. 355 Thuc. I 31 § 1 VIII 83 § 3 Cratin. fr. 230 Herodot. VI 128 etc. — <sup>7)</sup> Eubul. fr. 25; id quod εὐκόλος. — <sup>8)</sup> Apud Suidam s. v. — <sup>9)</sup> De quo vid. (Pac. 1144) Lys. 537, 690. — <sup>10)</sup> Infra vs. 1171 etc. — <sup>11)</sup> Vesp. 811 etc. — <sup>12)</sup> Ach. 872 Ephipp. fr. 1. — <sup>13)</sup> Quamquam in scholiis prudenti huic observationi absurdae nugae sunt admixtae; ubi quod legitur κνάμοις δὲ ἐχρῶντο οἱ δικασταὶ διὰ τὸ μὴ καθεῦδεν e Vesp. 811—816 videtur fluxisse. Aliena autem hinc sunt, nisi fallor, quae disputantur viri dd. Kalf Tjdschr. d. Maatsch. v. Ned. Letterk. IX p. 263, Borchardt Sprichwörtl. Redensarten p. 86, Verdam Sporen van volksgeloof in onze taal en letterkunde 1898 p. 10: de hominibus obtusioris ingenii apud gentem nostram et vicinas haud raro dici — certe olim dictum esse — „fabas edit ille” („er hat bohnen gegessen”); quacum vulgi opinione conferunt praeceptum illud Pythagoreorum, quo fabas edere vetiti esse feruntur (at vid. Cobet Collect. Crit. p. 420). — In scholiis contrarium legitur, nimirum *acres vigilesque fieri*

Δῆμος Πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον  
 ὑπόκωφον. οὗτος τῇ προτέρᾳ νομηνίᾳ  
 ἐπρίατο δοῦλον, βυρσοδέψην Παφλαγόνα,  
 πανουργότατον καὶ διαβολώτατόν τινα.  
 οὗτος καταγνοῦς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους,  
 ὁ βυρσοπαφλαγῶν, ὑποπεσῶν τὸν δεσπότην

— ἀκράχολος] *iracundus, cerebrosus* <sup>1)</sup>. Fruticem spinosam ἀκραχολωτάτην <sup>2)</sup> vocat Pherecrates <sup>3)</sup>. Idem valent ὄργην ἄκρος <sup>4)</sup> et adiectivum poeticum ὀξύχολος, similis autem est conformatio adiectivorum ἀκραίη; <sup>5)</sup> *vehementer flans*, ἀκροπειθή; <sup>6)</sup> *summo dolore percussus*, ἀκροσφαλή; *lubricus, ἀκρόσοφος sapientissimus*. In aliis vero compositis ἀκρο- non summam rei significat sed *initium*: ἀκρομανή; <sup>7)</sup>, ἀκροθώρα; <sup>8)</sup>, ἀκροκνίφαιος; <sup>9)</sup>.

42. Δῆμος Πυκνίτης] *Demus Pnyctis* urbis civis. Fictum hoc gentile quid sibi velit quisvis statim intellegit, nec minus disertum est proprium domini nomen; hoc tamen e vitae communis usu desumpsit comicus suosque nunc in usus detorsit, nam minime inauditum viro- rum nomen erat *Demus*, et vel notissimus ea aetate erat formosus ille Pyrilampis filius <sup>10)</sup>. *Populum* autem artifices Graeci saepius postea certe repraesentaverunt: statuae Populi apud Pausaniam commemorantur Atheniensium <sup>11)</sup> et Lacedaemoniorum <sup>12)</sup>, pictae imagines Demi et Democratiae <sup>13)</sup>; longe autem clarissima fuit tabula, qua Parrhasius

*Populum Atheniensem pinxit varium: iracundum iniustum inconstantem, eundem exorabilem clementem misericordem, excelsum gloriosum humilem, ferocem fugacemque; cui noster locus totaque Equitum fabula videtur esse observata.*

— δύσκολον] vid. quae ad Ran. 82 observavi.

43. ὑπόκωφον] *surdaster*, et ita quidem ut nihil audiat nisi quod sibi gratum sit <sup>14)</sup>. Vix dubito quin hunc locum in mente habuerit Plato <sup>15)</sup>, cum dixit εἰς τὸν δῆμον ὅτι ὅμοιος καυλήρη ἰσχυρῶ μὲν ὑποκώφω δέ <sup>16)</sup>.

— τῇ προτέρᾳ νομηνίᾳ] *proximis nundinis* <sup>17)</sup>.

47. ὑποπεσῶν τὸν δεσπότην] *domino se insinians* <sup>18)</sup>. Propria *subeundi* vis apparet Thucydidis loco <sup>19)</sup>, ubi Syracusanorum cymbae dicuntur in pugna navali ὑποπίπτειν εἰς τοὺς τασσοῦς triremium Atheniensium. Simillima autem sunt observanda de verbo ὑποτρέχειν, quod proprie significat *succurrere ictui* <sup>20)</sup>, translato vero sensu dicitur de eo qui *obsequio aliquem colit* <sup>21)</sup>. Etiam verbum ὑπιέναι τινά *blanditiis decipiendi* sensu solet usur-

148 sq. δεῦρο... ἀνάβαινε] nempe ἐπὶ τὸ λογιεῖον <sup>1)</sup>; huc ades, conscensa scena, quam orchestra et utroque aditu altiorum fuisse luculenter hic locus — ubi videatur versus 169 — aliique complures <sup>2)</sup> testantur <sup>3)</sup>.

152. ἐλεόν] mensam culinariam, in qua minuta domi paratum expositurus erat et venundaturus. Vox ignotae originis

redit vs. 169, apud Homerum autem I 215 ξ 432 legitur. Non recte Blaydes <sup>4)</sup> intellegit caudicem in quo conciduntur carnes unde fiunt isiciae <sup>5)</sup>, hoc enim lignum voce a verbo ξαίνειν ducta dicitur ἐπιξήρον <sup>6)</sup>, domi autem suae id nunc reliquit homullus noster cum cetera artis suae supellectile, in foro enim nullus eius usus esse poterat.

<sup>1)</sup> Ut recte interpretantur scholia. — <sup>2)</sup> Ach. 732 Vesp. 1341, 1514 Eccl. 1152 Plat. Conv. 194b. Vid. Zacher die erhöhte Bühne bei Aristophanes Philolog. 1896 p. 181 sq., AMüller Untersuchungen zu den Bühnenaltertümern Philolog. 1899 Supplementband VII, MMAas Wochenschr. f. kl. Philologie 1899, 257 sqq. —

<sup>3)</sup> Praepositionis vi neglecta verba ἀναβαίνειν et καταβαίνειν procedere multi sunt interpretati his locis, quemadmodum apud Homerum καταβαίνειν β 337 et alibi non descendere sed intrare significare multi fuere qui perperam contenderent. —

<sup>4)</sup> Obiter inspectis verbis Harpocratonis s. v. ἐλεοκόπων aut versu 771 plectectus. —

<sup>5)</sup> Choppingblock. — <sup>6)</sup> Ach. 318, 355, 366 Aesch. Ag. 1277 (Choeph. 883?).

## SCENA QUINTA.

Demosthenes, Isiciarius.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

155 ἄγε δὴ σὺ κατάθου πρῶτα τὰ σκευή χαμαί.  
 (Isiciarius mensulam botulosque deponit.)  
 ἔπειτα τὴν γῆν πρόσκυσον καὶ τοὺς θεοὺς.  
 (Isiciarius terram coelumque adorat.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδοὺ τί ἔστιν;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ μακάρι', ὦ πλουσίε!  
 ὦ νῦν μὲν οὐδέεις, αὔριον δ' ὑπέμεγας!  
 ὦ „τῶν Ἀθηνῶν ταγὲ τῶν εὐδαιμόνων“!

159. *Ἀθηνῶν* Dawes] *Ἀθηναίων* codd. metro invito, item infra vs. 1005 et 1007 (et Thesm. 329?); „nempe scribebatur ἄφθ, quod utrumque significat“ (Cobet), nostri autem loci vitio „ortum dedit ignorata vocis ταγός; prosodia“ (Dawes). Bernhardy *Ἀθηναίων* (cf. Nub. 401); sed tragica nunc requiritur nominis forma, non epica.

155. Simillimus est Pacis vs. 886.

156. Gravibus verbis hominem affatur Demosthenes. Cf. Pluti<sup>1)</sup> item παρατραγῶδοντος; verba: καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον, | ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον | χάραν τε πῦσαν Κέκροπος, ἢ μ' ἐδέξατο<sup>2)</sup>. Similia sunt Aesch. Pers. 499 γαίαν οὐρανὸν τε προσκυνῶν, Soph. Oed. C. 1654 sq. γῆν τε προσκυνούσθ' ἄμα | καὶ τὸν θεῶν Ὀλυμπον ἐν ταῦτ' ἄλλω<sup>3)</sup>. Nostro igitur loco τοὺς θεοὺς vendendum est *coelites* sive ipsum *coelum*.

158. οὐδέεις;] sic etiam Av. 799 Eur. Androm. 700 dicitur homo *nihilī*, similibus autem est neutri οὐδέεν (*μηδέεν*) apud

tragicos praesertim usus: οὐδέεν εἰμι *occidi*<sup>4)</sup>. Contrarium est cum quis dicitur εἶναι τις<sup>5)</sup> vel ἐν ἀνδράσιν<sup>6)</sup> vel ἐν ἀνθρώποις τίθεσθαι<sup>7)</sup>.

159. Vocem τῶρον apud Homerum *Ψ* 160 correpta vocali α esse usurpatam putabat Aristarchus, quem scholia ad nostrum versum sequuntur. Et conferri possunt sane τῶροχος<sup>8)</sup> et substantivum τῶγι<sup>9)</sup>. Sed haec a verbo militari τάττειν recta via sunt ducta, vox vero τῶρος, quae in sola dialecto Thessalica postmodo permansit<sup>10)</sup>, nusquam non productam habet syllabam initialem<sup>11)</sup>, item verbum inde ductum τῶγειν<sup>12)</sup> sive

<sup>1)</sup> Plut. 771 sqq. — <sup>2)</sup> Verbum προσκυνεῖν apud nostrum praeterea vs. 640 Vesp. 516 invenitur. — <sup>3)</sup> Vid. etiam Electr. 1374 Philoct. 533, 1408 Hom. ε 463. — <sup>4)</sup> De quo vid. ad vs. 1243. — <sup>5)</sup> Aptissimum exemplum praebet Euripidis locus Ion. 593—596, vid. praeterea Eur. El. 939 Theocrit. XI 79 etc. — <sup>6)</sup> Vesp. 1185 Eur. Herc. 41, vid. etiam ad Nub. 823. — <sup>7)</sup> Herod. Mimiamb. V 15. — <sup>8)</sup> Aesch. Eum. 296. — <sup>9)</sup> Ar. Lys. 105. — <sup>10)</sup> Xen. Hell. VI 1 § 8—19 Inscr. Collitz. 326, 327, 345, 361, 1329 Gilbert Gr. Staatsalt. II<sup>1</sup> p. 9 sq., 15,2. — <sup>11)</sup> Aesch. Prom. 96 Pers. 23, 323, 480 (Agam. 110?) Soph. Ant. 1057 Eur. Iph. Aul. 269. — <sup>12)</sup> Aesch. Pers. 764.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

160 τί μ', ὦ ἀγάθ', οὐ πλύνειν ἔῃς τὰς κοιλίας  
 πωλεῖν τε τοὺς ἀλλᾶντας, ἀλλὰ καταγελᾶς;

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ μῶρε, ποίας κοιλίας; δευρὶ βλέπε.  
 (Spectatores ei indicans:)  
 τὰς στήχας ὄρᾳς τὰς τῶνδε τῶν λαῶν;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὄρῳ.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τούτων ἀπάντων αὐτὸς ἀρχέλας ἔσει,  
 165 καὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῶν λιμένων, καὶ τῆς Πυκνός.  
 βουλήν πατήσεις καὶ στρατηγὸς κλαστάσεις,  
 δῆσεις, φυλάξεις, ἐν Πρωτανείῳ... λαϊκάσεις.

162. δευρὶ] δέυρο νῦν V et alii metro invito.

163. τὰς τῶνδε] τῶνδε (om. τὰς) R alii. || λαῶν] λεῶν Bothe non recte, sic enim obscuratur Iusus verborum (vid. vs. 164), pluribus autem hoc loco vocibus usus est comicus e poetarum lingua desumptis, et nunc imitatur Homeri versum A 90.

167. λαϊκάσεις] -σει V post rasuram, quod recepit Dindorf (cf. Cobet Nov. Lect. p. 253); sed *passivi* hoc esse futurum monuit Zacher. Vid. commentarius.

ταγεῖν<sup>1)</sup>. Apud Homerum autem l. l. non ταγοί sed τ' ἀγοί est legendum. Noster versus aut e tragoedia aliqua est desumptus aut dictionem tragicorum feliciter imitatur.

160. Vilissimum hoc officium in Pluto fabula<sup>2)</sup> servus Cario mandat Mercurio esurienti et quacunque ratione utilem se praestare aventi. De voce *κοιλία* etiam vs. 162 et 200 obvia vid. ad Nub. 409.

162. ποίας] vid. ad Ran. 529.

163. Celso sermone uti pergit Demosthenes, λαῶν autem στήχας ex Homero suo<sup>3)</sup> habere videtur<sup>4)</sup>. Simillimus huic versui est Ran. 1323, quod mero tamen casui est tribuendum.

164. ἀρχέλας] haec quoque vox manifeste poetica<sup>5)</sup>.

166. πατήσεις] vid. ad Nub. 1359.

— κλαστάσεις] proprie vinitorum et omnino eorum qui arbores colunt hoc est verbum, significat enim *sarmenta luxuriantia* sive κλάδους *recidere*<sup>6)</sup>, cum hoc autem loco cf. περιτρώγειν simili sensu adhibitum in Vespis<sup>7)</sup>. Verbum κλαστάζειν — i. e. κλαδ-τάζειν — suffixo eodem utitur quo βασιτάζειν ἀγροτάζειν ὀνοτάζειν κωπάζειν ι(ε)υστάζειν etc.<sup>8)</sup>.

167. φυλάξεις] i. e. ἐν φυλακῇ ἔξεις, — ut Spartiatas captivos.

— ἐν Πρωτανείῳ λαϊκάσεις] et hic et infra *passim* noster multus est in de-

<sup>1)</sup> Sept. 58, Xen. et Inscr. l. l. — <sup>2)</sup> Vs. 1168 sq. — <sup>3)</sup> A 90. — <sup>4)</sup> Cf. etiam Eur. Heracl. 676 Suppl. 669, 821. — <sup>5)</sup> Aesch. Pers. 297; vid. etiam Herodot. V 68 tribus Sicyoniae nomen Ἀρχέλαοι. — <sup>6)</sup> Vid. ad Ran. 92. — <sup>7)</sup> Vesp. 596. Etiam nostrum verbum *besnoosien* metaphoricè saepe adhibetur. — <sup>8)</sup> Vid. Enchirid. dict. ep. p. 356, Nub. 509 Vesp. 12.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγώ;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

σὺ μέντοι κοῦδέπω γε πάνθ' ὄρας.

170

ἀλλ' ἐπανάβηθι καὶ ἐπὶ τοῦλεόν τοδὶ  
καὶ κάτιδε τὰς νήσους ἀπάσας ἐν κύκλῳ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(Mensa sua conscensa circumspiciciens:)

καθοροῶ.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τί δαί; τὰμπόρια καὶ τὰς ὀκκάδας;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἔγωγε.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

πῶς οὔν οὐ μεγάλως εὐδαιμονεῖς;

ridenda illa *σιτήσει ἐν τῷ Πρυτανείῳ*, quae Cleoni post Sphaeteriam expugnatam cum *προεδρία* fuerat decreta, utpote de rep. optime merito <sup>1)</sup>. Isiciario vero maius etiam aliquid nunc portendit Demosthenes a bono daemone afflatus; nimirum in prytaneo non coenabit ille sed — *scorlabitur!* Pro lupanari igitur ei erit sanctissimum illud virorum gravissimorum coenaculum. Sic postea Demetrius Poliorcetes bitem civibus movit *τὴν ἀκρόπολιν πανδοκτεῖον ὑπολαβὼν | καὶ τὰς εἰσόδους εἰσαγαγὼν τῇ παρθένῳ* <sup>2)</sup>. Verbum *λαϊκάσει* usurpatum est etiam Thesm. 57 et in passivo Cephisodor. fr. 3<sup>5</sup> Straton. 1<sup>36</sup> (*λαϊκάσει*); cf. *λαϊκάστης* <sup>3)</sup>, *λαϊκάστρια* <sup>4)</sup> et infra *κασαλβάσαι* <sup>5)</sup>.

168. σὺ μέντοι] *tu vero hercle* <sup>6)</sup>.

169. Conscendere mensulam suam iu-

betur botularius, ut ex editiore scilicet loco oculos pascere possit latissimo marium terrarumque prospectu, et ingenij velocitate libere possit uti, non iam cohibitus intra angustum illum orbem, ultra quem plebeculae mens pusilla non sapit. Sic Euripides *ἀναβάδην* tragoedias facit, ne furor poeticus restinguatur vitae communis contagione <sup>7)</sup>, Socrates ἀπὸ ταρροῦ sublimia meditatur, ne mentis acumen inter humores terrestres hebescat <sup>8)</sup>.

— *ἐπανάβηθι... ἐπὶ]* *conscende*. Praepositio iterata est etiam Nub. 1487.— *καὶ]* *praeterea*, quo latius etiam circumspicere possis; cf. *ἔτι denique* vs. 173. Respici illud *ἀνάβηθι* (vs. 149) vidit Blaydes <sup>9)</sup>.— *τὸ ἐλεόν]* vid. vs. 152.

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 280 sq. et Ran. 764. — <sup>2)</sup> Philippid. fr. 25 apud Plut. Dem. 26. — <sup>3)</sup> Ach. 79. — <sup>4)</sup> Ach. 529, 537 Pherecrat. fr. 149. — <sup>5)</sup> Vs. 355. — <sup>6)</sup> *Neen maar of je!* Idem est particulae usus affirmativus vs. 895, 1152 Lys. 498 Plat. Phaedon. 65d etc.; vid. etiam Vesp. 426 Ran. 171, ad Nub. 1269, infra ad vs. 189. — <sup>7)</sup> Ach. 407 sqq. — <sup>8)</sup> Nub. 225 sqq., ubi vid. quae annotavi. — <sup>9)</sup> Item Zacher: „Auch noch auf das *ἐλεόν*, nachdem du schon auf das *λογεῖον* v. 149 gestiegen bist.”



ἔτι νῦν τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν  
τὸν δεξιόν, τὸν δ' ἕτερον εἰς Καρχηδόνα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

175 εὐδαιμονήσω δ', εἰ διαστραφήσομαι;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

οὔκ' ἀλλὰ διὰ σοῦ ταῦτα πάντα... πέρνεται.

173. παράβαλλ' R] παράβαλ' V et plerique.

174. Καρχηδόνα] Χαλκηδόνα (immo Καλχηδόνα) Scaliger et Palmerius, solam Asiae oram h. l. significari rati; cf. infra v. l. vs. 1303. Sed urbis huius minime potentis cur mentio nunc fiat iusta causa deest, — nam Byzantium potius fuisse commemorandum observat Zacher, — et minus etiam aptum est Chalcedonis nomen vs. 1303. Denique loci nostri perit acumen si solam Asiam spectare iubetur isiciarius, nam quomodo haec ei causa esse posset oculos distortendi? Apposite vero iubetur sinistrorsum spectare ut Carthaginem, simulque dextrorsum ut Cariam cernat; vid. commentarius. Lectionem traditam post Droysenium egregie tuitus est Müller Strübing Aristoph. p. 8 sqq.

175. δ' R] γ' cett.

173-175. Simillimus est locus Av. 175-177.

173. ἔτι] vid. ad vs. 169.

— παράβαλλε] vid. ad Nub. 362 et Ran. 409.

174. Actoribus ad spectatores conversis a manu sinistra est occidens, a dextra oriens. Admodum igitur festive dextro oculo Asiam, sinistro autem Carthaginem Herculisque columnas spectare botularium iubetur. Illa aetate Atheniensibus non iam satis erat ἀπὸ τοῦ Πόντου μέχρι Σαρδουῶν mille civitatibus iussa dare <sup>1)</sup>, sed totum mare mediterraneum complectebatur eorum ambitio. Nimirum maritimus potissimum imperiis scriptum est illud: „crescit indulgens sibi dirus hydrops!“ et nostri quoque dies, eheu quam aperte, saepius id docuerunt. Siciliensium rebus Athenienses nuper se immiscuerant, post Siciliam autem Italiamque Carthago urbs potentissima eo-

rum oculos in se convertebat, necdum abiecerant spem recuperandae Aegypti, unde ante annos triginta pulsi fuerant <sup>2)</sup>. Cariae autem ora quidem foederata dicebatur <sup>3)</sup>, sed interiora illius regionis tenebant gentes bellicosissimae, quibuscum saepius his annis infeliciter pugnatum est <sup>4)</sup>.

175. Haecine igitur est ista tua beatitudo, oculos suos distortere? Sic apud Alexidem conviva, cui nimis crebra nimisque magna obtruduntur pocula, εὐδαιμων ἐγώ, clamat, οὐχ ὅτι | ἐν τοῖς γάμοισιν, ἀνδρες, εὐωχίσομαι, | ἀλλ' ὅτι διαστραφήσομαι, ἦν θεὸς θεῖλη <sup>5)</sup>. Verbi διαστρέφεται idem est usus Av. 177; cf. etiam Agavae Bacchico furore concitatae cruentumque filii caput manu tenentis ὄσοι διάστραφοι <sup>6)</sup> et Mnesilochi <sup>7)</sup> verba: ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν Εὐραπίδην.

176 sq. De praesentis usu vid. ad vs. 127.

<sup>1)</sup> Vesp. 700. Cf. supra Prolegom. initio. — <sup>2)</sup> Thuc. I 109 sq.; cf. infra vs. 1303 Thuc. VI 15, 34, 90 Isocrat. VIII § 85 Plut. Pericl. 20 Alcib. 17 Nic. 12. — <sup>3)</sup> Thuc. II 9. — <sup>4)</sup> Vid. ad vs. 132. — <sup>5)</sup> Fr. 231, cf. fr. 232. — <sup>6)</sup> Eur. Bacch. 1167. — <sup>7)</sup> Thesm. 846; verbum ἐπιλλίξειν legitur Hom. σ 11 h. Merc. 387.

γίγναι γάρ, ὡς ὁ χρησμὸς οὕτως λέγει,  
ἀνὴρ μέγιστος.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

εἰπέ μοι, καὶ πῶς ἐγώ,  
ἀλλαντοπώλης ὦν, ἀνὴρ γενήσομαι;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

180 δι' αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο καὶ γίγναι μέγας,  
ὅτι πονηρὸς καὶ ἐξ ἀγορᾶς εἶ καὶ θρασύς.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐκ ἀξιῶ ἐγὼ ἑμαυτὸν ἰσχύειν μέγα.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

οἴμοι, τί ποτ' ἔσθ' ὅτι σαυτὸν οὐ φῆς ἄξιον;  
ἔσυνειδέναι τί μοι δοκεῖς σαυτῷ καλόν.

185 μῶν ἐκ καλῶν εἶ καὶ ἀγαθῶν;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

μὰ τοὺς θεούς,

177. ὡς] ὄντως ὡς R, hinc Kock ὄντως, ὡς ὁ χρησμὸς σοι λέγει. Sed ὄντως licet apud Ar. non sit rarum (Vesp. 997 Ran. 189 etc.), hic tamen languet, neque utile est σοι. Suam vero vim nunc obtinet pronomen οὕτως.

182. ἰσχύειν] ἰσχύσειν V alii.

176. ταῦτα πάντα] omnia ista quae oculis tuis adspicis.

— πείραται] venundatur <sup>1)</sup>. Expectabatur διοικεῖται vel simile quid, sed *admini-  
strandī* verbo aliud nunc substituitur, cuius odiosissimus est sonus; nam *priscum* praesens *περνάναι* <sup>2)</sup> Attice non *vendere* tantum (*πωλεῖν*) significat, sed *accedit dedecoris* quaedam notio <sup>3)</sup>. Omnia suum pretium habere Athenis, ipsamque venalem esse urbem si emtorem inveniat, maligne sic indicatur; itaque a *fraudis* et *proditionis* notionibus verbum nostrum proxime abest, et apte conferri possunt verba Creontis <sup>4)</sup>: ἐξημπόλημα καὶ ἐκπεφόρτισμα πάλαι <sup>5)</sup>.

178 sq. Sortis futurae splendorem demiratur homuncio obscurissimis natalibus editus, qui haecenus ne ἐν ἀνδράσι quidem fuit habitus <sup>6)</sup>.

180. αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο καὶ] vid. ad Ran. 73.

— γίγναι] de praesentis usu vid. ad vs. 127.

181. ἐξ ἀγορᾶς] vid. vs. 218, 293, 333 sq., 636, 1258 et ad Nub. 991.

182. Non equidem tanto me dignor honore.

183 sq. Eheu, numne non merum malum es? <sup>7)</sup>.

185-193. Simillima dicuntur infra vs. 738-740, ubi vid.

<sup>1)</sup> Wordt verkwaanseld. — <sup>2)</sup> Enchirid. dict. ep. p. 518. — <sup>3)</sup> Item Eur. Cycl. 271 Pind. Isthm. II 7. — <sup>4)</sup> Soph. Ant. 1036. — <sup>5)</sup> Vid. praeterea ad Ach. 374. — <sup>6)</sup> Vid. vs. 158 et ad Nub. 823 et de usu particulae καὶ ad Nub. 210. — <sup>7)</sup> ἔπαυ κακόν, ut dicitur Ach. 909.

εἰ μὴ ἐκ πονηρῶν γ'.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὦ μακάριε τῆς τύχης,  
οἶον πέπονθας ἀγαθὸν εἰς τὰ πράγματα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ', ὦ ἀγάθ', οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι,  
πλήν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κατὰ κακῶς.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

190

τοῦτι σε μόνον ἔβλαψεν, ὅτι καὶ κατὰ κακῶς.  
ἢ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ

187. οἶον] ὅσον R et l. a. in schol.

190. σε μόνον] μόνον σ' R (ut Vesp. 1123, vid. etiam ad Nub. 1047).

186. εἰ μὴ... γε] = ἀλλὰ γε, immo <sup>1)</sup>. Cuius generis dicendi clare apparet ubi praemissum est τί δέ: *quid aliud nisi...?* <sup>2)</sup>. Dicitur autem de rebus quae dubitationem nullam admittunt, ita ut miretur is qui interrogatur ex se quaeri quid sit rei.

— ἐκ πονηρῶν] est igitur qualem esse decet futurum reip. gubernatorem, πονηρός καὶ ἐκ πονηρῶν <sup>3)</sup>. Cf. vs. 218.

187. *Quam bene habes ad summum in rep. locum capessendum!* De verbi πάσχειν usu vid. ad Nub. 234, et de voce πράγμασιν ad vs. 130.

188 sq. Vocabulum μουσική non *musicam* tantum artem, quam hodie dicimus, significat nunc <sup>4)</sup>, sed totam institutionem primariam complectitur <sup>5)</sup>, quatenus non ad corpus excolendum pertinet <sup>6)</sup> sed ad mentem; utriusque autem rei praeceptores erant κισθαρισταί <sup>7)</sup>. Vere ἄμουσον igitur καὶ ἀγεννή καὶ ἀνελεύθερον se praestat botularius, qui κισθαρίζει

nesciat, γράμματα autem vix didicerit <sup>8)</sup>.

189. μέντοι] *sane, quidem* <sup>9)</sup>. Cognatus est particulae usus vs. 168, ubi vid.

189 sq. κατὰ κακῶς] vid. ad Nub. 554.

190. *Non id quod litteras non perdidicisti tibi officit, sed quod non omnino eas ignoras.* — Hunc iocum Eupolis triennio post aut suum fecit aut — si non de nihilo perhibebat se Aristophani Equites scribenti operam navasse <sup>10)</sup> — recuperavit; nam etiam Maricas Eupolideus <sup>11)</sup> „*nihil se ex musicis scire nisi litteras*” confitebatur teste Quintiliano <sup>12)</sup>. Quamquam suspicor memoriae errore Quintilianum *Maricam* et *Eupolim* dixisse, cum simillimae fabulae poeta et persona *Aristophanes* et *Isiciarius* fuissent commemorandi; nam alioqui vix poterat fieri quin etiam locum Aristophaneum afferret inter testimonia veterum, quibus demonstrat grammaticam ac musicam quondam fuisse iunctas.

191 sq. οὐ πρὸς μουσικοῦ | ἔτ' ἐστὶν ἄν-

<sup>1)</sup> Item Av. 1681 Lys. 943 Thesm. 898 (fr. 645?) Plat. Protag. 310b. — <sup>2)</sup> Xen. Oecon. IX § 1 et 18, vid. etiam Cyrop. I 4 § 13 etc. — <sup>3)</sup> Ran. 731, vid. etiam ad Ran. 179. — <sup>4)</sup> Item Ran. 729. — <sup>5)</sup> τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν (schol.). — <sup>6)</sup> Hoc enim est τοῦ παιδοστράβου et artis γυμναστικῆς. — <sup>7)</sup> Vs. 992 Nub. 964; vid. Quintil. I 10 § 17 et cf. Plat. Criton. 50d Lach. 188d. — <sup>8)</sup> Vid. infra vs. 1238 et Vesp. 959 sq. — <sup>9)</sup> *En dan nog maar.* — <sup>10)</sup> Vid. Prolegomena. — <sup>11)</sup> De quo vid. ad Nub. 553. — <sup>12)</sup> I 10 § 18.

ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους,  
 ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν. ἀλλὰ μὴ παρῆς  
 ἅ σοι διδόσας ἐν τοῖς λογιόσιν οἱ θεοί.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

195 πῶς δῆτ' αὖ φησ' ὁ χρησμός;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

εὔ, νῆ τοὺς θεούς,  
 καὶ ποικίλως πως καὶ σοφῶς ἠνιγμένους  
 (Recitans e volumine):  
 „ἀλλ' ὅπότεν μάροψι βυρσαίετος ἀγκυλοχῆλης

193. Aperte haec non decurrere nisi accedat verbum ἦκειν (vid. Plut. 919 Thuc. II 37 Herodot. VI 57 Eur. Or. 491) viderunt Meineke alii, sed probabilis coniectura non est proposita; prorsus autem dissimilis est brachylogia Ran. 1279 et aliis locis eiusmodi. Equidem frustra et alia tentavi et ἀλλ' εἰ γὰρ ἀμαθῆς καὶ βδελυρός τις, μὴ παρῆς. Itaque nisi intercidit versus, quod vix credo, negligentius haec scripsisse poetam statuendum videtur. Cf. vs. 202.

195. δῆτ' αὖ] δῆ; τί Meineke.

196. σοφῶς R] σαφῶς V et plerique non recte, nam ἀσαφῆ potius dicenda sunt τὰ ἠνιγμένα (cf. Soph. Oed. R. 439). Eadem lectionis est varietas Ach. 401. || ἠνιγμένους] -να Meineke probabiliter.

197. ἀγκυλοχῆλης] -χέλης V R et plerique, item vs. 204. Quae apud Homerum quidem (II 428 = χ 302) vera videtur esse forma, *curvirostrum* igitur significans; sed Batrachomachiae poeta, qui caneros dixit ἀγκυλοχῆλας vs. 296, eorum *crura* hoc epitheto pinxit, et nostrum idem voluisse clare docent vs. 205 et Av. 1180; vid. commentarius.

δρός:] non convenit viro cultiori, proprie: non est quod ab eo expectari possit<sup>1)</sup>. Idem fere significat οὐ κατὰ cum accusativo; praeterea vid. infra vs. 202.

193. εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν] haec si sana sunt<sup>2)</sup>, collato vs. 202 vertatur ad stultum impurumque hominem pertinet.

196. ποικίλως] *versute, callide, ornate*<sup>3)</sup>. Oppositum huic adiectivum est τὸ ἀπλοῦν<sup>4)</sup>.

197 sq. Aquila serpentem tenens inter decora portenta saepissime commemo-

ratur inde ab aevo homerico<sup>5)</sup>; solet autem ex huiusmodi proeliis victor evadere Iovis ales. At vultur Iovarius, qui hominesque deosque nimis diu impune lacessivit, ubi serpentem illum sanguinis avidum arruperit, eundem eventum habebit illa pugna quem olim habuit aquilae Argivae in draconem Thebanum irruentis impetus<sup>6)</sup>.

197. ἀλλ' ὅπότεν] frequens hoc, ut epicum αὐτὰρ ἐπεὶ, erat vaticiniorum

<sup>1)</sup> Praepositionis idem est usus V. sp. 369, 1014 Thesm. 177 Ran. 534, 540 Plut. 355 Xen. Mem. II 3 § 15 etc. — <sup>2)</sup> Vid. annot. crit. — <sup>3)</sup> Ut hoc loco, sic vs. 459, 686, 758 Thesm. 438 Soph. Phil. 130 Hesiod. Theog. 511, 521 Herodot. VII 111 Xen. Memor. II 3 § 10 etc. transfertur hoc adiectivum. — <sup>4)</sup> Vid. e. g. Plat. Conv. 182 a, b. — <sup>5)</sup> Vid. ad Vesp. 16. — <sup>6)</sup> Soph. Ant. 112—126.





## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

αὐτό που λέγει,

205 ὅτι ἀγκύλαις ταῖς χερσίν ἀράξων φέρει.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὁ „δράκων“ δὲ πρὸς τί;

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τοῦτο περιφανέστατον.

ὁ δράκων γὰρ ἔστι μακρὸν ὃ τ' ἀλλᾶς αὖ μακρόν·

εἶθ' αἵματοπότης ἔσθ' ὃ τ' ἀλλᾶς γὰρ δράκων.

τὸν οὖν δράκοντά φησι τὸν βυρσαίετον

210 ἥδη κρατήσιν, „αἶ κε μὴ θαλφθῆ λόγοις.“

204. αὐτό] τοῦτο vVelsen non recte, sic enim languet που. Vid. commentarius.

207. ὃ τ' ἀλλᾶς; Dawes] ἀλλᾶς (ἀλλάς) τ' codd.

209. τὸν βυρσαίετον] τοῦ -έτου Bentley, fortasse recte; vid. commentarius.

210. ἥδη] κῦδος Götting sine causa; vid. commentarius. || αἶ κε] αἶ κα Meineke ex Etym. M. 732,34 et coll. l. a. vs. 210, quo maior fiat sonorum αἶ κα et αἰκά-λλειν similitudo; sed κα alias non corripitur. || θαλφθῆ] θελχθῆ vdSande Bakhuyzen probabiliter, vid. tamen commentarius.

— αὐτό που λέγει] καὶ ἡ ἄλλοις τοι τοῦτο διακρίνει. Nullum profecto interpretem hoc quidem vocabulum requirit, nam ipsum clare indicat quid significet: *unicis* nimirum *digitis* eum rapinas suas auferre <sup>1)</sup>).

206. πρὸς τί;] *quorsum?* *quid sibi vult?* Item Pac. 45 <sup>2)</sup>; vid. etiam vs. 219 πρὸς πολιτείαν et Nub. 176, 648 πρὸς ἄλφρατα.

207 sq. Si quis comicum nimium nunc putet in aetatis suae superstitione ridenda, inspiciat v. c. quae Xenophon de ominibus divinitus sibi missis refert <sup>3)</sup>).

207. Cf. Thesm. 775 ζῦλον γέ τοι καὶ ταῦτα καὶ ἐκεῖν' ἦν ζῦλον. Neutri autem idem usus est infra vs. 1074.

208. αἵματοπότης] ἀλλᾶς enim est quae χορδῆ αἱματίτις dicitur in Sophili fr. 5.

Non ἐπὶ νῶτα tantum δάφεινος est terribilis hicce δράκων neque mala gramina tantum pastus, sed totus est sanguineus, merum combibit cruorem.

209. Subiecti accusativus praeter morem nunc antecedit accusativum obiecti <sup>4)</sup>. Obscuritas tamen insolito huic verborum ordini non inest, quoniam inde a vs. 197 sqq. scimus qui pugnae eventus fato sit praestitutus.

210. ἥδη] *nuic*, nam alluxit iam dies felicissimus, quem oraculi illud δὴ τότε (vs. 199) portendebat.

— αἶ κε μὴ θαλφθῆ λόγοις] *nisi verba dari sibi sinat*. Poetica dictione ipse Demosthenes nunc utitur, θαλπειν autem *deleniendi* vel *exhilarandi* sensu usurpat <sup>5)</sup>. Simillimus est verbi *ιαίνειν* in

<sup>1)</sup> Vid. ad Ran. 1261. — <sup>2)</sup> Et fr. 405? — <sup>3)</sup> Anab. III 1 § 12 VI 1 § 23. — <sup>4)</sup> Vid. ad Vesp. 429. — <sup>5)</sup> Ut Bacchylides fr. 46 Ken., ubi *somnus* θαλπειν κέαρ, et fr. 56, ubi *vinum* θυμὸν θαλπειν dicitur, neque longe discedit Soph. Ai. 478: *κεναῖσιν ἑλπίσιν θερμαίνεσθαι*.



## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὰ μὲν λόγῳ αἰκάλλει με· θανμάζω δ' ὄπως  
τὸν δῆμον οἶός τ' ἐπιτροπεύειν εἴμ' ἐγώ.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

φραυλότατον ἔργον· ταῦθ' ἄπερ ποιεῖς ποίει·  
τάραττε καὶ χόρδεν' ὁμοῦ τὰ πράγματα  
ἔπαντα, καὶ τὸν δῆμον ἀεὶ προσποιοῦ,

215

211. In scholiis commemoratur stulta lectio τὰ μὲν λόγια καλεῖ με (ἀντὶ τοῦ κινεῖ, προτρέπεται).

212. ἐπιτροπεύειν εἴμ' R] εἴμ' ἐπιτροπεύειν V et plerique.

213. ταῦθ' ] ταῦθ' Lenting (cf. Vesp. 621 et 767), sed ferri hoc nequit nisi pro ποιεῖς; legatur πάλοι vel ἄει vel eiusmodi quid; quod necessarium non videtur.

215. Om. R (in fine paginae), post vs. 216 collocat Reifferscheid; unum versum post 215 intercidisse putat Ribbeck (προσποιοῦ interpretatus *simula* ...).

recentioribus carminum Homericorum partibus usus <sup>1)</sup>; praeterea cf. epicum *ἑλέγειν* *ἑπέσοι* <sup>2)</sup>.

211. αἰκάλλει] vid. ad vs. 48.

212. ἐπιτροπεύειν] item vs. 426, 949.

213-215. *Res est facillima; satis enim erit si secundum artis tuae praecepta factum facias e rebus publicis et populum verbulis edulces.* — Artis coquinariae vocibus *τάραττε* *χόρδεν* *ὀπογλυκαίνειν* festive nunc adiunguntur vitae publicae verba τὰ πράγματα et προσποιοῦ τὸν δῆμον.

213. ἄπερ ποιεῖς] cf. Ach. 560 Lys. 210.

214. Ex Euripidis Heraclidis desumptum esse hunc versum dicit scholion. Quod num recte sit traditum non est cur dubitemus <sup>3)</sup>; nam nunc quidem in illa fabula non legitur, sed quidni olim fuerit lectus in parte quae post vs. 629 perit. Nonnihil tamen mutavit noster in afferendis verbis tragici, a quo *χόρδεν* *ὀπογλυκαίνειν* verbum omnino est alienum.

— *χόρδεν*] *minutatim disseca, χόρδενμα* <sup>4)</sup> sive *περικόμματα* <sup>5)</sup> e rebus bonisque publicis tibi effice. Cf. angl. *to make a mess of...*, gall. *faire un gachis de...*, et vid. Strepsiadis verba *ἐκ μου χόρδην τοῖς φροντισταῖς παραθέντων* <sup>6)</sup>. Revera olim *ἐαυτὸν κατεχόρδεν* in carcere Cleomenes rex Lacedaemoniorum vesania correptus <sup>7)</sup>; cf. etiam Herodot. III 13 de nefaria Aegyptiorum crudelitate, qui Cambysis legatos *κρουρογυθὸν διέσπασαν*, et *κατακρουρογυθῆσαι* de milite plurimis ictibus confosso dictum Herodot. VII 181.

214 sq. *ὁμοῦ... ἔπαντα*] *omnia turbans atque permiscens*, ita ut civitas bene ordinata redigatur in molem indistinctam. Cf. Soph. Electr. 715 *ὁμοῦ... πάντες ἀναμειγμένοι*, Anaxagoreum illud de mundi origine: *ὁμοῦ πάντα χόρματα ἦν* <sup>8)</sup>.

215. *τὸν δῆμον... προσποιοῦ*] *plebem tibi concilia* <sup>9)</sup>, *tuam fac* <sup>10)</sup>, *ἀναλάμβανε* <sup>11)</sup>. — Comicum simul nunc spectatoribus in

<sup>1)</sup> E. g. *ψ* 598. — <sup>2)</sup> α 57 etc., vid. etiam Soph. Trach. 355. — <sup>3)</sup> Ad versum 210 scholii verba pertinere suspicatus est vdSande Bakhuyzen, vix tamen probabiliter, cum tragicorum non sit *αὖ κε*. — <sup>4)</sup> Vs. 315. — <sup>5)</sup> Vs. 372. — <sup>6)</sup> Nub. 455 quaeque ad illum versum annotavi. — <sup>7)</sup> Vid. Herodot. VI 75 et de eo loco Longin. de Sublim. § 31. — <sup>8)</sup> Anaxag. fr. I Plat. Phaenon. 72 c etc.; vid. etiam ad vs. 245. — <sup>9)</sup> Verbo etiam Herodotus I 6 V 71 VI 66 Xenophon de Redit. VI § 3 sic utuntur. — <sup>10)</sup> Terent. Adolph. V 6, 10 Ovid. Art. Amat. II 259. — <sup>11)</sup> Vs. 682.

ὑπογλυκαίνων ἡηματίοις μαγειρικῶς.  
 τὰ δ' ἄλλα σοι πρόσεστι δημαγωγικά,  
 φωνὴ μιαιρά, γέγονας κακῶς, ἀγοραῖος εἶ.  
 ἔχεις ἅπαντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ,  
 220 χρησμοὶ τε συμβαίνουσι καὶ τὸ Πυθικόν.  
 ἀλλὰ στεφανοῦ καὶ σπένδε τῷ Κοαλέμφ·  
 χῶπως ἀμυνεῖ τὸν ἄνδρα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ τίς ξύμμαχος

γενήσεται μοι; καὶ γὰρ οἷ τε πλούσιοι

216. μαγειρικῶς; Lenting] -κοῖς codd. absurde.

219. Del. Bergk; mihi necessarius videtur.

220. Verba mihi obscura (vid. commentarius). Dubitanter propono \*χρόνοι (ῥ) τε συμβαίνουσι κατὰ (κ) τὸ Πυθικόν, et tempora conveniunt secundum oraculum Delphicum: nempe post coriarium isiciarium venturum praedixit deus. || τε] δὲ Blaydes.

mentem revocare voluisse vocem culinariam δημόν sive ἀδίρεμ vix crediderim, licet infra vs. 954 et Vesp. 40 verborum hic lusus inveniatur; certe verba τὸν δῆμον (δημόν) προσποιεῖσθαι verti ἀδίρεμ adice, ut iussit Casaubonus, neque linguae indoles sinit neque contextus.

216. ὑπογλυκαίνων ἡηματίοις] id quod δημίζων ἀεὶ dicitur Vesp. 699; qualia autem velit verbulum apparet coll. Vesp. 593 et 666-668. De voce ἡηματίοις vid. praeterea ad Nub. 943 et cum verbo ὑπογλυκαίνειν cf. Socratica illa comparatio τῆς ἡτορικῆς cum ὀμοποιεῖ<sup>1)</sup>, quae τῷ ἀεὶ ἡδίστῳ θηρεύεται τὴν ἄνοιαν καὶ ἐξαπατᾷ<sup>2)</sup>. Etiam verbum καρχοκοποιεῖν vs. 343 huc pertinere non credo.

— μαγειρικῶς] secundum artis tuae praecipua<sup>3)</sup>.

217. Simillima sunt parasiti verba apud Nicolaum<sup>4)</sup>, qui nostrum locum

fortasse imitatur: πάντα γὰρ πρόσεσι μοι | ὄσαπερ ἔχειν τὸν τἄλλοτρια δειπνοῦντα δεῖ, | λιμός, ἀπόνοια, τόλμα, γαστριμαργία. — De verbo πρόσεσι (proprium est) vid. praeterea ad Nub. 588<sup>5)</sup>.

218. φωνὴ μιαιρά] vox improba<sup>6)</sup>. De Cleonis voce vid. supra vs. 137.

— γέγονας κακῶς] = ἐκ πονηρῶν εἶ vs. 186.

— ἀγοραῖος; εἶ] vid. vs. 181 et ad Nub. 991.

219. πρὸς] vid. ad vs. 206.

220. χρησμοὶ... καὶ τὸ Πυθικόν] hendiadyn haec efficiunt<sup>7)</sup> — si sana sunt. Nam quominus discrimen aliquid nunc statuamus<sup>8)</sup> multa prohibent, immo aut nihil significat τὸ Πυθικόν aut χρησμόν τινα<sup>9)</sup>.

221. στεφανοῦ] vid. ad Vesp. 861.

— Κοαλέμφ] cf. vs. 198.

222. ὄπας] vid. ad Nub. 489.

<sup>1)</sup> Plat. Gorg. 462d sqq. — <sup>2)</sup> 464d. — <sup>3)</sup> Cf. vs. 376 Ach. 1015 Pac. 1017. — <sup>4)</sup> Fr. 141 sqq. — <sup>5)</sup> Idem valet δπάρεσι Thesm. 851, 1013 Eccl. 114 Xen. Conv. VIII 40. — <sup>6)</sup> Gemeen. — <sup>7)</sup> Vid. ad vs. 803. — <sup>8)</sup> Ad Thucydidis II 8 § 2 exemplum, qui λόγια (praesagia vatium) et χρησμούς (deorum oracula) distinguit. — <sup>9)</sup> Vid. vs. 1229 Soph. Oed. R. 242 et annot. critica.

δεδίασιν αὐτὸν ὅ τε πένης βδύλλει λεώς.

OIKETHS B (Dem.).

- 225 ἄλλ' εἰσὶν ἵππῆς ἄνδρες ἀγαθοὶ χίλιοι  
μισοῦντες αὐτόν, οἱ βοηθήσουσί σοι,  
καὶ τῶν πολιτῶν οἱ καλοὶ τε καὶ ἀγαθοί,  
καὶ τῶν θεατῶν ὅστις ἐστὶ δεξιός,  
καὶ ἐγὼ μετ' αὐτῶν, γὰρ θεὸς ξυλλήψεται.
- 230 καὶ μὴ δέδιθ'· οὐ γὰρ ἐστὶν ἐξημασμένος.

227 sq. Del. vBamberg.

224. βδύλλει] *perperam* cum verbo *βδελύττεσθαι* componitur in scholiis, est enim deminutivum verbi *βδεῖν* <sup>1)</sup>, cui similia sunt *ἐξαπατύλλειν* <sup>2)</sup>, *δγκύλλεσθαι* <sup>3)</sup>, *ἔβυλλιν* <sup>4)</sup>; vid. etiam *βρύλλειν* <sup>5)</sup> et ad Ran. 92. *Vehementer reformidare* nunc significat <sup>6)</sup>, ut *ἐγκεχοδέναι* Vesp. 627. Verbum redit Lys. 354, composito autem *ὑποβδύλλειν* utitur Lucianus <sup>7)</sup>; cf. *φρίττειν* <sup>8)</sup>, *ἐρριγίαι* <sup>9)</sup>, *βδελύττεσθαι* <sup>10)</sup>, *ὑπερφυπάζειν* <sup>11)</sup>, *πᾶλλε* <sup>12)</sup> cum accusativo, et quae minus sunt notabilia: *γαγηθέναι* <sup>13)</sup>, *ἄχθεσθαι* <sup>14)</sup> etc.

226. Equites e familiis nobilibus oriundos odisse Cleonem facile intellegimus, sed peculiarem praeterea intercessisse causam odii, nempe Cleonem, cum ipse esset eques, a sodalibus contumeliose esse habitum, — utpote hominem novum, — postea autem rerum potitum desertionis eos insinulasse, quo veterem ulcisceretur iniuriam, perhibebat Theopompus, cuius verba e decimo Philippicorum libro affert scholion: „προηπλακισθεὶς ὑπὸ τῶν ἱππέων καὶ παροξυνθεὶς Κλέων... ἐπέεθῃ τῇ πολιτείᾳ, καὶ διετέλεσεν εἰς αὐτοὺς κακὰ μηχανώμενος“

*κατηγόρησε γὰρ αὐτῶν ὡς λιποστρατούντων*”. Quae fortasse crederem, nisi in scholiis ad Ach. 6 eiusdem Theopompi auctoritate fultas viderem nugas insulas de Cleone ab equitibus rapinarum insinulato vel nescio quomodo spoliato <sup>15)</sup>. Itaque haud vana videtur suspicio, etiam in verbis Theopompi, ut Acharnensium fabulae l. l., echo quandam percipi fabulae Babyloniorum.

228. δεξιός] vid. ad Vesp. 1265.

229. ὁ θεὸς ξυλλήψεται] manifeste respicitur Apollinis responsum Lacedaemoniis bellum Peloponnesiacum molientibus datum: *κατὰ κράτος πολεμοῦσι νίκην ἴσασθαι καὶ αὐτὸς ξυλλήψεσθαι καὶ παρακαλούμενος καὶ ἄκλιτος* <sup>16)</sup>. — Paphlagonem pulso flectentur superi <sup>17)</sup>.

230-234. Primus ni fallor hunc locum recte interpretatus est Naber, statuens revera ad vitam quam accuratissime expressum fuisse vultum Cleonis, ingentes igitur cachiunos excitasse Paphlagonem in scenam prodeuntem, cum ne lippos quidem posset fugere quemnam illa larva ferret, etiamsi hactenus non suboluisset. Itaque iocose nunc metum

1) Ach. 256 etc. — 2) Vs. 1144. — 3) Pac. 465. — 4) Ran. 516. — 5) Eq. 1126. — 6) Recte igitur Hesychius *βδύλλειν* *δεδιέναι*, *τρέμειν*. — 7) XXXIV § 10. — 8) Soph. Ant. 997. — 9) Apud Homerum saepius. — 10) Ach. 586 Eq. 252. — 11) Eq. 680. — 12) Pers. I 124. — 13) Cratin. fr. 158. — 14) Eupol. fr. 43. — 15) De quo loco vid. quae observavi in Prolegomenis. — 16) Thuc. I 118 § 3, 123 § 1 II 54 § 4. — 17) Verbum *ξυλλαμβάνειν* de diis hominum suscepta promoventibus usurpatum reperitur etiam Eur. fr. 435 Menandr. 572, cf. *συνάπτεισθαι* Aesch. Pers. 742.

ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ αὐτὸν οὐδεὶς ἤθελε  
τῶν σκευοποιῶν εἰκάσαι. πάντως γε μὴν  
γνωσθήσεται τὸ γὰρ θεάτρον δεξιόν.

(Egreditur Paphlago.)

οἴμοι κακοδαίμων, ὁ Παφλαγῶν ἐξέρχεται.

### SCENA SEXTA.

Eidem, Paphlago.

#### ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

235 οὔ τοι, μὰ τοὺς δώδεκα θεούς, χαιρήσεων,  
ὁτιῆ ἐπὶ τῷ δήμῳ ξυνόμνυτον πάλαι.  
(Poculum cernens quo Demosthenes modo usus est):  
τουτὶ τί δρᾷ τὸ Χαλκιδικὸν ποτήριον;

231. αὐτὸν οὐδεὶς] οὐδεὶς αὐτὸν R invito metro.

234. Demostheni continuavit Beer, in codd. est Niciae; Isiciario dabat OFHermann.

235. ΠΑΦΛΑΓΩΝ scribi iussit Dindorf; vid. quae ad personarum indicem annotavi pag. 1 not. 1. In codd. h. l. et per ceteram fabulam dicitur Κλέων.

236. ξυνόμνυτον R] ξυνώμνυτον V et fere omnes; cf. vs. 478.

nescio quem τῶν σκευοποιῶν fingit nos-  
ter <sup>1)</sup>, facete autem admodum Demo-  
sthenes postquam dixit *noli timere*, ipse  
omnium primus terrore percellitur Pa-  
phlagonem adventante. — Perperam loco  
nostro abusi sunt vetusti interpretes ad  
illustrandum Vesp. 1021.

231. ὑπὸ τοῦ δέους] vid. ad Nub. 835.

232. πάντως] vid. ad Ran. 263.

234. Simillima sunt satyrorum in Eu-  
ripidis Cyclope verba <sup>2)</sup>: οἴμοι, Κύκλωψ  
ἄδ' ἐρχεται τί δράσομεν;

235. οὔ τοι... χαιρήσεων] cf. vs. 828.

— τοὺς δώδεκα θεούς] etiam Av. 95  
hic numerus magna cum gravitate com-  
memoratur.

237. τί δρᾷ] cf. Eur. Ion. 1014: ὁ  
δεύτερος δ' ἀριθμὸς ὃν λέγεις τί δρᾷ; <sup>3)</sup>.

— Χαλκιδικὸν] non e servorum supel-

lectile sed e coena herili hoc poculum  
modo sumsisse est censendus, quod  
*argenteum* fuisse efficit Kock ex inscrip-  
tionibus <sup>4)</sup>. Verum autem sycophan-  
tam inde a primis verbis se praestat  
Paphlago; nam Chalcidica pocula licet  
Chalcide ex urbe *Euboica* habeant ori-  
ginem, nomen illud ad *Thraciae* regio-  
nem τὴν Χαλκιδικὴν refert, quae et illo  
tempore omnium in ore erat et fre-  
quentius etiam fuit annis sequentibus.  
Paucis enim mensibus post Equitum  
fabulam scenae commissam Brasidas  
oram Thraciae invasit. Itaque τῶν τὰ ἐπὶ  
*Θρακίης προδιδόντων* <sup>5)</sup> esse Demosthenem  
Paphlago suspicatur adspicere poculo  
Chalcidico, quemadmodum Nicarchus  
ille in Acharnensibus <sup>6)</sup> ellychnia cernens  
Boeoticam aliquam fraudem odoratur.

<sup>1)</sup> Cf. μηχανοποιῶν mentio Pac. 174 et vid. ad Nub. 326. — <sup>2)</sup> Vs. 193. —  
<sup>3)</sup> Item nos: *wat doet die (dat)... daur?* — <sup>4)</sup> CIG. 138<sup>10</sup> et alibi. — <sup>5)</sup> Vid.  
Prolegom. Vesp. p. XXXII 1. — <sup>6)</sup> Ach. 916 sqq.

οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ Χαλκιδέας ἀφίστατον.  
ἀπολειῖσθον, ἀποθανεῖσθον, ὦ μιαιωνάτω.  
(Recedit Isiciarius.)

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

240 οὗτος, τί φεύγεις; οὐ μενεῖς; ὦ γεννάδα  
ἀλλαντοπόλα, μὴ προδῶς τὰ πράγματα.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἄνδρες ἱππῆς, παραγένεσθε! νῦν ὁ καιρός. ὦ Σίμων,  
ὦ Παναίτι, οὐκ ἔλατε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας;

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἄνδρες ἐγγύς· ἀλλ' ἀμύνου καὶ ἐπαναστρέφου πάλιν.

238. ἔσθ' R] ἔστιν V et fere omnes; vid. ad Nub. 214.

239. ἀποθανεῖσθον] ἀπολειῖσθον R, hinc ἐξαπολειῖσθον Meineke (coll. Nub. 1136).

240 sq. Olim in libris quibusdam defuisse dicit scholion.

242 sq. Isiciario tribuit R, in ceteris continuantur Demostheni.

242<sup>b</sup> sq. Post scenam haec a choro (coryphaeo) pronunciata esse putabat Kähler, id quod et ego aliquando mihi persuasi; sed abieci hanc opinionem a Zachero admonitus. Quam si quis tueri tamen velit, statuatur necesse est Simonem et Panaetium non hipparchos fuisse, — quibus iussa dare quis poterat? — sed phylarchos vel turmarum duces nescio quos.

243. ὦ] καὶ Dindorf (cf. Av. 656 Ecl. 867).

244. ἄνδρες] ἄνδρες codd.

240. Non metu percussus recedit isiciarius, quod putat Paphlago, sed ut equites arcessat, quos in vicinia versari modo audivit.

— οὗτος] vid. ad Vesp. 1.

— ὦ γεννάδα] vid. ad Ran. 179.

241. τὰ πράγματα] *remp.*; vid. ad vs. 130.

242 sq. *Simonem* et *Panaetium* hoc anno hipparchos fuisse hinc apparet <sup>1)</sup>. *Simon* autem si idem est de quo in Nubibus et alibi turpissima quaevis praedicantur <sup>2)</sup>, brevi post Equites actas scelus aliquod commisisse statuendus est. Sed fortasse homonymus aliquis vir nunc commemoratur. Nostrum vero

*Simonem* esse illum, quem de re equestri scripsisse apparet e Xenophonte <sup>3)</sup>, satis certum videtur.

243. οὐκ ἔλατε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας] *quin agmine facto dextrorsum vos convertitis ut huc festinetis?* <sup>4)</sup>. — Quoniam per parodum, quae spectatoribus a manu dextra est, more solito orchestram intrant equites, qui in vicinia excubuisse finguntur, dextrorsum convertere se debuerunt eorum turmae, ut iusto agmine equos in theatrum possent adigere. Itaque qui a dextro cornu steterunt iam ducunt agmen, qui a sinistro, cogunt <sup>5)</sup>.

244. ἐπαναστρέφου] cf. Ran. 1102.

<sup>1)</sup> Sic recte schol. — <sup>2)</sup> Vid. ad Nub. 351. — <sup>3)</sup> De Eq. 1 § 3, 11 § 6. — <sup>4)</sup> De voce ἔλατε vid. Nub. 1298 et infra vs. 603. — <sup>5)</sup> Alienus hinc est Av. 353.



245 ὁ κοινορτὸς δῆλος αὐτῶν ὡς ὁμοῦ προσκειμένων.  
ἀλλ' ἀμύνου καὶ δίωκε καὶ τροπῆν αὐτοῦ ποιοῦθι.

(Reversus Isiciarius coniunctim cum Demosthene Paphlagonem adoritur dum orchestram intrat chorus.)

## PARODUS CHORI.

(vs. 247—332.)

(Chorus e viginti quatuor equitibus compositus orchestram per aditum dextrum intrat in duas turmas divisus.)

### SCENA SEPTIMA.

Eidem, Chorus.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ (*Simon*)

priorem chori partem ducens.

(ad Isiciarium:)

παῖε παῖε τὸν πανοῦργον καὶ ταραξιπρόστρατον  
καὶ τελώνην καὶ φάραγγα καὶ Χάρυβδιν ἐρπαγῆς

245. Isiciario an sit dandus dubito.

248. φάραγγα] φάλαγγα V (quod tuetur Zielinski, *araneam venenosam interpretatus*), φάρυγγα Suidas s. v. παῖε (at φάρυγα Attica est forma).

245. ὡς ὁμοῦ προσκειμένων] *ut proxime instantium*. Adverbium ὁμοῦ nunc idem fere valet quod ἑγγύς, sed fortius est, nam proprie de iis qui se contingunt dicitur <sup>1)</sup>; cf. verba in re militari praesertim usitatissima ὁμοῦ γίνεσθαι <sup>2)</sup> et ὁμοσε ἵνα epicumque ὕμαδος. Verbum πρόσκεισθαι (τινι) passim ita usurpatur <sup>3)</sup>; idem Av. 1018 ἑγγύς ἐπικεῖσθαι dicitur, item infra vs. 252, ubi vid.

247. Cf. Ach. 282.

— ταραξιπρόστρατον] cf. adi. ταραξιχάρδιος <sup>4)</sup> et Neptuni epitheton ταραξιπρος <sup>5)</sup>, et de verbo ταραττεῖν vid. ad vs. 251.

248. τελώνην] cf. vs. 307 et Xenonis

comici de Oropiis versiculus: πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἄρπαγες.

— φάραγγα καὶ Χάρυβδιν] *gurgilem et voraginem*. Sic apud Horatium <sup>6)</sup> homo, qui „quicquid quaesierat ventri donabat avaro”, dicitur *barathrum macelli*. Vox φάραγξ de montium praeruptis usurpatur <sup>7)</sup>, Χάρυβδις <sup>8)</sup> autem ἄρπαγῆς est imago cuius perspicua cui notus est Homerus, et saepius iambographis et comicis adhibita. Sic hominem gulosum *ποντοχάρυβδιν* dixit Hipponax <sup>9)</sup> eiusque exemplum secutus Cratinus <sup>10)</sup> *γαστροχάρυβδιν*, muliercula temulenta a nescio quo *μεθυστοχάρυβδις* vocata est <sup>11)</sup> et ipsam Charybdim aviditate vincere

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 214 sq. Etiam Pac. 513 fr. 542 Soph. Ant. 1180 etc. sic est usurpatum. — <sup>2)</sup> Etiam Thesm. 572. — <sup>3)</sup> Vs. 761 Vesp. 142 Eur. Iph. Taur. 325 Herodot. IX 57, 61 Thuc. IV 33 § 2, 125 § 3, 127 § 1 Xen. Hell. IV 6 § 8 etc. — <sup>4)</sup> Ach. 315. — <sup>5)</sup> Pausan. VI 20 § 18. — <sup>6)</sup> Epist. I 15, 31. — <sup>7)</sup> *Schlucht*; vid. Aesch. Prom. 15 Eur. Cycl. 668 etc., Eubul. fr. 75<sup>11)</sup>. — <sup>8)</sup> *Schlund*. — <sup>9)</sup> Fr. 85. — <sup>10)</sup> Fr. 397. — <sup>11)</sup> Com. adesp. fr. 1077.



250)

καὶ πανοῦρον καὶ πανοῦρον' πολλὰκις γὰρ αὐτ' ἔρω,  
καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανοῦρος πολλὰκις τῆς ἡμέρας.  
ἀλλὰ παῖε καὶ δῖσκε καὶ τάραττε καὶ κύκα  
καὶ βδελύττου, καὶ γὰρ ἡμεῖς, καὶ ἐπικείμενος βόα.  
εὐλαβοῦ δὲ μὴ ἐκφύγη σε· καὶ γὰρ οἶδε τὰς ὁδοὺς  
ἄσπερ Εὐκράτης ἔφρευεν, — εὐθὺ τῶν κυρηβίων.

250. τῆς ἡμέρας] χάσημέραι Zacher infelicitèr.

254. ἔφρευεν Suidas s. v. εὐλαβοῦ et τὰς ὁδοὺς οἶδεν] ἔφρευεν codd.; Blaydes ποτ' ἔφρευεν (malim certe τότ' ἔφρευεν, ut de nota aliqua re fiat sermo; sed vid. commentarius).

dicitur meretrix apud Anaxilaum<sup>1)</sup>, verbum autem ἐκχαρῶδῖσαι festive inde ductum vitæ communis voci ἐκπαιῖν aliquando substituit Pherecrates<sup>2)</sup>. Ioculari scilicet musæ propria est huiusce modi cavilla; oratores vero Cicero admonet<sup>3)</sup> ne longius ducta comparatione *syrtim patrimonii* dicant vel *charybdim bonorum*, præstare enim *patrimonii scopulum* et *bonorum voraginem*. Quamquam et ipse, cum Antonius bona Pompei sub hasta venundata coemisset, — vel, ut ipse Cicero dicit, „in Magni copias se subito ingurgitasset”, — *quæ Charybdis tam vorax!* declamavit<sup>4)</sup>.

249. Verborum hac repetitione animus commotus apud tragicos non raro significatur<sup>5)</sup>.

251. τάραττε καὶ κύκα] certam quandam societatem hæc verba inierunt, sæpius enim sic iuncta inveniuntur<sup>6)</sup>. Quamquam etiam solum τάραττε in fre-

quenter usurpatur<sup>7)</sup>, item solum κυκάν<sup>8)</sup>. Cum toto versu cf. Nub. 1508.

252. βδελύττου] vid. ad vs. 224 et de ipso verbo ad Ach. 586.

— ἐπικείμενος] verbi usus non rarus<sup>9)</sup>, cf. ἔγχεσθαι<sup>10)</sup> et πρόσκεισθαι<sup>11)</sup> et frequentissimum illud ἐπιτιθεσθαι.

253 sq. *Novit enim vias salutis in quas Eucrates ille conicere se solebat*<sup>12)</sup>, — ἐν γὰρ ἁγορᾷ καὶ οὗτος τίθραπται<sup>13)</sup> καὶ ἐκείνος ἦν τεθραμμένος. De voce ὁδοῖς vid. vs. 291, de *Eucrate* ad vs. 129, cum toto loco cf. vs. 390.

254. εὐθὺ τῶν κυρηβίων] *recta in forum*; vid. ad Nub. 162. Vocem τὰ κυρηβία *fori* nunc *partem*<sup>14)</sup> significare, ubi venundabantur *furfures*<sup>15)</sup>, vidit Bergk<sup>16)</sup>. Verba autem ex *Babyloniorum fabula*<sup>17)</sup> ἐννεύει με φρέγειν οἰκᾶε et εἰς ἄχρρα καὶ χροῦν huc facere, *Eucratem* igitur in illa fabula fuisse derisum, ingeniosa Kockii est suspicio<sup>18)</sup>.

1) Fr. 224<sup>18)</sup>. — 2) Fr. 95. — 3) De Orat. III § 163. — 4) Philipp. II § 67. — 5) Vid. Aesch. Choeph. 875 sq. Eum 1014 Soph. Phil. 1019 Eur. Andr. 943 Phoen. 1337 et ad Ran. 1336. Cf. etiam Eur. Hipp. 664—666. — 6) Vs. 692 Ach. 688 Pac. 320, 654 Aesch. Prom. 994 Cratin. iun. fr. 7<sup>3)</sup>. — 7) Vs. 66 Verp. 1285 Pac. 266 alibi, vid. etiam infra vs. 840. — 8) Vs. 363 Pac. [270] Lys. 489, 491. — 9) Vs. 266 Vesp. 1285 Av. 1018 Lys. 1142. — 10) Ach. 309. — 11) Supra vs. 245. — 12) Imperfectum obstat quominus cum Muellero Struebingio vertamus: „er hat sich ins Privatleben, in seine Mühlenwirthschaft, zurückgezogen” (Aristoph. u. die hist. kritik p. 583). — 13) Vid. vs. 293. — 14) De quo notissimo genere loquendi vid. vs. 307 et 1375 et ad Nub. 1065 Ran. 1068. — 15) Vel potius *farina*, τὰ ἄλφια vs. 857. — 16) Reliq. p. 355. — 17) Fr. 75 sq. — 18) Vid. ad vs. 129.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

255 ὃ γέροντες ἡλιασταί, φράτερες τριωβόλου,  
οἷς ἐγὼ βόσκω κερραγῶς καὶ δίκαια καὶ ἄδικα,  
παραβηθεῖδ', ὡς ὑπ' ἀνδρῶν τύπτομαι ξυνομοτῶν.

ΗΓΕΜΩΝ ΤΟΥ ΗΜΙΧΟΡΙΟΥ Β (Panaetius).

ἐν δίκη γ', ἐπεὶ τὰ κοινὰ πρὶν λαχεῖν... κατεσθίεις,  
καὶ ἀποσυνκάζεις πιέζων τοὺς ὑπευθύνους, σκοπῶν

260 ὅστις αὐτῶν ὁμός ἐστιν ἢ πέπων † ἢ μὴ πέπων †.

255. φράτερες] φράτορες codd.

259. ὑπευθύνους] ὑπηρούς vHerwerden; sed ab hac voce in designandis suis sociis caute abstinere Athenienses (cf. Pac. 639); Peloponnesiorum est ita loqui (vid. Thucyd. V 96 III 13 § 6 etc.).

260. Versus manifeste corruptus; vix enim prosunt quae ad lectionem traditam tuendam attulit Vahlen: Eur. Or. 441 Ar. Lys. 128 Aesch. Sept. 197. Si iure suspicor glossema esse μὴ πέπων ad ὁμός pertinens, iusto audacior non est coniectura \*καὶ μαλθακός. In voce ὁμῶ inesse vitium aliquando putabam, \*ὅστις αὐτῶν

255. A suis nunc sociis heliastis, quos mercede nuper aucta <sup>1)</sup> devinctissimos sibi habere se putat, opem petit Paphlago. Sic in Vespis <sup>2)</sup> heliasta ad incitas redactus Cleonem implorat. Cum locutione autem φράτερες; τριωβόλου cf. Plut. 508, ubi duo senes vocantur ξυνομοσῶτα τοῦ ληρεῖν καὶ παραπατεῖν.

256. βόσκω] vid. ad Nub. 331 Vesp.

313. Cleon μισθὸν πορίζων διατρέφει τὸν δῆμον <sup>3)</sup>.

— καὶ δίκαια καὶ ἄδικα] vid. vs. 800 et ad Nub. 99.

258. Si magistratus esses, non ita grave videretur delictum, quod ἀμφοῖν τοῖν χερσῶν μυστιλῆ τῶν δημοσίων <sup>4)</sup>, nam tralaticium id est; sed quod privatus homo furaris, id ne ferendum quidem <sup>5)</sup>. Praeter expectationem pro διοικεῖσι similive verbo nunc dictum est κατεσθίεις. De voce ἐν δίκη γε vid. ad Nub. 1379.

259. ἀποσυνκάζεις] verbum hoc, quod sono suo sycophantarum artes in mentem revocat spectatoribus <sup>6)</sup>, propriam *ficos legendi* significationem obtinet Av. 1699, facili autem transitu <sup>7)</sup> ad *temptandi* notionem transfertur <sup>8)</sup>.

— πιέζων] leni digitorum pressu rustici efficiunt ficus sintne plenae atque maturae an immites vel cassae. Sic Paphlago eos qui magistratum nuper deposuerunt pertemptat et explorat, missos autem facit τοὺς ὄμοιους; sive viros feroces et constantes, sed homines mites et imbelles eisdemque divites praedam suam facit atque πιέζει, ut ab ipso *ιπούμενοι* amplis largitionibus salutem emant. Simili metaphora usus nescio quis puellas *δρουπετεῖς* sive maturiores *ταῖς ὑποκαρθένοις* <sup>9)</sup> καὶ *σιφραῖς* opponit <sup>10)</sup>.

— ὑπευθύνους] vid. Ach. 938 Vesp. 102 et infra vs. 825.

<sup>1)</sup> Vid. Vesp. Prolegom. p. XV sq. — <sup>2)</sup> Vs. 197. — <sup>3)</sup> Vid. vs. 804, 905, 1019, 1078 sq. — <sup>4)</sup> Vs. 827. — <sup>5)</sup> Sic recte, ut arbitrator, locum interpretatus est Zacher. — <sup>6)</sup> Vid. ad Nub. 880 Vesp. 145. — <sup>7)</sup> Quem ostendit fr. com. adesp. 766 *καθ' ἅπερ ὑπαρίζοντες ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὀλένθους | βλιμάζομεν*. — <sup>8)</sup> Vid. Stratt. fr. 3. — <sup>9)</sup> *Demi-virgēs*. — <sup>10)</sup> Ar. fr. 141.

- 264 καὶ σκοπεῖς γε τῶν πολιτῶν ὅστις ἐστὶν ἀμνοκῶν  
 265 πλούσιος καὶ μὴ πονηρὸς καὶ τρέμων τὰ πράγματα.  
 261 κῆν τιν' αὐτῶν γνῶς ἀπράγμον' ὄντα καὶ κεχηνότα,  
 262 καταγαγὼν ἐκ Χερσονήσου, διαλαβὼν ἀγκυρίσας,  
 263 εἶτ' ἀποστρέψας τὸν ὄμον αὐτὸν ἐνεκολήβασας.

πλήρης; ἐστὶν εἰ πέπων ἢ μὴ πέπων conciens, sed vid. comm.; Kock pro μὴ πέπων coniecit μηδέπω (coll. Alex. fr. 175), OSchneider μὴ ἐκπέπων, sed utrumque languet.

264 sq. Post vs. 260 collocavit Brunck; post vs. 258 collocabat GHermann, del. Zacher. — In vulgata lectione ὑπεύθυνος; aliqui e Chersonneso nuper abductus esse dicitur, quod ferri nequit, quoniam lege cautum erat ne magistratus urbe excederent ante rationes redditas (Aeschin. III § 21).

264. σκοπεῖς] σποδεῖς Meineke, πέκεις vel ζυρεῖς (coll. Lys. 685 Lucian. LXIX § 14) Kock.

261. τιν' αὐτῶν] τιν' ἄνδρα Teuffel, τιν' ἀστῶν Tucker, ζῆνον που Blaydes, κῆν τιν' αὐτῶν γνῶς τῶν ζῆνων ἀπράγμον' ἀνακεχηνότα Kock. || ἀπράγμον' ὄντα] ἀπράγμονα (om. ὄντα) R.

262. διαλαβὼν Casaubonus] διαβαλὼν codd. || ἀγκυρίσας] ἡγκυρίσας Brunck.

263. ἐνεκολήβασας Bentley ex Hesychio] ἐν(ἀν-)εκολάβησας codd.

264. καὶ... γε] atque adeo <sup>1)</sup>. — Quid quod omnes cives lustrat ista tua avaritia.

— ἀμνοκῶν] ovinam imbecillitatem <sup>2)</sup> significat hoc participium aliunde ignotum et terminationis obscurae.

265. μὴ πονηρὸς καὶ τρέμων τὰ πράγματα] χρηστός τις καὶ γενναῖος καὶ μὴ πολυπράγμων. Cf. Ach. 494, de voce πονηρῶ autem vid. ad Ran. 179 et de voce πράγμασι ad Vesp. 1392 <sup>3)</sup>.

261-263. ἦν... γνῶς... ἐνεκολήβασας] vid. ad Ran. 1068.

261. ἀπράγμονα] vid. ad Nub. 1007 Vesp. 1040 Ran. 228.

— κεχηνότα] stupidum. Vid. ad vs. 651.

262. Manifestum est certam aliquam litem spectatoribus nunc in mentem revocari; de civibus autem quoniam sermo est, divitem aliquem clericulum, cui in Chersonneso, χώρα πολυφορωτάτη <sup>4)</sup>, agri contigissent, significari intellegimus. Con-

ferri potest Vesp. 281, ubi item sermo fit de lite clerucho aut peregrino cuidam intentata; ibi tamen non certus quidam homo respicitur sed de ficto casu loquitur chorus. Cf. etiam Av. 1421 sqq.

— καταγαγὼν] Athenas in urbem peregrinam postquam deduxisti (evocasti).

262 sq. διαλαβὼν κτέ.] e palaestra desumpta sunt haec verba, ut alia multa <sup>5)</sup>. Est enim διαλαβεῖν id fere quod μέσον ἔχειν: comprehensum tenere <sup>6)</sup>, verbum autem ἀγκυρίσαι <sup>7)</sup> ingeniculare videtur vertendum. Luctatorem adversarii humerum ἀποστρέφοιτα ut in tergum eum deiciat <sup>8)</sup> refert clarissima imago marmorea, quae Florentiae asservatur <sup>9)</sup>. Ἐγκολήβασαι denique quid significet nescimus <sup>10)</sup>, nisi quod e palaesticis verbis hoc quoque esse apparet <sup>11)</sup>.

263. εἶτα] vid. ad Nub. 624.

<sup>1)</sup> Vid. vs. 826 et ad Ran. 49. — <sup>2)</sup> Cf. Nub. 1203. — <sup>3)</sup> Cf. etiam Ach. 494. — <sup>4)</sup> Xen. Hell. III 2 § 10. — <sup>5)</sup> Vid. vs. 481 et ad Nub. 551. — <sup>6)</sup> Vid. ad Ran. 469 et cf. Herodot. I 114. — <sup>7)</sup> Quod fortasse etiam Eupolis fr. 262 adhibuit. — <sup>8)</sup> Cf. Soph. Oed. R. 1154 Ar. Pac. 279 Plat. Rep. 405c. — <sup>9)</sup> Quod observavit Zacher. — <sup>10)</sup> Apud Hesychium perperam intellegitur devorare. — <sup>11)</sup> Vid. Lobeck ad Phrynich. p. 79, qui Nub. 552 idem κολετρῶν dici suspicatur.

## ΠΙΦΛΑΓΩΝ.

- 266 ξυνεπίκεισθ' ὑμεῖς; ἐγὼ δ', ὄνδρες, δι' ὑμᾶς τύπτομαι,  
ὅτι λέγειν γνώμην ἔμελλον ὡς δίκαιον ἐν πόλει  
ἰσάναί μνημεῖον ὑμῶν ἐστὶν ἀνδρείας χάριν.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

- ὡς δ' ἀλαζών! ὡς δὲ μάσθλης! εἶδες οἶ' ὑπέρχεται  
270 ὥσπερ εἰ γέροντας ἡμᾶς καὶ κοβαλικεύεται;

## ΗΓΕΜΩΝ ΤΟΥ ΗΜΙΧΟΡΙΟΥ Β.

ἀλλ' ἐὰν ταύτη γε τείνη, ταυτηὶ πεπλήξεται.

266. Interrogationis signum scripsit Casaubonus. || ὄνδρες] ἄνδρες; R.

267. ἔμελλον] ἔλεγον V<sup>2</sup> R.

268. ἰσάναί Elmsley] ἰσάναί codd.; cf. Pac. 1249.

269. δ'] del. Kock.

270. ἡμᾶς] om. R, ὄντας Cobet (cf. Ach. 222). || καὶ] inseruit Toup (versus initio addebat Bentley), dein interrogandi signum e fine versus 269 in huius versus finem transtulit; quae necessaria est correctio, ne verbo ὑπείνα desit obiectum. || κοβαλικεύεται Cobet] ἐκκοβαλικεύεται codd., quod e κ' κοβαλικεύεται natum est vitium.

271 sq. Alterius hemichorii duci tribuit Kock.

271. \*γε τείνη] γε νικᾷ codd., at vincendi verbum hinc alienum esse observavit Schütz, de fuga enim vel de clade agitur potius; Halbertsma γ' ὑπείκη, Blaydes γε νεύση (vel φέρεται vel alia), Zacher τρέπηται.

266. ξυνεπίκεισθε] vid. ad vs. 252.

267. ἐν πόλει] in arce; vid. ad Nub. 69.

268. ἀνδρείας] strenui facinoris nuper editi, de quo vid. vs. 595 sqq. — Athenienses nuper in arce dedicaverant Victoriae signum aereum in memoriam expugnatae Sphaeractiae <sup>1)</sup>. Quam rem spectatoribus iocose in memoriam revocans Paphlago etiam equitibus virtutis monumentum in arce collocandum nunc promittit; hos enim in agro Corintho nihilo minora nuper edidisse facinora aut putat Aristophanes aut putare se simulat.

269. ὦ; δ'] item vs. 397 Lys. 80, vid. etiam Ach. 7 etc.

— μάσθλης] vid. ad Nub. 449.

— οἶα] vid. ad vs. 367.

— ὑπέρχεται] vid. ad vs. 47.

270. Cf. Ach. 687 sq.

271 sq. At istac (i. e. in isiciarium et Demosthenem) si impetum fecerit, istic profligatus iacebit; hac vero si pugnae subducere se conatus fuerit, nostris (nostrorum equorum) cruribus impinget. — Verbum τείνη <sup>2)</sup> conferatur cum Ran. 1161, ubi de Aeschylis in Euripidem impetu dicitur τείνειν βιαίως. — Scholia ταύτη interpretantur πύξ <sup>3)</sup>; sic tamen neque pronominis οὔτος usum intellego neque adverbii δευρι oppositionem. Kock ad ταύτη mente supplet τῇ πάλῃ, sed neque ταυτηὶ neque δευρι sic posse explicari recte observat Sobolewski <sup>4)</sup>.

<sup>1)</sup> Pausan. IV 36. — <sup>2)</sup> Si recte sic scripsi. — <sup>3)</sup> Item vHerwerden: hac dextra. — <sup>4)</sup> Synt. p. 24.

ἦν δ' ὑπεκκλίνη γε δευρί, πρὸς σκέλος κυρηβάσει.

(Undique pugnis pedibusque repulsus cedit Paphlago.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(alta voce:)

ὦ πόλις καὶ δῆμ', ὑφ' οἴων θηρίων γαστροῖζομαι!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ κέκραγας, ὄπερ ἄει τὴν πόλιν καταστρέφει;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

275 ἄλλ' ἐγὼ σὲ τῆ βοῆ ταύτη γε πρῶτα τρέψομαι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἄλλ' ἐὰν μὲν τόνδε νικᾷς τῆ βοῆ, τήνελλά σοι'

272. Virgulam ante *δευρί* collocabat Bernhardy. || *πρὸς σκέλος*] *πρόσκέλος* V<sup>1</sup>, τὸ σκέλλο; R.

274. Isiciario dedit Ribbeck; in codd. est Chori, lacunam autem ante hunc versum indicabat Sauppe, duos versus nunc (ut vs. 276 sq.) choro datos fuisse ratus. Sed cum bene cohaereat textus traditus, nullam huiusmodi responsionem huic loco inesse arbitror, Isiciarii autem esse hunc versum officio e responso Paphlagonis. || *καὶ*] ὡς vHerwerden. || ὄπερ Kock] ὡσπερ vel ὅσπερ (vid. ad Nub. 1226) codd. || *καταστρέφει* R (cf. Vesp. 1092)] -φρεις cett.

275. Versum Paphlagoni (Cleoni) reddidit Sauppe; in codd. est Isiciarii. || *σὲ*] in codd. est encliticum.

276. *μὲν τόνδε* Porson] *μέντοι γε* codd. || *τήνελλά σοι* Kock] *τήνελλος εἶ* codd., *τήνελλ' ἔσει* Porson, *τηνελλάσει* Meineke.

272. *ὑπεκκλίνη*] cf. Aeschin. I § 176 *ὑμέτερον ἔργον ἐστὶ . . . μηδαμῆ παρεκκλίνειν αὐτὸν ἔαν*.

— *πρὸς σκέλος*] omittitur articulus ut in simili locutione *ποτὶ πυχὰν ἔλλομαι*<sup>1)</sup>.

— *κυρηβάσει*] verbum alibi non obvium apud Hesychium et Photium componitur cum verbo *κυρίτειν arietare*<sup>2)</sup>, et eiusmodi quid requiritur sane. Vocem autem *κυρήβια* supra vs. 254 lectam cum hoc verbo cohaerere non suspicari difficile est. Cratinus *κυρηβάσασθαι* sensu *τοῦ διαμάχεσθαι* dixisse fertur in lexicis vett.<sup>3)</sup>, et ibidem affertur vox *κυρηβάτης* vel *κῶρηβος conviciator*.

273. *θηρίων*] cf. Nub. 184 Vesp. 448 Av. 87, 93 Plut. 439.

— *γαστροῖζομαι*] i. e. *τύπτομαι εἰς τὴν γαστέρα*<sup>4)</sup>.

274. *καὶ κέκραγας*] *etiamne clamas?!<sup>5)</sup>*. — Particula *καὶ* ubi sic usurpatur, accedere solet pronomem vel adverbium interrogativum<sup>6)</sup>.

275. *ταύτη*] *ista de qua tu tam contumeliose loqueris*. Cf. vs. 97.

276. *τήνελλά*] haec vox ad citharæ sonum imitandum ab Archilocho est ficta<sup>7)</sup>. Nunc autem ea significatur equites laeto cantico celebraturos isiciarium, si victoriam reportaverit<sup>8)</sup>.

<sup>1)</sup> Lys. 82. — <sup>2)</sup> *Rammeyen*, Aesch. Pers. 310 Plat. Gorg. 516 a Rep. 586 b. — <sup>3)</sup> De quo mediū usu vid. ad vs. 900. — <sup>4)</sup> Vid. vs. 454 Vesp. 1529 et ad Nub. 549 sq. — <sup>5)</sup> *Schreeuwen óók nog?!* — <sup>6)</sup> Vid. ad vs. 342. — <sup>7)</sup> Schol. Pind. Ol. IX 1; vid. Ach. 1227 sqq. Av. 1764 et ad Ran. 1285—1295. — <sup>8)</sup> Nos: *dan hoeeze voor u!*



ἦν δ' ἀναιδεία παρόλθη σ', ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τουτοῦ τὸν ἄνδρ' ἐγὼ ἐνδείκνυμι, καὶ φήμ' ἐξάγειν  
ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι... ζωμεύματα.

277. παρόλθη σ' Bergk, et sic M] παρόλθησ; codd. cett.

278. ἐνδείκνυμι lemma scholii] δείκνυμι codd.

277. παρόλθη] vid. vs. 56.

— *ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς*] iocose sic dicebatur pro *ἡμέτερος ἐστὶν ἡ νίκη* vel *ἡμέτερος ἐστὶ τὸ νικητήριον*<sup>1)</sup> vel *ὁ στίφανος*<sup>2)</sup>. Item de se et Euripide Mnesilochus<sup>3)</sup>: τοῦ γὰρ τεχνάξεν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς. Nempe *πεμμάτιον τι* hoc erat, quod *νικητήριον* loco in conviviis interdum esse propositum testatur Calliprus<sup>4)</sup>: ὁ διαγραφιστήσας πυραμοῦντα λήθεται. E sesamo fuisse confectum, fortasse autem eundem esse qui *σησαμίτης* (ἄρτος) dicebatur, e Tryphonis auctoritate perhibet Athenaeus 114b, ἐκ πυρῶν περσομείων καὶ μίλιτι δεδευμένον fiebat secundum Iatrocleem<sup>5)</sup> et scholion h. 1.

279. *ζωμεύματα*] i. e. *κρηίδι ἐζωμευμένα*<sup>6)</sup>. Ridicule Paphlago praeter expectationem iacit verbum ex sua arte petitum, quod sono revocat vocem navalem *ζυγώματα*<sup>7)</sup>. Sunt autem *ζυγώματα ἰνστρομεντα*, trabes ad transtra opinor ceteraque navium interiora construenda idoneae; qualia τῶν ἀπορρηκτῶν ἐξάγειν fuisse<sup>8)</sup> per se intellegitur. Itaque simillimum est hoc crimen verbis Pisandri Andocidem<sup>9)</sup> insimulantis: ἄνδρες; βουλεύεσθε, ἐγὼ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐνδείκνυμι ἵνα <ὡς> οἰτὸν τε εἰς τοὺς πολεμίους εἰσάγοντα καὶ κωπέας<sup>10)</sup>. — Non aliter interpretati sunt veterum grammaticorum quidam<sup>11)</sup>;

quamquam alii (*sturrum et*) *ricem* ad rimas navium vietarum explendas intellegebant<sup>12)</sup>, alii denique *ἐποζώματα* significari statuebant, idque minime absurde, licet explicatio quam equidem protuli metro magis commendari mihi videatur. Nempe naves longae funibus quaternis praecingebantur<sup>13)</sup>, qui *σύνδεσμος πᾶσαν τὴν περιφορὴν συνέχων*<sup>14)</sup> efficiebat ut fluctum pulsus, remigii tremorem, rostri navem hostilem ferientis concussionem melius durare possent navis iuncturae nec tam facile rimas ducerent. Ingens autem illa Philopatoris navis<sup>15)</sup>, quae cubitum erat CCLXXX in longitudinem, XXXVIII in latitudinem, munita erat duodecim cingulis cubitum sexcentorum. Quales funes cum crassi essent admodum, satis magno constabant, nam drachmarum paene quingentarum erant singularum trirēmium *ἐποζώματα*<sup>16)</sup>. Onerariae autem iis uti non solebant, sed interdum nautae procella occupati navigium suum *ἐπέωσαν*<sup>17)</sup>, si *sine* illis *funibus aequor imperiosius vir durare posse* videretur<sup>18)</sup>. Hoc est quod dicitur *munire latus*<sup>19)</sup>. Perperam vero in Thucydidis verbis<sup>20)</sup>, *Coreyraeos ζεῦσαι τὰς καλιὰς ναῖς ὥστε πλοῦτους εἶναι καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκευάσαι* referentis, fuit<sup>21)</sup> qui *ζεῦσαι* interpreta-

<sup>1)</sup> Vs. 1253. — <sup>2)</sup> Soph. Philoct. 841. Cf. etiam vs. 108. — <sup>3)</sup> Thesm. 94. —

<sup>4)</sup> Fr. 1 (Athen. 668 c). — <sup>5)</sup> Ibid. 647b, si recte illum locum interpretor. —

<sup>6)</sup> Fr. 591. — <sup>7)</sup> Simillimo ioco noster indulsit vs. 1185. — <sup>8)</sup> Vid. ad Ran. 362

et 364. — <sup>9)</sup> Π § 14. — <sup>10)</sup> Cf. Ach. 552. — <sup>11)</sup> Ζύλα τῶν ναῶν. — <sup>12)</sup> κρηὶν καὶ

πίσσαν. — <sup>13)</sup> Cf. Vitruv. X 15 (21) § 6. — <sup>14)</sup> Plat. Rep. 616 c, vid. etiam Leg.

945 c. — <sup>15)</sup> Athen. 203 c. — <sup>16)</sup> Böckh Staatsh. I<sup>3</sup> p. 139. — <sup>17)</sup> Act. Apost.

XXVII § 17. — <sup>18)</sup> Hor. Carm. I 14, 6 sq. — <sup>19)</sup> Ovid. Metam. XI 485, vid.

Peerlkamp ad Hor. l. l. — <sup>20)</sup> I 29. — <sup>21)</sup> Gölter.



## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

280

καὶ μὰ Δία καὶ ἔγωγε τοῦτον, ὅτι κενῆ τῆ κοιλῆ  
εἰσδραμῶν εἰς τὸ Πρυτανεῖον, εἶτα πάλιν ἐκθεῖ πλέγ.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τῆ Δί', ἐξάγων γε τὰ πόρρηθ', ἅμ' ἄρτον καὶ κρέας,  
καὶ τέμαχος, οὗ Περικλήης οὐκ ἤξιώθη πρόποτε.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(voce altissima:)

ἀποθανεῖσθον αὐτίκα μάλα.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(voce etiam altiore:)

285

τριπλάσιον κερᾶζομαι σου.

282. ἐξάγων Porson] ἐξαγαγών codd. metro et sententia adversantibus (cf. v. l. Nub. 1213). τὰ πόρρηθ' non recte Bothe hoc interpretabatur τὰ ἀπόρρητα, constanter enim in hac locutione additur articulus, quoniam agitur de certis quibusdam rebus, quae lege nominatim erant indicatae. [κρέας] κρέα R et schol.

retur ἐποῶσαι, est autem *πίπας στυγρὰ* *επιπλεῖν* vel i. u. *emendare naves, ἐπιπλεῖναι*: autem naves longae omnes erant semper <sup>1)</sup>).

280 sq. Etiam Paphlago „ἐξάγει“ ζωμείματα, nam e Prytaneo quotidie exportat cibos, quibus ventrem suum insatiabilem publico sumtu implevit. — Honoris illius Cleoni ante paucos menses decreti passim per fabulam fit mentio <sup>2)</sup>). Quo magis autem gloria, quam Sphacteria capta demagogo pepererat, in ridiculum detorqueatur contemtuque mergatur, αἰτίας illa ita commemoratur ut dixeris Cleonem nunc demum intempestiva civium liberalitate iustas cenas esse adeptum, antea esurientem. „Olim satis erat“. — sic tere comici mentem reddere mihi videor. — „satis erat isti optiici polenta vesci cum servis

ceteraque plebeocula: — nunc paniculi ei offeruntur, tamquam tenerae puellulae. In opsonium autem cepae caput allive aliquid olim sufficiebat lorceni, qui carnibus nunc se ingurgitans festos agit quotquot annus habet dies. Pisces olim ne delibabat quidem, nisi forte maenas vilemve sepiam: nunc quicquid ex Ponto advehitur, quicquid insulae Asiaeque ferunt, ei praesto est, quo liquet guttur post infinitos clamores radcum“ — καὶ αὐ' ἀρμυρικὰ γε ταῦτο ὄρε' τσαπῆτα φίλον <sup>3)</sup>).

281. εἶτα] vid. ad Nub. 624.

282. τὰ ἀπόρρητα] vid. ad Ran. 362.

288. *Quin etiam piscis fructum*. — *εὐιωποῦσι* nihil Pericli illi decretum est olim. Nempe simplicior erat prioris aetatis victus. De voce autem *εὐιωγει* vid. ad Ran. 517.

<sup>1)</sup> Vid. Böckh Seurk. p. 133 sqq. — <sup>2)</sup> Cf. vs. 167, 354 sq., 404, 385 sq., 573—576, 709, 766, 819, 1008, 1404 sq. — <sup>3)</sup> Ultima verba de heluone dicuntur apud Antiphanem fr. 190.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καταβοήσομαι βοῶν σε.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κατακεκράξομαι σε κράζων.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

διαβαλῶ σ', ἐὰν στρατηγήῃς.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κυνοιοπήσω σου τὸ νῶτον.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

290

περιελῶ σ' ἀλαζονείαις.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὑποτεμοῦμαι τὰς ὁδοὺς σου.

287. σε V<sup>1</sup> R] σου V<sup>2</sup> alii metro invito.

290. ἀλαζονείαις Elmsley] -ας codd.; cf. vs. 903.

287. κατακεκράξομαι] cf. κατακράξειν vs. 1020, κατεβόησεν ἂν κερραγῶς Ach. 711.

289. *Dorsum tuum ita tractabo ac si cynocōpus τις essem*<sup>1)</sup>, ut canem flagris te feriam<sup>2)</sup> καὶ δειροτομήσω τὸ νῶτον<sup>3)</sup>. Idem dici poterat κύνα σε κύψω κυνοκόπος ἐγώ<sup>4)</sup>, in tragica autem dictione κυνοκόπον μίμημα κύψω σε<sup>5)</sup>. Cum verbi autem conformatione cf. θαλαττοκοπεῖν<sup>6)</sup> et μετεωροκοπεῖν<sup>7)</sup>. Recte haec verba interpretatur scholion: τυπτήσω σε καθάπερ κύνα<sup>8)</sup>, sed longe a vero aberrat alius interpres, qui scripsit: τοῦτο ὡς μάγειρος λέγει, ἔστι γὰρ κων ἰχθῦς πούς ἔστι δὲ καὶ „κυνεῖω σε δέγματι παῖσω“. Neque enim ἱμάντων κυνείων<sup>9)</sup> huc pertinet mentio neque *canum marinorum*<sup>10)</sup>, quorum ὄδρατα et ὑπογάστρια et olim in deliciis erant<sup>11)</sup> et nunc sunt.

290. Simillima sunt verba vs. 887 πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις. Est autem περιελαύνειν proprie *circumnavigare*<sup>12)</sup> vel *circumequitare*, hinc translate id quod περιυβρίζειν<sup>13)</sup>: Herodot. I 60 περιελαυνόμενος τῇ στάσι ὁ Μεγακλής, Demosth. XLII § 32 ο ἰνδίδες, δέομαι βοηθῆσαι μοι καὶ μὴ με περιελαθέντα περιδεῖν ὑπὸ τούτων. Cf. περιέναι<sup>14)</sup> latinumque *circumvenire*, et vid. quae de verbi παρατρέχειν similitumque translatione dicta sunt ad vs. 56.

291. Militari verbo περιελαύνειν aliud ex eadem arte depromptum opponens *omnes vias tibi praecludam* ait isiciarius: *quaecumque in viam salutis te conieceris, praecisam invenies*. Verbum ὑποτεμένοθαι proprio sensu usurpatum legitur Herodot. V 86<sup>15)</sup> Xen. Hell. I 6 § 15<sup>16)</sup>;

<sup>1)</sup> Een hondenslager. — <sup>2)</sup> Ik zal je afranselen als een hond. — <sup>3)</sup> Pac. 747. —

<sup>4)</sup> Vid. ad vs. 313. — <sup>5)</sup> Cf. Eur. Herc. 992. — <sup>6)</sup> Vs. 830. — <sup>7)</sup> Pac. 92. —

<sup>8)</sup> Item Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 49. — <sup>9)</sup> Vesp. 231. — <sup>10)</sup> Hondshaaïen. —

<sup>11)</sup> Vid. Arcestratus apud Athen. 310 c, d Cratin. fr. 161 Mnesimach. 4<sup>36</sup>

Menandr. 299, cf. Kock ad Alexid. fr. 155. — <sup>12)</sup> ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐμπροσθέντων

(schol.). — <sup>13)</sup> Phrynichus in Anecd. Bekk. p. 61. — <sup>14)</sup> Vs. 1142. — <sup>15)</sup> ὑποτεμένοθαι τισι τὸ ἀπὸ τῶν νεῶν = τὴν εἰς τὰς καὺς ὁδόν. — <sup>16)</sup> ὑποτεμένοθαι τὸν εἰς

Σάμον πλοῦν.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

βλέψον εἷς μὲ ἀσκαρδαμυκτί.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐγὼ τέθραμμαί.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

διαφορήσω σ', εἴ τι γρούζει.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κοπροφορήσω σ', εἰ λαλήσεις.

295

292. μ' R] εἰ V et ceteri. || ἀσκαρδαμυκτί Etym. M. 716,11, Anecd. Bekk. p. 452, Suidas] ἀσκαρδάμυκτος vel -μύκτως codd. et Pollux II 67.

294. γρούζει Elmsley] γρούζεις vel -ζεις codd.; vid. com. Alcaeī fr. 22 εἴ τι γρούζομαι.

295. κοπροφορήσω σ'] infelicitē vVelsen κοπροφαγῆσεις, Blaydes κοπροβόλῃσω σ', Piccolomini κοπροφορῶσω σ'; sana enim est vulgata. Vid. commentarius. || λαλήσεις] λαλήσει Blaydes coll. Pac. 381 et 384, qui tamen loci nostro minime sunt similes, λαλήσομαι autem significat: in clamores erumpam et veluti displodar. E Suida s. v. κοπρία Bünger efficit glossēma esse εἰ λαλήσεις, hinc Zacher dubitanter εἰ τι μύζει. Sed huiusmodi indicis nihil esse tribuendum ostendit Vahlen Ind. Lect. hib. Berol. 1898 p. 12 sq.

dicitur etiam ὑποτέμνεσθαι τινά *intercipere aliquem*<sup>1)</sup>. Activum legitur e. g. Plat. Leg. 844a<sup>2)</sup>, translate autem dicitur ὑποτέμνειν τῶς ἐλπίδας<sup>3)</sup>. Vid. etiam Cratin. fr. 289 τούτου δ' ἀπάσας ὑποτεμῶ τῶς μηχανάς<sup>4)</sup>.

292. *Oculos adversus me tolle, si audes.* Idem infra dicitur βλέπειν ἐναντίον<sup>5)</sup>, Ach. 291 εἶτα δύνασαι πρὸς ἐμὲ ἀποβλέπειν, Ran. 1474 προοβλέπεις με; Eur. Herc. 1227 βλέψον πρὸς ἡμᾶς, Aeschin. I § 121 εἰς τοὺς δικαστὰς βλέψαι etc., alibi ἀτενέ; βλέπειν et apud recentiores uno verbo ἀτενίσαι, in dictione autem poetica εἰς ὅσα φιδέσθαι<sup>6)</sup>, βλέπει τε καὶ

ἀντιδύρεται<sup>7)</sup>. — Adverbium ἀσκαρδαμυκτί<sup>8)</sup> significat ὀρθοῖς ὄμμασιν<sup>9)</sup>, *rectis immotisque oculis*<sup>10)</sup>. Inter δειλιάς vero σημαία<sup>11)</sup> est τὸ σκαρδαμύττειν, *niclare*<sup>12)</sup>.

293. Vid. vs. 181 et ad Nub. 991.

294. διαφορήσω] *dilacerabo, discerpam.* Proprie dicitur de iis qui κύνεσαι καὶ ὀωνοῖσιν ἔλωρ γίγνεται<sup>13)</sup>.

— εἴ τι γρούζει] vid. ad Ran. 913.

295. Isiciarius, adversarii minas nunc quoque imitando superans, verbo διαφορήσω opponit sum κοπροφορήσω σε, i. e. κόπρω σε ἀπορρίψω κοπροφόρος ἐγὼ<sup>14)</sup>: *in sterquilinum tanquam merdam te detrudam verbum si addideris*<sup>15)</sup>.

<sup>1)</sup> Xen. Cyrop. I 4 § 19 et 21 Hellen. VII 1 § 29. — <sup>2)</sup> ὑποτέμνειν πηγὰς. — <sup>3)</sup> Xen. Hellen. II 3 § 34. — <sup>4)</sup> Sic Cobet pro ἀποτεμῶ. — <sup>5)</sup> Vs. 1239, ubi vid. — <sup>6)</sup> Hom. I 373. — <sup>7)</sup> Eur. Herc. 163. — <sup>8)</sup> Quo etiam Xenophon Cyrop. I 4 § 28 Lucianus V § 14 XVI § 26 XLVI § 14 usi sunt. — <sup>9)</sup> Xen. Hellen. VII 1 § 30 Soph. Oed. R. 1335 etc. — <sup>10)</sup> Vid. Bentley ad Hor. Carm. I 3, 18. — <sup>11)</sup> Aristot. Physiogn. 3. — <sup>12)</sup> Eur. Cycl. 626 Hippocr. περὶ κρίσεων p. 151 Kuhn Xen. Conv. IV § 24 Cyrop. I 4 § 28 Lucian. XXXIV § 4 Aelian. Var. Hist. II 26. — <sup>13)</sup> Av. 338 Herodot. VII 10 in fine. — <sup>14)</sup> Vid. ad vs. 313. — <sup>15)</sup> In miras captiones se induerunt interpretes cum veteres tum recentiores, haec verba dum conantur explicare vel emendare.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὁμολογῶ κλέπτειν' σὺ δ' οὐχί.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

νῆ τὸν Ἐρμῆν τὸν Ἀγοραῖον,  
καὶ ἐπιορκῶ γε βλεπόντων.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἄλλοτρια τοίνυν σοφίξει,

300

καὶ φανῶ σε τοῖς πρυτάνεσιν

ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν † ἱε-

298 sq. Cleoni priorem, Isiciario alterum tribuunt V R alii (vs. 300—302 autem Cleoni).

298. ἐπιορκῶ] \*ἐπιορκεῖν? || γε βλεπόντων] γ' ἐμβλεπόντων Porson probabiliter; vid. tamen commentarius et vs. 420, ἐμβλέπειν autem apud Aristophanem non reperiō.

299. Post hunc excidisse versiculum, e. g. δῆλος εἶ τις ὦν σοφιστής, coniecit vVelsen. Cf. commentarius.

300. φανῶ σε Porson] σε φανῶ metro invito codd.; σε φαίνω Burges (ut Ach. 819 et 912, cf. supra vs. 278), quod non recipiendum, quoniam prytanes non iam adsunt. Futuro autem simillimis locis noster utitur infra vs. 832 et Thesm. 764, vid. etiam Ach. 914.

296. κλέπτειν] i. e. κλέπτῃς εἶναι <sup>1)</sup>. Cf. verborum νικῆν φεύγειν similitium usus praegnans. — Eurem me profiteor, tu noui item.

297 sq. Immo vero ego lubentissime hoc fateor; quid quod peierare soleo non vidisse homines id quod viderint. — Homuncio foro innutritus <sup>2)</sup> ibi didicit κλέπτων ἐπιορκεῖν καὶ βλέπειν ἐναντίον <sup>3)</sup>. Invocat autem Mercurium Ἀγοραῖον sive Ἐμπολαῖον <sup>4)</sup>, cuius signum in medio foro stabat <sup>5)</sup>. Cf. vs. 410 et 500.

298. καὶ...γε] vid. ad Ran. 49.

— βλέπόντων] absolute, ut hoc loco, etiam Aeschin. III § 94 usurpatum est hoc participium: Callias et Demosthenes ὀρώτων φρονούντων βλέπόντων ἔλαθον ἑμῶν ὑπελόμενοι.

299. Ergo in artem alienam te insinu-

astī: οὐκ οἰκεία ταῦτα ἔχεις τὰ σοφίσματα <sup>6)</sup>, ἐμὰ ἐστὶ ταῦτα τὰ ἐπιχειρήματα, mihi enim proprium est furari et peierare. Sic haec verba recte interpretari videtur scholion. Quamquam neque quid faceti habeant video equidem neque quomodo cum iis cohaereant sequentia.

300. Similia Thesm. 764 dicuntur, de verbo autem φαίνειν vid. Ach. 542, 819, 824 sqq., 912 sqq., 938. Nempe φάσις erat delatio eorum qui legibus invitis mercem aliquam importabant. Si quis autem huiuscemodi fraudis convictus esset, poenae pars altera cedebat accusatori, itaque non est quod miremur gentem ἀνδρῶν φασιστῶν <sup>7)</sup> sive sycophantarum, quibus artes suae tanta promitterent emolumenta, lactissime Athenis belli praesertim tempore pullulasse <sup>8)</sup>.

<sup>1)</sup> Item vs. 828 et Ran. 611. — <sup>2)</sup> Vs. 293. — <sup>3)</sup> Ut vs. 1239 dicit. — <sup>4)</sup> Ach. 816 Plut. 1155. — <sup>5)</sup> Vid. Pausan. I 15 § 1 etc., Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 414, Lolling in Müller Handb. d. Alt. Wies. III p. 314, 1. — <sup>6)</sup> Cf. vs. 721 et fr. 199. — <sup>7)</sup> Ach. 726. — <sup>8)</sup> Vid. Ach. 517 sqq.

ράς ἔχοντα κοιλίας.

ΧΟΡΟΣ.

Stropha 1 (vs. 303—311).

- 305 ὦ μιὰρὲ καὶ βδελυρὲ κράκτα, τοῦ σοῦ θράσους  
 πᾶσα μὲν γῆ πλέα, πᾶσα δ' ἐκκλησία,  
 καὶ τέλη καὶ γραφαὶ καὶ δικαστήρι', ὦ  
 310 βορβοροτάραξι καὶ τὴν πόλιν ἔπασαν ἡμῶν ἀνατετυρβακώς!

301. *ιέρας*] *ιράς* GHermann metri causa (cf. Thesm. 1068 Ran. 441, 447, 1525), postea *πωλεῖν* (e verbis Athenaei 94*d* memoriter haec afferentis: *φῆσθε σε ἀδεκατεύτους κοιλίας πωλεῖν*). Mihi quoque glossema videtur *ιέρας*, pro quo libenter rescripserim \**ταύτας*.

304. *κράκτα* Dobree] *καὶ κράκτα* vel *καὶ κερκράκτα* (sic V R) codd., *καὶ κατακεκρῶκτα* GHermann (novam vocem parum probabiliter fingens coll. vs. 287), *καὶ βδέλυγος σοῦ θράσους*; Bentley (nullam in antistropha lacunam agnoscens) non recte, neque Bergk *καὶ κερκῶκτα σοῦ θράσους*, omitti enim non potuit articulus.

302. *κοιλίας*] vid. ad Nub. 409.

303. Vid. ad Ran. 465.

304 sqq. Simillima chori verba sunt Thesm. 702: ὡς ἄπαντ' ἄρ' ἐστὶ τόλμης μεστὰ καὶ ἀναισχυντίας, cf. etiam Pac. 554: ἄπαντ' ἦδη ἐστὶ μεστὰ τὰν θάδ' εἰρήνης σαπρῶς; et nobile Periclis apud Thucydidem<sup>1)</sup> dictum de civibus pro patria mortuis: ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος.

304. *κράκτα*] vid. ad vs. 137.

307. *Non conciones tantum et iudicia orplet vox tua impura, sed nulla est publicanorum aedacula, nullum tablinum*<sup>2)</sup> *quin tuae audaciae ostendat vestigia*. — Recte cum hoc versu Casaubonus contulit locutiones qualis est οἱ ἰχθύες = *forum piscatorium*<sup>3)</sup>. Supra vs. 248 *τελώνης* dictus est Paphlago. Praeterea cf. quae de Pericle cunctarum civitatis rerum arbitro dixit Teleclides<sup>4)</sup>.

309—311. His quoque inest comparatio cum torrente illo, unde deductum est verbum *κυκλοβορσῖν*<sup>5)</sup>. *Omnis nostra*

*civitas a te, o homo furiosissime, perturbata tuisque sceleribus veluti coeno mersa iacet*. — Qui nunc *βορβοροτάραξις* dicitur nova voce, cui simile verbum *δοκοτάραξις* in Babyloniis fabula noster adhibuerat<sup>6)</sup>, is infra<sup>7)</sup> audit civitatis *δοιδυδῶς* καὶ *τορύνη*, et in Pace<sup>8)</sup> *κύκηθρον* καὶ *τάρακτρον*, Pacis autem fabulae pars facetissima<sup>9)</sup> ex Cleonis cum *ἀλετριβάθω* comparatione procevit. Simillima infra de eo dicuntur in comparatione lepidissima<sup>10)</sup>. Praeterea cf. Dicaeopolidis verba festiva de maligno quodam sycophanta<sup>11)</sup>: *πάγχρηστον ἄγγος ἔσται, | κρατήρ κικῶν, τριπτήρ δικῶν, | φράειν ὑπευθύνους λυχνοῦ- | χος, καὶ κύλις | τὴ πρᾶγματ' ἐγκυκᾶσθαι*.

311. *ἀνατετυρβακώς*] verbum *τυρβάξει* suum sibi sensum obtinet Vesp. 257, vel in Sophoclis fr. 927: *πολύς δὲ πηλὸς ἐκ πίθων τυρβάζεται*, transfertur autem, ut nostro loco, in Soph. fr. 720: *τυφλὸς... Ἄρης | σὸς προσώπω πάντα τυρβάξει κακά*.

<sup>1)</sup> II 43 § 3. — <sup>2)</sup> *Geen douanekantoor of archief*. — <sup>3)</sup> De quibus vid. vs. 254 et ad Nub. 1065 Ran. 1068. — <sup>4)</sup> Fr. 42. — <sup>5)</sup> Ach. 381; vid. supra vs. 137. — <sup>6)</sup> Fr. 98. — <sup>7)</sup> Vs. 984. — <sup>8)</sup> Vs. 654. — <sup>9)</sup> Vs. 259 sqq. — <sup>10)</sup> Vs. 864—867. — <sup>11)</sup> Ach. 936 sqq.



## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὅστις ἡμῶν τὰς Μήνας ἐκκεκώφωκας βοῶν  
καὶ ἀπὸ τῶν πετρῶν ἀνωθεν τοὺς φόρους θυννοσκοπῶν.

312. ἐκκεκώφωκας Porson] -φρηκας V<sup>2</sup> R alii, -φρησας V<sup>1</sup>, -φρευκας nonnulli.

313. τῶν πετρῶν] τῆς πέτρας Dobree coll. vs. 754. || φόρους] πάρους M male. || θυννοσκοπῶν] -πεῖς Lenting.

312. ἐκκεκώφωκας] cf. Ctesippi de Hippothale verba apud Platonem <sup>1)</sup>: ἡμῶν γούν, ὦ Σώκρατες, ἐκκεκώφωκε τὰ ὄτα καὶ ἐμπλήθηκε Λύσιδος. Metaphorice adhibetur ab Electra Euripidea <sup>2)</sup>: ἄρ' εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφωται ξίφει; quemadmodum στομοῦν de telis acuendis usurpari solet <sup>3)</sup>.

313. Demagogus, qui in pnycis πέτραις <sup>4)</sup> habitat, suo ipsius lucro unice studens ex edito illo loco inhiat sociorum tributis, quae ipso hoc anno sunt duplicata <sup>5)</sup>, et si qui belli aerumnis oppressi cum debita pecunia tardiores adesse videntur, «δῶσατε τὸν φόρον;» misellos homines allatrat iste <sup>6)</sup> «ἢ βροντήσας τὴν πόλιν ὑμῶν ἀνατρέψω;» — Felicissima autem imagine usus, quae non potuit non ferire animum hominum mare Mediterraneum accolentium, piscatori eum assimulat, qui vere ingruente <sup>7)</sup> e specula littorali in altum prospicit <sup>8)</sup>. Cuius oculi exercitatissimi mirandaeque aciei cum eminus cerunt thynnorum agmen littus legens dum prolis causa annum iter perficiunt, advocat socios, et mox cymbae mare petunt, retia disponuntur, coguntur pisces, in fluctibus caeduntur capiuntur. Thynnis in retia ruen-

tibus vaticinium, quod Pisistrato datum est, assimilaverat adversarios ipsi mox profligandos <sup>9)</sup>; thynnus intra retia oppressis Aeschylus in splendidis versibus <sup>10)</sup> assimilavit barbaros Salamine trucidatos; thynnus assimilantur nunc socii miselli, qui vere gregatim adventantes bona sua Athenas deferunt, ut demagogorum scilicet expleant avaritiam insatiabilem. Condignum igitur hoc nebulone est anuli, quo ad scelestas sua decreta obsignanda utitur, sigillum: λάρος κεχηγῶς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν <sup>11)</sup>. — Ad verborum structuram quod adtinet, τοὺς φόρους θυννοσκοπεῖν eiusdem est generis dicendi atque κυνοκοπεῖν τὸ ἰώτον <sup>12)</sup>, vel κοπροφορεῖν τινα <sup>13)</sup>, vel τὰς ἀσπίδας φυλλορροεῖν <sup>14)</sup>, idem enim valet atque τοὺς φόρους θύννουσ σκοπεῖν θυννοσκόπος αὐτός <sup>15)</sup>. Cf. etiam locutiones γεωμετερεῖν τὸν ἀέρα <sup>16)</sup>, φρεωρucheῖν τινα <sup>17)</sup>, τυροπωλῆσαι τέχνην ποιητῶν <sup>18)</sup>, ἱπποκομεῖν κἀνθάρον <sup>19)</sup>, δένδροτομειν ἰώτόν τινοσ <sup>20)</sup>, μηλοσαργεῖν σταμνίον <sup>21)</sup> et Homeri versus <sup>22)</sup> ubi Hebe θεοῖσι νέκταρ Φοινοχοεῖν dicitur, i. e. deorum poculis nectar ita infundere ut vinum solent Φοινοχοοῖ. Cum voce denique θυννοσκόπῳ cf. βαυδοσκόπος <sup>23)</sup>.

<sup>1)</sup> Lysid. 204 c. — <sup>2)</sup> Or. 1288. — <sup>3)</sup> Vid. ad Nub. 1108. — <sup>4)</sup> Cf. vs. 754, 783. — <sup>5)</sup> Vid. ad Vesp. 657, CIA. I 243. — <sup>6)</sup> Vesp. 671. — <sup>7)</sup> Aristot. Hist. Nat. VIII 15, cf. VI 18. — <sup>8)</sup> Theocrit. III 26 Aelian. Hist. Anim. XV 5 Strab. V p. 223, 225 XVII p. 834. — <sup>9)</sup> Herodot. I 62. — <sup>10)</sup> Quos noster respexit Vesp. 1088. — <sup>11)</sup> Vs. 956. — <sup>12)</sup> Vs. 289. — <sup>13)</sup> Vs. 295. — <sup>14)</sup> Av. 1481. — <sup>15)</sup> De quo loquendi genere vid. ad Ran. 159 Cobet Var. Lect. p. 69, Mnemos. 1859 p. 35, 1875 p. 247, Naber Mnemos. 1878 p. 257, 1899 p. 163. — <sup>16)</sup> Av. 995. — <sup>17)</sup> Lys. 1033. — <sup>18)</sup> Ran. 1369. — <sup>19)</sup> Pac. 74. — <sup>20)</sup> Pac. 747. — <sup>21)</sup> Lys. 196. — <sup>22)</sup> J 3. — <sup>23)</sup> Pac. 810. Perquam insulsum est quod in fine scholii ceteroquin non mali legitur: ἡμα δὲ καὶ εἰς ὀμοφαγίαν διαρᾶλλει (Cleonem).



## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἶδ' ἐγὼ τὸ πρᾶγμα τοῦθ' ὄθεν πάλαι καττύεται.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

315

εἰ δὲ μὴ σύ γ' οἶσθα κάττυμ', οὐδ' ἐγὼ χορδεύματα,  
ὅστις ὑποτέμων ἐπώλεις δέγμα μοχθηροῦ βόου;  
τοῖς ἀγροίκοισιν πανούργως, ὥστε φαίνεσθαι παρῷ,  
καὶ πρὶν ἡμέραν φορῆσαι, μεῖζον ἢν δυοῖν δογμαῖν.

314. *Scio hic dolus unde consuetur iam- dudum* <sup>1)</sup>. — Quod nunc καττύειν dicit Paphlago verbo e sutrina desumpto, id priscais poetis est κακὰ ἔαπειν <sup>2)</sup> et δόλον vel μῆτιν ὑφαίνειν <sup>3)</sup>. Cf. etiam μηχανογράφος <sup>4)</sup>. Graeca autem exempla secutus Plantus *dolos consuere* dixit <sup>5)</sup>. Praeterea vid. Artaphrenis ad Histiaeum verba <sup>6)</sup>: τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραφας μὲν αὐ, ὑπεδήσατο δ' Ἄρισταγόρης, et ἐπικαττύειν καὶ περιρίζειν de poetis fabulas suas retractantibus dictum <sup>7)</sup>. De substantivo καττύματι solea vid. Vesp. 1160.

315 sqq. *Nil mirum istud te nosse, est enim artis tuae!* — Quis melius sciat quid sit κάττυμα quam tu, qui rusticis urbem visentibus nihilque mali suspicatis tenuissima et vilissima coria pro densis solidisque vendere solebas olim!

315. χορδεύματα] *minuta* <sup>8)</sup>.

316. Margines suorum coriorum reseans cultrum in obliquum ducebat iste βυροσπωλικῶς, ut segmenta crassiora viderentur quam essent. — Sic ἐριοσπωλικὸν est lanae affundere aquae aliquid, quo videatur gravior <sup>9)</sup>, singulisque artibus suae sunt fraudes ad decipiendos omtores. Dignum autem quod conferatur est ὑφ' ὀσομεῖν verbum recte tractandi sensu adhibitum in altera ad Timotheum epistula <sup>10)</sup>.

— ἐπώλεις] *ante hac vendere solebas* — cum nondum ad hodiernam istam famam pervenisses. Cf. Nub. 675 sq.

— μοχθηροῦ] *miselli*, annis laboribus morbo confecti <sup>11)</sup>, qui ante aratrum fortasse vel ante plaustrum in via publica conciderit. Multo nimirum deterius est huiuscemodi animalium corium quam bovis qui florens vigensque ad aram deorum fuerit mactatus. Quapropter validissimum lorum Homerus vocat ἱμάντα βόους *Ἴφι κταμένοιο* <sup>12)</sup> *vi caesi*, et πένδιλα βόους *Ἴφι κταμένοιο* Hesiodus ὑποδήσασθαι iubet tempore hiberno <sup>13)</sup>. Recordemur oportet rariorem inter Graecos fuisse boum usum in victu, frequentem vero in agricultura et in oneribus transvehendis.

318. *Et cum nondum totum unum diem soleis ex isto corio confectis usi essent, binis palmis largiores factae erant* <sup>14)</sup>. — Dativus mensurae est δυοῖν δογμαῖν, ut Eubul. fr. 119<sup>9)</sup>: μακροτέρας δ' οὐσης ἔτι | πλείν ἢ δυοῖν ποδοῖν . . . τῆς σιῶς, cum umbra nondum viginti esset pedum <sup>15)</sup>, sed duobus fere pedibus etiam esset largior, vel in Pythiae verbis Herodot. I 91 ἐπιστάθω Κροῖσος ὕστερον τοῖσι ἔτεσι τούτοις (tribus annis) ἄλοος τῆς πεπωμένης, cf. etiam Herodot. I 192 ἢ ἀρτάγη χωρίει μεδῖμου Ἰατικῷ πλέον χόινιζι τρισὶ Ἰατι-

<sup>1)</sup> *Ik weet allang wie me dat lapt.* — <sup>2)</sup> Σ 367 etc. — <sup>3)</sup> Z 187 H 321 etc. — <sup>4)</sup> Soph. Oed. R. 387 Eur. Andr. 447, 1116. — <sup>5)</sup> Amphitr. I 1, 211. — <sup>6)</sup> Herodot. VI 1. — <sup>7)</sup> Com. fr. adesp. 46. — <sup>8)</sup> Vid. ad vs. 214. — <sup>9)</sup> Ran. 1387. — <sup>10)</sup> II 15. — <sup>11)</sup> *Afgejakkerd.* — <sup>12)</sup> Γ 375. — <sup>13)</sup> Oper. 541. — <sup>14)</sup> *Gerekt.* — <sup>15)</sup> Eubul. *ibid.* vs. 7.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

καὶ ἐμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταῦτόν, νῆ Δί', ὥστε καὶ γέλων  
 320 πᾶμπολον τοῖς δημόταισι καὶ φίλοις παρασχεθεῖν.  
 πρὶν γὰρ εἶναι Περγασῆσιν, ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσιν.

## ΧΟΡΟΣ.

Stropha 2 (vs. 322—325).

ἄρα δῆτ' οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐδήλους ἀναί-  
 325 δειαν, ἥπερ μόνη προστατεῖ τῶν ζητόρων;

319—321. Choro dantur in scholio ad vs. 319, Niciae tribuit Elmsley, hunc enim Pergasaeum fuisse (vid. Athen. 537c). At Cydantiden fuisse e CIA. I 188 efficit Kirchner, in scena autem nunc ei locum non esse docuit Beer.

319. καὶ ἐμὲ (κἀμὲ) τοῦτ' ἔδρασε ταῦτόν νῆ Δί' Porson] καὶ (om. R) νῆ Δία κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταῦτόν codd.; alii alia tentarunt, equidem \*ναὶ μὲ Δί' ἐμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταῦτόν. || καὶ γέλων Elmsley] κατὰ γέλων codd. (K/ igitur signum male est lectum).

320. δημόταισι καὶ] δημόταισ[ι] καὶ τοῖς; V alii fortasse recte (cf. Nub. 1209 Ran. 1487 sqq.), minus tamen numero.

325. τῶν ζητόρων] syllaba abundat; Bentley ζήτόρων, Dobree ζήτορος, sed ipsa vox ζήτορ molesta, quapropter malim \*τῆς; ποικίως.

κῆσι, VI 106 πόλι λογίμω ἢ Ἑλλάς γέγονε ἀσθενεστέρη <sup>1)</sup>. Praeterea vid. comici anonymi versus: οὗτοι δ' ἀφραστῆκασι πλείν ἢ δύο δοχμά <sup>2)</sup>.

319. ὥστε καὶ] cf. Ach. 143.

320 sq. Haec qui dicit, licentia utitur quae in scena comica minime rara erat <sup>3)</sup>. Nam meras nugas praebet scholion: διαβολὴ τῶν Ἀθηναίων, εἰ καὶ δοῦλος παρ' αὐτοῖς ὁ δῆμος ἀπαγγέλλεται. Plane homo hic Atheniensis negligit nunc partes quas agit sive servi sive Demosthenis, ita autem loquitur ut mox larva remota eum familiaribus domi vel in foro confabulabitur. Quapropter nihil nunc quidem iuvat nos scire cuiusnam tribus pagive fuerit Demosthenes praetor, egregie autem errant qui Pergasaeum eum fuisse hinc efficiebant, quos dein refutarunt alii allata inscriptione unde Aphid-

naeum fuisse apparet <sup>4)</sup>. Sed nihilo probabilius est quod ex nostri loci anctoritate fuit qui contenderet <sup>5)</sup>: eos qui Athenis Aphidnas peterent medio fere itinere peracto Pergasas pervenisse. Id unum verba Aristophanis luculenter testantur, quod dudum indicantur interpretes <sup>6)</sup>: urbi proximum fuisse Pergasas oppidulum, cuius situs aliunde accuratius definiri haecenus non potuit.

320. Cf. Nub. 1209.

321. *Pes vagus in laxa mihi pelle natabat* <sup>7)</sup>, male *laxus in pede calceus haerebat* <sup>8)</sup>. Ἀφροικίας autem est μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν <sup>9)</sup>.

322—325. *Inde ab initio igitur in te conspicua fuit ista impudentia, quae plebeculae duci est utilissima.* — Simillimum est exordium choricum Vesp. 463: ἄρα δῆτ' οὐκ αὐτόδηλα | τοῖς πένησιν κτέ.

<sup>1)</sup> Etiam Nub. 640 hic est afferendus: παρεκόπην διχοκίω, quo loco non debueram obtemperare Blaydesio διχοκίω rescribenti; inest enim verbo παρακόπησθαι comparatio quaedam. — <sup>2)</sup> Cratin.(?) fr. 350. — <sup>3)</sup> Vid. vs. 335 Nub. 601 Thesm. 1140 Ran. 1531. — <sup>4)</sup> CIA. I 273 (Dittenb. Syll. 29<sup>18</sup>). — <sup>5)</sup> RLöper. — <sup>6)</sup> In his Kock. — <sup>7)</sup> Ovid. Art. Amat. I 516. — <sup>8)</sup> Horat. Sat. I 3, 31. — <sup>9)</sup> Theophr. Charact. 4.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἦ σὺ πιστεύων ἀμέργεις τῶν ξένων τοὺς καρπίμους,  
πρῶτος ὢν· ὁ δ' Ἴπποδάμου θλίβεται θεώμενος.

326. ἀμέργεις [Bothe e scholii interpretatione] ἀμέλγει R, ἀμέλγεις cett.; idem vitium habent mss. complura Apollonii Rhodii locis in commentario laudatis. Kock mavult ἀμέργει, sed recentiorum hoc videtur.

327. Ἴπποδάμου] Ἴππόδαμος l. a. in schol., unde vVelsen metri causa Ἴπποδάμου σε. GHermann coniecit Ἴπποδάμου (cf. Eur. Hipp. 1451), Kock Ἴπποδάμαντος. Sed non plectitur metrum, notum enim ex inscriptionibus est nomen Ἴπποδήμου (vid. Dittenb. Syll. 137<sup>9</sup>), doricam autem huius nominis formam in Attico homine minime inauditam esse observavit Erdmann collatis nominibus Archidamo et Archidamo Andocid. I § 35 Isae. VII § 13. || \*θλίβεται] λείβεται codd., quod in scholiis verbis καταλείβεται τοῖς δίκουσι et ἠκτάται absurde explicatur; λείβεται coniecerat vEldik.

326. ἀμέργεις] i. e. καρπολογεῖς, ὀρέπεις, decerpis. Verbo rariore usus est etiam comicus ignotus 1): ὁ μὲν τις ἀμπέλου; | τρυγῶν ἄν, ὁ δ' ἀμέργων ἑλάας, unde videmus eo designatum esse officium τῶν ἐλαολόγων<sup>2)</sup>. Praeterea vid. Sappho<sup>3)</sup> ἄνθ' ἀμέργουσαν, Eur.<sup>4)</sup> καρπὸν ἀμέρξων, Theocr.<sup>5)</sup> ἀμερξάμεναι... φύλλα, Apoll. Rhod.<sup>6)</sup> καρπὸν ἀμέργουσι et ἄνθεα... ἀμερξόμεναι.

327. O tu qui — et in rep. et nunc in theatro — primum obtines locum: at Hippodami ille filius inter plebeculam premitur! Tu ex olida tua officina in honorificentissimum istum locum evolasti, propter bellicam scilicet tuam virtutem proedria donatus et viris generosis spectataeque fidei, qualis est Archeptolemus, antepositus. — Honor ille Cleoni nuper tributus respicitur etiam infra<sup>7)</sup>, ubi Paphlagoni per τὴν προεδρίαν τὴν ἐκ Πύλου iuranti „ἰδοῦ, προεδρίαν!“ cachinnans dicit isiciarius: „οἷον ὄμομαί σ' ἐγὼ | ἐκ τῆς προεδρίας ἔσχατον θεώμενον!“ erit cum plebi denuo intermixtum te videam istic,

ubi nunc delitescunt viri te multo meliores! Hippodami autem filius quem dicit coryphaeus est Archeptolemus<sup>8)</sup>, qui nuper τὴν εἰρήνην φέρον repulsam tulerat. Lacedaemoniis nimirum inde a natalibus favens — nam doricam originem patris nomen arguit — auctor fuerat ut post captam Sphaerierum pax medicribus condicionibus fieret; Cleon vero strenue ei obstiterat<sup>9)</sup>. Haud alium virum Archeptolemus se praestitit anno decimo quarto post. Nam instituto quadringentum virorum imperio Spartam legatus profectus cum Antiphonte et Onomacle<sup>10)</sup> tales inde rettulit pacis condiciones quae minime e rep. essent<sup>11)</sup>, mox autem restituto statu populari cum de legatione illa inquisitus esset ex decreto publico, prodicionis damnati Archeptolemus et Antiphon ultimo supplicio sunt affecti, bona publicata, domus dirutae<sup>12)</sup>. — Verbum θλίβεται<sup>13)</sup> magis etiam festive nunc est adhibitum si verum est quod suspicor, obesum fuisse Archeptolemum.

1) Fr. adesp. 437. — 2) Vesp. 712. — 3) Athen. 554b. — 4) Herc. 396. — 5) XXVI 3. — 6) I 882 IV 1141. — 7) Vs. 702 sqq.; vid. etiam vs. 575. — 8) Αρχεπτόλεμος Ἴπποδάμου Ἀγροληθῆν in lapide mox laudando. — 9) Vid. praesertim infra vs. 794—796 et praeterea vs. 394, 670 sq. Pac. 665—667, Thucyd. IV (15 sqq., 21 sq.) 41 § 3 sq. Vesp. Prolegom. p. XXX. — 10) Thucyd. IV 71 § 3. — 11) Ibid. c. 91 § 1. — 12) Teste lapide quem olim excerpit Caecilius: [Plut.] in vita Antiphontis p. 833 sq.; cf. Lys. XII § 67. Docte de hoc loco disputarunt Meier Philol. Blätter Breslau 1817, Erdmann in Philologo XLII p. 199 sq. — 13) Quod iure restituisse mihi videor.

## ΧΟΡΟΣ.

Stropha 3 (vs. 328—332).

ἀλλ' ἐφάνη γὰρ ἀνὴρ ἕτερος πολὺ  
 σοῦ μικρότερος, ὥστε με χιρίζειν,  
 330 ὅς σε παύσει καὶ πάρεισι — δῆλός ἐστιν — αὐτόθεν  
 πανουργίᾳ τε καὶ θράσει  
 καὶ κοβαλικεύμασιν.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(ad isiciarium:)

ἀλλ', ὦ τραφεῖς ὀθενπέρο εἰσὶν ἄνδρες οὔπερ εἰσὶν,  
 νῦν δεῖξον ὡς οὐδὲν λέγει τὸ „σωφρόνως τραφῆναι.“

## SCENA OCTAVA.

Eidem.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

335 καὶ μὴν ἀκούσαθ' οἷός ἐστιν οὗτοσὶ πολίτης.

330. Ante αὐτόθεν sententiam incidit GHermann.

333. οὔπερ εἰσὶν] οἱ πονηροὶ Naber.

330. σε παύσει] ut hoc loco, sic alibi <sup>1)</sup>  
 abest participium, quod mente suppleri  
 potest facillime.

— πάρεισι] praevertet, superabit; vid.  
 ad vs. 56.

— αὐτόθεν] ilico, statim <sup>2)</sup>.

332. κοβαλικεύμασιν] vid. ad Ran. 104.

333 sqq. *At tu, qui in illo seminario  
 es enutritus, unde omnes prodierunt qui  
 vinorum nomine digni sunt, nunc ostende  
 nihil esse priscum illum pudorem.* —  
 Nimirum ἐξ ἀγορᾶς est noster homuncio <sup>3)</sup>,  
 quo qui conveniunt, ἀλλήλους ὀμνύετε;  
 ἐξαπατῶσιν <sup>4)</sup>.

333. ἄνδρες] vid. ad Nub. 823.

334. Similibus verbis chorus iusti in-

justique oratorum certamen introducit  
 Nub. 949 sqq.: νῦν δεῖξτεον... ὀπότερος;  
 αὐτοῖν λέγων ἁμείων φανήσεται.

— οὐδὲν λέγει κτί.] *inanis vox est illud  
 „liberaliter educari“*, merum est verbum  
 sine sensu, λόγος ἐστὶ. Item Eur. Suppl.  
 596 ἀρετὴ οὐδὲν λέγει <sup>5)</sup> βροτοῖσιν, et igno-  
 tus tragicus cuius verba in ore Bruti  
 inclaruerunt <sup>6)</sup>; ὦ τλήμων ἀρετὴ, λόγος; ἄρ'  
 ἦσθ'! ἐγὼ δέ σε | ὡς ἔργον ἦσκουν. Sic  
 dicunt τί λέγει; quid significat? <sup>7)</sup>. Cf.  
 dictionum κρεῖττον σωπᾶν ἢ μηδὲν λέγειν  
*salius est tacere quam nihil dicere* i. e. nu-  
 gas fundere.

335. πολίτης] servum esse Paphlago-  
 nem nunc obliviscitur; cf. vs. 320 sq.

<sup>1)</sup> Vs. 862, 877, 879 Pac. 921 Eccl. 718 Plut. 505 Soph. Oed. R. 397 Herod. V  
 38 Lys. XXXIII § 2 etc. — <sup>2)</sup> Item Eccl. 246 Pherecrat. fr. 84 Thucyd. I 141  
 § 1 Plat. Conviv. 213a Xen. Hellen. II 2 § 13 etc. — <sup>3)</sup> Vid. vs. 181 et ad  
 Nub. 991. — <sup>4)</sup> Iudice Cyro apud Herodotum I 153. — <sup>5)</sup> L. a. φέρει. — <sup>6)</sup> Apud  
 Dion. Cass. XLVII 49. — <sup>7)</sup> Vs. 1059 etc.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(cum minis se ei opponens:)

οὐκουν μ' ἑάσεις;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

μὰ Δί', ἐπεὶ καὶ ἐγὼ πονηρός εἰμι.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἐὰν δὲ μὴ ταύτη γ' ὑπέικη, λέγ' ὅτι „καὶ ἐκ πονηρῶν“

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(dum vehementius ei minatur:)

οὐκ αὖ μ' ἑάσεις;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

μὰ Δία.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ναὶ μὰ Δία.

(Arripit isiciarium.)

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(dum cum Paphlagone colluctatur:)

μὰ τὸν Ποσειδῶ,

ἀλλ' αὐτὸ περὶ τοῦ πρότερος εἰπεῖν πρῶτα διαμαχοῦμαι.

(Paphlago anhelus et titubans recedit.)

336. οὐκουν (οὐκοῦν) P] οὐκ αὖ cett.

337. Demostheni dedi; in codd. est Chori. Cf. vs. 341, 359 sq., 366.

338. οὐκ αὖ] οὐκοῦν P.

339. In V aliisque post vs. 336 est collocatus; del. Dindorf. || αὐτὸ] αὐτὸ τοῦτο V alii. || διαμαχοῦμαι] διαμαχοῦμαί σοι R.

337. ταύτη] *ista via*<sup>1)</sup>. Isto argumento si non fuerit victus, maius quid adde.— ἐκ πονηρῶν] non omissum est εἶ, quod soloecum foret, sed isiciarium repetere id iubet Demosthenes quod modo ex ipso audivit<sup>2)</sup>.338. οὐκ αὖ μ' ἑάσεις;] *ecquid ne nunc**quidem* (cf. vs. 336) *missum me es facturus?*<sup>3)</sup>. Adverbium αὖ licet verbo *ἐὰν* nunc sit additum, revera tamen *iubendi* verbo mente est iungendum: *denuo nunc te iubeo me sinere*<sup>4)</sup>. Cf. homuncionis hirundinem iterum vocantis verba: *ταυ-οἴπτρε ποικίλα μάλ' αἴθρι:*<sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> Item nos: *op die manier*. — <sup>2)</sup> V. 186, ubi vid. — <sup>3)</sup> Cf. Vesp. 942 Xen. Conv. IV 21 Pac. 281 etc. — <sup>4)</sup> Item apud nos minantis et depugnare parati est: *Nog eenmaal, zult ge me nu nog niet met vrede laten?* — <sup>5)</sup> Av. 1415.



## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

340 οἷμοι, διαρραγήσομαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὴν ἐγὼ οὐ παρήσω.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

πάρες, πάρες, πρὸς τῶν θεῶν, αὐτῶ διαρραγήναι.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τῶ καὶ πεποιθὸς ἀξιούς ἐμοῦ λέγειν ἔναντα;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὅτι λέγειν οἶός τε καὶ ἐγὼ καὶ καρυλοποιεῖν.

340. ἐγὼ Bothe] ἐγὼ σ' codd., σ' ἐγὼ Bentley, quod non recipiendum, sic enim Isiciarii verba significarent: *missum te non faciam*, neque Demosthenes in aliam significationem detorquere ea posset.

341. Demostheni dedi; in codd. est Chori. Cf. vs. 337.

342. ἐμοῦ λέγειν ἔναντα Bothe] ἐμοῦ λέγειν ἔναντία codd., λέγειν ἐναντίον μου Burney non recte, nam enclitica pronominis forma hinc aliena, ἐμοῦ γ' ἔναντί' εἰπεῖν Reisis, ἐμοῦ βλέπειν ἔναντα Kock (ut Soph. Ant. 1299 Eur. Med. 470 Hec. 968), *facundiae* enim sequenti demum versu fieri mentionem. Ceterum vix Aristophaneum videtur ἔναντα, licet apud tragicos non sit inauditum (Soph. Ant. 1299 Eur. Or. 1478).

343. καρυλοποιεῖν] καρυλοποιεῖν V<sup>1</sup> R alii.

340 sq. Paphlagoni frustra furenti et „*vac ira disrumpar!*” vociferanti<sup>1)</sup> isiciarius „*hoc autem scias velim*” ait „*me nihil quicquam remissurum*”<sup>2)</sup>, quod eodem redit ac si diceret: cave autem ne demum pugnīs meis occurras, nam peius etiam mulcabere. Sed verbo, quod intransitive adhibuerat isiciarius, Demosthenes ioculariter alterum *sinendi* sive *permittendi*, *concedendi*<sup>3)</sup> sensum nunc tribuens „*immo iste dispereat sine obscuro!*” exclamat. — Recordemur nunc oportet in diris fuisse διαρραγήν(ς) = ἀπόλοι(τ)ο vel ἐπιτριβείν(ς)<sup>4)</sup>.

342. τῶ] neutrum est; vid. Nub. 385 et ad Ran. 1184.

— καί] in enunciatis interrogativis verbo praemissum reperitur etiam vs. 274 καὶ κέρραγας; Nub. 840 τί... καὶ μάθοι τις ἄν; Pac. 1289 τοῦ καὶ ποτ' εἶ; Lys. 836 τίς καὶ ἐστίν ποτε; Eccl. 1014 τί ποτε καὶ ἐστι et in oratione indirecta Nub. 1344 ὃ τι καὶ λέξεις, Eccl. 946 ὃ τι καὶ δράσεις<sup>5)</sup>. Praeterea vid. ad Nub. 210.

343. οἶός; τε] omissum est εἰμί, ut Lys. 719 ἐγὼ... οὐδέτι | οἶα τε.

— καρυλοποιεῖν] in suae artis verbula relabens<sup>6)</sup> praeter expectatum hoc addit isiciarius. Quod per metaphoram dictum esse<sup>7)</sup> vix probabiliter statuit Blaydes; nam huiusmodi metaphora tum demum posset intellegi si additum esset

<sup>1)</sup> Cf. Ran. 255. — <sup>2)</sup> *En reken er maar gerust op dat ik niet zal toegeven.* —

<sup>3)</sup> Verbum *παρίεναι* *tivi concedere alicui* usurpatum est e. g. Herodot. VI 161 Soph. El. 1482. — <sup>4)</sup> Vid. Av. 2, 1257 Pac. 32. — <sup>5)</sup> Cf. e. g. Herodot. I 11 *τέω καὶ τροπῶ ἐπιχειρήσομεν αὐτῶ*; — <sup>6)</sup> Cf. vs. 216. — <sup>7)</sup> Ut nostrum: *zoete broodjes bakken.*

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

1δού, „λέγειν“! καλῶς γ' ἂν οὖν σὺ πρῶγμα προσπεσόν σοι  
 345 ὤμοσπάρρακτον παραλαβὼν μεταχειρίσαιο χρησιῶς!  
 ἀλλ' οἷόςθ' ὃ μοι πεπονθῆναι δοκεῖς; ὅπερ τὸ πλήθος.  
 εἴ που δικίδιον εἶπας εὖ κατὰ ξένου ἢ μετοίκου,  
 τὴν νύκτα θρυλῶν, καὶ λαλῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς σεαυτῶ,

344. οὖν σὺ... προσπεσόν] εἴ τι... προσπέσαι Blaydes; σὺ habet solus I, σοι R, om. reliqui, τι Aldina.

346. οἷόςθ' οἶδ' legit scholiasta (male). || ὃ μοι πεπονθῆναι] ὅπερ πεπονθῆναι μοι V R alii.

347. κατὰ ξένου] κατ' ἄξιου vVelsen (novum nomen temere fingens), κατ' ἀπροξέ-  
 ρου duris numeris Müller Strübing, κατ' ἀξίου Kähler, — infeliceiter omnes, si quid  
 video. || ἦ] inseruit Meineke. Vulgatam non tuetur Soph. Oed. R. 452, quapropter  
 lenem Meinekii coniecturam recepi, dubitans tamen an vitiosum sit μετοίκου. Pro  
 quo κατ' οἷκον (cum verbo θρυλῶν iungendum) tentat Hartman (cf. Lys. 261), sed  
 vereor ut recte, quoniam κατὰ ξένου praecedat. Adiectivum vel participium ali-  
 quod expecto equidem, e. g. πανούργου, fuit autem cum χολῶντος; tentarem scholi-  
 i verbis, quae versui 354 adscripta extant, plectectus; vid. commentarius ad vs. 349.

e. g. λόγους<sup>1)</sup>. Itaque *καρυκοποιεῖν* propria  
 sua vi nunc usum valet *ποιεῖν καρυκῆν*,  
 fuisse autem *καρυκῆν* dapem a Lydis  
 inventam ex viginti de arte culinaria  
 scriptorum auctoritate docet Athenaeus<sup>2)</sup>.  
 In Achaei Alcmeone satyrico Delphos  
 nescio quis per irrisionem vocabat *κα-  
 ρυκοποιού*; propter crebra sacrificia. Op-  
 sonia artificiose parata Alexis<sup>3)</sup> dicit *κεκα-  
 ρυκευμένα ὄψα*.

344 sq. „Siccine tu putas? Quam tur-  
 piter te dares, si negotium aliquod a  
 lanio recens, sanguinolentum adhuc et  
 tantum non vivum, tibi traderetur tra-  
 ctandum!“<sup>4)</sup>. — Irridentis est ἰδού, de  
 quo genere loquendi vid. ad Ran. 1205;  
 dein ironice additur *καλῶς*; iterumque  
*χρησιῶς*<sup>5)</sup>.

346. *πεπονθῆναι*] vid. ad Nub. 234.

— τὸ πλήθος] nempe his annis in urbe  
 erupit furor ille iudicialis; itaque cu-

iusvis esse iam videtur coram iudicibus  
 causam snam orare<sup>6)</sup>.

347. εἴ που] *sicubi*, i. e. *si quando* 7).  
 Sic etiam interrogativum *ποῦ* de tempore  
 usurpant qui animo commotiore loquun-  
 tur, qua de re vid. ad Nub. 370.

— ξένου ἢ μετοίκου] haec si sana<sup>8)</sup>,  
 gradatio iis inest<sup>9)</sup>. Nam hominem pe-  
 regrinum in iudicio vincere, id non ita  
 magnae artis esse videbatur; inquilini  
 vero, quos ἄχρρα τῶν ἀσπῶν dixit no-  
 ster<sup>10)</sup>, cum civibus ita consueverant ut  
 ipsi paene cives viderentur nec tam fa-  
 cile possent circumveniri atque opprimi.

348 sq. θρυλῶν... λαλῶν... πίνων... ἐπι-  
 οικου... ἀνῶν] *imperfecti* haec esse partici-  
 pia vix est quod observem.

348. Conferantur Electrae ad fratrem  
 verba<sup>11)</sup>: καὶ μὴν δὲ ὄρθρων γ' οὐποτ'  
 ἐξέλιπανον | θρυλοῦσ', ἅ γ' εἰπεῖν ἤθειλον  
 κατ' ὅμμα σόν.

<sup>1)</sup> Qualem vocem ipse de suo supplet ille, vertens: *to concoct a speech, dress up a story*. — <sup>2)</sup> 516c; cf. ibid. 160 a Menandr. fr. 462<sup>7)</sup>. — <sup>3)</sup> Fr. 163<sup>6)</sup>. — <sup>4)</sup> *Je zoudt ook wat met zoo'n lillend brok zaak weten aan te vangen!* — <sup>5)</sup> Vid. ad Nub. 8. — <sup>6)</sup> Vid. ad Nub. 208. — <sup>7)</sup> Item Ach. 520. — <sup>8)</sup> Vid. annot. crit. — <sup>9)</sup> Cf. Pac. 297. — <sup>10)</sup> Ach. 508. — <sup>11)</sup> Eur. El. 909 sq.

ὔδωρ τε πίνων, καὶ ἐπιδεικνύς τοὺς φίλους ἀνιῶν,  
350) ῥῶν δυνατὸς εἶναι λέγειν. ὧ μῶρε τῆς ἀνοίας!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί δαὶ σὺ πίνων τὴν πόλιν πεποιήκας ὥστε νυνὶ  
ὑπὸ σοῦ μονωτάτου κατεγλωτισμένην σιωπᾶν;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἔμοι γὰρ ἀντέθηκας ἀνθρώπων τιν'; ὅστις εὐθύς

349. ἀνιῶν Cobet] ε' ἀνιῶν codd.

351 sq. Demostheni tribuit Zacher.

353. τιν' Brunck] τιν' codd. fere omnes.

349. ὔδωρ τε πίνων] cf. vs. 89 et vid. Amphid. fr. 41: ἐνὴν ἄρ', ὡς ἔοικε, καὶ ἐν οἴῳ λόγος, | ἔνοι δ' ὔδωρ πίνοντές εἰς' ἀβέλτεροι. Idem postea de Demosthene oratore multa cura ad dicendum se parante et orationibus suis invigilante<sup>1)</sup> dicebant obtreccatores, ὡς ὔδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός ἐστι τις ἀνθρώπος; <sup>2)</sup>. Qualia cum vix ullum habeant leporem nisi ad certi cuiusdam hominis mores in vulgus notos pertineant, credibile mihi non videtur in universum nunc locutum esse nostrum, suspicor autem huc esse referenda scholii verba, quae versui 354 perabsurde adscripta invenio: νῦν δ' εἴρηκεν ἀπὸ τοῦ Διαγόρα. Quamquam Diagorae nomen quid sibi hic velit non assequor <sup>3)</sup>.

— ἐπιδεικνύς τοὺς φίλους ἀνιῶν] *recitando amicoe enecans* <sup>4)</sup>. Nempe indoctum doctumque fugat recitator acerbus, quem vero arripuit tenet occiditque legendo, non missura cutem nisi plena cruoris hirudo <sup>5)</sup>.

350. ῥῶν] *tunc putabas* (et exinde putas). Intellego quid rei sit: aliquando

nescio quam litem vicisti et tunc orator tibi visus es.

— τῆς ἀνοίας] vid. ad Vesp. 161.

352. μονωτάτου] redit Plut. 182 <sup>6)</sup>. Dictionem vehementiorem reddunt superlativi ducti a vocibus quae comparationem non admittunt. Sic *αὐτότατος* dicitur in Pluto <sup>7)</sup>, cuius pronominis comparativum *αὐτότερον* ab Epicharmo in Aleyone esse usurpatum docet Apollonius de Pron.; *omnium nationum postremissimus nequissimusque* C. Gracchus dixit <sup>8)</sup>, *Δαναώτατος* noster alicubi <sup>9)</sup>, qui superlativus a nomine proprio ductus conferri potest cum Pithetaeri verbis <sup>10)</sup>: *δικαιότατ' ἂν ληφθεῖσα πασῶν Ἰσίδων | ἀπέθανε*.

— κατεγλωτισμένην] hoc verbo etiam Ach. 380 Cleonis facundia contumeliose admodum designatur. Proprium sensum servat Thesm. 131; cf. *καταγλωτισματα* Nub. 51. Translato *conviciandi* sensu comicos etiam *ἐπιγλωτισθεῖσθαι* dixisse testantur grammatici <sup>11)</sup>.

353—355. Tunc miraris quibus artibus efficiam ut nullus civis coram me

<sup>1)</sup> Plut. Demosth. 8. — <sup>2)</sup> Demosth. VI § 30; item XIX § 46, Athen. 44 *e, f*, Lucian. LXXIII § 15. — <sup>3)</sup> Estne *Ἀναγόρα* legendum (*A' — A'*), ut ad Anaxagoram a Cleone accusatum hoc referri voluerit vetus interpres? — <sup>4)</sup> De verbo *ἐπιδεικνύναι* vid. ad Nub. 748. — <sup>5)</sup> Horat. ad Pisones in fine; vid. etiam lepidum Catulli carmen XLIV. — <sup>6)</sup> Item Theocrit. XV 137 Lyeurg. Leocrat. § 88, Hyperides teste Hermogene Rhetor. Spengel II p. 411. — <sup>7)</sup> Vs. 83, *ipsissimus* Plaut. Trinumm. 988. — <sup>8)</sup> Gell. XV 12 § 3. — <sup>9)</sup> Fr. 259. — <sup>10)</sup> Av. 1222. — <sup>11)</sup> Vid. fragm. adesp. 882.

355 θύννεια θερμὰ καταφαγόν, κᾶτ' ἐπιπιὼν ἀκράτου  
οἴνου χόα, κασαλβάσω τοὺς ἐν Πύλῳ στρατηγούς.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δέ γ' ἤνυστρον βοὸς καὶ κοιλίαν ὑέλαν  
καταβροχθίσας, κᾶτ' ἐπιπιὼν τὸν ζωμόν, ἀναπόνητος  
λαρυγγιῶ τοὺς δῆτορας καὶ Νικίαν...ταράξω.

354. ἀκράτου R] -των V alii.

357. ἐπιπιὼν R et Suidas s. v. ἀναπόνητος] ἐκπιὼν cett.

358. Niciae nomen hic miratus Bentley tentabat καὶ σφηγιᾶν ταράξω coll. Vesp. 229.

hiscere audeat? Quis igitur par est mihi, qui recens a coena quotidiana e prytaneo provolans quoslibet praetores confutabo atque confutuum? — Impudentia verborumque fragore Paphlago Cyclopem aemulatur, quem audi apud Euripidem <sup>1)</sup>: ὕταν ἄνωθεν δμβρον ἐκχέη, | ἐν τῆδε πέτρα στέγν' ἔχω σσηνώματα, | ἢ μόσχον ὀπίον ἢ τι θῆριον δάκος | δαινόμενος· εὐ τέγγων τε γαστέρ' ὑπίαν, | ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, πέδον | κρούω, Αἰὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.

354. θύννεια θερμὰ] cuiusmodi nihil Pericli illi oblatum fuerat olim <sup>2)</sup>. Quae quomodo siut paranda docet coquus apud Alexidem <sup>3)</sup>.

355. κασαλβάσω] verbum etiam Hermipp. fr. 71 obviuum ex plebeculae ore est desumptum, perinde atque λαικάσαι illud vs. 167. Nempe hominum incultorum et fuit semper et nunc est, quoties altercantibus minantibus cum vi aliquid affirmantibus aptae voces non suppetant, tonitrus vel fulminis nomen vel impudicum aliquod verbum usque quaque inculcare <sup>4)</sup>. Idem autem nunc valet κασαλβάσαι quod ὕρξισαι, κασαλβᾶς enim dicitur scortum <sup>5)</sup>.

356. ἤνυστρον] *omasum* <sup>6)</sup>, vilem cibum <sup>7)</sup>.

357. καταβροχθίσας] politiores homines καταβροχθίσαι, sed plebeculae et mancipiorum est cibos avidè arreptos καταπιεῖν sive καταβροχθίσαι, *per gulam demittere, deglutire* <sup>8)</sup>.

— ἀναπόνητος] scilicet etiam τὸ ἀπονίζεσθαι <sup>9)</sup> libenter relinquens delicatulis istis hominibus, quos magis etiam contemnit quam ipse Cleon, quoslibet de foro rabulas illois manibus anget atque opprimet.

358. λαρυγγιῶ] alienus hinc est Demosthenis locus <sup>10)</sup>, ubi Aeschines dicitur ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθῶς καὶ λαρυγγίων patriae calamitatibus illudere; ibi enim intransitive adhibitum id valet verbum quod gallicum *s'égosiller*; item apud recentiores <sup>11)</sup>. Nostro vero loco *fauces elidere* vel *praecidere* <sup>12)</sup> vertendum videtur collatis verbis ἀυχενίζειν ἁαχίζειν similibus <sup>13)</sup>.

— Νικίαν...ταράξω] dictum aliquod violentius etiam atque impurius quam cetera quibus hactenus se lacessiverunt cum nemo non expectet, risum extorquet lene verbum ταράξω, quod quam apposite tamen sit dictum de Niciae animo pusillo minimeque constanti, optime norunt auditores.

<sup>1)</sup> Vs. 323 sqq. — <sup>2)</sup> Vs. 283. — <sup>3)</sup> Fr. 186. — <sup>4)</sup> Vid. ad vs. 365. — <sup>5)</sup> Eccl. 1106. — <sup>6)</sup> *Pens.* — <sup>7)</sup> Cf. Horat. Sat. II 5, 40 Epist. I 15, 34. Vox redit vs. 1179 Alex. fr. 273 Mnesimach. <sup>14)</sup> Dioxiipp. 1. — <sup>8)</sup> Verbum legitur etiam vs. 826 Av. 503 fr. 236 (?) Hermipp. fr. 45<sup>4</sup> Antiphan. 190<sup>8</sup>. — <sup>9)</sup> Vesp. 1217. — <sup>10)</sup> XVIII § 291. — <sup>11)</sup> Lucian. XXXIV § 24 XXXVIII § 36 LI § 19 Plut. Mor. 129 a. — <sup>12)</sup> Sic schol. — <sup>13)</sup> An Catull. XVI huc facit?

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

τὰ μὲν ἄλλα μ' ἤρεσας λέγων, ἔν δ' οὐ προσίεται με  
360 τῶν πραγμάτων, — ὅτι μόνος τὸν ζῶμὸν ἐκροφήσει.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' οὐ λάβρακας καταφαγῶν Μιλησίους κλονήσεις.

359 sq. Demostheni tribuit Enger, in codd. sunt Chori; cf. vs. 337. || Virgulam post με scribebat, post πραγμάτων delebat GHermann. || πραγμάτων] ἔργμάτων Blaydes.

360. μόνος] μόνον Bentley non recte. || ἐκροφήσει Elmsley] -σεις codd.; cf. Vesp. 814. Vitium redit Ach. 278 Pac. 716.

361. Choro continuant V et alii. || λάβρακας] -κα Dindorf, grandis enim mensurae esse hunc piscem.

359. μ' ἤρεσας] vid. ad Ran. 103.

— οὐ προσίεται με] videantur quae ad Vesp. 742 observavi.

360. Verba ὅτι μόνος τὸν ζῶμὸν ἐκροφήσει praeter expectatum adduntur. Laudo tua consilia, quamquam unum molestum est: nimirum — vellem non μονόσιτος esses, sed mihi iusculi aliquid esses relicurus.

361. At certe non Milesios tu conturbabis lupis marinis bene pastus. Cum verbo κλονῆσαι cf. substantivum κλόνος<sup>1)</sup>. — Alia rursus haec est piscium species<sup>2)</sup>. Erga Milesios autem Cleonem nescio quid fuisse molitum etiam vs. 932 apparet, neque veri dissimilis est suspicio, de eorum tributo minuendo vel non augendo hoc tempore ad populum fuisse relatum<sup>3)</sup>. Milesios lupos prae ceteris fuisse laudatos docent Arcestrati in Gastrologia verba<sup>4)</sup>: λάμβανε δ' ἐκ Γαίσιμος, ὅταν Μίλητον ἔκηαι, | κιστρία τὸν κέραλον καὶ τὸν Θεόπαιδα λάβρακα. | εἰσι

γὰρ ἐνθάδ' ἄριστοι ὁ γὰρ τόπος ἐστὶ τοιοῦτος. Itaque transitum quendam nunc parat luporum nomen ad Mileti urbis mentionem. — Vox λάβραξ a prisco adiectivo λάβρω (λαβεῖν) avido, impetuoso<sup>5)</sup> est ducta; nempe ἐχθρὸν ὄψοφαγίστατος<sup>6)</sup>, omnium fere piscium voracissimus est lupus, et hanc praesertim ob causam opinor nunc inter Cleonis delicias commemoratur. Stirpi autem λαβρ- additum est suffixum -ᾱξ, quod dictioni familiari rusticae doricae proprium nec non e lingua latina notum est. Cf. σύμφραξ<sup>7)</sup>, στόμαραξ<sup>8)</sup>, θαλάμαξ<sup>9)</sup>, στυπάμαξ<sup>10)</sup>, πλούταξ<sup>11)</sup>, ψιλάμαξ<sup>12)</sup>, νείαμαξ<sup>13)</sup>, φείαμαξ<sup>14)</sup>, φλύαμαξ<sup>15)</sup>, μόθαμαξ<sup>16)</sup>, Φαίαμαξ, Δήμαμαξ<sup>17)</sup>, βώμαμαξ<sup>18)</sup>, κόρδαμαξ<sup>19)</sup>, πόρραμαξ<sup>20)</sup>, πάσσαμαξ<sup>21)</sup>, et animalium nomina ἀσπάλαμαξ ταῖρα, βόαμαξ piscis quidam<sup>22)</sup>, θύνναμαξ<sup>23)</sup>, vid. etiam ad vs. 1. Cavendum autem est ne cum huiusmodi vocabulis confundamus nomina quae desinunt in -ᾱξ: δέλφιακα μειράκια κολύβια etc.

<sup>1)</sup> Nub. 387. Neutrum apud nostram redit. — <sup>2)</sup> Fr. 363, 595 Eupol. 150 Archipp. 25 Eubul. 44, 110 Eriph. 3 Diphi. 66 etc. Horat. Sat. II 2, 31; vid. ad vs. 354. — <sup>3)</sup> Vid. Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 368 sq. annot. — <sup>4)</sup> Athen. 311 a. Cf. ibid. e et scholia ad nostrum locum. — <sup>5)</sup> Hom. B 148 etc. — <sup>6)</sup> Aelian. Nat. Anim. I 30. — <sup>7)</sup> Vesp. 673. — <sup>8)</sup> Nub. 1367 fr. 624. — <sup>9)</sup> Ran. 1074. — <sup>10)</sup> Fr. 696. — <sup>11)</sup> Eupol. fr. 159<sup>9)</sup> Menandr. 462<sup>10)</sup>. — <sup>12)</sup> Fr. 891. — <sup>13)</sup> Nicophont. fr. 10. — <sup>14)</sup> Ran. 909. — <sup>15)</sup> Italis sic dicebantur scurrae (cf. Athen. 621 f), idem igitur quod atticum φλύαρος; vel φλυαρῶν valet haec vox. — <sup>16)</sup> Ad Eq. 635. — <sup>17)</sup> Eq. 823. — <sup>18)</sup> = βωμολόχος, fr. adesp. 966. — <sup>19)</sup> Nub. 540 etc. — <sup>20)</sup> Vs. 849. — <sup>21)</sup> Ach. 763. — <sup>22)</sup> Knorhaan? Athen. 287 a. — <sup>23)</sup> = θύννος, Eriph. fr. 3.



## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλὰ σκελίδας ἐδηδοκῶς ὠνήσομαι μέταλλα.

## ΠΙΦΑΙΓΩΝ.

ἐγὼ δ' ἐπεισπηδῶν γε τὴν βουλήν βία κυνήσω.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δὲ κινήσω γέ σου τὸν προκτὸν ἀντὶ φύσκης.

## ΠΑΦΑΙΓΩΝ.

365 ἐγὼ δέ γ' ἐξέλιξω σε τῆς πυγῆς θύραζε κῦβδα.

(Isiciarium aggreditur; pugnant.)

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

(opem ferens socio:)

νῆ τὸν Ποσειδῶ καὶ ἐμέ τᾶρ', ἦνπερ γε τοῦτον ἔλικης.

(Denuo victus recedit Paphlago.)

364. κινήσω] βινήσω R, φρηήσω Blaydes (coll. Herodot. IV 2 Acharn. 863)

365. δέ γ' δ' R, δέ τ' V et alii. || ἐξέλιξω Porson] ἐξέλιγξω R, ἐξελῶ (vel ἐξολῶ) codd. cett.; vid. versus sequens. || τῆς πυγῆς R] τῆ πυγῆ V et plerique, τῆς πυγμῆς nonnulli.

366. Choro tribuunt V et alii; cf. vs. 337. || τᾶρ' Bothe] γὰρ codd.

362. *At carnibus ingurgitatus equidem redimam* <sup>1)</sup> *metalla*. Metallorum haec mentio festivi quid habeat nos latet, sed huic quoque Cleonis aliquam irrisionem inesse probabiliter statuit Merry.

— *σκελίδας* apud Pherecratem <sup>2)</sup> *σκελίδες ὀλόνημοι* ipsis *ἐγχελείοις* adiunguntur, inter delicatissima igitur opsonia recensentur; sunt autem carnes quae femur tegunt. Apud Herodam <sup>3)</sup> mulieres Aesculapio gallum gallinaceum offerentes alterum *σκελόδρον* <sup>4)</sup> seponunt templi aeditumo.

363. *κινήσω*] vid. ad vs. 251.

365. *At ego pronum te foras protraham*. Ex ipso nimirum theatro. Dicendum erat *pedibus te arripiam*, ut apud Homerum

est *ποδὸς ἔλκειν* <sup>5)</sup> vel apud nostrum *τοῦ σκέλου*; <sup>6)</sup> sed pro verbo *pedibus* aliud nunc iacit Paphlago quo minus honestum eo aptius furorem evomentis, licet in sententiam parum quadret. Talia enim sunt propria plebeculae altercationibus<sup>7)</sup>. Adverbium *κῦβδα* in scholiis recte redidit *κύπτοντά* (*σε*), idem igitur valet quod *κάτω κάρα* <sup>8)</sup>.

366. *Mente facile suppletur ἐλξεις*. *Minantis autem haec sunt verba: hunc si velis abripere, ego prius tibi ero vincendus*. Creontis apud tragicum conferri potest dictum <sup>9)</sup>: *πόλει μαχεῖ γάρ, εἴ τι πημανεῖς ἐμέ* et Neoptolemi <sup>10)</sup>: *οὐ τάχα Τρωοῖν ἀλλὰ σοὶ μαχοῦμεθα*.

— ἦνπερ γε] vid. ad Nub. 251.

<sup>1)</sup> I. e. *conducam*, cf. Nub. 749. — <sup>2)</sup> Fr. 108<sup>13</sup>. — <sup>3)</sup> Mim. IV 89. — <sup>4)</sup> *Crusculum, boutje*. — <sup>5)</sup> π 276 σ 10 etc. — <sup>6)</sup> Lys. 705. — <sup>7)</sup> Vid. versus simillimus Plut. 955, infra vs. 772, 1010 Eccl. 1020, supra ad vs. 355. — <sup>8)</sup> Ach. 945. — <sup>9)</sup> Soph. Oed. R. 837. — <sup>10)</sup> Philoct. 1253.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἶόν σε δήσω ἐν τῷ ξύλῳ!

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(adversarium repulsum irridens:)

διώξομαί σε δειλίᾳς.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἦ βύρσα σου θρανεύσεται.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

370

δερω̄ σε θύλακον κλοπῆς.

367. ἐν] addidit Elmsley.

368 sqq. Cum praecedentibus et inter se parum apte cobaerere contenderunt Helbig alique; damnato vs. 368 trium versuum lacunam agnoscit Oeri, versum 369 post vs. 371 collocat vWilamowitz, cum Oerio versum 370 Cleoni tribuens et vs. 371 Isiciario. Sed multo aptius me iudice versus 370 Isiciario datur et post vs. 369 collocatur. Zacher suspicatur verum versuum ordinem hunc esse: Π. 369. Α. 372. Π. 370. Α. 373. Π. 371. Α. 374.

369. θρανεύσεται] ξανθήσεται alterum scholiastam legisse suspicatur Zacher, quod dubitat an verum sit; sed artis fulloniae hoc verbum (vid. Ach. 320) hinc alienum. Cf. vWilamowitz ad Eur. Herc. 285.

367. Ad minas denuo confugit Cleon pugnis repulsus.

— οἶον] ut...! Item nos wat...! <sup>1)</sup>. Vid. οἶα supra vs. 269.

— ἐν τῷ ξύλῳ] ubi nunc marcescunt Spartiatae illi captivi <sup>2)</sup>.

368. O tu, qui viros esse praetores tunc negabas <sup>3)</sup>, ubi nunc est bellica tua virtus?

369. βύρσα] nihilo aptius quam κρείας <sup>4)</sup> de homine hoc potest dici nisi ioculariter vel in minis et omnino in dictione familiari. Cf. *pellis* apud Iuvenalem X 192.

— θρανεύσεται] verbum hoc alias non obvium quidam testibus scholiis interpretabantur olim *extendetur in θράνει* sive

*scabello* <sup>5)</sup>, quemadmodum „Cambyses „mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractam sellae intendi in eaque „filium eius iudicaturum considerare ius- „sit” <sup>6)</sup> et Scythae hostes caesos ἐκδείραντες καὶ διατείναντες ἐπὶ ξύλων ἐφ’ ἵππων περιφέρειν solebant <sup>7)</sup>; quam veram esse explicationem testari videtur vox Euripidea ἀθράνευτος = ἄστρωτος <sup>8)</sup>. Alii intellegebant *pertundetur* <sup>9)</sup>, in his fortasse Lycophron, cui θρανεύσαι <sup>10)</sup> est συντρίψαι. Id certum est, ad suae artis verba denuo relabi Paphlagonem.

370. *Peram rapinis recipiendis e tua cute parabo* <sup>11)</sup>. Genitivus κλοπῆς; ita nunc adiungitur ut alibi ἀλφίτων, ὄρων, χρυσίου.

<sup>1)</sup> Cf. Ach. 321, 417, 807 Eq. 703 Vesp. 624, 901, 1329 (ubi ante οἶον claudendum est enunciatum), 1188 Pac. 33 Av. 224, 1211, 1646 Thesm. 704, 1133 Hom. P 471 α 410 etc. — <sup>2)</sup> Cf. vs. 394, 705 et vid. ad Nub. 592 et Ran. 618. — <sup>3)</sup> Thuc. IV 27 § 5. — <sup>4)</sup> Vid. vs. 421, 457 et ad Ran. 191. — <sup>5)</sup> Ad Ran. 121. — <sup>6)</sup> Herodot. V 25. Valer. Maxim. VI 3. — <sup>7)</sup> Herodot. IV 64; quod ἀποσκυθίσαι dicebatur (*scalpeeren*). — <sup>8)</sup> Eur. fr. 573. — <sup>9)</sup> συντρίψεται, item Hesych. — <sup>10)</sup> Alexandr. 664. — <sup>11)</sup> Vid. ad Nub. 442.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

διαπατταλευθήσει χαμαί.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

περικόμματ' ἔν σου σκενάσω.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τάς βλεφαρίδας σου παρατιλῶ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὸν προηγοῶνά σου ἐκτεμῶ.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

καὶ νῆ Δ' ἐμβαλόντες αὐ-  
τῷ πάτταλον μαγειρικῶς  
εἰς τὸ στόμ', εἶτα δ' ἔνδοθεν  
τὴν γλώτταν ἐξείραντες αὐ-

375

373. Isiciario tribuit Zacher; vid. ad vs. 368 sqq. || παρατιλῶ R] περιτιλῶ cett.

374. προηγοῶνα Bentley] -ρεῶνα codd.; cf. Av. 1113. || σου] σου γ' R.

377. εἶτα δ' R] εἶτ' cett.

378. ἐξείραντες] -ντος Reiske non recte.

Verbum autem *δέρειν* proprium nunc suum sensum obtinet, sed minis ideo est aptissimum quod *flagris caedendi* sensu usurpari solet <sup>1)</sup>.

371. *διαπατταλευθήσει*] quemadmodum corium recens detractum paxillis solo affigi solet, ne dum siccatur corrugetur<sup>2)</sup>. Sic Mesabatis, cui vivo detracta fuerat cutis, τὸ δέσμα διαπατταλεῦσαι iussit Parysatis<sup>3)</sup>. Cf. etiam crudelissimum Artayctis supplicium, quem Graeci ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν<sup>4)</sup>.

372. *Fartum ex te faciam*<sup>5)</sup>. De voce *περικόμμασι* *minutali*<sup>6)</sup> vid. vs. 770<sup>7)</sup>.

374. *προηγοῶνα*] *ingluviem*<sup>8)</sup>, in quam *προαγείρεται* cibus. Vox proprie de *avibus* dicitur<sup>9)</sup>.

375—381. Plane ut porcum te tractabimus. Qui priusquam iuguletur, ef-

ficiendum est possintne homines sine periculo eius carnibus frui. Itaque effringitur ei os et paxillo distinetur, dein linguae protractae inspicitur pars inferior, qua oris fundo adhaeret; nam si porcus *χαλαῖς* sive *grandine*<sup>10)</sup> *laborat*, illa in parte corporis manifesta sunt morbi vestigia, ἐν γὰρ τῇ γλώττει τῇ κάτω ἔχουσι μάλιστα τὰς χαλαῖας<sup>11)</sup>. Cum versu 375 conferatur Thesm. 222, ubi Mnesilocho «ἐμβαλῶ σοι πάτταλον ἢν μὴ σιωπῆς<sup>12)</sup> minatur Euripides. De particulis εἶτα δὲ ex abundantia additis vid. ad Nub. 624. Verbum *ἐξείρειν* *erxerere* legitur etiam Vesp. 423<sup>12)</sup> et Herodot. III 87, apud eundem autem II 38 scribitur τὴν γλώσσαν ἐξείρας<sup>13)</sup>, qui locus cum nostro est conferendus.

376. *μαγειρικῶς*] cf. vs. 216.

<sup>1)</sup> Vesp. 450, 1286 etc., cf. Eur. Cycl. 237 Plaut. Epid. I 1, 63. — <sup>2)</sup> Cf. Hom. P 393. — <sup>3)</sup> Plut. Artax. 17. — <sup>4)</sup> Herodot. VII 33 IX 120. — <sup>5)</sup> Plaut. Mil. 8. — <sup>6)</sup> Iuvenal. XIV 129. — <sup>7)</sup> Metagen. fr. 6<sup>7</sup> etc. et ad vs. 214 et Nub. 455. — <sup>8)</sup> *Krop.* — <sup>9)</sup> Vid. Av. 1113. — <sup>10)</sup> *Finnen.* — <sup>11)</sup> Aristot. Hist. Anim. VIII 21. — <sup>12)</sup> Ubi vid. — <sup>13)</sup> Vulgo *ἐξείρῶσας*.

380 τοῦ, σκεψόμεσθ' εὖ καὶ ἀνδρικῶς  
 κεληνότος...  
 τὸν προικτόν, εἰ χαλαζῆ.

## ΧΟΡΟΣ.

Antistropa 1 (vs. 382—388).

ἦν ἄρα πυρός θ' ἔτερα θερμοτέρα, καὶ λόγων  
 ἐν πόλει τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστεροι  
 385 καὶ τὸ προᾶγμ' ἦν ἄρ' οὐ φαῦλον † ᾧδ' —.

380. κεληνότος] νότ' ἐς Schütz, perabsurde cum Wielando ratus Demosthenem Paphlagoni militari se totum eius corpus per gulam apertam usque ad podicem inspecturum.

382. θ'] addidit vVelsen.

383. ἐν πόλει] sanum? Vid. commentarius.

384. ἦν ἄρ' οὐ R] οὐκ ἄρ' ἦν V et plerique.

385. φαῦλον] φαῦρον Aldina et fortasse schol.; de qua voce vid. acuta Naberii disputatio Mnemos. 1879 p. 58 sqq. et 1899 p. 157 sqq., qui recte hoc statuit discrimen: φαῦλον = mediocre, leve, facile, φαῦρον malum, vile, spernendum. Item Cobet Coll. Crit. 1878 p. 547: φαῦλον = ἐντελής, φαῦρον = κακὸν ἢ μοχθηρόν. — Corrupta autem sunt verba huius versus, in cuius fine lacuna est statuenda. Verba <ἀλλὰ καλόν> addit vVelsen, melius Bergk <οὐδ' ἐλαφρόν> ut Ach. 217,

379. εὖ καὶ ἀνδρικῶς] haec locutio (vel ἀνδρείως) saepius occurrit <sup>1)</sup>, item εὖ καὶ χρηστῶς <sup>2)</sup>, εὖ καὶ καλῶς <sup>3)</sup>.

381. τὸν προικτόν] praeter expectationem podicis nunc fit mentio, credo quod προικτοσκόπον nuper se praestitisset ipse Cleon <sup>4)</sup>. A loci sensu longe aberravit alter interpres, qui annotavit: οἱ αἰγίνοι μετὰ τῷ ἀποσφράζει τὰ θημίματα εἰδῶθαι χρεῖαν αὐτὰ ἐκ τοῦ πατρίλου καὶ οὔτοις ἐκδέχειν.

382. Verum igitur erat illud, quod saepius audiui sed verum esse nunquam antehac persuadere mihi potui, extare quae ipso igne sint calidiora. Nempe ὁ πανούργος Παφλαγῶν ἤρθεν ἔτερον πολὺ πανουργίας μεΐζουσι κεκασμένον, ut infra dicit cho-

rus <sup>5)</sup>. — Imperfecti ἦν ἄρα idem est usus in Cratini verbis <sup>6)</sup>: ἦν ἄρ' ἀληθής ὁ λόγος, ὡς οἷς παῖς γέρον <sup>7)</sup>, cum adiectivo autem θερμοῦ translato <sup>8)</sup> conferendi sunt loci tragicorum, ubi homines duri pervicaces impudentes πῦρ vocantur vel πυρός χρεῖτους, ἀναιδέστεροι, similia dicuntur <sup>9)</sup>. Dictum hoc popolare etiam a Pausania <sup>10)</sup> respicitur.

383. ἐν πόλει] hoc si sanum est, non in arce nunc valet, ut in sermone qupidiano <sup>11)</sup>, sed articulus in chorico omissus est more poetico. Cf. ἐν τῇ πόλει vs. 477.

384 sq. De corruptis his verbis vid. annot. crit., et de usu adiectivi φαύλου <sup>12)</sup> vid. vs. 213 alibi <sup>13)</sup>.

<sup>1)</sup> Vesp. 153, 450 Thesm. 656 Plat. Cratyl. 440 d Leg. 855 a Charmid. 160 d etc. — <sup>2)</sup> Eccl. 638. — <sup>3)</sup> Plat. Conviv. 184 a etc. — <sup>4)</sup> Vid. ad vs. 878. — <sup>5)</sup> Vs. 684. — <sup>6)</sup> Fr. 24. — <sup>7)</sup> Praeterea vid. ad Vesp. 183. — <sup>8)</sup> Vid. Ach. 119 Vesp. 918 Thesm. 735 Plut. 415 Amphid. fr. 33 etc. — <sup>9)</sup> Soph. Philoct. 927 Oed. R. 177 Eur. Andr. 271 Hec. 608 fr. 432 (Ar. Lys. 1015). — <sup>10)</sup> VII 12 § 2. — <sup>11)</sup> Vid. ad Nub. 69. — <sup>12)</sup> Si φαῦλον sincera est lectio. — <sup>13)</sup> Ach. 215 Vesp. 656 etc.

ἀλλ' ἔπιθι καὶ στρόβει μῆδὲν ὀλίγον ποίει. νῦν γὰρ ἔχεται  
[μέσος.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

390 ὧς ἔὰν νυνὶ μαλάξης αὐτὸν ἐν τῇ προσβολῇ,  
δειλὸν εὐρήσεις· ἐγὼ γὰρ τοὺς τρόπους ἐπίσταμαι.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ' ὅμως οὔτος, τοιοῦτος ὢν ἅπαντα τὸν βίον,  
— κατ' ἀνῆρ ἔδοξεν εἶναι, τ' ἀλλότριον ἐμῶν θέρους.

Wecklein <ῥσα γ' > ὁδ' <ἰθεῖν> coll. Pac. 857 (vid. etiam ad Nub. 1252). Duos creticos deesse Blaydes cum Hermannō (vid. ad vs. 303) statuens praeterea ante στρόβει inserit σεαυτὸν (coll. Nub. 702), quod hinc alienum; probabilius certe τὸν ἀνδρα suppleri posset. Non h. l. sed versu 387 aliquid intercidisae censet vBamberg, cui assensus Zacher ibi legit μῆδὲν <αὐτοῦ γ' > ἔλαττον ποίει. Sed manet sic ὁδ' illud, quod nihili est. Contextus haec fere requirere mihi videtur: καὶ τὸ πρῶγμα οὐκ ἄρ' εἰς φλαῦρον ἀνδρα ἀνήκει. Sed quid dederit poeta non exputo.

387. ὀλίγον] ἔλαττον R et schol., hinc Dindorf ἔλαφρον. || ποίει] ποιῶ Bergk.

391. Post hunc duos versus deesse statuit Helbig, post vs. 394 Zacher, respondere enim hunc locum versibus 314—321.

386. *At aggredere eum et torque.* Mentē supplendum esse αὐτὸν recte observatur in scholiis. De verbo στρόβειν vid. ad Ran. 817.

387. μῆδὲν ὀλίγον] in hac locutione superest prisci adiectivi vis; apud Homerum enim valet *exiguum*. Item apud Thucydidem: ὀλίγον ἐπράσσετο οὐδέν<sup>1)</sup>.

388. ἔχεται μέσος] vid. ad Ran. 469 et Nub. 551.

389. ὧς] aut *nam* nunc valet, ut passim, aut a verbo *crede mihi* suspensum est<sup>2)</sup>. Sed priorem explicationem praefero.

— ἔὰν νυνὶ μαλάξης αὐτὸν] i. e. ἔὰν μαλακὸν τι ἐνδῶ νῦν<sup>3)</sup>.

390. *Homīnem reperies vere Asianum.* Est enim barbarorum cum ingenti clamore irruere in aciem hostilem, si vero primo impetu nihil effecerint, ignavissimos dein se praestare milites<sup>4)</sup>.

— τοὺς τρόπους ἐπίσταμαι] cf. vs. 253 sq.

391 sq. ὅμως ... ὢν ... ἔδοξεν] i. e. καίπερ ... ὢν, ὅμως ἔδοξεν. *Et tamen, licet istiusmodi homīnem per totam vitam se praestiterit semper, vir est habitus ipsoque melioribus praelatus!* Item Lys. 276 ὅμως λακωνικὸν πνέων ᾤχετο, i. e. καίπερ λ. πνέων, ὅμως ᾤχετο. Ut his locis adverbium ὅμως, sic alibi εἶτα participio praemisum est<sup>5)</sup>.

392. καὶ εἶτα] vid. ad Nub. 624.

— ἀνῆρ] vid. ad Nub. 823.

— τὸ ἀλλότριον ἐμῶν θέρους] simillima metaphora in Vespis dicitur: ἐρήμας (sc. ἀμπέλους) τρυγᾶν<sup>6)</sup>, cf. etiam Hesiodi locus<sup>7)</sup> ubi fuci dicuntur inutiliter ἀλλότριον κάματος σφετέρην εἰς γαστήρ' ἀμᾶσθαι. Ut fructus ὀπώρα, sic fruges dicuntur θέρους<sup>8)</sup>. Nunc quoque τὰ ἐν Πύλῳ respici spectatores fugere non potuit.

<sup>1)</sup> Thucyd. VIII 15 § 2, vid. etiam II 8 § 1 VII 59 § 2, 87 § 6. — <sup>2)</sup> Γτ Vesp. 416 etc. — <sup>3)</sup> Plut. 488 Eur. Hel. 508 Herodot. III 51, 105; cf. Cobet ad Dion. Halicarn. p. 15. — <sup>4)</sup> Vid. Cyrus apud Xenophontem Anab. I 7 § 4 Hom. I' 2 etc. — <sup>5)</sup> Vid. Nub. 860. — <sup>6)</sup> Vesp. 634, ubi vid. — <sup>7)</sup> Theog. 599. — <sup>8)</sup> Item Aesch. Pers. 822 Eur. Bacch. 1027, 1316 fr. 423, neque aliter ni fallor locutus est Thucydides II 19 § 1: τοῦ θέρους [καὶ τοῦ σίτου] ἀκμάζοντος.



νῦν δὲ τοὺς στάχους ἐκείνους, οὓς ἐκείθεν ἤγαγεν,  
ἐν ξύλῳ δήσας ἀφάει καὶ ἀποδόσθαι βούλεται.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

395 οὐ δέδοιχ' ὑμᾶς, ἕως ἂν ζῆ τὸ βουλευτήριον  
καὶ τὸ τοῦ δήμου πρόσωπον μακκοῦ καθήμενον.

## ΧΟΡΟΣ.

Antistropa 2 (vs. 397—399).

ὡς δὲ πρὸς πᾶν ἀναιδευέται, κοῦ μεθέ-  
στηκε τοῦ χρώματος τοῦ παρεστηκότος!

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

400 εἴ σε μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον,

394. ἀφάει] ἀφανει R, unde ἀφαινει (= πτίσσει) Ribbeck, ἀφείει Blaydes (coll. Pac. 1144).

396. καθήμενον] καθημένον Blaydes; vid. commentarius.

398. μεθέστηκε Hirschig] μεθίστησι codd., μεθίησι vHerwerden (sed cum voce χρώματι hoc verbum apte iungi non potuit).

400 sq. Cleoni tribuunt V R alii.

400. ἐν LBos cum schol.] ἐν (vel ἂν) codd., τῶν Kock (coll. fr. 19).

394. ἐν ξύλῳ δήσας] ipsi imagini non aptissima quidem sunt haec, attamen possunt utcumque adaptari; respicitur autem ξύλον illud, de quo vid. vs. 367. Miserorum Spartiatarum in vineulis per annos complures languentium squalorem optime pingit Strepsiadis dictum Nub. 186.

— ἀφάει] siccat. Cf. αἶσος<sup>1)</sup>, αὐαίνειν<sup>2)</sup>.

— ἀποδόσθαι] scilicet id praesertim Cleoni crimini dabatur, quod vehementissime obstabat quominus gratis Lacedaemoniis redderentur captivi<sup>3)</sup>.

395. ἕως ἂν ζῆ] quamdiu vivet vigebitque et praesens mihi aderit. Item Lys. 696 ἦν ἔμοι ζῆ Λαμπιτώ.

396. μακκοῦ] vid. ad vs. 62.

— καθήμενον] negligentius haec sunt enunciata; nam vultus sedere sine vitio dici non potest. Non tamen καθήμενον

est scribendum; nam licet μακκοῦν καθήμενον non minus recte dicatur quam καθίσθαι μεμακκοακότα<sup>4)</sup>, nihil est δήμος καθήμενος nisi addatur ubi ille sedeat<sup>5)</sup> vel quo vultu vel quo consilio.

397. ὡς δέ] cf. vs. 269.

398. Cf. Plut. 365 ὡς πολὺ μεθέστηχ' ὧν πρότερον εἶχεν τρόπων, Vesp. 1451 μετέστη σκληρῶν τρόπων καὶ βιοτῆς, Eur. Alc. 173 sq. οὐδὲ τοῦπιόν | κακὸν μεθίστη χρωτῶ: εἰειδῆ φῶσιν, Plat. Phaedon. 117 b οὐδὲν τρέσας οὐδὲ διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος οὔτε τοῦ προσώπου<sup>6)</sup>.

399. τοῦ παρεστηκότος] cf. Lys. 318 τοῦ νῦν παρεστῶτος θράσους.

400 sq. Non minus ridiculae sunt imprecaciones, quibus Dionysus utitur Ran. 152 sqq., ubi attuli simile hominis ignoti dieterium<sup>7)</sup>; cf. etiam alius nescio quis<sup>8)</sup>: εἴ τινας μάλλον φιλῶ | ζήνους ἐτέρους ὑμῶν,

<sup>1)</sup> Lys. 385. — <sup>2)</sup> Eccl. 146 δὲ ψη... ἀφανανθήσομαι, Ran. 1089 ἐπαφηνάνθη... γελῶν et ad Ran. 194. — <sup>3)</sup> Vid. ad vs. 327. — <sup>4)</sup> Zittlen suffen. — <sup>5)</sup> Ut vs. 754. — <sup>6)</sup> Vid. etiam Vesp. 748. — <sup>7)</sup> Ephipp. fr. 16. — <sup>8)</sup> Alex. fr. 145.

καὶ διδασκούμενην προσέειπεν Μορσίμου τραγῳδία.

## ΧΟΡΟΣ.

Antistropha 3 (vs. 402 - 406).

„ὦ περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσι τε“ παράγμασι

δωροδόκοισιν „ἐπ' ἄνθεσιν ἴζων“,

εἴθε φανύλως, ὡσπερ ἡῦρες, ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν.

405

ἴσαιμι γὰρ τότ' ἂν μόνον

401. προσέειπεν] πρὸς; εἶπεν GHermann (servato acc. τραγῳδία), vid. ad Ran. 415; ἐπέειπεν Cobet, παρήειπεν Bergk. || τραγῳδία Meineke] -δια R, -διαν cett.

402. ὦ περὶ πάντα πανούργε σὺ πᾶσι τε vVelsen.

404. ἡῦρες] εὔρες codd.

405. τότ' ἂν μόνον] τοῦτ' ἂν μαθὼν Zacher. Ego γελῶν vel χαρῆς expectabam; sed vid. commentarius.

γενοίμην ἔγγελης, | ἴνα Καλλιμέδων ὁ Κάρα-  
βος πρῶταίό με.

400. Stragulam, in qua recumbebat Cratinus, cum ipso sene vinoso non raro maduisse credere nunc iubemur<sup>1)</sup>, ut saepius aemulum clarissimum in hac comedia diceriis protervis lacessivit noster<sup>2)</sup>. Cum verbis εἴ σε μὴ μισῶ cf. vs. 767 εἴ δέ σε μισῶ κτί.

401. διδασκούμενη] vid. ad Vesp. 2.

— προσέειπεν] accipere; cf. προσαυλεῖν Eccl. 892, ἐπέειπεν Ran. 366. — Postquam Aeschylus τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασεν<sup>3)</sup>, secundariae tantum chori in tragoediis fuere partes.

— Μορσίμου] de hoc tragico vid. ad Ran. 151.

402 sq. E tragico lyricove poeta haec desumta esse sensit vdSande Bakhuizen; Simonidis autem, cuius verbis chorus mox utitur<sup>4)</sup>, ultro se nobis offert nomen. Apud illum igitur poetam, quisquis fuit, pro παράγμασι et δωροδόκοισιν, quae ipsius comici esse nemo non videt, τέλαια vel νάμασι et ἐρσοδόκοισιν vel eiusmodi quid fuisse suspicor. De adiectivo δωροδόκω vid. ad Ran. 361. — Aptissimi qui conferantur sunt Avium

versus<sup>5)</sup>, ubi Phrynichus poeta tragicus dicitur ex suavis avicularum cantilenis ὡσπερ μέλιττα ἀμβροσιῶν μελιῶν καρπὸν ἀπορῶσασθαι. Nostro autem loco Cleon assimilatur api, quae cunctas rerum publicarum paludes perlustrans nullis non rapinarum floribus insidat, ut eorum mella exhauriat.

404. Utinam buceam temere inventam temere sic evomeres et male parta male dilaberatur! — De adverbio φανύλως vid. ad Vesp. 656. Vox ἐνθεσις significat id quod ἐντίθεταί τις<sup>6)</sup>, buceam<sup>7)</sup>, unde ἐνθεσίδουλον comicus nescio quis dixit τὸν γαστροῦς ἦττω ὄντα, τὸν γάστριν<sup>8)</sup>. Nunc ἢ ἐν τῷ πρωτανείῳ οἰτησις Cleoni decreta<sup>9)</sup> hac voce designatur contumeliosissime, quemadmodum victus quotidianus, ubi cum contemtu commemoratur, τὰ ἄλφικα diei solet<sup>10)</sup>. Dignus autem qui cum nostro loco conferatur est vs. 1148. Praeterea vid. Ciceronis verba probrosa de Antonio, qui tantum vini in epulis aliquando exhaustit, ut postridie in coetu populi Romani vomens gremium suum et totum tribunal impleverit<sup>11)</sup>.

405 sq. Nam tum demum canerem illud: „nunc est bibendum!“ Tum mirum quam

<sup>1)</sup> Cf. Hermipp. fr. 82<sup>1)</sup>. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 526 sqq. — <sup>3)</sup> Aristot. Poet. 4. — <sup>4)</sup> Vs. 406. — <sup>5)</sup> Vs. 748 sqq. — <sup>6)</sup> Vid. vs. 51. — <sup>7)</sup> Een hap. Redit Pherecrat. fr. 108<sup>6)</sup> Teleclid. 1<sup>10)</sup> Hermipp. 41 Antiphan. 87<sup>1)</sup>, 204<sup>12)</sup>. — <sup>8)</sup> Fr. adesp. 999.

<sup>9)</sup> Vid. ad vs. 280 sq. — <sup>10)</sup> Vid. ad Nub. 176. — <sup>11)</sup> Philipp. II § 63.

„πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς“.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

† τὸν Ἰουλίου τ' † ἂν οἶομαι γέροντα πυρροπίπην  
ἡσθέντ' ἰηπαιωνίσει καὶ „Βακχέβακχον“ ἔσει.

SCENA NONA.

Eidem.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὔ τοί μ' ὑπερβαλεῖσθ' ἀναιδεία μὰ τὸν Ποσειδῶ,

406. πῖν' ἐπ' ἐσθλαῖς συμφοραῖς Blaydes praeeunte Bergkio; vid. schol., Suid. s. v. συμφορά, Eur. Alc. 1155.

407. Ἰουλίου] corruptum. Meineke Βουλίου (ex Demetr. π. ἐσμ. 153 et Apostol. V 11a), Duker Ἰουλιήτην τ', nempe *Simonidem* Iulide oriundum; quem secutus Bothe mox scripsit ἡσθέντ' ἂν, lenius Schnitzger Ἰουλιᾶ. Sed quid sibi velit h. l. Simonidis nomen non intellego equidem, suspicor autem partem notulae cuiusdam, ad vs. 406 pertinentis, in qua Simonidis fieret mentio, metro et sententia invitae inter poetae verba esse receptam. || οἶομαι] οἶμαι codd. || πυρροπίπην] sic V aliique (item Eustath. 851, 54), πυροπίπην R et olim Crates, e conjectura opinor (nam pro Κρατινος in scholio legendum esse Κράτης, quod et ego in meo exemplari annotaveram, nunc demonstravit Zacher), τὸν φύλακα τοῦ σίτου, ὡς εἰς τὸ πρωταγεῖον παρέχοντα ἄρτου; minime absurde interpretatus; ciborum certe, non amorum, in proximis versibus fit mentio. Multo tamen mordacius epitheton est πυρροπίπης (vid. commentarius), de loco autem obscuro, in quo homo ignotus iocose traducitur, ut probabiliter aliquid statui possit vereor.

408. ἰηπαιωνίσει R et Suidas s. v. πυροπίπης] ἰῆ παιῶν (-ῶν') ἔσει cett., quod glossema est. Cf. Thesm. 311 Pac. 453 Ach. 1212 etc.

apposita esset nota illa, qua in conviviis uti solemus, cantilena. — Testibus scholiis desumta haec sunt e carmine Simonidis; in quo συμφοραῖς more prisco *de felici rerum eventu* erat dictum, ut alibi ἐπ' ἐσθλαῖς ξυμφοραῖσιν<sup>1)</sup> vel ἐπὶ τύχῃσι χρρηστῆσαι<sup>2)</sup>.

407. Horum verborum sensus plane nos latet<sup>3)</sup>. Id unum certum duco, aliquem ex iis qui tunc temporis in prytaeano vesebantur ioculariter sic designari. Vox autem πυρροπίπης, quae ad

imitationem epici epitheti παρθενοπίπου<sup>4)</sup> est conformata<sup>5)</sup>, significat senem tam perverse libidinis ut *rufos* pueros — turpissimos igitur — in deliciis habeat<sup>6)</sup>.

408. Verba festive ficta, quibuscum conferri possunt παπιζεῖν et similia<sup>7)</sup>, significant: *clamare „ἰῆ παιῶν!“* et „Βάκχε Βάκχε!“ Scolia autem apud Antiphanem nescio quis commemorat τὸν Τελαμόνια, τὸν Παῖῶνα, τὸν Ἀρμόδιον<sup>8)</sup>.

409. ὑπερβαλεῖσθ[ε] cf. vs. 56.

<sup>1)</sup> Eur. Alc. 1155, vid. vs. 655 et ad Nub. 1205. — <sup>2)</sup> Herodot. I 119. — <sup>3)</sup> Vid. annot. critica. — <sup>4)</sup> A 385. — <sup>5)</sup> Cf. etiam παιδοπίπης Athen. 563e et in schol. h. l. — <sup>6)</sup> Vid. ad Ran. 730 (et 308) de voce πυροφία. — <sup>7)</sup> Vid. ad Vesp. 609. — <sup>8)</sup> Antiphan. fr. 85.

410 ἢ μή ποτ' Ἀγοραίου Λιδῶς σπλάγχνοισι παραγενοίμην.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἔγωγε, νῆ τοὺς κονδύλους, οὓς πολλὰ δὴ ἐπὶ πολλοῖς  
ἦνεσχόμην ἐκ παιδίων, μαχαιρίδων τε πληγιάς,  
ὑπερβαλεῖσθαί σ' οἴομαι τούτοισιν, ἢ μάτην γ' ἂν  
ἀπομαγαδάλις σιτούμενος τοσοῦτος ἐκτραφεῖην.

410. παραγενοίμην] συγγενοίμην Mehler probabiliter (vid. Eupol. fr. 108 et infra ad vs. 806; π' et σ' permutari potuerunt).

412. παιδίων] παιδίου R. || μαχαιρίδων R] -ριδίων cett.

414. Om. R errore aperto.

414 sq. ἀπομαγαδάλις] ἀπομαγαδάλις (-ιάς, -ιάς) vel ἀπό μ. codd.

410. Aut nunquam posthac publico sumtu (in prytaeano) vescar!

— Ἀγοραίου Λιδῶς] Iuppiter Ἀγοραῖος; et Βουλαῖος; cum alibi per Graeciam tum Athenis colebatur, utpote civium de rebus publicis in concione vel in senatu deliberantium praeses <sup>1)</sup>). Priscum igitur hoc epitheton concinit cum dictione epica, in qua ἀγορῆ concionem solet valere. Sed Paphlago nunc *institorum rabeliarumque forensium patronum* intellegit; scilicet populi conciones non iam in foro Athenis habebantur sed in *pryce* <sup>2)</sup>). Per numen Ἀγοραῖον etiam videtur isiciarius iuravit vs. 297. Praeterea vid. vs. 500.

— παραγενοίμην] hoc verbum quamquam licet interpretari *adesse sacrificio* <sup>3)</sup>, potius tamen ita nunc videtur accipiendum ut *εις λόγον ἔλθεῖν* <sup>4)</sup>; cf. etiam Eupol. fr. 38: *ἔντεργνόμεν... φάγοισιν*, 108: *ἴνα σπλάγχνοισι συγγενόμεθα*, Teleclid. 38: *ἔντεργεῖσθαι... μάζαις*. Ceterum vid. Vesp. 654: *κῆν χρῆ σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι*.

411. κονδύλους] vid. ad Vesp. 254.

— πολλὰ... ἐπὶ πολλοῖς] iterum atque iterum, item Vesp. 1046. Cf. Eur. Med. 579:

πολλὰ πολλοῖς. Neutrum igitur est πολλοῖς <sup>5)</sup>, cum voce autem πολλὰ cf. Plut. 253: *ὁ πολλὸν... ταῦτον θύμον φαγόντες*, et de studio verba iterandi vid. ad Ach. 177.

413. τούτοισιν] *istis tuis artibus*.

413 sq. ἢ... ἂν — ἐκτραφεῖην] idem haec valent atque μάτην γὰρ ἂν τοσοῦτος ἐκτεθραμμένος εἴην, εἰ μὴ ὑπερβάλοιμί σε. Sed pro plusquamperfecto isiciarius adhibet tempus aoristum, quod necessarium fuisset si suum in hoc enunciatio locum concessisset verbo *δοκεῖν*: ἢ δόξαμι ἂν μάτην... ἐκτραφεῖναι (vel ἐκτεθραφθαι), aut frustra in tantum *talemque hominem excrevisse videar*, vel si indicativo modo usus dixisset: *εἰ μὴ μάτην ἀπομαγαδάλις τοσοῦτος ἐξετραφην* <sup>6)</sup>.

414 sq. ἀπομαγαδάλις] sic vocantur panis frustra <sup>7)</sup>, quibus inter coenandum <sup>8)</sup> ad manus detergendas utebantur convivae <sup>9)</sup>, dignae igitur quae canibus *τραπέεσσι* proicerentur offae; cf. locus Homeri *κ 217* <sup>10)</sup> et Diphili verba de muliere turpissima, *παρ' ἧς τὸν ἄρτον ἡ κύνων οὐ λαμβάνει* <sup>11)</sup>. Qualia frustra *κυνάδες* dicebantur a Lacedaemoniis <sup>12)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 150. — <sup>2)</sup> Cf. iocosa de Nestore ἀγορητῆ disputatio Nub. 1057. — <sup>3)</sup> Coll. Hom. *ο 173* (παρεγίγνετο δαίτι) vel Plat. Conviv. 172 c. —

<sup>4)</sup> Infra vs. 806, ubi vid. — <sup>5)</sup> Ut Ran. 697. — <sup>6)</sup> Alieni hinc mihi videntur loci homeric, qualis est *A 232*, licet cum nostro loco eos composuerint Kock et Platt (Journal of Philology 1898 p. 87). — <sup>7)</sup> ψωμοί. — <sup>8)</sup> Nam post coenam aqua ἀπενίψαντο. — <sup>9)</sup> ἀπειμάττοντο, vid. vs. 819. — <sup>10)</sup> Quem Pollux VI 93 confert. —

<sup>11)</sup> Diphil. fr. 91. Item nos: *dat de honden er geen brood van zouden eten*. — <sup>12)</sup> Teste Polemone apud Athen. 409 d; vid. etiam ad Nub. 491 et infra ad vs. 1168.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

415 ἀπομαρδαλιάς, ὥσπερ κύων; ὦ παμπόνηρε, πῶς οὖν  
κυνὸς βορὰν σιτούμενος μαχεῖ σὺ κνυοκεφάλῳ;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ νῆ Δί' ἄλλα γ' ἐστὶ μου κόβαλα παιδὸς ὄντος.  
ἐξηπάτων γὰρ τοὺς μαγεῖρους ἂν λέγων τοιαντί  
„σέψασθε, παῖδες! οὐχ ὀραῖθ'; ὦρα νέα, χελιδῶν!“  
420 οἱ δ' ἔβλεπον, καὶ ἐγὼ ἐν τοσοῦτῳ τῶν κρεῶν ἔκλεπτον.

415 sq. Demostheni (vel Coryphaeo) tribui iussit Blaydes; in codd. sunt Cleonis, quod absurdum, quoniam cynocephalum ipse se Cleon vocare non potuit.

416. μαχεῖ Dindorf] μαχει V, μάχει codd. cett. || κνυοκεφάλῳ] -λλῳ Phot. s. v. et Anecd. Bekk. p. 49, quod fortasse praestat; κνυοκεφάλῳ σύ Burney, κνυοκεφάλῳ μαχεῖ σύ Meineke, sed vid. commentarius.

417. καὶ νῆ] νῆ τὸν R, quem sequuntur Bothe, dein ἀλλά γ' ἔστι scribens, et Blaydes, ἀλλὰ καὶ στί scribens. || μου] μοι V alii.

418. ἂν] addidit Bernhardt, ποτε Enger, τότε Piccolomini; Bergk scribebat μαγεῖρους. Hartman coniecit ἐξηπάτων γὰρ ἂν λέγων τοιαῦτα τοὺς μαγεῖρους, et multo sane melius placent verba ita ordinata. || λέγων] ἐπιλέγων pauci.

415 sq. *Vae misero tibi, si canino victu nutritis, quomodo tandem cynocephalum tu vincere poteris!*

416. κνυοκεφάλῳ] *simiae* <sup>1)</sup>. Vocis terminus epicus -κέφαλος <sup>2)</sup>, e -κεφάλιος natus, saepius invenitur apud Hesiodum, illic enim *τρικέφαλος*; dicitur Geryones <sup>3)</sup>, *πεντηκοντακέφαλος* Cerberus <sup>4)</sup>, et *Μικροκεφάλων* fit mentio <sup>5)</sup>. Conferendus autem est hic terminus cum adiectivis item epicis *τετραφάληρος* ὑψιπέτηλος *τριπέτηλος*, quae -φάληρος et -πέτηλος scribere praestat, quoniam e -φαλῆριος et -πετῆλιος per productionem compensatoriam sunt nata, et cum adiectivo *Ἰεῖνός ductilis*, quod *Ἰεῖνιος* fuit primitus <sup>6)</sup>. Epicam dictionem servat priscum, quod videtur, epigramma, Hermae cuidam in Cera-

mico olim inscriptum, cuius prima sunt verba: Ἐσμῆ τετρακέφαλε <sup>7)</sup>, eamque noster nunc imitatur, quemadmodum Eubulus *ἄμφικέφαλος* dixit <sup>8)</sup>. Nam suis ipsorum verbis cum utebantur comici aequales, -κέφαλος; dicebant <sup>9)</sup>. — Non sine causa epitheton *σχινοκέφαλος*, quo Periclis caput deforme riserat Cratinus <sup>10)</sup>, in memoriam nunc vocat Koch.

417. κόραλα] vid. Pherecrat. fr. 162 ὄβριστον ἔργον καὶ κόραλον εἰργάσω et vid. ad Ran. 104.

418. ἂν] vid. ad Vesp. 269.

419. Ut hi pueri primam hirundinem, ἄγγελον ἔαρος ἀδύσμου <sup>11)</sup>, sic Euelpides ille primum milvum non sine detrimento suo aliquando salutavit <sup>12)</sup>.

420. ἐν τοσοῦτῳ] *per temporis brevissimi-*

<sup>1)</sup> *Baviana*. Daemonis maligni nomen hoc esse perhibent Bergk Zielinski Zacher, minime mihi certe persuadentes. — <sup>2)</sup> Aut. -κέφαλος. — <sup>3)</sup> Theog. 287, ubi vid. Rzach, Schulze Quaest. Ep. p. 251 sq. — <sup>4)</sup> Ibid. vs. 312. — <sup>5)</sup> Hesiod. fr. 86. — <sup>6)</sup> Vid. Enchirid. dict. ep. p. 28. — <sup>7)</sup> Vid. Eustath. 1353,8 Aristoph. fr. 553. — <sup>8)</sup> Eubul. fr. 107<sup>10)</sup>. — <sup>9)</sup> Cf. Ran. 473 *ἐκατοκέφαλος*. — <sup>10)</sup> Cratin. fr. 71, cf. Plutarch. Pericl. 3. — <sup>11)</sup> Simonid. fr. 74; cf. carmen populare ab Athenaeo 360 c servatum, Plin. H. Nat. II 47, Thesmoph. 1. — <sup>12)</sup> Av. 501 sqq.



## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ὃ δεξιώτατον κρέας, σοφῶς γε προνοήσῃ  
ὥσπερ ἀκαλίφρας ἐσθίων, πρὸ χελιδόνων ἔκλεπτες.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ ταῦτα δρῶν ἐλάνθανόν γ'. εἰ δ' οὖν ἴδοι τις αὐτῶν,  
ἀποκρυπτόμενος εἰς τὸ κοχῶνα τοὺς θεοὺς ἀπώμυνν.

425

ὥστ' εἶπ' ἀνήρ τῶν φητόρων ἰδὼν με τοῦτο δρῶντα

„οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ παῖς ὄδ' οὐ τὸν δῆμον ἐπιτροπεύσει“.

421 sq. Demostheni dedi; in codd. sunt Chori; cf. vs. 415 sq. et 427 sq. αε

421. Post κρέας] in codd. est ὡς, quod e falsa lectione κρέως videtur natum (κρεως); delevit Bentley. || προνοήσω] -θη; Mehler.

423. γ'] add. Triclinius, ἔν Lenting.

424. τῷ Dobree] τὰ codd. || κοχῶνα] κόχωνα V R et plerique, item schol.; pro neutro scilicet habebatur metro invito. Cf. vs. 484. || ἀπώμυνν Bentley] -νουν codd.

*illum articulum, interim* <sup>1)</sup>. Ita nunc vertendum est pronomen ut in locutionibus τοσαῦτα εἶπε: haec (tantum) dixit, nec verbum addidit praeterea <sup>2)</sup>, παρὰ τοσοῦτον ἐγένετο: tantillum afuit quin <sup>3)</sup>. Tantillum temporis ad carnes surripiendas isiciario sufficiebat. Simillimo autem artificio circa fabulae finem <sup>4)</sup> Paphlagonis carnis potitur.

421. κρέας] vid. ad vs. 369.

— προνοήσω] cf. Nub. 975. Aoristus huius verbi apud nostrum non redit, in -θηναί autem solet exire in dictione Attica; προνοήσασθαι tamen legitur etiam apud Antiphontem <sup>5)</sup> et Euripidem <sup>6)</sup>.

422. Liberior horum verborum est structura; hoc enim dicit: *homines urticarum amantes imitatus ante primam hirundinem consilium tuum perpetrabas*. Nempe veris tantum initio urticae edi possunt folia tenella adhuc needum urentia; nam *mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, incipiens autem*

*nasci vere non ingrato cibo est* <sup>7)</sup>, sed μετὰ τὴν χελιδόνα ἄβρωτός ἐστιν <sup>8)</sup>. Sic in patriae nostrae regionibus quibusdam ut primum praeteriit hiems, per prata videre est mulierculas puerosque *taraxaci* recentes surculos <sup>9)</sup> inter talparum praesertim monticolis anquientes, ubi solum laxius solisque radiis magis pervium herbas dormitantes citius summittit; quae post paucas hebdomades prorsus spernitur herba. — Inde ab Hesiodi aetate ad nostrum usque tempus rusticis mos fuit varios anni labores certis diebus adscribere, quos ipsa rerum natura praestituit; nunc autem conferre iuvat hortulanorum nostratium praeceptum: „post solstitium asparagi ne succiduntur.“

423. καί...γε] vid. ad Ran. 49.

— δ' οὖν] vid. ad Nub. 343.

424. εἰς τὸ κοχῶνα] *inter coxas meas* <sup>10)</sup>. Vox κοχῶνη saepius apud comicos redit <sup>11)</sup>.

— ἀπώμυνν] vid. ad Nub. 1232.

426. ἐπιτροπεύσει] vid. ad vs. 212.

<sup>1)</sup> Item Thucyd. VI 64 § 1. — <sup>2)</sup> Vid. e. g. vs. 1245. — <sup>3)</sup> Thucyd. III 49 § 4 VII 2 § 4 VIII 33 § 3. Vid. etiam Xen. Hell. V 4 § 40. — <sup>4)</sup> Vs. 1196 sqq. — <sup>5)</sup> V § 43. — <sup>6)</sup> Hipp. 399, 685. — <sup>7)</sup> Plin. H. Nat. XXI 55. — <sup>8)</sup> Schol. — <sup>9)</sup> *Molsa*. — <sup>10)</sup> *Between my hams* recte Blaydes. — <sup>11)</sup> Vs. 484 fr. 482, 514 Cratet. fr. 27 Eupol. 77, 156 Eubul. 97 Stratt. 53.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

εἷ γε ξυνέβαλεν αὐτ' ἀτὰρ δὴλόν γ' ἀφ' οὗ ξυνέγνων  
ὀτιῆ ἐπιώρκεις θ' ἠρπακὸς καὶ κρέας ὁ πρωκτὸς εἶχεν.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

430 ἐγὼ σε παύσω τοῦ θράσους· οἶμαι δὲ μάλλον ἄμφω.  
ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη καὶ μέγας καθιείς,  
ὁμοῦ ταράττων τήν τε γῆν καὶ τὴν θάλατταν εἰκῆ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΙΩΛΗΣ.

ἐγὼ δὲ συστείλας γε τοὺς ἄλλαντας, εἶτ' ἀφήσω  
κατὰ κῆμ' ἑμαυτὸν οὖριον, κλάειν σε μακρὰ κελεύσας.

427 sq. Demostheni dedit Enger, quem verum vidisse luculenter testatur ver sus 429; in codd. sunt Chori.

428. 9') om. R. || κρέας] τὸ κρέας R neque metro favente neque sententia. Vid. Vahlen in Herma XXVI p. 168.

433. μακρὰ] πολλὰ R. || κελεύσας; R] κελεύων V et plerique.

427 sq. Ex versuto fallaciique pueri ingenio optima quaevis de eo auguratus fuerat nescio quis de foro rabula. Sed Demosthenes, qui altercationi minarum probrorumque plenae ridiculi aliquid identidem intermiscet <sup>1)</sup>, sollers illud isiciarii consilium ideo praesertim faustissimi ominis fuisse perhibet, quod κρέας tunc εἶχεν eius πρωκτός, inde enim facili coniectura potuisse effici eum κολλοπεύσειν itaque ἠήτορα ἔσεσθαι <sup>2)</sup>.

429. Iocum scurrilem indignatur Paphlago.

430 sq. *Claro aquiloni* <sup>3)</sup> se assimulat. Verbum ἐξείναι etiam vs. 760 cum adiectivo λαμπρῶ coniunctum ita usurpatur, item Anaxandridas: λαμπρὸς τις ἐξεληλύθεν <sup>4)</sup>, Diphilus: τί ποτ' ἐστίν; ὡς ἡαγδαίος ἐξεληλύθεν <sup>5)</sup>, vid. praeterea ἐκβαίνειν Ran. 848. Adiectivum λαμπρὸς de vento saepe dicitur <sup>6)</sup>, καθιέναι intran-

sitive sic usurpatur etiam Plat. Phaedon. 112 d, e, cf. ἐξείχειν de sole dictum, ἐκβάλλειν et similia de fluminibus.

431. εἰκῆ] sic temere. Cf. Promethei apud Aeschylum verba: „olim homines ignis artiumque omnium expertes τὸν μακρὸν βίον ἔφυρον εἰκῆ πάντα” <sup>7)</sup>.

432 sq. *At ego contractis botulis navigans vento fluctibusque me credam* <sup>8)</sup>. De verbo nautico συστείλειν vid. ad Ran. 999 <sup>9)</sup>; nauticae dictionis est etiam ἀφιέναι ἑαυτὸν οὖριον, denique κατὰ κῆμα nemini obscurum esse potest. Cf. Homericum: *navis ἔθειεν κατὰ κῆμα* <sup>10)</sup> et praesertim Herodot. IV 110: *ἐφέροντο κατὰ κῆμα καὶ ἄνεμον*. Idem dicitur *θειν ἐξ οὐρίων* <sup>11)</sup> vel *κατ' οὐρον* <sup>12)</sup> vel *οὐρία ἐφιέναι (navem)* <sup>13)</sup>. Cavendum <sup>14)</sup> ne κῆμα οὖριον iungamus.

432. εἶτα] vid. ad Nub. 624.

433. κλάειν... μακρὰ] vid. ad Ran. 34.

<sup>1)</sup> Perinde atque infra Demus et in Ranis Dionysus. — <sup>2)</sup> Vid. vs. 880, 1242 et ad Nub. 1089. — <sup>3)</sup> Verg. Georg. I 460. — <sup>4)</sup> Anaxandr. fr. 34<sup>4</sup>. — <sup>5)</sup> Diphil. fr. 67. — <sup>6)</sup> Cf. Herodot. II 96 Alex. fr. 46<sup>2</sup> etc. — <sup>7)</sup> Aesch. Prom. 450. — <sup>8)</sup> *Ik zal mij voor den wind laten drijven met gereefde... voorsten*. — <sup>9)</sup> Et vs. 1220. — <sup>10)</sup> β 429. — <sup>11)</sup> Fr. com. (??) adesp. 770. — <sup>12)</sup> Soph. Trach. 468 Eur. Androm. 554, cf. etiam Herodot. IV 163. — <sup>13)</sup> Plat. Protag. 338 a. — <sup>14)</sup> Nam fuere qui sic errarent.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

καὶ ἔγωγ', ἐάν τι παραχαλᾷ, τὴν ἀντλίαν φυλάξω.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

435 οὐ τοι, μὰ τὴν Δῆμητρα, καταπροῖξει τάλαντα πέντε κλέψας Ἀθηναίων.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἄθρει, καὶ τοῦ ποδὸς παρίει

ὡς οὗτος ἤδη καικίας ἢ συκοφαντίας πνεῖ.

435. \*πέντε] πολλά codd., sed in V litterae ανταπολλὰ in rasura sunt scriptae manu secunda; πέντε autem cum dubitarem an scribendum esset, plane persuasit qui in eandem coniecturam inciderat amicus collega Hartman collato vs. 438. Male igitur expletum est priscum numerale Π (πέντε). Simillimum vitium correxi Nub. 1065. Sic Herodot. IV 153 legendum esse ἄνδρασ<σ> vel Thueyd. IV 46 § 1 ἐς τὴν Σικελίαν <μ> ναοὶν dudum observarunt viri docti.

436<sup>b</sup> sq. Demostheni dedit Bergk, Isiciario dant VR alii, Choro ceteri.

437. ἦδη] ἦτοι R, cuiusmodi oppositio hinc est aliena. || ἦ R] καὶ cett.; in vento duo simul nomina tribui non possunt. || καικίας Γ] καικίας cett.

434. Ego autem sentinam servabo, si forte rimas duxerit navis. Verbo igitur παραχαλᾷ mente addendum est subiectum ἡ ναῦς. „Mihī ad sentinam locus esto”, — Demosthenes ait, — „ut ἐάν ἡ ναῦς μὴ στέγγῃ <sup>1)</sup> statim cavere possim ne mergatur.” Ne molestissimum quidem hocce officium detrectat, modo opprimatur inivisus ille nebulo. Nam supplicii fere instar erat in antliam condemnari <sup>2)</sup>. Cf. Pac. 17 Soph. Philoct. 482 et moestissimum dictum Ciceronis: *olim sedebamus in ruyri et clavum tenebamus, nunc autem vix est in sentina locus* <sup>3)</sup>.

435. οὐ... καταπροῖξει... κλέψας] vid. ad Nub. 1240.

— τάλαντα πέντε] ipsum Cleonem quinque talenta evomentem — id est rapinas suas reddentem — noster antea finxerat in Babylonis fabula <sup>4)</sup>.

436. κλέψας Ἀθηναίων] furatus Athe-

niensibus. Genitivus verbo κλέπτειν est adiunctus <sup>5)</sup>, item alias verbo ἀρπάζειν <sup>6)</sup>. Cf. Homericum παιδὸς ἐδίξαστο κύπελλον <sup>7)</sup> et similia vel Antiphanis versiculum: μὴ φῶσί σου, | Δωριάς, ἀλούτους σηπίας εἰληφέναι (i. e. παρὸ σοῦ) <sup>8)</sup>.

436 sq. „Hoc age!” — ficto cum terrore socium increpat Demosthenes: — „iam enim vehementissima ingruit procella.”

436. τοῦ ποδὸς παρίει] relaxa <sup>9)</sup> veli pedem <sup>10)</sup>, remitte pedis aliquid. Nam si quis irruente tempestate ναῦς ἐγκρατῆ πόδα τείνας ὑπέκει μῆδέν, ὑπτιοῖς κάτω στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιον ναυτίλλεται <sup>11)</sup>; ναῦς ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαρπεν, ἔστη δ' αὐθις ἦν χαλᾷ πόδα <sup>12)</sup>. Cf. ἀνίειν <sup>13)</sup> et vid. infra ad vs. 756.

437. ὡς οὗτος ἤδη κτέ.] vid. Vesp. 642 et ad Ach. 315. — Ecce ventus, non „clarus” tamen sed nubilus et turbulentus.

— καικίας ἢ συκοφαντίας] ventus caecius

<sup>1)</sup> Thueyd. II 94. — <sup>2)</sup> Sueton. Tiber. 51. — <sup>3)</sup> Cic. ad Famil. IX 15 § 3. —

<sup>4)</sup> Vid. ad Ach. 6; praeterea cf. Nub. 591 et 758 et infra vs. 829. — <sup>5)</sup> Cf. Ach. 527 Eq. 1149 Vesp. 238, 1369 Thesm. 812. — <sup>6)</sup> Ach. 1160 Nub. 982 Pac. 1118 Eccl. 866. — <sup>7)</sup> A 596, ubi vid. — <sup>8)</sup> Antiphan. fr. 26. — <sup>9)</sup> χάλα Epierat. fr. 10<sup>5</sup>. —

<sup>10)</sup> Catull. IV 20 Verg. Aen. V 830 etc. — <sup>11)</sup> Soph. Ant. 715. — <sup>12)</sup> Eur. Or. 706. — <sup>13)</sup> Vid. ad Ran. 700.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΙΩΛΗΣ.

σὲ δ' ἐκ Ποτειδαίας ἔχοντ' εὖ οἶδα δέκα τάλαντα.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τί δῆτα; βούλει τῶν τάλαντων ἔν λαβῶν σιωπᾶν;

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

(ad Paphlagonem:)

440 ἀνήρ ἂν ἠδέως λάβοι.

(Ad Isiciarium:)

τοὺς τεροθρίους παρῆει·

438 sq. Sic distributi sunt in cod. A, in ceteris versus 438 datur Cleoni, 439 Isiciario; correxit Kuster.

438. δ'] τ' V alii.

440. Demostheni dedit Bergk, in codd. sunt Chori. || ἀνήρ] ἀνήρ codd. || λάβοι] λάθοι R<sup>1</sup> (non absurde quidem, si de Cleone ad Isiciarium hoc dici sumas, non tamen recte; vid. commentarius). || τεροθρίους; R] τεροθρίους V et plerique.

subsolano vicinus <sup>1)</sup>, circa aequinoctium vernali maxime spirans <sup>2)</sup>, frigidus est nubibusque coelum obducit; quapropter comicus ignotus scripsit versus, quem etiam scholia ad nostrum locum afferunt: κακὴ | ἔλκων ἐφ' αὐτὸν ὡς ὁ καικίας νέφος <sup>3)</sup>. De suo autem novum nunc nautisque inauditum venti nomen Demosthenes addit *συκοφαντία*, quocum conferri potest vox χειμῶν ὀρνιθίας iocose adhibita Ach. 877 <sup>4)</sup>.

438. „*Quinque talenta? Nihil hoc est! Nam decem tu, sat scio, tenes ex Potidaeae praeda olim surrepta.*” — Obsoletae hae sunt res, sexto enim anno abhinc Potidaeam in deditionem acceperunt Athenienses <sup>5)</sup>; quo liberius nunc ficta crimina <sup>6)</sup> inde expromere licet. Sic τὰ ἐν Σάμῳ post quartam saeculi partem denuo commemorantur Vesp. 283. Crimini autem anno 430 datum fuerat Xenophonti et Hestiodoro praetoribus, qui exercitui ad Potidaeam praerant, quod illius urbis cives liberos dimisissent, urbem enim fame victam sine ullis

condicionibus capi potuisse <sup>7)</sup>. Itaque tunc quoque, ut saepissime, Athenienses de *corruptione* fuisse locutos — sive rei sunt acti praetores sive ultra iurgia res non processit — facile intellegimus, et illorum conviciorum echo quaedam nunc percipitur.

439. „*Quorsum istud?*” — sic irridens Paphlago — „*Sperasne te unum ex istis talentis a me accepturum ea condicione ut „laceas?”* Quippe, ut est in proverbio, ὁ πολλὴ κλέψας ὀλίγα δοῦς ἐκπεύσεται <sup>8)</sup>. — Conferri possunt Pithetaeri ad nugatorem verba: βούλει δῆτα τὸν μισθὸν λαβῶν | μὴ πρόγματ' ἔχειν ἀλλ' ἀπίναί; <sup>9)</sup> cui condicionem oblatam laete probanti „*en accipe igitur!*” ait colaphumque ei infrigit.

440 sq. „*Libenter sane accipiet ille,*” Demosthenes ait iocose <sup>10)</sup>; dein ad socium conversus: „*decrescit procellae impetus.*” A minis nimirum et clamoribus ad munuscula iam deducta est res.

440. τεροθρίους] sc. κάλωσ, funes utriusque antennae cornui alligatos.

<sup>1)</sup> ONO., ut nos loquimur; cf. Aristot. Meteor. II 6 § 7, Plin. H. Nat. II 46. — <sup>2)</sup> Aristot. ibid. § 15. — <sup>3)</sup> Ibid. § 17 Problemat. XXVI § 1 et 29 Gell. II 22 § 24 fr. adesp. 1229. — <sup>4)</sup> De nominis termino vid. ad Ran. 494. — <sup>5)</sup> Thucyd. II 70. — <sup>6)</sup> Cf. vs. 834. — <sup>7)</sup> Thucyd. I. I. — <sup>8)</sup> Script. Hist. Aug. Alex. Sever. c. 18. — <sup>9)</sup> Av. 1025 sq. — <sup>10)</sup> Dignissimus qui conferatur est Ach. 1117.

τὸ πνεῦμ' ἔλαττον γίγνεται.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

αὐτὸς μὲν οὖν φεύξει γραφὰς  
ἑκατονταλάντους τέτταρας.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

σὺ δ' ἀστρατείας γ' εἴκοσιν,  
κλοπῆς δὲ πλεῖν ἢ χιλίας.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐκ τῶν ἀλιτηρίων σέ φη-

445

441. Isiciario tribuunt codd. nonnulli.

442. \*αὐτὸς μὲν οὖν] dubitanter de meo addidi, in codd. enim est lacuna, quam indicavit Dindorf; Götting addebat vocem *δωροδοκίας*, Meineke coniecit *φεύξει γραφὰς* *σὺ δειλίας*, Kock *λιποταξίου φεύξει γραφὰς*, Zacher vero observat non *τιμητὰς* fuisse has actiones, ipse autem tentat *δωροδοκίας* | *τρεις*, *δειλίας* δὲ *τέτταρας*.

443. γ'] om. R alii.

442. *ἑκατονταλάντους*] incredibilis sane auri vis! Sed vid. ad Nub. 1065.

442—452. Crescente altercantium furore decrescit dictorum ipsorumque versuum ambitus. Modo pluribus deinceps, dein integris certe tetrametris se lacescebant, nunc e tetrametris fiunt dimetri, qui mox interciduntur, post quas numerorum *ἀντιλαβὰς* ad ipsas *λαβὰς* veniunt pugnis se petentes. Etiam apud Sophoclem et Euripidem cum animi disputantium ira dolore metu vehementer sunt perculti, in versiculos intercisos brevesque clamores abire solent colloquia <sup>1)</sup>.

443. *ἀστρατείας*] vid. ad vs. 1369-1371. Perridicule nunc quoque suo gladio petitur homo bellicosus.

444. *πλεῖν ἦ*] vid. ad Ran. 90.

445—449. Mirificentissimis probris agitare se pergunt. Paphlago adversarium ex Alemeonidarum gente nobilissima sed sacrilega esse perhibet. „At avus tuus unus e Pisistratidarum sicariis fuit!” retorquet isiciarius ridicule admodum. Non enim credere iubentur spectatores

veri quidquam hisce clamoribus inesse, sed vitae publicae imaginem quasi in speculo repercussam nunc cernentes redeunt in memoriam inanum altercationum saepissime in foro et in pnyce et ubi non auditarum, et melius fortasse quam antea sentiunt nihil esse tribuendum istiusmodi criminibus, quae inter studia partium in diversa aestuantium et olim pro re nata fingebantur <sup>2)</sup> et etiamnunc finguntur. Nam nos, qui nunc vivimus, nondum degeneravimus illius aetatis homines, teste infinita lite quae per hocce quadriennium perturbavit Galliam. Eo magis autem acutum est isiciarii responsum, quod Alemeonidae tyrannis quam maxime olim fuerant adversati <sup>3)</sup>. Itaque sic reddere possis eius verba: *Alcmeonida sum? esto: tyrannorum adversarius quam satelles dici malo.*

445. Alemeonidae τῶ *Κυλωνείῳ* ἄγει olim se obstrinxerant utque *ἐναγεῖς* καὶ *ἀλιτήριου* τῆς *θεοῦ* urbe fuerant pulsi. Inter crimina autem, quibus Peloponnesii instante bello Athenienses laces-

<sup>1)</sup> Vid. *de Sophoclis Aiace* p. 35 sqq. — <sup>2)</sup> Cf. Vesp. 487 sqq. — <sup>3)</sup> Herodot. V 62 [Aristot.] Rep. Athen. 19 § 3.



μι γεγονέναι τῶν τῆς Θεοῦ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὸν πάππον εἶναι φημί σου

τῶν δορυφόρων —

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(pugno dum ei minatur cominus:)

ποίων; φράσον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(irridens:)

τῶν Βυρσίνης τῆς Ἴππλου.

sebant, hoc quoque erat, procurandum esse piaculum Cyloneum. Petebatur nimirum Pericles, cuius mater gentem ab Alcmeone deducebat <sup>1)</sup>.

— ἀλιτηρίων] priscum adiectivum, e iuriconsultorum sacerdotumque lingua desumptum, videmus in nomen proprium fere abiisse ad Alcmeonidas designandum. Apud nostrum non redit, sed in Acharnensibus <sup>2)</sup> πίδακον ἀλιτηρίας πλέων Boeotus quidam vocat Nicarchum sycophantam. Ducta autem haec sunt a verbo epico ἀλιτέσθαι, quod praeterea apud Homerum peperit nomina ἀλιτρός, ἀλιτήμων, ἀλείτης, νηλείτιδες <sup>3)</sup>. Plato saepius usus est adiectivo ἀλιτηριώδει *exitiabili* <sup>4)</sup>. Praeterea ἀλιτηρίος, perinde atque ἀλάστωρ, substantivi loco adhibitum nonnunquam dicitur *daemon malignus* <sup>5)</sup>; itaque homo nefandis sceleribus coopertus rei publicae exitiabilis eo potest designari; vid. e. g. Eupol. fr. 96: ὁ Βουζύγης... ἀλιτηρίος <sup>6)</sup>.

418 sq. Pisistratus callida fraude — se ipsum nimirum cum vulnerasset, in publicum prodiit utque vitae suae cave-retur petiit — effecerat ut ex Arist(1)onis cuiusdam rogatione decernerentur sibi quinquaginta κορυνηφόροι, quorum ope arcem occupavit <sup>7)</sup>. Exinde δορυφόρους — nam vero hoc nomine mox sunt designati — habebant tyranni, et ab his confossus est is, quem Athenienses utpote libertatis vindicem celebrabant, Harmo-dius <sup>8)</sup>. Itaque postquam δορυφόρων mentio est facta, quisvis expectat *tyrannorum* nomina, *Hippiæ* praesertim <sup>9)</sup>, qui post fratris caedem multo duriores quam antea se praestitit <sup>10)</sup>. At isiciarius per-ridicule contendit non ipsi Hippiæ δορυ-φορήσαι avum Paphlagonis sed eius uxori *Myrsinae* <sup>11)</sup>, cuius feminae nomen simili nunc ioco detorquetur atque supra vox *μυρρίνη* <sup>12)</sup>. Vox *γυνή* omissa est etiam Lysistr. 63 <sup>13)</sup> Eur. Orest. 1686, item *Hectoris Andromache* apud Vergilium <sup>14)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. Herodot. V 70—72 Thucyd. I 126 sq. [Aristot.] Rep. Ath. 20 et ad Nub. 46. — <sup>2)</sup> Ach. 907. — <sup>3)</sup> Vid. ad Odyss. <sup>2</sup> π 317; nugae profert Plutarchus Mor. 297a et 523a, b. — <sup>4)</sup> Rep. 470d etc., cf. Ruhnke ad Timaeum s. v. — <sup>5)</sup> Vid. e. g. Andocid. I § 130 sq. — <sup>6)</sup> I. e. *Demostratus*, Lysistr. 391, 393. — <sup>7)</sup> Herodot. I 59 [Aristot.] Rep. Ath. 14 Plut. Solon. 30 Plat. Rep. 566b. — <sup>8)</sup> Thucyd. VI 57 § 4 [Aristot.] Rep. Ath. 18 § 3. — <sup>9)</sup> Cf. Vesp. 502. — <sup>10)</sup> Herodot. V 62 Thucyd. VI 59 [Aristot.] Rep. Ath. 19. — <sup>11)</sup> Calliae filia erat, Hyperochidae neptis; cf. Thucyd. VI 55. — <sup>12)</sup> Vs. 59. — <sup>13)</sup> Sed e contextu ibi facillime suppletur. — <sup>14)</sup> Aen. III 319. Etiam cippum sepulcralem in Conzii att. Grabrel. 450 libenter huc retulerim, ubi quae dicitur *Ἥγυλλα Φιλάγρον* nisi Philagri uxorem intellegimus, ad contortam satis explicationem detrudimur; cf. IHHolwerda die att. Gräber der Blüthezeit 1899 p. 20 et de re sepulcrali p. 30.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(alam ei infringens:)

450

κόβαλος εἶ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(multo vehementiore ictu eum percutiens:)

πανουῖργος εἶ.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

παῖ<sup>2</sup> ἀνδρικῶς.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(vapulans:)

ιού, ιού,

τύπτουσί μ' οἱ ξυνωμόται.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

παῖ<sup>2</sup> αὐτὸν ἀνδρικῶς τε καὶ

γάστριζε, καὶ τοῖς ἐντέροις

455

καὶ τοῖς κόλοις

ᾧπως κολᾷ τὸν ἄνδρα.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ᾧ γεννικώτατον κρέας ψυχὴν τ' ἄριστε πάντων,

451<sup>a</sup>. Demostheni dedit Kock (vs. 453—456 Choro tribuens ipse); in codd. sunt Chori.

453—456. Demostheni dedit vVelsen, in R et plerisque sunt Chori, in V deest personae nota.

453. ἀνδρικῶς τε καὶ Blaydes] ἀνδρικώτατα καὶ codd.; Dindorf ἀνδρειότατα καὶ (coll. Pac. 498), Reisig ἀνδρικώτατ' αὐ, Elmsley ἀνδρικώτατ', εἶ.

454. καὶ τοῖς codd.] τοῖσιν Brunck, sed verbo γαστριῶσιν ut adiungi possit τοῖσιν ἐντέροις vereor.

456. ᾧπως Kayser] χᾶπως codd.

450. κόβαλος] vid. ad Ran. 104.

454. γάστριζε] vid. vs. 273.

455 sq. κόλοις... κολᾷ] iocose verba haec sono similia iuncta sunt <sup>1)</sup>.

456. ᾧπως] vid. ad Nub. 489. Enunciatio media inserta haec particula etiam Nub. 257 reperitur.

457. γεννικώτατον κρέας] adiectivo γεν-

νικῶ id quod haud contemnendae est magnitudinis <sup>2)</sup>) designatur etiam in Antiphanis verbis: γεννικὴ τὸ μέγεθος λεπαστή <sup>3)</sup> et apud Eubulum: ἀπροκόλιον γεννικόν <sup>4)</sup>. Apud nostrum vox nonnisi Lys. 1070 redit; oppositum est adi. ἀγεννής, cognata sunt γενναῖος et γεννάδας <sup>5)</sup>. — De vocis κρέας usu iocoso vid. ad vs. 369.

<sup>1)</sup> Cognatos verborum lusus noster admisit Vesp. 353 (ubi vid.), 589 etc. — <sup>2)</sup> Een flink stuk vleesch. — <sup>3)</sup> Antiphan. fr. 45, vid. etiam fr. 192. — <sup>4)</sup> Eubul. fr. 7<sup>9</sup>. — <sup>5)</sup> Vid. ad Ran. 179.

καὶ τῇ πόλει σωτήρ φανείς ἡμῖν τε τοῖς πολίταις,  
ὡς εὖ τὸν ἄνδρα ποικίλως τ' ἐπῆλθες ἐν λόγοισιν.  
460 πῶς ἄν σ' ἐπαινέσαιμεν οὕτως ὥσπερ ἡδόμεσθα;

## SCENA DECIMA.

Eidem.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ταυτὶ μὰ τὴν Δήμητρά μ' οὐκ ἐλάνθανεν  
τεκταινόμενα τὰ πράγματ', ἀλλ' ἠπιστάμην  
463 γομφούμεν' αὐτὰ πάντα καὶ κολλώμενα.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

465 οὐκουν μ' ἐν Ἄργει γ' οἶα πράττεις λανθάνει.

458. σωτήρ] om. R.

459. τ' ἐπῆλθες R] θ' ὑπῆλθες cett., quod optime sane congruit adverbio ποικίλως, vix tamen recte, nam decipiendi verbum (vid. ad vs. 47) hinc alienum, ubi de certamine aperto fit sermo.

463. γομφούμεν' αὐτὰ R] -μενα τὰ V et plerique.

465. γ' R] om. cett., ἐν Ἄργει μ' οἶα vel μ' ἐν Ἀργείοις ἂ Porson. || πράττεις] πράττει Brunck.

459. ποικίλως] vid. ad vs. 196.

— ἐπῆλθες] *adorlus es*. Accusativum hoc verbum iunctum sibi habet etiam Eur. Andr. 688: εὖ φρονῶν σ' ἐπῆλθον, Iph. Aul. 349: σὲ πρῶτ' ἐπῆλθον, et in locutione ἐπέρχεται με<sup>1)</sup> *subit me (animum meum)*, Herodot. II 141: ὀλοφυρόμενόν μιν ἐπῆλθε ὕπνος<sup>2)</sup>. Magis tamen vulgatus est dativus.

462 sq. Eiusmodi metaphoræ et in aliis linguis sunt frequentes et in nostra<sup>3)</sup>. Verbum τεκταινεσθαι artem *fabri lignarii* significat<sup>4)</sup>, sed transfertur etiam Ach. 660<sup>5)</sup>, idem autem solet esse usus verborum μηχανή et μηχανᾶσθαι<sup>6)</sup>. Stirps γομπο-<sup>7)</sup> peperit vocem ἡμάτα γομποπαγή,

qua Aeschyli verba sesquipedalia ridentur Ran. 824. De verbo κολλᾶν denique vid. ad Nub. 446.

465. Argivi, cum pacis tricennialis, quam anno 451 cum Lacedaemoniis inierant, appropinquaret terminus, ad foedus cum Atheniensibus inendum propensi fiebant. Nempe post multiplices vicinarum gentium clades spe erigebantur fore ut Atheniensibus sociis usi Peloponnesi hegemonia potirentur, ipsi bello intacti<sup>8)</sup>. Itaque brevi post pacem Niciae Alcibiades rebus Argivis se immiscuit<sup>9)</sup>. Eodem autem si iam nunc oculos convertit Cleon, quod nostro loco ei improbat<sup>10)</sup>, prudenter fecit sane, et

<sup>1)</sup> Plat. Phaedon. 88c etc. — <sup>2)</sup> Item I 30? — <sup>3)</sup> *Beklonken, gesmeed, gekuijpt, bedisseld, gemunt, ergens op timmeren, op hetzelfde aanbeeld slaan* etc. — <sup>4)</sup> Vid. Plut. 163. — <sup>5)</sup> In imitatione loci Euripidei. — <sup>6)</sup> Vid. ad Nub. 479. — <sup>7)</sup> γόμφοις *clavus* Hom. ε 248 Herodot. II 90 etc., γομποῦν *clavis compingere* Aesch. Suppl. 440 etc. — <sup>8)</sup> Vid. Thucyd. V 14 § 4 et 28 § 2—4, et noster Pac. 475—477, 493. — <sup>9)</sup> Ut fuse enarratum est in Thucydidis libro V. — <sup>10)</sup> Vid. etiam vs. 813 et 798.

(Ad spectatores:)

467 πρόφασιν μὲν Ἀργεῖους φίλους ἡμῖν ποιεῖ,  
 ἰδίᾳ δ' ἐκεῖ Λακεδαιμονίοις ξυγγίγνεται.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

464 οἷμοι, σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἄμαξουργοῦ λέγεις;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(ad Paphlagonem:)

468 καὶ ταῦτ' ἐφ' οἷσιν ἐστὶ συμφυσώμενα  
 ἐγὼ οἷδ'· ἐπὶ γὰρ τοῖς δεδεμένοις χαλκεύεται.

464. Post vs. 467 collocavit GHermann coll. scholii verbis; post vs. 471 habet unus codex, duo omittunt, post vs. 463 habent ceteri. Equidem Demostheni dedi; in codd. Choro (Coryphaeo) tribuitur.

perfecto non est cur nos id vitio ei demus.

— οὐκουν... γε] hae particulae iunguntur etiam Vesp. 823 Eccl. 350<sup>1)</sup>.

466 sq. Eadem verborum est structura Eur. Bacch. 224 sq.: πρόφασιν μὲν... τὴν δ' Ἀφροδίτην. Ibi quoque deest quod mente suppleri potest: ἔργον δέ.

466. Ut hoc loco isiciarius, sic Ran. 1007 Aeschylus de adversario qui adstat verba facit ad alios conversus.

— πρόφασιν] vid. ad Nub. 55.

464. Vehementissimis Paphlagonis verbis seria crimina sobrio sermone a socio suo opponi cum audiat Demosthenes, „*eheu!*” exclamat, „*nihilne tu e fabrorum „officinis?”*” Eiusdem dictionis sunt verba hominis ignoti: οὐδὲν ἐξ ἄγροῦ λέγεις<sup>2)</sup>.

— ἐξ ἄμαξουργοῦ] i. e. ἐξ ἐργαλείου ἄμαξουργοῦ vel etiam ἐξ ἄμαξουργείου. Cf. ἐξ ἰμοῦ<sup>3)</sup>, ἐξ Αἰσχινάδου<sup>4)</sup>, ἐκ Πατροκλέους<sup>5)</sup> etc. et infra: ἐπὶ (τὸ ἱερὸν) τῶν Σεμνῶν θεῶν<sup>6)</sup>.

468 sq. Et quo consilio nunc conflentur ista probe scio: nimirum petuntur captivi. Vocī ἐφ' οἷς finalis notio nunc inest<sup>7)</sup>, cf. e. g. ἐπ' ἀλλήθρησιν in perniciem

meam<sup>8)</sup>; ἐπὶ τοῖς δεδεμένοις igitur valet: ut captivi liberentur<sup>9)</sup>. Non e lignariorum autem sed ex aerariorum lingua verbula sua ducit isiciarius; est enim συμφυσᾶν conflare, et mox ξυγροτεῖν significat comprimere<sup>10)</sup>. Ad χαλκεύεται mente repetendum esse subiectum ταῦτα, vix est quod observem.

469. Suis telis petitur Cleon. Qui quin saepius hoc tempore in senatu et coram populo perhibuerit id agere Lacedaemonios quique Athenienses captivos e manibus suis dimitterent, dubitare nos non sinunt eius verba ad legatos Spartanos: „γινώσκειν μὲν καὶ πρότερον οὐδὲν ἐν τῷ ἔχροντας δίκαιον αὐτούς, σαφές δ' εἶναι νῦν, οὔτινες τῷ μὲν πλήθει οὐδὲν ἐθέλουσιν εἰπεῖν, ὀλίγοις δ' ἀειθροῖσι ξυνεδομοῖσι βούλονται γίγνεσθαι. ἀλλ' εἴ τι ὑγίης διανοοῦνται, λέγειν ἐκέλευσεν ἐν ἡσασιν”<sup>11)</sup>. Et optimo quidem iure eum ita declamasse intellegimus, cum reputamus Niciam et Lachetem triennio post illos captivos Lacedaemoniis reddidisse, nec tamen Amphipolim, quae secundum pacis condiciones prius re-

<sup>1)</sup> Item Eur. Hel. 124: οὐκουν ἐν Ἀργεῖ <γ> οὐδ' ἐπ' Εὐρώτα ῥοαῖς. — <sup>2)</sup> Fr. adesp. 694. — <sup>3)</sup> Pac. 1149. — <sup>4)</sup> Ibid. vs. 1154. — <sup>5)</sup> Plut. 84. — <sup>6)</sup> Vs. 1312. — <sup>7)</sup> Ut Lys. 344. — <sup>8)</sup> Thesm. 84. — <sup>9)</sup> Met het oog op de gevangenen. Cf. Sobolewski Praep. p. 155 sq. — <sup>10)</sup> Vs. 471. — <sup>11)</sup> Thucyd. IV 22 § 2.

## ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

470 εὖ γ', εὖ γε! χάλκευ' ἀντὶ τῶν κολλωμένων.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ ξυγκροτοῦσιν ἄνδρες αὐτ' ἐκεῖθεν αὖ.  
καὶ ταῦτά μ' οὐτ' ἀργύριον οὔτε χρυσίον  
διδούς ἀναπείσεις, οὔτε προσπέμπων φίλους,  
ὅπως ἐγὼ ταῦτ' οὐκ Ἀθηναίους φράσω.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

475 ἐγὼ μὲν οὖν αὐτίκα μάλ' εἰς βουλὴν ἰὼν  
ὑμῶν ἀπάντων τὰς ξυνωμοσίας ἐρῶ,  
καὶ τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς ἐν τῇ πόλει,  
καὶ πάνθ' ἃ Μήδοις καὶ βασιλεῖ ξυνόμνυτε,  
καὶ τὰκ Βοιωτῶν ταῦτα συντυρούμενα.

470. Dedi Demostheni; in codd. est Chori.

473. προσπέμπων] προπεμπων R, πρόσπεσθον V.

477. ἐν τῇ R] ἐπὶ τῇ V et plerique, τὰς ἐν (in arce; cf. vs. 383) Cobet, τὰς ἐπὶ Meineke. Deesse nequit articulus τῇ si urbs significatur, neque ἐπὶ τῇ πόλει sed ἐπὶ τῷ δήμῳ fieri coniurationes recte observavit Sobolewski (e. g. vs. 236; vid. tamen comment. ad vs. 812). Cum Ravennatis lectione conferri potest e. g. Thuc. VIII 54 § 3: τὰς ξυνωμοσίας αἴπερ ἐτύγχανον ἐν τῇ πόλει οὔσαι, praeterea vid. commentarius.

stituenda fuerat, in potestatem Atheniensium tunc rediisse <sup>1)</sup>. Ipsius autem Cleonis dictionem isiciarius nunc et vs. 471 sqq. imitatur, ut claro apparet e loco Thucydideo quem modo exersipsi. Itaque dubium non videtur quin spectatores haec verba saepius nuper audita et statim nunc agnita claris cachinnis exceperint.

470. *Optime! sic perge! voces e ferrarii officina petitas tu opponne lignariorum illis verbulis.*

471. ἄνδρες... ἐκεῖθεν] cf. ἄνδρες ἡμῶν Ach. 515 Lys. 1117 <sup>2)</sup>.

475. εἰς βουλὴν] ad quam Cleoni, stratego extraordinario, patebat aditus. Vid. Prolegomena.

477. ἐν τῇ πόλει] in ipsa nostra urbe. Nempe non solum in Asia Boeotiaque fiunt coniurationes, sed muros intra pecatur et extra. — In nobilium sodalicia Cleonem quique ab eius partibus stabant vehementissimis verbis saepe invecos esse facile nobis fingimus.

478. Paucis mensibus antequam scenae commissa est Equitum fabula, Artaphernes a rege ad Lacedaemonios legatus missus sed ab Atheniensibus captus est, qui brevi post Ephesum eum reduxerunt comitantibus ipsorum legatis. Ne tamen infecta hi redierunt, cum iis nunciatum esset Artaxerxem nuper obiisse <sup>3)</sup>.

479. In Boeotiae urbibus qui parti populari erant addicti hoc anno cum

<sup>1)</sup> Vid. Thucyd. V 24 § 2 et 35 § 3, Vesp. Prolegom. p. XXXVI. — <sup>2)</sup> Item Thucyd. VI 10 § 2, 38 § 1 VII 43 § 3 Soph. Ant. 289. — <sup>3)</sup> Thucyd. IV 50.



## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

480

πῶς οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὄνιος;

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἔγώ σε, νῆ τὸν Ἑρακλέα, παραστορῶ.

(Abit.)

## SCENA UNDECIMA.

Eidem excepto Paphlagone.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἄγε δὴ σὺ, τίνα νοῦν ἢ τίνα ψυχὴν ἔχεις

480. Demostheni dabat vVelsen, cum idem quod versum 439 eum significare sibi persuasisset („quantum tibi solvam ut taceas?“), quapropter pro ἐν scribebat οὖν.

482. ψυχὴν] γνώμην R non recte; vid. v. l. Nub. 415 et quae ad illum locum annotavi.

Demosthene et Hippocrate Atheniensium strategis conspirabant, βουλόμενοι μεταστῆσαι τὸν κόσμον καὶ εἰς δημοκρατίαν τρέψαι<sup>1)</sup>. Aliquot autem mensibus post Equites scenae commissos Boeotiam invaserunt Athenienses, ubi gravissimam illam cladem ad Delium sunt perpassi<sup>2)</sup>.

— συντυρούμενα] idem quod συμπηγύμενα<sup>3)</sup>. Nam πήγνυται sive τρέφεται lac in τροφαλίδα sive caseum<sup>4)</sup>. Eodem verbo usus de Megarensi Ptoeodoro Demosthenes dicit: ὁ δ' ἔνδον ἐτύρευεν<sup>5)</sup>, ille autem domi (Megaris) res turbabat cum Philippo conspirans. Nec non huc referenda sunt verba παλάμηα καὶ τύρευμα, quae ex ignota comoedia sunt servata<sup>6)</sup>.

480. „Quanti igitur prostat illic caseus?“ irrident rogat isiciarius. — Tenui cibo Athenis nunc vivebatur, ubi vel oleum ficusque ex quo bellum exarserat πολυτίμητα facta erant ὥσπερ οἱ θεοί, caseus

autem Boeotius quominus importaretur obstabant leges.

— πῶς] idem quod πόσου valet nunc, item Ach. 758: πῶς ὁ σίτος ὄνιος; Strattid. fr. 13<sup>1)</sup>: τὰ δ' ἄλφιθ' ὑμῖν πῶς ἐπώλων; quanti vendebant? Machon<sup>7)</sup>: πῶς ἴστη; quid proscis? <sup>8)</sup>.

481. παραστορῶ] prosternam, ἐκτενῶ quod dicitur Eur. Med. 585; vid. etiam ἐκπετανύουαι apud eundem sic adhibitum<sup>9)</sup>. E palaestra hoc, ut alia plurima<sup>10)</sup>, ductum est verbum. Cf. Simonidis in Marathonomachos epigramma: Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἄθηναῖοι Μαραθῶνι | χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν<sup>11)</sup>, Eur. Herc. 1000: δάμαρτα καὶ παῖδ' ἐνὶ κατέστρωσεν βέλει, Thucyd. VI 18 § 4: στορέσαι τὸ φρόνημα<sup>12)</sup>.

482—484. Heus tu, nunc ostendes quid valeas consilio et virtute, si revera tunc<sup>13)</sup> carnes istas inter pernas tuas celasti.

<sup>1)</sup> Thucyd. IV 76 § 2. — <sup>2)</sup> Ibid. c. 89 sqq. — <sup>3)</sup> Sic recte schol. — <sup>4)</sup> Vid. ad Vesp. 838 (ubi perperam -λίδα scripsi). — <sup>5)</sup> XIX § 295. — <sup>6)</sup> Fr. adesp. 706; vid. etiam fr. adesp. 998 et 1173. — <sup>7)</sup> Apud Athen. 580 d. — <sup>8)</sup> Etiam fr. adesp. 114 huc facere videtur, speciem certe habet quod proposuit Cobet: πῶς εἰσιν οἱ πυρο<ι> κατ' ἀγοράν ὄνιοι>; — <sup>9)</sup> Herc. 889 Cycl. 497. — <sup>10)</sup> Vid. vs. 262 sq. et ad Nub. 551. — <sup>11)</sup> Lyeurg. Leocr. § 109. — <sup>12)</sup> Cf. Herodot. IX 69 Xen. Cyrop. III 3 § 64. — <sup>13)</sup> Cf. vs. 424.

1485 νυνί γε δείξεις, εἶπερ ἀπεκρούσω τότε  
εἰς τῶ κοχῶνα τὸ κρέας, ὡς αὐτὸς λέγεις·  
θεύσει γὰρ ἕξας εἰς τὸ βουλευτήριον,  
ὡς οὗτος εἰσπεσῶν ἐκεῖσε διαβαλεῖ  
ἡμᾶς ἅπαντας καὶ κρέγον κεκράζεται.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ' εἴμι πρῶτον δ' ὡς ἔχω τὰς κοιλίας  
καὶ τὰς μαχαίρας ἐνθαδὶ καταθήσομαι.  
(Utensilia deponit.)

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

490 ἔχε νυν, ἄλειψον τὸν τράχηλον τουτφί,

483. γε δείξεις Cobet] δὲ δείξεις Brunck e margine cod. Parisini, διδάξεις codd. (cf. vs. 779 Nub. 369, 385 Plut. 582). || τότε] ποτὲ R non recto, nam demonstrativo usum esse poetam testatur articulus qui sequitur τὸ κρέας. Aut tunc illas carnes dicendum est aut aliquando carnes quasdam.

484. τῶ κοχῶνα] τὰ κοχῶνα R, τὰς κοχῶνας cett.; cf. vs. 424.

486 sq. ἐκεῖσε... | ἡμᾶς] ἐκεῖ σε... | ἡμᾶς 9' vVelsen male.

486. εἰσπεσῶν R] ἐμπσεῶν cett. (ut Vesp. 120 Ran. 904, 945). Cf. εἰσπηθήσας (εἰς τὴν ταῦν) vs. 545.

487. κρέγον Meineke] κραγόν codd., et sic Aristarchus, adverbium (= κραυγαστικῶς) intellegens; vid. schol.

488. ὡς] ὡς OSchneider (cf. Plut. 1089); quod licet et mihi necessarium aliquantisper visum fuerit, receptum tamen nolim, nimis enim languidum hoc foret additamentum. Vid. commentarius.

490—497. Quae in his versibus Demosthenis sunt, in codd. dantur Choro; correxit Enger.

490. ἄλειψον] -ψαι Blaydes coll. Eccl. 63.

483. τότε] quod saepius huiusmodi fraudibus usum se isiciarius supra dixit<sup>1)</sup>, id nihil nunc ad rem; nam unum tantum facinus enarravit, illuc igitur nunc referendum est adverbium τότε: illa occasione quam dixisti vel quam nosti<sup>2)</sup>.

486. εἰσπεσῶν] ἰρρuens<sup>3)</sup>.

487. κρέγον] id quod κραυγὴν. Cf. βάδος Av. 42; utrumque autem vocabulum videtur iocose confictum esse, ut suo verbo posset adiungi. De cuiusmodi locutionibus vid. ad Ach. 177.

488. ὡς ἔχω] statim, ut sum, nulla mora

interposita ut comtior senatores adeam. Hac quoque in re Cleonem aemulatur atque superat. Qui περιρυσώμενος in publicum nonnunquam prodire ferebatur<sup>4)</sup>, noster autem homullus squalida veste illotisque manibus a porcorum cruore et adipe recens in senatum provolat. — Sed negligentior, ut in sermone quotidiano, est horum verborum structura; nam accurate loquenti dicendum erat: ἀλλ' εἴμι ὡς ἔχω, πρῶτον τὰς κοιλίας... ἐνθαδὶ καταθέμενος.

490 sq. Vinum isiciario praeberi ad

<sup>1)</sup> Vs. 418 sqq.: ἐξηπάτων ἄν et ἐλάνθανον et εἰ ἴδοι τις ἀπόμυνον. — <sup>2)</sup> Cf. Lys. 1023 Ran. 136 etc. — <sup>3)</sup> Nos: binnengefallen. — <sup>4)</sup> Vid. ad vs. 137.

ἰν' ἐξολισθάνειν δύνῃ τὰς διαβολιάς.  
(Praebet ei adipem ex isiciarii copiis depromptum.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ' εὖ λέγεις καὶ παιδοτριβικῶς ταυταγί.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἔχε νυν, ἐπέγκασον λαβῶν ταδί.

(Allia ei praebet.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί δαί;

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

ἰν' ἄμεινον, ὧ τάν, ἐσκοροδισμένος μάχῃ.

491. ἐξολισθάνειν VR] -αίνειν cett.

492. ταυταγί R] ταῦτά γε cett.

*guttur intus liquandum* sunt qui statu-  
ant <sup>1)</sup>. At neque ἀλείφειν neque τράχηλος  
satis apte ita dici potuit, neque prius  
liquor dein cibus fuisset praebendus,  
sed ut post allium vini aliquid ἐπιπιεῖν  
isiciarius inberetur mos tulisset, neque  
ἐξολισθάνειν quid sibi vellet sic appare-  
ret, adverbium autem παιδοτριβικῶς <sup>2)</sup>  
omni sic sensu careret; denique, quod  
gravissimum est, festivi vix quicquam  
haberet tale dictum. Immo *adipe suillo* —  
ex ipsius copiis deprompto — *inungere* se  
iubetur ut luctator, quo facilius in cer-  
tamine quod instat ex adversarii mani-  
bus possit elabi.

490. ἔχε] vid. ad vs. 51.

491. ἐξολισθάνειν] *elabi* <sup>3)</sup>.

— διαβολιάς] recte in scholiis obser-  
vatur praeter expectationem hoc esse  
dictum pro vocabulo palaestrico λαβιάς <sup>4)</sup>.  
Simillimus est usus verbi διαβάλλειν  
vs. 496.

493. ἔχε] vid. ad vs. 51.

— ἐπέγκασον] simile compositum est

παρεγκάπτειν <sup>5)</sup>; ceterum de verbo κάπτειν  
vid. ad Ran. 1073.

— ταδί] nempe τὴ σκόροδα. — Haec  
quoque ex ipsius isiciarii cista sumun-  
tur nunc, nisi fallor.

494. ἐσκοροδισμένος] εἰς γὰρ μάχῃν ὀρω-  
μένῳ — ut Socratis verbis utar — καλῶς  
ἔχει κροῦμμον ὑποτρώγειν <sup>6)</sup>. Gallo galli-  
naceo autem nunc et vs. 496 sq. assi-  
mulatur isiciarius, quas aves σκοροδίσαν-  
τες συνέβαλλον Athenienses huiusmodi cer-  
taminum amantissimi: alio pascabant  
priusquam in certamen committerent,  
pugnaciores sic fore rati. Itaque in  
Acharnensibus Theurus de latronibus ad  
rusticum, cuius allia devorantur: *cave-  
sis, alliati sunt* <sup>7)</sup>. Vid. etiam infra: ἐσκο-  
ροδίσιός με, *exacerbasti me* <sup>8)</sup>. Propria au-  
tem verbi vi servata *κάθαλα καὶ ἐσκορο-  
δισμένα* Diphilus dicit edulia quibus  
acerba condimenta sunt admixta <sup>9)</sup>. Idem  
valere *δδύναις πεφραγγῶσθαι* <sup>10)</sup> fuere qui  
putarent <sup>11)</sup>, quoniam vox φῶσιγξ *vesica*  
etiam de allii tunica externa dicebatur <sup>12)</sup>;

<sup>1)</sup> Praeunte Engero. — <sup>2)</sup> Vid. vs. 492. — <sup>3)</sup> Vid. ad Nub. 434. — <sup>4)</sup> Vid. ad  
Nub. 551. — <sup>5)</sup> Eubul. fr. 15. — <sup>6)</sup> Xen. Conv. IV § 9. — <sup>7)</sup> Ach. 166. — <sup>8)</sup> Vs.  
946. — <sup>9)</sup> Diphil. fr. 17. — <sup>10)</sup> Ach. 526. — <sup>11)</sup> Teste scholio ad illum locum. —  
<sup>12)</sup> Vid. Theophr. Hist. Plant. VII 4 § 12.

495 καὶ σπεῦδε ταχέως.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ταῦτα δρω̄.

ΟΙΚΕΤΗΣ Β (Dem.).

μῆμνησό νυν

δάκνειν. διαβάλλειν, τοὺς λόφους κατεσθίειν,  
 χάπως τὰ κάλλαι' ἀποφαγὼν ἤξεις πάλιν.  
 (In urbem abit isiciarius, domum intrat Demosthenes.)

## PARABASIS CHORI.

(vs. 498-610.)

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

Commatton.

ἀλλ' ἴθι χείρων, καὶ πράξιαις

496. διαβάλλειν] καταβάλλειν codd. pauci (cf. vs. 768). || κατεσθίειν] παρεσθίειν vel ἀπεσθίειν Meineke, διεσθίειν Reifferscheid.

sed recte alii interpretes illud verbum intellexerunt de *inflatis, tumidis*.

495. καὶ σπεῦδε ταχέως] item Thesm. 277, et in dictione cothurnata: ὡς δύνασαι Τεῦχε ταχύναι σπεῦσον coryphaeus Soph. Ai. 1164. Quamquam prudentiae praeceptum contrarium suadebat: σπεῦδε βραδέως, *festina lente*.

— ταῦτα δρω̄] vid. ad vs. 111.

495—497. μῆμνησο... καὶ ὄπως] vid. ad Nub. 887 et 489.

496. Vid. ad Ran. 857.

— διαβάλλειν] ioculariter *rugnandi* verbis hoc intermiscetur; expectatur enim *καταβάλλειν* vel *διαλαμβάνειν*<sup>1)</sup>. Sed voluntarius hic est error, ut vs. 491 *διαβολά;* pro *λαβάζ*. Simillimo autem ioco Pac. 643 ἄττα διαβάλοι τις αὐτῇ de civitate dictum est in eo verborum contextu

qui *προβάλοι*<sup>2)</sup> potius videbatur *poscere*. — τοὺς λόφους] *cristas*, quas in capite gerunt galli, Persici regis *κυρβασία* iocose assimilatas Av. 487.

497. τὰ κάλλαια] *carunculas* quas habent sub rostro: *barbam* sive *paleam*.

498—502. De verbis ἀλλ' ἴθι χείρων in coryphaei ore sollempnibus vid. ad Nub. 510<sup>3)</sup>. Frequens autem locutio *κατὰ νοῦν πράττειν*<sup>4)</sup>. Itaque fieri non potest *utscholion* „παρὰ τὸ Σοφόκληρον ἐξ Οἰκλείους,” quod ab editoribus versui 498 adscribitur, illuc pertineat, sed referendum est ad verba „καὶ σε φυλάττοι Ζεὺς Ἀγοραῖος<sup>5)</sup>”, fortasse etiam ad sequentia; colorem certe tragicum habet illud *στροφάνοις κατάπαστος*<sup>6)</sup> i. e. *coronis ornatus, πεποικιλμένος*. Nam in poetarum lingua *πάσσειν* est *ποικιλλεῖν*<sup>6)</sup>.

1) Vs. 262. — 2) Vid. ad Nub. 489—491. — 3) Cf. etiam infra vs. 548. — 4) Cf. vs. 549 Pac. 762 Plat. Euthyphr. 3e etc., item Pac. 940: *χωρεῖ κατὰ νοῦν*, Herodot. VI 130: *κατὰ νοῦν ποιεῖν* etc. — 5) Cuius numinis etiam Aesch. Eum. 973 Eur. Heracl. 70 fit mentio. — 6) Vid. ad vs. 968.

500

κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν, „καὶ σε φυλάττοι  
 Ζεὺς Ἀγοραῖος“, καὶ νικήσας  
 αὐθις ἐκεῖθεν πάλιν ὡς ἡμῶς  
 ἔλθοις „στεφάνοις κατάπαστος“.

(Ad spectatores:)

505

ἡμεῖς δ' ἡμῖν πρόσσχετε τὸν νοῦν τοῖς ἀναπαίστοις ἐπιούσιν,  
 ὧ παντοίας ἤδη μούσης πειραθέντες καθ' ἑορτάς.

(Chorus convertit se ad spectatores.)

Parabasis.

εἰ μὲν τις ἀνὴρ τῶν ἀρχαίων κωμωδοδιδάσκαλος ἡμῶς

501. Totum locum ex Sophocle desumptum esse si constaret (vid. commentarius), pro ὧ; quod a dictione poetica alienum, scribendum esset εἰς. Sed tragici verbis sua intermiscuisse comicum veri duco similis.

502. ἔλθοις] quod Suidas s. v. *κατάπαστος*; habet ἤξεις, e vs. 497 id fluxit.

503. ἡμῖν] ἡμῶν Brunck, *τίως* Hirschig. || *πρόσ(σ)χετε* Bentley] *προσέχετε* codd.; cf. (Ach. 733?) Nub. 575, 1122 Vesp. 1015 Av. 689.

504. \*ἐπιούσιν] deest in codd.; quod supplevi usus observatione GHermanni, tetrametrum requiri, finitum enim iam esse commation; ipse autem *καὶ τοῖς ἡμῶν ἀναπαίστοις* coniecit (*καὶ τοῖς ἄ.* est in tribus codd.), Meineke *χαίροντες τοῖς*, Hirschig *τοῖς ἡμετέροις*, Blydes *νυνὶ καὶ τοῖς*. Zacher vulgatam servat, Zielinskium secutus; comicum enim in commationum numeris conformandis magna libertate usum esse. Quod licet concedatur, incommodus tamen h. l. in textu tradito manet duplex datus.

506. *ἑορτάς* LWvDeventer] *ἑαντούς* codd., quod verti nequit nisi virum d. FRau secuti haec verba ita interpretemur: *vos qui et ipsi saepe poemata scripsistis*, cuiusmodi enunciationum nimis duco ineptum. GHermann versus 505 sq. delendos audacius quam probabilius statuebat.

500. *Ἀγοραῖος*] vid. ad vs. 297 sq. et 410.

502. *Corollis* laetae victoriae signis *redimitus ad nos redeas*, ὡσπερ ἀθλητῆς νικηφόρος. Sic Pericles Samo subacta Athenas redux honorificentissime a civibus est exceptus <sup>1)</sup>, sic Brasidas ornarunt urbium Chalcidicarum cives ὡς *ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα* <sup>2)</sup>, sic Teletiae duci dilectissimo milites valedixerunt in patriam abeunti <sup>3)</sup>. — Ipsi Aristophani, isiciarii partes agentis, his verbis victo-

riam in scenico certamine optat coryphaeus.

504. *τοῖς ἀναπαίστοις ἐπιούσιν*] item in Acharnensibus initio parabasis: *ἀλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίστοις ἐπιώμεν* <sup>4)</sup>.

505. Cf. initium parabasis Ranarum <sup>5)</sup>, ubi item invocatur musa et spectato-ribus *μυρία σοφία* tribuuntur; nunc autem omnium poetarum comicorum, qui his annis Athenis docuere, fabulas spectat noster <sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Plut. Pericl. 28. — <sup>2)</sup> Thucyd. IV 121. — <sup>3)</sup> Xen. Hell. V 1 § 3. — <sup>4)</sup> Ach. 627. — <sup>5)</sup> Vs. 674 sqq. — <sup>6)</sup> Sic Zacher verba explicuit coll. vs. 520—540. Ad vocem *ἑορτήν* quod attinet, cf. Pac. 816 Ran. 371, 391, 397, 443.



ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ θέατρον παραβῆναι,  
 οὐκ ἂν φαύλως ἔτυχεν τούτου· νῦν δ' ἄξιός ἐσθ' ὁ ποιητής,  
 510 ὅτι τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν μισεῖ, τολμᾷ τε λέγειν τὰ δίκαια,  
 καὶ γενναίως πρὸς τὸν Τυφῶ χωρεῖ καὶ τὴν ἐριώλην.  
 ἃ δὲ θαυμάζειν ὑμῶν φησιν πολλοὺς αὐτῷ προσιόντας,  
 καὶ βασανίζειν, πῶς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν,  
 ἡμᾶς ὑμῖν ἐκέλευε φράσαι περὶ τούτου.

φησὶ γὰρ ἄνηρ

508. ἠνάγκαζεν] -σεν R. || λέξοντας ἔπη πρὸς R] ἔπη λέξοντας ἐς V et plerique.

513. πῶς Bentley] ὡς codd.; cf. vs. 211.

514. ἐκέλευε R] -σε V alii. Vid. comment. ad vs. 1181. || φράσαι] φράζειν V metro invito. || ἄνηρ] ἄνηρ codd.

508. ἠνάγκαζεν] *permoveere nos conare-*  
*tur, a nobis peteret. Verbum vehemen-*  
*tius quam pro re, ut κελύειν, λίσσασθαι,*  
*iubere<sup>1)</sup>.*

— λέξοντας ἔπη πρὸς τὸ θέατρον παρα-  
 βῆναι] *ut versus coram spectatoribus sci-*  
*licet recitaremus!*<sup>2)</sup>. De voce ἔπει vid.  
 ad Nub. 541 sq., πρὸς τὸ θέατρον παρα-  
 βῆναι autem proprio verbo dicitur chorus  
 in media hac comoediae parte, cui cum  
 fabulae argumento nihil est commune<sup>3)</sup>.  
 Cf. Plat. fr. 92: *εἰ μὲν μὴ λλαν... ἄνδρες*  
*ἠναγκαζόμεν | στέφειν δέσθ', οὐκ ἂν παρέ-*  
*βην εἰς λέξιν τοιάνδ'*<sup>4)</sup> *ἔπων.* Nempe a  
 rebus scenicis semoti choreutae specta-  
 tores alloquuntur.

509. οὐκ ἂν φαύλως ἔτυχεν τούτου] *non*  
*facile id a nobis impetrasset, i. e. haud*  
*quaquam impetrasset.* Cf. usus particulae  
 latinae *vir* et de adverbio φαύλως vid.  
 ad Vesp. 656.

— νῦν δ' ἄξιός ἐσθ' ὁ ποιητής] cf. Pac.  
 738: *ἄξιός εἶναι φησ' ἐδλογίας μεγάλης ὁ*  
*διδάσκαλος ἡμῶν, ubi etiam versus sequen-*  
*tes sunt conferendi, et vid. ad Ach. 633.*

510. Simillimis verbis coryphaeus Ari-

stophanem laudat Ach. 645: *ὅστις παρ-*  
*εκινδύνευσ' εἰπεῖν ἐν Ἀθηναίοις τὰ δίκαια,*  
*qui id scilicet sustinuit ut coram Athe-*  
*niensibus aequa diceret.*

511. Ex hoc versu procrevit teterrima  
 Cleonis imago, quam Pacis fabulae para-  
 basi inseruit noster<sup>5)</sup>. De voce Τυφῶ  
 vid. ad Ran. 848, de voce ἐριώλη ad  
 Vesp. 1148; *χωρεῖν πρὸς*; idem significat  
 quod *ὁμοσε χωρεῖν, congrēdi cum, cominus*  
*pugnare.*

512 sq. *χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν*] *suo*  
*nomine fabulam offerret magistratui.* Vid.  
 ad Ran. 94.

514. ἐκέλευε] vid. ad vs. 1181.

— τούτου] *structura liberior, praece-*  
*dit enim ἴ.*

— φησὶ γὰρ κτέ.] quae nunc sequun-  
 tur speciem quidem habent, ita ut spec-  
 tatores nihil mali suspicatos possint  
 fallere, non tamen tam bene sunt con-  
 cinnata quin fraus perpluat. Nullam dum  
 suo nomine fabulam ideo docuerat com-  
 icus noster, quod civis Atticus non  
 esset; neque post Equites docuit alias,  
 tunc tamen satis peritus<sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> *Prier, bitten, to pray, to beg.* — <sup>2)</sup> *Om verzen te gaan opzeggen in de comēdie!* —  
<sup>3)</sup> Item Ach. 629 Pac. 735 Thesm. 785. — <sup>4)</sup> *τοιάνδε?* — <sup>5)</sup> Vs. 751 sqq.; in Vespas  
 autem retractatas ille locus transsumtus est vs. 1029 sqq.; cf. Vesp. Prolegom.  
 p. XXIII et Nub. 549 et vid. infra ad vs. 1393. — <sup>6)</sup> Vid. ad Nub. 530 sq., Mne-  
 mos. 1888 p. 263—288, Vesp. Prolegom. p. X—XIII.

- 515 οὐχ ὅτ' ἀνοίας τοῦτο πεπονθῶς διατριβεῖν, ἀλλὰ νομίζων  
 κωμφοδοδιδασκαλίαν εἶναι χαλεπώτατον ἔργον ἀπάντων·  
 πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι.  
 ἡμᾶς τε πάλαι διαγινώσκων ἐπετείους τὴν φύσιν ὄντας,  
 καὶ τοὺς προτέρους τῶν ποιητῶν ἅμα τῷ γήρῳ προδιδόντας·
- 520 τοῦτο μὲν εἰδῶς ἄπαθε Μάγνης ἅμα ταῖς πολιαῖς κατιούσαις,  
 ὅς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τροπαῖα,  
 πάσας δ' ἡμῖν φωνὰς εἰς καὶ ψάλλον καὶ περρυγίζων

517. δὴ] ἤδη V alii. || ὀλίγοις] ὀλίγοις πάνυ R, ὀλίγοις ἤδη V alii.

515. πεπονθῶς] vid. ad Nub. 234. Rogaverunt igitur amici illi, certe rogavisse nunc finguntur: *τί παθὼν οὐ κατὰ παντὸν χορὸν αἰτεῖς πάλαι;*

517. *Musa comica non cuiusvis amatorii facilem se praebet, nam quotus quisque est cui faveat!* — Aetivum *πειρῶν* hac aetate Athenis nonnisi in re amatoria usurpabatur <sup>1)</sup>; nam priscae dictionis est *πειρῶν* pro *πειρᾶσθαι experiri*. Verbum autem *χαρίσασθαι* significat *obsequi, morigerari* <sup>2)</sup> et oppositum sibi habet *ἀναίρεσθαι negare* <sup>3)</sup>. Simili imagine usus est noster Ran. 95 <sup>4)</sup>.

518. *ἐπετείους τὴν φύσιν*] eleganter hoc adiectivum ab animalibus vel herbis, quae intra unius anni spatium nascuntur et moriuntur <sup>5)</sup>, nunc transfertur ad favorem spectatorum *ταχυβούλων καὶ μεταβούλων* <sup>6)</sup>, non per plures annos persistentem sed in alios identidem translatum, ita ut Athenis cuilibet *μειρακυλλίω* spes sit semel certe scenam adeundi <sup>7)</sup>.

520. *τοῦτο μὲν*] respondet *εἶτα δέ* vs. 526, item Sophocl. Philoct. 1345 sq., Antig. 61 sqq.: *ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μὲν... ἔπειτα δέ κτέ.*

— *Μάγνης*] de prisco hoc poeta comico praeter ea quae Aristophanes nunc refert vix quidquam est cognitum. Quae autem ex eius operibus subinde afferuntur fragmenta paucissima et brevissima, sublestae sunt fidei. Non enim vitalia fuerunt eius opera, quae scripto non essent divulgata; et quae postea eius nomine circumferentur fabulae novem numero, eas pro spuris habebant grammatici <sup>8)</sup>.

521. Undecim victorias scenicas eum reportasse ait Anonymus de Comoedia. Duae tantum victoriae ei tribuuntur apud Suidam, sed nimis exiguum hunc esse numerum testantur Aristophanis verba *πλεῖστα τροπαῖα*.

522. Verba *πάσας... φωνὰς εἰς* proverbialem fere efficiunt locutionem, de iis dictam qui nihil intentatum relinquunt, ut *omnem lapidem movere*. Item Vesp. 562: *ἀκροῶμαι πάσας φωνὰς ἰέντων εἰς ἀπόφρευζιν*, Soph. El. 596: *πᾶσαν εἰς γλώσσαν*. Idem autem nunc valet adiectivum *πᾶς* quod in locutione *πάντα ἀγαθὰ, optima quaevis* <sup>9)</sup>.

522 sq. *καὶ ψάλλον καὶ κτέ.*] primum

<sup>1)</sup> Cf. Pac. 763 Plut. 150, 1067 Theopomp. fr. 32<sup>s</sup> Aristophont. 4 Menandr. 524 Lys. I § 12 Eur. Cycl. 581 etc. — <sup>2)</sup> Plat. Conv. 182a etc. — <sup>3)</sup> Vid. Maussac ad Harpocr. s. v. *ἀναίρεσθαι*, Ruhkenius ad Tim. s. v. *χαρίζεσθαι* et cf. Ach. 884. — <sup>4)</sup> Ubi vid.; cf. etiam infra vs. 738—740. — <sup>5)</sup> Theophr. H. Plant. IV 6 § 4. Nos *έέηjarig*. Digna quae hic commemoretur est elegantissima correctio, qua Thucydidis locum III 39 § 8 sanavit vHerwerden: *τῆς ἐπετείου (codd. ἔπειτα) προσόδου, tributa in singulos annos solvenda*. — <sup>6)</sup> Ach. 630, 632. — <sup>7)</sup> Ran. 94 sq. — <sup>8)</sup> Athen. 367 f, 646e, Anonymus de Comoedia. — <sup>9)</sup> Vid. ad Ran. 302.

καὶ λυδίζων καὶ ψηνίζων καὶ βαπτόμενος βατραχείοις  
οὐκ ἐξήρκεσεν, ἀλλὰ τελευτῶν ἐπὶ γήρωσ — οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης! —  
525 ἐξεβλήθη, πρεσβύτης ὢν ὅτι τοῦ σκάπτειν ἀπελείφθη.  
εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῶ † θεύσας † ποτ' ἐπαίνω

524 sq. -ν ἀλλὰ — ἐξεβλήθη] del. GHermann.

525. Virgulam post ἐξεβλήθη] scripsit post ὢν delevit Enger.

526. ὁ; ὠ; Bergk probabiliter; cf. vs. 1052. || θεύσας] participium, quod neque Atticae dictionis est (licet conferri possint Cratetis fr. 15 et Pherecratis 130<sup>5</sup>) neque huic loco aptum — θείων enim esset dicendum —, cum verbo autem ἔρρει coniunctum ne ferri quidem potest, a scholiasta perabsurde refertur πρὸς τὸ ἐνουρεῖν τὸν Κρατίνον (cf. vs. 400). Ante omnia rogemus oportet, quo pertineant dativi πολλῶ ἐπαίνω. Quos etsi a verbo ἔρρει suspendi non vetat lingua (vid. Pherecrat. fr. 130<sup>4</sup> Teleclid. 1<sup>4</sup> Metagen. 6<sup>6</sup> Hom. Θ 65 Eur. Bacch. 142 etc.), hoc tamen loco cum participio (vel adiectivo) quod intersertum est iungendos esse cum verborum ordo testatur tum contextus; nam πολλῶ ἐπαίνω ἔρρει, multas laudes volebat, de poeta quomodo dici possit non facile dixeris. Coniecerunt autem Kayser

καὶ non cum sequentibus est iungendum (cum... tum), sed mera est copula. Ad sensum verborum quod adinet, in scholiis est annotatum Magnetem scenae commisisse fabulas *Barbitistas Aves Lydos Psenes* 1) *Ranas*, quae nomina ipsius Aristophanis verbis praebentur. Quamquam est cur dubites satisne apte βατραχείοις βαπτίζεσθαι dicatur poeta qui chorum ranarum inducat; non enim coryphaei sed protagonistae partes eum egisse consentaneum est. Cum tamen idem valeat de participio λυδίζων ceterisque, *Αυδοί* autem fabula saepius commemoretur alias, acquiescendum videtur in scholiastae explicatione.

524. οὐκ ἐξήρκεσεν] non usque ad finem favore vestro usus est.

— τελευτῶν] *postremo*, ut saepe.

— ἐπὶ] cf. simillima senum verba Ach. 211: οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, item Vesp. 1167: ἐπὶ γήρωσ<sup>2</sup>), 1199: ἐπὶ νεότητος. Cf. ἐπὶ τοῦ δεινα illo archonte et similia.

525. ἐξεβλήθη] *eiectus est*; quod ple-

rumque dicitur *ἐξέπεσεν exoidit* 3), sed fortius est aliquanto. Ultima igitur eius fabula stare non potuit. Nunc mortuum esse cum ex toto loci tenore videtur apparere tum vero ex ipsis laudibus ei tributis; nam vivos aemulos extollere noster minime solet 4).

— πρεσβύτης — ἀπελείφθη] *cum senex non satis acrem se praestaret in civium vitiis castigandis*. — Hilarioris ingenii Magnetem fuisse intellegimus. Cuius facetiae simplices et innocentes olim quidem egregie placuere, sed postea, cum fastidiosus palato civium, nova semper poscentium et partium aestu abreptorum, acutiora multo et mordaciora ab aliis offerrentur, ieiunae videri coeptaes sunt, iamque spernebantur. *Iocandi* scilicet artem tenebat Magnes, *irridendi* artem 5) olim non didicerat, senex addiscere non potuit aut noluit. Verbum *ἀπολείπεσθαι* sensu non *subsequendi* adhibitum est, ut saepe 6).

526. εἶτα] vid. ad vs. 520.

526—536. Ficta cum commiseratione

1) I. e. *culices ficarios*, Av. 590 Herodot. I 193 Aristot. H. Anim. V 32. — 2) *Op zijn ouden dag*. Cum toto versu cf. Philoctetis verba (Soph. Phil. 947 sq.): οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε | εἶλέν μ'· ἐπεὶ οὐδ' ἂν ὠδ' ἔχοντ', εἰ μὴ δόλω. — 3) Cf. vs. 540. — 4) Vid. Ran. 357. — 5) τοῦ σκάπτειν. — 6) Vid. Eur. Herc. 440 (τῆς ἥβης), Herodot. II 106 (τῆς ἀληθείας) etc.

βρίσας (cf. h. Cer. 473), OSchneider βρύσας (cf. P 56 Nub. 45 Ran. 329 Aesch. Ag. 157 et epigramma de Cratino: τοίγαρ ὑπὸ στεφάνου μέγας ἔβρυν), Fritzsche ῥέψας, Kock πρέψας, — infeliciter omnes, praesentis enim, non aoristi, sic flagitatur participium, et πλῆθων legitur locis epicis, quos noster in mente habuisse videtur, A 492 vel E 87. Hac a parte non peccant quae proposuerunt Bury ῥήσας (cf. Herodot. II 99) et Hultsch λάβρος (coll. scholii verbis), sed sic incommodi sunt dativi. Praeterea coniecerunt Meineke ἑύματι πολλῶ ποτ' αἰνώας, Blaydes καναγῶν (et alia multa), alii aliter scripserunt audacius quam probabilius. Etiam Φολερός (*lutulentus*) habet quod placeat coll. Pherecrat. fr. 115 sq. et notis Horatii de Lucilio versibus; sed nihildum prolatum est quod assensum extorqueat. Non sufficit quod in mentem mihi venit ἐπαρθεῖς, nam ab imagine hoc alienum, neque ἄνθεῖς, hoc enim nimis tenue est verbum.

superbiaeque plena noster nunc loquitur de poeta praestantissimo, quem et antea aemulum habuerat maxime metuendum et in hoc certamine habebat <sup>1)</sup>. Nam laudes eo tantum consilio praemittuntur ut maiores cachinnos excitent qui de senis delirantis nugis recentibus subiunguntur versiculi. Quamquam probe opinor senserunt spectatores, serio haec nihilo magis esse accipiendam quam protervum illud de Cratini stragulis dicterium <sup>2)</sup> vel impudentes sane iocos anno proximo auditos de Cratini barba in cute rasa <sup>3)</sup> vel imprecationes scurriles quibus viri nihil eiusmodi commentis caput tunc a choro Aristophaneo fuerat devotum <sup>4)</sup>. — Uno autem anno elapso ad Aristophanis cavillas facete respondens Cratinus fabula sua Pytina ostendit nondum in τάριχον se abiisse vinove mersum iacere, sed ἔτι ἐκείνον τὸν Κρατῖνον εἶναι <sup>5)</sup>. In qua fabula haec de ipso dicebantur: ἄναξ Ἀπολλων, τῶν ἐπῶν τῶν ἑυμάτων! | καναχοῦσι πηγαί! δωδεκάκρουνον τὸ στόμα! | Πισὸς ἐν τῇ φάρυγι! τί ἂν εἴποιμ' ἔτι; | εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα, | ἴπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν <sup>6)</sup>. Et illo die aemulum certe superbum Cratinus mersit et obruit, nam vicit eius Pytina Aristophanis Nubes. Miro autem errore in scholio cui debe-

mus versus modo laudatos, ex bono igitur fonte desumpto, Aristophanes dicitur illa Cratini verba nunc respicere: „δοκεῖ δὲ μοι Ἀριστοφάνης ἀφ' ὧν αὐτὸς „εἶπε Κρατῖνος περὶ αὐτοῦ μεγαληγοῶν, „ἀπὸ τούτων καὶ οὗτος τὴν τροπὴν εἰληφέναι“ (sequuntur Cratini versus laudati, dein:) „ἦτοι οὖν τούτων χάριν καὶ Ἀριστοφάνης „περὶ τοῦ Κρατῖνου ταῦτα λέγει, ἢ τὸ „ρεῦσας“ εἶπε σκώπτων πρὸς τὸ ἰνουρεῖν τὸν Κρατῖνον.“ Et ultimum commentum dignum sane homine qui sic temporum rationes perturbavit, sed in prisco commentario, unde haec sunt hausta, fuit: „δοκεῖ δὲ „μοι Κρατῖνος αὐτὸς περὶ αὐτοῦ μεγαληγοῶν ἀφ' ὧν ἀφ' ὧν περὶ αὐτοῦ εἶπεν Ἀριστοφάνης „τὴν τροπὴν εἰληφέναι.“ Quae ne coniectura quidem est, nam ad vs. 400 legitur: „γενοίμην οὖν, φησίν, εἰς τὴν οἰκίαν „Κρατῖνου κῆριον, ὥστε μου κατουρεῖν ἐκείνον, εἰ μὴ σε μισῶ. Ὑπερ μοι δοκεῖ παροξυνθεῖς ἐκείνος... πάλιν γράφει δρᾶμα τὴν „Πυτίνην εἰς αὐτὸν τε καὶ τὴν μέθην“, — male autem intellecta haec observatio peperit recentioris nebulonis nugas, quas modo vidimus. Vid. etiam ad vs. 531: „ταῦτα ἀκούσας ὁ Κρατῖνος ἔγραψε τὴν „Πυτίνην“. Ubi quae sequuntur verba levi vitio laborant; non enim legendum est „δεικνύς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν ἐν οἷς κακός; „λέγει τὸν Ἀριστοφάνην ὡς τὰ Εὐπόλιδος

<sup>1)</sup> Vid. ad Ran. 1 sqq., 13 sq., 357 Nub. Proleg. p. XXIX. — <sup>2)</sup> Supra vs. 400. — <sup>3)</sup> Ach. 849 sqq. — <sup>4)</sup> Ibid. vs. 1173. Nam non clarissimum illum comicum sed ignotum aliquem hominem eiusdem nominis Acharnensium l. l. rideri, quod cum multis olim putabam, nunc confidenter nego cum Bergkio (Reliq. Com. Att. p. 202). — <sup>5)</sup> Vid. Nub. Proleg. p. XXIX sq. — <sup>6)</sup> Cratin. fr. 186.



διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει, καὶ τῆς στάσεως παρασύρων  
ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς

[προθελύμους·

ἔσαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμποσίῳ πλὴν „Λωροὶ συκοπέδιλε“

527. ἀφελῶν πεδίων] ἀφύων (immo ἀφύτων) πεδίων l. a. in schol., ἐφάλων πεδίων OSchneider ieiune, φελλίων πεδίωνδ' Bergk infelicissime, durior enim est sonorum -εω- synyzeisis et φελλίων mentio hinc aliena. || και] κακ OSchneider.

529. ἦν] ἐν ἦν R.

„λέγοντα“, sed 1): „δεικνύς ὅτι οὐκ ἐλήρη-  
σεν ἐν ἡ κακῶς λέγει κατέ.“

526 sq. Ad instar torrentis hiberni per aspera et densa in campos apertos ruentis arboresque stirpitibus evulsas tumidis aquis volventis Cratinus per pulpita olim ferebatur bacchico furore correpta, et adversarios facundiae suae fluctibus mersos auferebat. — Comici haec scribentis menti obversati sunt loci epici, qualis est A 492 sqq.: ὡς δ' ὅποτε κλήθων ποταμὸς πεδίωνδε κάτεισι | χειμάρρους κατ' ὄρεσφιν, ἀεζόμενος Διὸς ὕμβροφ, | πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλαίας πολλὰς δὲ τε πεύκας | εἰσπίφεται, πολλὸν δὲ τ' ἀφουσγετὸν εἰς ἴλα βάλλει, | ὡς ἔφεπε (Troianos) κλονίων πεδίων κάτα φαίδιμος Αἴας<sup>2)</sup>. — Corruptum est ζεύσας, fortasse etiam vicina; expectatur autem quod significet: *multa civium laude turgidus*<sup>3)</sup>.

527. ἀφελῶν] *integrorum*. Prisca haec est vox neque alias apud Aristophanem obvia. Quippe illa aetate in desuetudinem abierat, sed Solon e. g. ἀφελῆ dixerat τὰ <μη> ξυμνηρα<sup>4)</sup>, de magistratum sacerdotumque δοκιμασίᾳ loquens opinor, qui corpore ἀφελῆς esse debebant<sup>5)</sup>. Apud recentiores autem<sup>6)</sup> frequentia sunt ἀφελῆς; et ἀφέλις. Nostro igitur loco πεδία ἀφελῆ intellego *campos planos le-*

nissimaeve sinuositatis, in quos deicit se amnis, imbres quem super notas aluere ripas<sup>7)</sup>. Nam quod in Hesychii lexico τὰ ἀφελῆ πεδία dicuntur esse τὰ σύνδενδρα<sup>8)</sup>, id ex ipso hoc loco confictum est<sup>9)</sup>.

528. Vocem ἐχθροὺς praeter expectatum nunc additam Bergk interpretatur cives, quorum in re publica administranda consilia Cratinus inpugnabat; sed collato versu 590 non dubito quin eius aemuli sint intellegendi, quae multo aptior contextui est notio: olim Cratinus omnes competitores superabat, nunc meras nugas in scena fundit<sup>10)</sup>.

— προθελύμους;] vid. ad Ran. 587.

529 sq. Afferuntur Cratini cantilenaе duae ex Ennidis fabula desumptae<sup>11)</sup>, quas — perinde atque Phrynichi tragici cantica<sup>12)</sup> — Athenis olim celebratas fuisse noster locus testatur. Facile autem intellegitur perplacuisse canticum a verbis Λωροὶ συκοπέδιλε incipientis, festive enim novum hoc nomen est fictum ad exemplum Ἴριος χρυσοπέδιλου<sup>13)</sup>; fortasse autem ioculari illo nomine designabatur *Aspasia*, Iovis τοῦ σχινοκεφάλου uxor, quam alias Nemesim et Omphalen et quid non dixit Cratinus. Denominata est Λωρῶ ad analogiam numinum Atti-

1) Quod ante me observasse Kirchoffium nunc video. — 2) Item E 87 sqq.; vid. etiam supra ad vs. 137. — 3) Vid. annot. critica. — 4) Poll. I 29. Nam sic est legendum. — 5) Vid. Anecd. Bekk. p. 469 sq. et Etym. M. — 6) E. g. Plutarchum. — 7) Horat. Carm. IV 2, 6. — 8) „Fertur quo rara securis“, Horat. Sat. I 7, 27. — 9) Neque φελλίων nomen quidquam huc facit, licet Ruhnkenium (quem vid. ad Tim. p. 270) fallax horum vocabulorum similitudo pellexerit. — 10) Quae scholion habet nimis sunt absurda. — 11) Teste scholio. Cratin. fr. 69 sq. — 12) Vid. ad Nub. 967 Vesp. 220 Ran. 910. — 13) Hes. Theog. 454.



530 καὶ „τέκτονες εὐπαλάμων ἕμνων“ οὕτως ἤνθησεν ἐκείνος.  
 νυνὶ δ' ἕμεῖς αὐτὸν ὀρῶντες παραληροῦντ' οὐκ ἔλεεῖτε,  
 ἐπιπιουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκέτ' ἐνότος,  
 τῶν δ' ἁρμονιῶν διαχασκουσῶν· ἀλλὰ γέρων ὦν περιέρρει,  
 ὥσπερ Κοννᾶς „στέφανον μὲν ἔχων αἶνον, δίψη δ' ἀπολωλώς“, —

533. διαχασκουσῶν] -λασκουσῶν Naber; sed neque sincerum duco hoc verbum (vid. ad Ran. 97) neque quod in codd. est suspectum habeo.

corum Θαλλοῦ; Καρπού; Αἰζοῦς, ut alias *Λεζῶ* novam deam effinxit Cratinus e verbo *δέξασθαι* <sup>1)</sup>. Poetas vero ἕμνων *τέκτονας εὐπαλάμους* cum appellat idem, non suis verbis utitur sed ipsorum dictionem iocose imitatur <sup>2)</sup>. Simili tumore conspicuum est epitheton *φρονοπέκτων* de Aeschilo in *Ranis* usurpatum <sup>3)</sup>.

531. *παραληροῦντα*] verbum redit Ran. 595 et saepius apud Platonem <sup>4)</sup>. Prae-positionis autem vis est eadem in verbis *παραπαλεῖν*, *παρακόπτειν*, aliis <sup>5)</sup>.

532 sq. *Tibiae* Cratinus nunc assimilatur. Cuius ἠλέκτρους labascere iam prohibet noster; quamquam quid sint tibiae electri dicere non habeo. *Τόνος*; dicitur *sonus* <sup>6)</sup>, ἁρμονία sunt *iuncturae*, quae fatisci iam coeperunt <sup>7)</sup>. Sic alibi ἁρμονία commemorantur *ratis* <sup>8)</sup> vel *lyrae* <sup>9)</sup> et *Lais* vetula dicitur *τῆς ἁρμονίας διαχαλᾶν τοῦ σώματος* <sup>10)</sup>. Perperam vero in scholiis lexicisque vetustis *lecto* nunc assimilari Cratinus dicitur; quem errorem peperit vox *τόνος*, quoniam etiam *κλίνας* sui sunt *τόνοι* <sup>11)</sup>. Multo autem probabilius Fritzsche <sup>12)</sup> cum *lyra* senem poetam comparari post alios statuit; sed loci ab eo collati <sup>13)</sup> id tantum probant, cum *lyra* hominem conferri potuisse, non etiam nostro loco debuisse;

et versus, quem ipse praeterea adscripsit, Ach. 681, ubi senes decrepiti dicuntur *παρεξηλημένοι*, mihi videtur magis commendare explicationem quam supra dedi.

533. γέρων ὦν] vid. ad Ach. 222.

534. Nuper ipse Cratinus riserat *Connum* senem grandaevum, fortasse vinosum, post multas victorias vitam vix misere sustentantem. Quem hominem et alii comici his annis in scena traduxerunt; nam uno anno post *Equitum* fabulam scenae commissam *Connum* docuit *Ampisias*, qua fabula superavit *Aristophanis Nubes*; *Connum* scripsit etiam *Phrynichus*. *Socrates* autem *Conno* *Metrobii* filio in arte musica magistro se usum esse plus semel prohibuit apud *Platonem* <sup>14)</sup>, vix unquam tamen serio; cum *Socrate* igitur, fortasse etiam cum *Euripide* et quibusdam *sophistis*, eum consuevisse statuere posse videmur, cum reputamus *Ampisiam* chorum *Conni* fabulae e *φρονησιαῖς* composuisse. De hoc igitur sene effeto Cratinus dixerat: *ἔσθι καὶ σῆ γαστρί διδου χάριν, ὕφρα σε λιμὸς | ἐχθαίρη, Κοννᾶς δὲ πολυστέφανος σε φιλήσῃ* <sup>15)</sup>, *Hesiodi* versus <sup>16)</sup> imitatus et mox proverbiali quadam locutione usus: *Δελφός ἀνήρ, στέφανον μὲν ἔχων αἶνον, δίψη δ'*

<sup>1)</sup> Cratin. fr. 401. — <sup>2)</sup> Vid. Pind. Pyth. III 200 Nem. III 4 Eur. Androm. 476. —

<sup>3)</sup> Vs. 821. — <sup>4)</sup> Theaet. 169a etc. — <sup>5)</sup> Vid. ad Nub. 640. — <sup>6)</sup> Ut Vesp. 337. —

<sup>7)</sup> οὐκέτι ἔχουσαι εὐφραν, ut cum scholiasta loquar, in cuius verbis absurde traditum est *εὐέπειαν*. — <sup>8)</sup> Hom. ε 248. — <sup>9)</sup> Soph. fr. 232a. — <sup>10)</sup> Epicrat. fr. 219. —

<sup>11)</sup> Ar. Lys. 923 Philippid. fr. 12 Herodot. IX 118, cf. Hom. ψ 201. — <sup>12)</sup> Ad Ran. 233. — <sup>13)</sup> Ar. Av. 218 *ἐλεφαντόδετον φόμιγγα*, Soph. fr. 34 *ὕψηρέθη σου κάλαμος*,

*ὥσπερ εἰ λύρας*, Lucian. LVIII § 8 Ovid. Metam. XI 167. — <sup>14)</sup> Plat. Euthyd. 272c,

295d Menex. 235e. — <sup>15)</sup> Cratin. fr. 317, teste scholio ad nostrum locum. —

<sup>16)</sup> Oper. 298 sq.

535 ὄν χοῖν διὰ τὰς προτέρας νίκας πίνειν ἐν τῷ Πρωτανείῳ,  
καὶ μὴ ληρεῖν, ἀλλὰ θεᾶσθαι λιπαρὸν παρὰ τῷ Διονύσου.  
οἷας δὲ Κράτης ὀργὰς ὑμῶν ἠνέσχετο καὶ στυφελιγμούς!

536. ληρεῖν] ἀκληρεῖν Meineke admodum infelicitur. || Διονύσου Elmsley] -ου codd., quod *Bacchi statuum* intellegunt coll. Eccl. 682, post alios autem tueri conatus est Sobolewski Praepos. p. 185 sq.

537. στυφελιγμούς R] -λισμούς; cett. || In versus fine exclamationis signum scripsi; vulgo scribitur semicolon et a participio *μεμνημένος* (vs. 526) suspensa haec creduntur.

ἀπολωλώς. Suo igitur nunc telo Cratinum petens noster dicit ipsi misere iam sitienti nihil praeter aridas lauros esse reliquam, quem iocum in Baptis repetivit Eupolis: ἀναρίστητος ὦν | καὶ οὐδὲν βεβρωκώς, ἀλλὰ γὰρ στέφανον ἔχων<sup>1)</sup>, fortasse et ipse — quod suspicatus est Winckelmann — de Conno loquens. Vesp. 675 autem Κόννου ψῆφος; dicitur homo qui οὐτ' ἐν λόγῳ οὐτ' ἐν ἀριθμῷ est; qui iocus quid sibi velit accuratius efficere non iam possumus. Clarum autem aliquando fuisse Connum credere non recuso, sed quoniam nonnisi secundum locos ubi mentio eius fit iudicium ferre nunc licet, verissimum est quod scripsit Cobet: „nunquam non ridiculus est bonus Connus”<sup>2)</sup>. Quin ipsa nominis forma, qua nunc designatur, ridiculi quid habet, ut alias terminus -ᾰς<sup>3)</sup>. — Haud inepte contuleris Acharnensium locum, ubi Lamachus iubetur tenuissimi victus taedia fallere splendidas galeae suae cristas quassando<sup>4)</sup>, et Pac. 1116, ubi ad sortilegum esurientem „τὴν Σίβυλλαν ἔσθαι” *Sibylla tua vescere* ait Trygaeus; item pater ad filium prodigum Nub. 815: „ἔσθι ἐλθῶν τοὺς Μεγακλείους κίονας”. Praeterea recordari nunc iuvat nostratis cuiusdam poetae, de quo sic iocabantur:

*nempe tuas cunas lauri myrtique tegebant*<sup>5)</sup>, — pharmacopolae nimirum erat filius.

535 sq. *Quidni dudum in Prytaneum eum vocastis et sede honorifica in theatro donastis*<sup>6)</sup>. *Utinam nunc in primo sub-selliorum ordine sederet*, — ubi vel Cleonibus suus hodie est locus<sup>7)</sup>: — *taceret enim, neque nugis veteriosis enecare nos etiam pergeret, sed spectaret quae recentior protulit aetas*.

535. πίνειν] praeter expectationem dictum pro verbo *δειπνεῖν*, propter id quod praecedit *δίψα*. Sic enim poetae mens potest reddi: si Cleoni „victoria” ista epulas peperit quotidianas<sup>8)</sup>, quin seni toties in scena victori idem conceditis?

536. λιπαρὸν] vid. ad Nub. 920.

— παρὰ τῷ Διονύσου] sc. *ἱερῷ*<sup>9)</sup>.

537. Κράτης] hic poeta, qui Cratini histrio fuisse fertur priusquam suas fabulas docuit<sup>10)</sup>, *πρῶτος ἦρξεν ἀφήμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας καθόλου ποιεῖν λόγους καὶ μύθους*, si fides Aristoteli Poet. 5, vel potius codici in quo libelli illius pars hodie extat unico. Nam facile suspicetur quispiam pro Cratete illic *Cratini* nomen esse reponendum<sup>11)</sup>. Qua tamen coniectura rejecta Meineke<sup>12)</sup> ita interpretatur Aristophanis verba: „Cratetem

<sup>1)</sup> Eupol. fr. 68. — <sup>2)</sup> Prosopogr. Xenoph. p. 82. — <sup>3)</sup> De quo vid. ad vs. 361. — <sup>4)</sup> ἐπὶ τσοίχει τοὺς λόφους κοραδαίνετω! vs. 967. — <sup>5)</sup> *Uw wieg stond tusschen lauwerblaren | En versch geplukte mirten in.* — <sup>6)</sup> Cf. Ran. 764 sq. — <sup>7)</sup> Vid. ad vs. 327 et 702 sqq. — <sup>8)</sup> Vid. ad vs. 280 sq. — <sup>9)</sup> Vid. Ach. 1087 et ad Ran. 297. Nos diceremus: *in de koningsloge*. — <sup>10)</sup> Vid. scholia ad nostrum locum et Anonymus de Comoedia. — <sup>11)</sup> De quo librorum errore tralaticio vid. e. g. Meineke Hist. Com. p. 63 vel supra annot. crit. ad vs. 407. — <sup>12)</sup> Ibid. p. 59.

ὃς ἀπὸ σμικρῆς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων ἀπέπεμπεν,  
ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος μάττων ἀσειοτάτας ἐπινοίας.  
540 καὶ οὗτος μέντοι μόνος ἀντήρκει, τοτὲ μὲν πίπτων, τοτὲ δ' οὐχί.

ταυτ' ὀρρωδῶν διέτριβεν ἀέλ. καὶ πρὸς τούτοισιν ἔφρασκεν

538. ἀπέπεμπεν] dicendum erat: *satiatos vel contentos dimittebat*. Sed ipsius fortasse poetae haec est negligentia.

539. κραμβοτάτου] κραμβοφάγου Kiehl coll. Cratini epitheto ταυροφάγῳ Ran. 357 (ubi vid.); etiam adiectivum κολλικοφάγος conferri potest (Ach. 872), de permutatis autem litteris T et Φ vid. Vesp. 1309 vel schol. Nub. 967. Sed cur crambe potissimum vesci Cratinus dici potuerit non exputo, neque κράμβης et verbi μάττει placet iunctura. || στόματος] σταιτός; Zacher ingeniosissime, coll. Herodot. II 36, 47 Eupol. fr. 332 Stob. Flor. LXXXV 21 Athen. 110c, 548b Hesych. s. v.; sed vereor ut ἀπὸ σταιτός; dici potuerit, et ipsum potius σταις μάττειται. Itaque expectaverim potius ἐκ κρ. σταιτός; πλάττων ἐπινοίας, quod tamen proponere nolim.

540 μόνοις] \*μόλις (hic quoque quantumvis festinus stare vix poterat)? Facile in ΜΟΝΟC abire potuit ΜΟΛΙC.

primum apud Athenienses extitisse qui Epicharmi exemplo comicae poeseos materiem a singulorum hominum irrisione ad generales morum notationes rerumque descriptiones traduceret."

538. Qui parvo sumtu prandium vobis praeberere solebat. Non artificiose composita nec longius petita erant quae offerebat Crates, sed simplici ingenuaque quadam venustate se commendabant. Praepositionis ἀπὸ eadem vis est vs. 788 <sup>1)</sup>. Imagine eadem usus comicus ignotus dixit: ἀλλ' ὡσπερ δείπνου γλαυροῦ ποικίλην εὐωχίαν | τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφόν, | ἵν' ἀπὸ τῆς τοῦτο φαργῶν καὶ πίων, ὥσπερ λαβῶν | χαίρει τις, καὶ σκευασία μὴ μί' ἢ τῆς μουσικῆς <sup>2)</sup>.

539. ἀπὸ] instrumentum indicare nunc videtur <sup>3)</sup>; videtur, inquam, quoniam non prorsus certa est huius versus lectio et sententia <sup>4)</sup>.

— κραμβοτάτου στόματος] adiectivum aliunde non cognitum, cui num quid

cum voce κράμβη sit commune admodum est dubium, apud Hesychium explicatur καυρόν, i. e. *simplex, non artificiosum* <sup>5)</sup>. Os autem μάττει nunc assimilatur, itaque quadamtenus similia haec sunt Avium versiculis: προσηφύραται λόγος εἰς μοι, | ὃν διαμάττει οὐ κολύει <sup>6)</sup>, admixta aqua (oleo, vino) maceratus est meus sermo, itaque pinsere eum et in placentam effundere nihil iam vetat. Cf. etiam quae de Cratete in Thesmothoriazusis alteris chorum dicere fecit noster: ἦν μέγα τι βρωμ' (?) ἔτι τρυγηδοποιουμουσική, | ἠνίκα Κράτητι τε „τάριχος; ἐλεφάντινον" <sup>7)</sup> | λαμπρόν ἐκόμιζεν ἀπόνως παρακεκλημένον (I. παρ' ἡμῖν κλέος vel γέλωτ'?) | ἄλλα τε τοιαῦθ' ἔτετρα μοι' ἐκχιλίετο <sup>8)</sup>.

— ἐπινοίας] *inventi* <sup>9)</sup>. Idem significat δῖανοιαι <sup>10)</sup>, ἰδῖαι <sup>11)</sup>, εὐρήματα <sup>12)</sup>.

540. Hic tamen solus usque ad vitae finem perstitit <sup>13)</sup>, modo eiectus <sup>14)</sup>, modo laudatus.

541—545. Vid. ad vs. 514.

<sup>1)</sup> Vid. etiam Ach. 999 Lys. 496, 1208 Eccl. 599 Plut. 377. — <sup>2)</sup> Fr. adesp. 1330. — <sup>3)</sup> Ut Ran. 121 et 1200; cf. etiam Nub. 768. — <sup>4)</sup> Cf. annot. critica. — <sup>5)</sup> Vid. Theocrit. VII 37 Athen. 697b. — <sup>6)</sup> Vs. 462 sq. — <sup>7)</sup> Cratet. fr. 29. — <sup>8)</sup> Fr. 333. — <sup>9)</sup> Idem vocis est usus infra vs. 1322 Vesp. 1050 Ran. 1530, vid. etiam Vesp. 1073. — <sup>10)</sup> Nub. 944 Vesp. 1044 Pac. 750. — <sup>11)</sup> Nub. 547. — <sup>12)</sup> Nub. 561. — <sup>13)</sup> Hield zich staande. — <sup>14)</sup> Vs. 525.

ἐρέτην χρῆναι πρώτα γενέσθαι πρὶν πηδαλίους ἐπιχειρεῖν,  
 κἄτ' ἐντεῦθεν προρατεῦσαι καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρηῆσαι,  
 κἄτα κυβερνᾶν αὐτὸν ἑαυτῶ. τούτων οὖν οὐνεκα πάντων,  
 545 ὅτι σωφρονικῶς κοῦκ ἀνοήτως εἰσπηδήσας ἐφλυάρει,  
 αἴρεσθ' αὐτῶ πολὺ τὸ ῥόθιον, παραπέμψατε ἐφ' ἔνδεκα κόπαις

542. πρώτα] πρώτων V R et plerique. || Post hunc excidisse versum, cuius sensus fuerit κἄτα τοιχαρχεῖν, sine iusta causa suspicabatur Porson, Claudiani versibus, quibus nostrum locum imitatur (Cons. Flav. Mall. Theodor. 42) pellectus.

544. οὐνεκα] ἔνεκα R, εἴνεκα alii.

545. Reicio coniecturas, in quas incidi olim et facile incidere alii: ὅτι σώφρων ὦν οὐκ vel ὅτι σώφρων ἦν κοῦκ (sic Halbertsma). Vid. commentarius.

546. παραπέμψατε ἐφ' ἔνδεκα κόπαις] verba obscura. Meineke παραπέμψατέ θ' ἔνδεκα vel παραπέμψατέ τ' ἔννεα (spectatorum cuneos designari ratus), Kock παραπέμψατέ τ' ἐν δέκα (cf. Eustath. 1540,45), Diels παραπέμψαντες, (sic duo codd.) δέκα, digitos significari cum Merrio ratus; quod coniecit OSchneider παραπέμψατ' ἐφ' ἐν δέκα contorte est dictum et metro parum commendatur.

542. πρώτα... πρὶν] eadem dictionis est ubertas Ach. 383 (?) Eq. 761 Thesm. 380.

543. κἄτ' ἐντεῦθεν] et tum ex illo inde tempore. Iunguntur hae particulae etiam Nub. 1374, ἐντεῦθεν autem ad tempus transfertur <sup>1)</sup> et ἐνταῦθα <sup>2)</sup> et ἐνθα (δη) <sup>3)</sup>.

— προρατεῦσαι] praeetae munere fungi. Nempe ὁ τοῦ κυβερνήτου διάκονος προφρεὺς τῆς νῆος ἑκαλεῖτο <sup>4)</sup> vel etiam προφράτης <sup>5)</sup>. Erat igitur remigum in prora praefectus, gubernatori, qui soli trierarchae erat subditus, dignitate proximus. Simili metaphora usus est Plautus: *si tu praeeta isti navi's ego gubernator ero* <sup>6)</sup>.

545. Cf. Euripidis se ipsum collaudantis verba Ran. 945: εἰτ' οὐκ ἐλήρουν ὅτε τύχοιμ' οὐδ' ἐμπεσῶν ἔφρουρον, et Herodot. III 81: ὠθέει ἐμπεσῶν τὰ πρήγματα ἄνευ νόου (populus). — Imagini consentaneum est τὸ ἀνοήτως εἰσπηδήσαι, parum circumspecte in navem se conicere. Adver-

bium autem σωφρονικῶς eadem nunc libertate cum sequentibus est iunctum qua Vesp. 678 dicitur πολλὰ μὲν ἐν γῆ πολλὰ δ' ἐν ὑγρῷ πιτυλεῦσαι.

546. αἴρεσθ' αὐτῶ πολὺ τὸ ῥόθιον] plaudite cum dicere velit, ita hoc enunciat ut poseit imago qua uti pergit. Est enim ῥόθιον sonus fluctuum, et remiges aquam celeribus ictibus verberantes ῥοθιάζειν dicuntur <sup>7)</sup>. Strepitus vero, quem moderato cursu remigantes edunt, dicitur πίτυλος <sup>8)</sup>. Aptissime autem voce ῥοθίῳ multitudinis fremitus nunc indicatur; nam apud poetas voci ῥόθῳ ceterisque quae ab hac stirpe ductae sunt fremendi sensus est proprius <sup>9)</sup>, cantus autem audit εἰρεσίῃ γλώσσης, cantores Μουσῶν ἔρεται <sup>10)</sup>.

— ἐφ' ἔνδεκα κόπαις] haec si sana aut non nimis graviter corrupta sunt <sup>11)</sup>, e nautarum sermone sunt desumpta, et de

<sup>1)</sup> Item vs. 131 Ach. 528, 530, 535, 539 Vesp. 125 Ran. 154 etc. — <sup>2)</sup> Vid. e. g. Ach. 374. — <sup>3)</sup> Vid. ad Nub. 370. — <sup>4)</sup> Xen. Oecon. VIII § 14, cf. Anab. V 8 § 20 etc. — <sup>5)</sup> Soph. fr. 470 [Xen.] Rep. Athen. I § 2. — <sup>6)</sup> Rud. IV 3, 74. — <sup>7)</sup> Fr. 83 sq. Hermipp. 54, cf. Acharn. 807 (ubi translatum est verbum) Eur. Cycl. 17 Aesch. Pers. 396. — <sup>8)</sup> Vid. Vesp. 678 fr. 84 Naber Mnemos. 1895 p. 240. — <sup>9)</sup> Vid. e. g. Hes. Oper. 220 Eur. Androm. 1096, Aesch. Sept. 7 φροῖμα πολύροθα, verbum ὁμοφροθεῖν = συμφωνεῖν Av. 851 etc., κακοφροθεῖν = κακολογεῖν, vid. Ach. 577. — <sup>10)</sup> Athen. 669 d. — <sup>11)</sup> Nam dubitari potest an κόπαις vox ex annotatione ad ῥόθιον pertinenti in textum migraverit.



θόρυβον χρηστὸν ληναίτην,  
 ἴν' ὁ ποιητῆς ἀπίη χαίρων,  
 κατὰ νοῦν πράξας,  
 „φαιδρὸς λάμπουσι μετώπῳ.“

## ΧΟΡΟΣ.

Oda sive stropha.

Ἴππ' ἄναξ Πόσειδον, ᾧ  
 χαλκοκρότων ἵππων κτύπος  
 καὶ χρομετισμὸς ἀνδάνει,  
 καὶ κυανέμβολοι θοαὶ

550

salutatione militari undecies — de more — repetita vel per undecim remorum ictus continuata sunt intellegenda, quam explicationem praebent Eustathius et scholiasta <sup>1)</sup>. Sic hodie naves longae ictibus viginti et uno tormentorum bellicorum salutare solent eos quibus insignis honor est tribuendus. Frustra autem me quidem iudice ingenium suum torserunt viri docti, qui alia ratione verba tradita interpretari sunt conati <sup>2)</sup>.

547—550. Hi versus, qui πῆγος quod dicitur efficiunt, tam arte cum ipsa parabasi cohaerent ut divelli inde nequeant.

547. Θόρυβον] de plausu et acclamatione et omnino de strepitu favorem testante usurpatur nunc; vid. Eccl. 431: ἐθορύβησαν καὶ ἀνέκραγον ὡς εἰς λέγοι <sup>3)</sup>. Insolite autem dictum est παραπέμπειν θόρυβον, nam alias παραπέμπειν θορύβῳ τινά dici solet <sup>4)</sup>, et sic locutus est qui similem imaginem adhibuit poeta anonymus: τόνδε... | εἰρησὶν γλώσσης παραπέμπωμεν <sup>5)</sup>.

549. κατὰ νοῦν πράξας] vid. ad vs. 499.

— φαιδρὸς λάμπουσι μετώπῳ] e dictione

sublimiore haec esse desumpta docent adiectivum φαιδρὸς <sup>6)</sup> apud nostrum non nisi Pac. 156 praeterea obvium, ibi quoque in parodia, et λάμπειν verbum poetice usurpatum. Admodum autem ridicule Eupolis in Maricante fabula ad Aristophanis frontem denudatam haec verba rettulit. Quem Eupolidis iocum dein respexit Aristophanes in versibus, quos Nubibus postmodo inseruit <sup>7)</sup>, nec non in Pace fabula, ubi iteravit ipsa verba quae iocandi hanc materiem Eupolidi — et aliis fortasse comiciis — praebuerant: γενναϊοτάτου τῶν ποιητῶν λαμπρόν τὸ μέτωπον ἔχοντος <sup>8)</sup>.

551. Ἴππ[ι] cf. Nub. 83. Aesch. Sept. 130 Neptunus ἵππιος ποντομίδων ἄναξ dicitur <sup>9)</sup>.

552. χαλκοκρότων] hoc adiectivo, quo apud Euripidem Phoen. 1577 designatur φάσανον, Pindarus ornavit Cererem <sup>10)</sup>. Nunc sic dicuntur equi χαλκόποδες <sup>11)</sup>, aeripedes <sup>12)</sup>, quorum ungula dura et concava <sup>13)</sup> firmum solum feriens tam clarum sonum edit ut aes percuti dicas.

554. κυανέμβολοι] cf. Ran. 1318.

<sup>1)</sup> κίλισμα ναυτικὸν ἐφ' ἑνδεκα κωπηλασίας ἐκτεινόμενον. Cf. Christ Metrik<sup>2</sup> § 131, qui tamen longe a vero aberravit, si quid video, de horum versuum numeris aliquid ex his verbis effici posse contendens. — <sup>2)</sup> Nihil prodest collatus Lys. 282, ubi ἐφ' ἐπτακαίδεξ' ἀσπίδας arcem olim circumdeditur dicuntur Athenienses. — <sup>3)</sup> Item infra vs. 666, 1380. — <sup>4)</sup> Conferri tamen potest παραπέμπειν τὴν παρατόμπην Xen. Hellen. VII 2 § 18. — <sup>5)</sup> Athen. 669 a. — <sup>6)</sup> Soph. El. 1297, 1310. — <sup>7)</sup> Nub. 540 et 545, ubi vid. — <sup>8)</sup> Pac. 767 sqq. — <sup>9)</sup> Cf. etiam Soph. Oed. C. 707—719. — <sup>10)</sup> Isthm. VII 3. — <sup>11)</sup> Hom. © 41 N 23. — <sup>12)</sup> Verg. Aen. VI 803. — <sup>13)</sup> Xen. Eq. 1 § 3 Columell. VI 29 § 3.



555

μισθοφόροι τριήρεις,  
μειρακίων θ' ἄμιλλα λαμ-  
πρυνομένων ἐν ἄρμασιν  
καὶ βαρυσταμονούντων,

560

δεῦρ' ἔλθ' εἰς χορόν, ὃ χρυσοτρίαν', ὃ  
δελφίνων μεδέων Σουνιάρατε,  
ὃ Γεραίστικε παῖ Κρόνον,  
Φορμίωνί τε φίλτατ' ἐκ

555. μισθοφόροι] misere languet; vid. commentarius. Suspisor poetam dedisse adiectivum in -πόροι desinens, nec video quid scribere potuerit nisi \*ποντοπόροι. Insulsum est ἰστοπόροι, quod proposuit vVelsen (coll. Hesych. s. v. ἰστοφόρος), nec non aliena hinc duco μισθοφόροι (iocose dictum), quod coniecit Bergk, et ἀθλοφόροι Kockii coniecturam. Vid. commentarius.

558. βαρυσταμονούντων] manifeste corruptum; vid. commentarius.

555. μισθοφόροι] corruptum. Nam parum probabiliter ad navium certamina Suniaca <sup>1)</sup> sunt qui referant <sup>2)</sup>, de remigum autem mercede per ἀπροσδόκητον dictum esse quominus statuāmus <sup>3)</sup> cum lingua obstat opinor, nam μίσθον non is φέροι qui praebet mercedem sed qui accipit, tum vero loci contextus, a quo iocosum — an scurrile dicam? — huiusmodi epitheton omnino est alienum. Nam ridiculi vel absurdi aliquid comicum identidem admiscuisse canticis, quibus numina patria celebravit, id praefracte nego <sup>4)</sup>. Itaque non video quid nisi πομπούροι poeta dicere potuerit <sup>5)</sup>.

556. λαμπρυνομένων] de splendore equestri Alcibiadis hoc verbum apud Thucydidem <sup>6)</sup> usurpatum est.

558. βαρυσταμονούντων] hoc quidem egregie absurdum. Nam iuvenes, quorum certaminibus equestribus praesidet Neptunus, propter nimios sumtus <sup>7)</sup> crebrae pericula infelices nunc — comice

scilicet — appellari quis credat! Sed quid scribendum sit nescio.

560. μεδέων] epicum participium noster alibi <sup>8)</sup> in numinum invocationibus adhibuit.

562—564. *O tu, qui Phormioni totique populo nostro prae ceteris diis carus es nunc!* Post crebras victorias navales his annis reportatas deum maris potentem prae ceteris numinibus patriis dilectum habent Athenienses.

562. *Phormio* Asopii filius, cuius mentionem noster fecerat etiam in Babylo-niis <sup>9)</sup> et postea fecit plus semel <sup>10)</sup>, in bello Samio Periclis Thueydidis Hagnonis collega fuit <sup>11)</sup>, Peloponnesiaco autem bello instante Potidaeam inclusit vicinosque agros vastavit inita cum Sit-talce societate <sup>12)</sup>. Exacto vero praeturae anno cum centum minas publico aulario solvere non posset, — pauper nimirum manserat, — capite deminutus rure vixit aliquantisper <sup>13)</sup>. Sed anno 429 denuo

<sup>1)</sup> Lys. XXI § 4. — <sup>2)</sup> Sic Mitchell, cf. Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 592, 3. — <sup>3)</sup> Auctore Berglero. — <sup>4)</sup> Vid. annot. critica ad Nub. 284. — <sup>5)</sup> Cf. annot. critica. — <sup>6)</sup> VI 12 § 2 et 16 § 3. — <sup>7)</sup> Sic schol. — <sup>8)</sup> Vs. 585, 763 Lys. 834; vid. praeterea Ran. 665. — <sup>9)</sup> Fr. 86. — <sup>10)</sup> Pac. 347 et Lys. 804. — <sup>11)</sup> Thuc. I 117. — <sup>12)</sup> Thuc. I 64 sq. II 29 et 58. — <sup>13)</sup> Vid. Androton in scholiis Venetis ad Pac. 347, Pausan. I 23, Böckh Staatsh. I<sup>3</sup> p. 463.

τῶν ἄλλων τε θεῶν Ἀθη-  
ναίοις πρὸς τὸ παρεστῶς.

Epirrhema.

565 ἐυλόγησαι βουλόμεσθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι

564. πρὸς τὸ] πρόσθε Reiske, πλεῖστα Blaydes. || παρεστῶς] -στός R.

cum classe in Acarnaniam missus Ambraciotas Chaonesque <sup>1)</sup> vicit, dein duobus proeliis navalibus Peloponnesios in sinu Corinthio superavit <sup>2)</sup>. Brevi autem post ultimam victoriam diem supremam videtur obiisse <sup>3)</sup> vir integer et priscae severitatis morumque simplicitate insignis. Prope Academiam sepultus est <sup>4)</sup>. Mortuo partes magnas tribuit Eupolis in Taxiarchis fabula; praeterea in Astrateutis eius mentionem fecit. Nunc cur commemoretur melius intellegimus collatis verbis Thucydidis, unde discimus eum post victorias in sinu Corinthio reportatas navem in Rhio promunturio Neptuno dedicasse <sup>5)</sup>.

564. πρὸς τὸ παρεστῶς] idem alibi ἐν τῷ παρεστῶτι dicitur <sup>6)</sup> vel πρὸς τὰ παρόντα vel ἐν τῇ νυκτὶ παρεστῶση ξυμφορᾷ <sup>7)</sup>. Nam pacis tempore magno sane in honore Neptunum habebant Athenienses, maiore tamen suam Palladem.

565 sq. Patres nostri dignos se praestiterunt terra matre, quae e gremio suo nostram gentem olim summisit; quin talia ediderunt facinora ut non mortali stirpe satos sed veros heroes dixeris, quorum proelia peplo Minervae non minus sint digna quam vetustae illae deorum cum titanibus gigantibusque pu-

gnae <sup>8)</sup>; „τάδε γὰρ οὐχ ἡμεῖς κατειργάσαμεθα ἀλλὰ θεοὶ τε καὶ ἥρωες”, ut Themistocles loquitur apud Herodotum <sup>9)</sup>. — Quinto quoque anno <sup>10)</sup> Panathenaeis sollemni pompa in arcem deducebatur peplos <sup>11)</sup>. Quae vestis postea certe in veli modum extenta pendebat de malo navis plaustro vectae <sup>12)</sup>; Periclis tamen tempore illum morem nondum invaluisse videtur effici posse ex Parthenonis anaglyphis illis celeberrimis, in quibus pompa Panathenaeica a Phidia est repraesentata; in his enim cernitur archon rex manibus pepulum tenens adiuvante iuvene. Donum autem fideique veluti pignus hoc cives offerebant suae deae, a puellis civitatis primoribus <sup>13)</sup> summa cura subtilique arte elaboratum <sup>14)</sup> et ab ipso senatu probatum <sup>15)</sup>. Intextae erant imagines argumenti sacri, res vero humanae inde alienae erant nihilo minus quam a scena tragica. Itaque ἄξια τοῦ πέπλου dici poterunt facinora quae nihil humanum spirare sed gesta deorum equiparare viderentur, quemadmodum in tragoedias suas gigantomachiam illam Salaminiam admiserunt Phrynichus et Aeschylus <sup>16)</sup>. Verborum acumen prorsus latuit unum ex interpretibus, qui adscripsit: νικήσαντες πέπλον ἐποίησαν τῇ Ἀθηνᾷ καὶ ἐνέθεντο

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 78. — <sup>2)</sup> Thuc. II 68—92, 102 sq. — <sup>3)</sup> Vid. Thuc. III 7; quamquam oblocutus est Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 680 sqq. — <sup>4)</sup> Pausan. I 29 § 3. — <sup>5)</sup> Thuc. II 84 § 4; cf. Diodor. XII 48 Pausan. X 11 Plut. Mor. 345 c. — <sup>6)</sup> Plat. Rep. 452 b. — <sup>7)</sup> Plat. Criton. 43 b. — <sup>8)</sup> Eur. Hecub. 466—474 Plat. Euthyphr. 6 c Verg. Cir. 21—35. — <sup>9)</sup> VIII 109. — <sup>10)</sup> Etiam parvis Panathenaeis, quotannis igitur, pepulum Minervae esse oblatum, perperam perhibet unum e scholiis h. l. (et Diodor. XX 46? ubi vid. Wesseling). — <sup>11)</sup> Vs. 1180 Av. 827. — <sup>12)</sup> Vid. Strattid. fr. 30. — <sup>13)</sup> Ἐργαστίνας. Cf. CIA. II 477, 956 sq. — <sup>14)</sup> Curantibus decem viris ἀγλοθέταις; vid. [Aristot.] Rep. Athen. 60 § 1. — <sup>15)</sup> Postea a iudicibus sorte designatis; vid. ibid. 49 § 3. — <sup>16)</sup> Vid. Vesp. Prolegom. p. XVI et ibid. ad vs. 220.

ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τῆς γῆς ἄξιοι καὶ τοῦ πέπλου.  
οἵτινες πεζαῖς μάχαισιν ἔν τε ναυφάρκῳ στρατῷ  
πανταχοῦ νικῶντες ἀεὶ τήνδ' ἐκόσμησαν πόλιν.  
οὐδὲ εἷς γὰρ πρόποι' αὐτῶν τοὺς ἐναντίους ἰδὼν  
570 ἠρίθμησεν, ἀλλ' ὁ θυμὸς εὐθύς ἦν ἀμυνίας·  
εἰ δέ που πέσοιεν εἰς τὸν ὄμον ἐν μάχῃ τινί,  
τοῦτ' ἀπεψήσαντ' ἄν, εἴτ' ἠροῦντο μὴ πεπτωκῆναι,

567. ναυφάρκῳ Dindorf] ναυφράκῳ codd.

569. οὐδὲ εἷς γὰρ Cobet] οὐδείς γὰρ V alii, οὐ γὰρ οὐδείς R.

572. τοῦτ' R et Suidas s. v. ἀπεψησάμην et ψευδόπτωμα] ταῦτα cett.

τοὺς ἀρίστους ἐν αὐτῷ<sup>1)</sup>. Tale quid ea demum viderunt tempora quibus Demetrius Poliorcetes ab Atheniensibus diis patriis est assimilatus<sup>2)</sup>.

567. πεζαῖς μάχαισιν] de omissa praepositione ἐν vid. ad vs. 610.

— ναυφάρκῳ στρατῷ] vox poetica ab Aeschlylo fortasse inventa, certe apud eum primum obvia<sup>3)</sup>. Cf. νηϊτης στρατός Thucyd. I 24 § 1. Eiusdem conformationis est δρύφακτος<sup>4)</sup>.

568. τήνδε] omisso articulo. Vid. Av. 921 et ad Nub. 60.

569. Commentarii instar sunt Thucydidis de Phormione verba: Φορμίον... ἀεὶ αὐτοῖς (militibus) ἔλεγε καὶ προπαρσευέαζε τὰς γνώμας ὡς οὐδὲν αὐτοῖς πλήθος νεῶν τοσοῦτον ὅ τι οὐχ ὑπομενετίον<sup>5)</sup>· καὶ οἱ στρατιῶται ἐκ πολλοῦ ἐν σφίσι αὐτοῖς τὴν ἄξιωσιν ταύτην εἰλήφισαν, μηδένα ὄχλον Ἀθηναῖοι ὄντες Πελοποννησίον νεῶν ὑπαχωρεῖν<sup>6)</sup>. Etiam Demosthenis ad milites verba huc faciunt: μηδεὶς ὕμῶν ἐν τῇ τοιούτῃ ἀνάγκῃ ξυνετός βουλεύσθω δοκεῖν εἶναι, ἐκλογισόμενος ἅπαν τὸ περιεστώς ἡμᾶς δεῖνόν, μᾶλλον ἢ ἀπερισκέπτως εὐέλπεις ὁμοσε χωρη-

σαι τοῖς ἐναντίοις, <ὡς> καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενόμενος<sup>7)</sup>.

— οὐδὲ εἷς] vid. ad Ran. 927<sup>8)</sup>.

570. θυμὸς... ἀμυνίας] de voce θυμῷ vid. ad Ran. 1017, de nomine proprio Ἀμυνίας adiectivi loco nunc adhibito ad Nub. 1163 et Vesp. 84. Itaque ὁμηρικῶς sic fere dici hoc potuisset: θυμὸς δ' αὐτικῶς ὄρεινεν ἀμυνεσθαι περὶ πάτρης.

571 sq. Si quis in humerum deiectus esset, minime despondebat animi, — nam ἐπὶ νῶτων demum qui iacebat, victus habebatur<sup>9)</sup>, — sed surgebat actutum et pulvere deterso negabat se iacuisse. Vid. Nub. 126 et Thucydidis Melesiae f. dictum facetum, quod attuli ad Ach. 703 Vesp. 947<sup>10)</sup>. Priscos heroes aemulatur Dionysus in Ranis<sup>11)</sup>.

572. τοῦτο] pulverem nimirum, casus indicium. Simili libertate pronomem τοῦτο adhibitum est vs. 1352.

— ἀπεψήσαντ' ἄν] vid. ad Nub. 977 et de verbo Ran. 490.

— ἠροῦντο] simplex redit Eccl. 365, 798 Plut. 893; de comp. ἐξαρεῖσθαι vid. ad Nub. 1230.

<sup>1)</sup> Vid. Diels Rhein. Mus. XXX p. 136 Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 213, 2. — <sup>2)</sup> Plut. Demetr. 10—12 Diodor. XX 46. — <sup>3)</sup> Pers. 950 et 1027. Praeterea legitur Ar. Ach. 95(?) et Eur. Iph. Aul. 1259. — <sup>4)</sup> Pro δρύφακτος vel δρύφαρκτος. Vid. ad Vesp. 386. — <sup>5)</sup> In codd. est: τοσοῦτον ἦν ἐπιπλήρ ὅ τι οὐχ ὑπομενετίον αὐτοῖς ἔστι. — <sup>6)</sup> Thuc. II 88; vid. ad vs. 562. — <sup>7)</sup> Ibid. IV 10 § 1. — <sup>8)</sup> Ubi praeter hunc locum addantur Lys. 1044 Plut. 37 Eupol. fr. 357<sup>4</sup>. — <sup>9)</sup> Aesch. Suppl. 91. — <sup>10)</sup> Plut. Pericl. 8. — <sup>11)</sup> Ran. 490.

575 ἀλλὰ διεπάλαιον αὐθις. καὶ στρατηγὸς οὐδ' ἂν εἶς  
 τῶν πρὸ τοῦ σίτησιν ἤτησ' ἐρόμενος Κλεαίνετον·  
 νῦν δ' ἔαν μὴ προεδρίαν φέρωσι καὶ τὰ σιτία,  
 οὐ μαχεῖσθαι φασίν. ἡμεῖς δ' ἀξιοῦμεν τῆ πόλει  
 προῖκα γενναίως ἀμύνειν καὶ θεοῖς ἐγχωρίους.  
 καὶ πρὸς οὐκ αἰτοῦμεν οὐδέεν, πλὴν τοσουτονὶ μόνον·  
 ἦν ποτ' εἰρήνη γένηται καὶ πόνων παυσώμεθα,  
 580 μὴ φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι μηδ' ἀπεστλεγγισμένοις.

580. φθονεῖθ' ] φθονεῖσθ' R alii. || ἀπεστλεγγισμένοις] legendum videtur \*ἀνεστλ. coll. verbis ἀναδῆσαι et ἀναστεφανῶσαι. Nam *comarum ornatum* intellego; cf. comm.

573 sq. οὐδ' ἂν... ἤτησε] vid. ad Nub. 977.

574. „Prisci illi duces, qui Medos debellarunt, non panem et circenses flagitabant” <sup>1)</sup>. Nimirum tunc temporis *ἐτιμῶντο διὰ τῆς πατρικῆς δόξας* <sup>2)</sup>, hac vero aetate strategus fuit e. g. Lamachus ille, qui ne calceos quidem vel paludamentum suo sumtu emere poterat, si fides Plutarcho <sup>3)</sup>.

— Κλεαίνετον] quod dignus nunc habetur hic homo qui nominatim designetur, inde effici videtur *Cleonis patrem* <sup>4)</sup> esse intellegendum. Praeterea verba comici inculenter testantur Cleaeneto aliquid fuisse cum τῆ ἐν τῷ Πρωτανεῖω σιτήσῃ, quod sensit priscus commentator, qui „οὗτος ἂν εἴη ὁ τὴν σίτησιν περιποιήσας τῷ Κλέωνι” adscripsit. Sed cur patris sui intempestivae liberalitati diaria sua debere Cleon perhibeatur nescio <sup>5)</sup>, et parum prodasse videtur Wilamowitzii horum verborum interpretatio: „antea Cleonis patrem Cleaenetum, hominem ignotum, neminem adisse.”

575. προεδρίαν] vid. ad vs. 327.

— τὰ σιτία] σκάπτων, ut bene perspicit scholiasta, voci sollempni *σιτήσῃ* hoc substituit vocabulum, eodem sensu nunc adhibitum quo alibi τὰ ἄλφια <sup>6)</sup>.

578. πρὸς] vid. ad Ran. 415.

580. κομῶσι] vid. vs. 1121 et ad Nub. 14 et cf. Mantitheus eques apud Lyssiam: *χρὴ τοῦς φιλοτιμῶς καὶ κοσμῶς πολιτευομένους ἐκ τῶν τοιούτων σκοπεῖν, ἀλλ' οὐκ εἴ τις κομᾷ, διὰ τοῦτο μισεῖν* <sup>7)</sup>.

— μηδὲ] ‘pro καὶ dictum <sup>8)</sup>, ut οὐδέ post οὐκ vs. 984 <sup>9)</sup> et Pac. 349: οὐκέτ' ἂν μ' εὔροις δικαστὴν δομῶν οὐδὲ δύσκολον.

— ἀπεστλεγγισμένοις] *comitis, abrais et depexis, nitida et bene curata cute, λιπαροῖς* <sup>10)</sup>. Verbum insolitum peperit vox *στλεγγίς strigilis* <sup>11)</sup>, quae etiam *ξύστρα* vocabatur; vel quae participium nostrum idem valet quod *ἀπεξυσομένο* <sup>12)</sup>, multa autem laude celebratum est postea Lyssippi signum aeneum iuvenem *ἀποξυσομενον* referens, quod marmore redditum hodie superest. Sed quomodo in vitium cuiquam verti poterat quod post balneum cutem strigile abraderet? et quo-

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 280 sq. et Ran. 764 sq. — <sup>2)</sup> [Aristot.] Rep. Athen. 26 § 1. —

<sup>3)</sup> Mor. 822e Nic. 15 Alc. 21. — <sup>4)</sup> Thucyd. III 36 IV 21. — <sup>5)</sup> A vero longius aberravit Müller Strübing Arist. u. die hist. Kritik p. 684 sq.; alienum autem quod quidem videam hinc est Cleaeneti tragicorum poetae vel chorodidascali nomen, qui apud Aeschinum I § 98 et Alexidem fr. 266 commemoratur. — <sup>6)</sup> *Den kost krigen*; vid. ad Nub. 176. Item *μάζα* Ach. 732, *πυροί* Herod. Mimiamb. II 80. Cf. etiam infra vs. 780 et 1007; praeterea vid. ad vs. 280 sq. — <sup>7)</sup> Lys. XVI § 18. —

<sup>8)</sup> Item Eccl. 370. — <sup>9)</sup> Ubi vid. — <sup>10)</sup> Vs. 536. — <sup>11)</sup> Thesm. 556 fr. 139. —

<sup>12)</sup> Vid. Lucian. LI § 17.

Antoda sive antistropha.

- ὦ πολιοῦχε Παλλάς, ὦ  
 τῆς ἱερωτάτης ἀπα-  
 σῶν πολέμῳ τε καὶ ποιη-  
 ταῖς δυνάμει θ' ὑπερφερού-  
 585 σης μεδέουσα χώρας,  
 δεῦρ' ἀφικοῦ λαβοῦσα τὴν  
 ἐν στρατιαῖς τε καὶ μάχαις  
 ἡμετέραν ξυνεργὸν  
 Νίκην, ἣ χορικῶν ἐστὶν ἑταῖρα,  
 590 τοῖς τ' ἐχθροῖσι μεθ' ἡμῶν στασιάζει.  
 νῦν οὔν δεῦρο φάνηθι· δεῖ  
 γὰρ τοῖς ἀνδράσι τοῖσδε πά-  
 σῃ τέχνῃ πορίσαι σε νί-  
 κην, εἴπερ ποτέ, καὶ νῦν.

583 sq. πολέμῳ...ποιηταῖς δυνάμει] parum elegans profecto iunctura! Contortum autem totum est enunciatum. Itaque hic quoque vitium aliquod latere videtur.

589. χορικῶν] vix integrum; vVelsen χορικῶν μούστιν, vWilamowitz eleganter sane Χαρίτων (cf. fr. 334), quamquam vereor ut recte.

modo ea res oculos ita poterat ferire ut pro mollitiae signo haberetur τὸ ἀπαστεγγίσθαι perinde atque τὸ κομᾶν? Multo aptior est altera vocis στεγγίδος significatio; qua etiam *capitis insigne* quoddam, *fascia* indicabatur <sup>1)</sup>. Participium igitur interpretor *ιστιφανωμένου*; στεγγίδου <sup>2)</sup>, sed ut hoc liceat pro praepositione ἀπ. scribendum est ἀν. <sup>3)</sup>.

582—585. Haec si sana, construe: μεδέουσα τῆς ἱερωτάτης χώρας, τῆς ἀπασῶν... ὑπερφερούσης.

585. μεδέουσα] vid. ad vs. 560.

586—589. λαβοῦσα τὴν Νίκην] recorde-  
 mur nunc oportet Athenae Παρθένου  
 statum ingentem anno 437 a Phidia  
 elaboratam porrecta manu sustinuisse  
 victoriolam, suum autem templum cum  
 Athenis tum alibi habuisse *Μηνηῶν Νί-  
 κην*. Hinc Ulixes apud Sophoclem *Νίκη*;  
*Μθανᾶς Πολιάδος* invocat auxilium <sup>4)</sup>.

587. στρατιαῖς] vid. ad Vesp. 354.

590. ἐχθροῖσι] choros aemulantes recte interpretatur scholion <sup>5)</sup>.

592. τοῖς ἀνδράσι τοῖσδε] i. e. ἡμῖν.

— πάσῃ τέχνῃ] vid. ad Ran. 1235.

<sup>1)</sup> Testantur hoc scholia et Pollux VII 179, clare autem apparet e verbis Xenophontis Anab. I 2 § 10 et Theopompi apud Athenaeum 605 b, clarius etiam ex inscriptionibus CIG. 159 et CIA. II 818, de quibus vid. Böckh Staatsh. II<sup>3</sup> p. 289 et 294, et inscriptione de mysteriis Andanianis (Collitz n<sup>o</sup> 4689<sup>13, 14</sup>, Dittenb. n<sup>o</sup> 388): στεφάνους δὲ ἐχόντων οἱ μὲν ἱεροὶ καὶ αἱ ἱεραὶ πῖλον λευκόν, τῶν δὲ τελευ-  
 μένων οἱ πρωτομούσαι στεγγίδα. Cf. etiam RMeister apud Collitzium III 2, 1 p. 142  
 sq. de inscr. n<sup>o</sup> 4498—4501. — <sup>2)</sup> Cf. Sosibius Athen. 674 b, Hippolochus ibid.  
 128 c, e. — <sup>3)</sup> Cf. annot. critica. In fr. 207 qualis intellegenda sit στεγγίς non  
 apparet. — <sup>4)</sup> Soph. Phil. 134. — <sup>5)</sup> Cf. vs. 528.



## Antepirrhemata.

595 ἂ ξύνισμεν τοῖσιν ἵπποις βουλόμεσθ' ἐπαινέσαι.  
 ἄξιοι δ' εἶδ' εὐλογεῖσθαι· πολλὰ γὰρ δὴ πράγματα  
 ξυνδιήνεγκαν μεθ' ἡμῶν, εἰσβολὰς τε καὶ μάχας.  
 ἀλλὰ τὰν τῆ γῆ μὲν αὐτῶν οὐκ ἄγαν θαναμάζομεν,  
 ὡς ὕτ' εἰς τὰς ἵππαγωγούς εἰσεπήδων ἀνδρικῶς,

598 sq. ἀλλὰ τὰν...ὡς] \*καὶ τὰ γ' ἐν...ἀλλ' ? Sed elegantius videtur ὡς quam quod errori tribuatur, itaque ipsum poetam vitium, quod horum versuum structurae inest, imprudentem commisisse crediderim. Pro οὐκ ἄγαν vHerwerden tentavit οὐ τόσον, quod sententiae convenit sane et Blaydesio Zacheroque placet, admitti tamen nequit, utpote ab attica dictione alienum.

596 sq. πράγματα ξυνδιήνεγκαν μεθ' ἡμῶν] labores nobiscum exantlarunt, varios ancipitesque casus <sup>1)</sup> pertulerunt. Cf. vocis πραγμάτων usus in locutionibus πράγματα ἔχειν et παρέχειν <sup>2)</sup>. Ad verbum autem quod attingit, ξυνδιαφέρειν τινὶ πόλεμον est alicui iunctum bellare <sup>3)</sup>; cf. διαφέρειν πόλεμον <sup>4)</sup> et φέρειν πόλεμον belli incommoda tolerare <sup>5)</sup>.

598 sq. Structura verborum negligentior; ita enim continnatur sententia quasi non ἄγαν sed οὕτως fuerit dictum.

599. Anno belli secundo Pericles centum navibus Peloponnesi oram circumnavigans praeter peditum graviter armatorum quatuor milia trecentos equites secum ducebat ἐν ναυσὶν ἵππαγωγοῖς, πρόωτον τότε ἐκ τῶν παλαιῶν νεῶν ποιηθείσαις <sup>6)</sup>. Quinto autem anno post <sup>7)</sup> similem expeditionem suscepit Nicias cum duobus collegis; qui hoplitarum duo milia καὶ ἐν ἵππαγωγοῖς ναυσὶ διακοσίους ἵππείας et praeterea sociorum auxilia quaedam navibus octoginta traiecit sinum Saronicum, dein agrum Corinthium invasit. Corinthii autem cum alteram suarum copiarum partem illuc duxissent, ad Solygiam oppidulum ancipiti eventu est pugnatum; nam dextrum cornu Athe-

niensium ad mare est repulsum, tandem tamen — ἦσαν γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις οἱ ἱππῆς ἀφ᾿ἐλλίμοι ξυμμαχόμενοι, τῶν ἐτίμων οὐκ ἐχόντων ἵππους — Corinthii in locum editum se receperunt. Ceciderunt in illa pugna Corinthii plus ducenti, Athenienses plus quinquaginta. Athenienses autem postquam statuerunt tropaeum, novorum hostium impetum veriti — agnoscimus Nicias cautionem! — navibus conscensis re infecta abierunt. Exinde Crommyonis urbis vicinae agros vastarunt, tandem in paeninsula quae Epidauro vicina est castellum muniverunt relictoque ibi praesidio domum redierunt <sup>8)</sup>. Eodem igitur tempore — fortasse iisdem diebus — haec res sunt gestae quibus Cleon Sphacteriam audacter expugnavit, nec dubium est quin multi Athenienses satis contentim fuerint locuti de Nicia illo, qui frustra prius sollicitata Melo <sup>9)</sup>, dein τρίτος αὐτὸς στρατηγὸς ingenti cum classe in oram proximam profectus nihil illic effecisset quod operae esset pretium, — cum Cleone eum comparantes, qui invitis paene civibus suis Spartiatarum lectissimas copias in ultimis Peloponnesi littoribus devicisset.

— ἀνδρικῶς] veros ἀνδρας <sup>10)</sup> diceret.

<sup>1)</sup> *Avonturen*. — <sup>2)</sup> Vid. ad Vesp. 1392. — <sup>3)</sup> Vid. Herodot. I 18 V 79, 99. — <sup>4)</sup> Ibid. I 25 et 74 Thucyd. I 11. — <sup>5)</sup> Herodot. IX 18 et 40. — <sup>6)</sup> Thucyd. II 56. — <sup>7)</sup> Media aestate anni 425. — <sup>8)</sup> Thucyd. IV 42—45. — <sup>9)</sup> Thucyd. III 91. — <sup>10)</sup> Vid. ad Nub. 823.

- 600      *πριάμενοι κώθωνας, οἱ δὲ καὶ σκόροδα καὶ κρόμμνα·*  
*εἶτα τὰς κώπας λαβόντες, ὥσπερ ἡμεῖς οἱ βοτοί,*  
*ἐμβαλόντες ἀνεφρῶξανθ'· „ἰππαταῖ, τίς ἐμβαλεῖ;“*  
*„ληπτέον μᾶλλον. τί δρῶμεν;“ „οὐκ ἔλας, ὦ σαμφόρα;“*  
*ἐξεπῆδον τ' εἰς Κόρινθον· εἶτα δ' οἱ νεώτεροι*  
 605      *ταῖς ὄπλαῖς ὠρουττον εὐνάς καὶ μετῆσαν στρώματα.*  
*ἦσθιον δὲ τοὺς παγούρους ἀντὶ ποίας Μηδικῆς,*

600. καὶ σκόροδα καὶ κρόμμνα schol. M] σκόροδα καὶ κρόμμνα codd. fere omnes metro invito. Bergk σκόροδ' ἔλας κρόμμνα coll. Ach. 550, equidem tentavi \*σκόροδα κρόμμν' ἄ<λφίτα>, sed vid. commentarius.

602. ἀνεφρῶξανθ' vHerwerden] ἀνεφρῶξαν codd.

603. τί δρῶμεν] τι, ὠτόρε; vHerwerden (deleto puncto post μᾶλλον).

604. δ' R] γ' V cett. || νεώτεροι] -τατοι R.

605. στρώματα] βρώματα R vitio manifesto (ς — υ), neque enim *cibi* nunc expectatur mentio neque dictionis quotidianae haec est vox, licet in fr. 333 (loco obscuro) reperiatr tradita.

600. κώθωνας] *procula militaria*. Κώθων λαωνικῶς; teste Critia <sup>1)</sup> erat ἔκπωμα ἐπιτηδειότατον εἰς στρατιάν καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλίφ. τοῦ δὲ ἔνεκα; στρατιώτην πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν. πρῶτον μὲν οὖν τῷ μὴ λιαν κατάδηλον εἶναι τὸ πῶμα, εἶτα ἄμβωνας ὁ κώθων ἔχων ὑπολείπει τὸ οὐ καθαρὸν ἐν αὐτῷ <sup>2)</sup>. Cf. Heniochi verba: βραχύωτον κυκλοτερῆ παχύστομον κώθωνά <sup>3)</sup>. Etiam in Pace haec procula a nostro commemorantur <sup>4)</sup>. Cf. participium κωκωθωνισμένος; de appoto usurpatum <sup>5)</sup>.

— οἱ δὲ κτέ. ] *quoniam adeo fuere qui allia cerasque emerent*. Aquam etiam veri equi requirunt, aliorum illi tantum amantes fuerunt qui hoplitas aemulabantur. De re vid. Ach. 550, 1099 Eccl. 306—308 Eupol. fr. 255 Xen. Anab. VII 1 § 37 et de verborum structura ad Nub. 396.

602. ἐμβαλόντες] vid. ad Ran. 206.

— ἰππαταῖ] „equine“ scilicet pro ἵππαταῖ <sup>6)</sup>.

603. ληπτέον] i. e. *χρὴ λαβέσθαι*, ut Pac. 485.

— οὐκ ἔλας, ὦ σαμφόρα;] vid. Nub. 1298 et de voce σαμφόρα ad Nub. 23. Verbum οὐκ ἔλας cum vitae equestri quam maxime est aptum <sup>7)</sup> tum novae huic equorum „remigantium“ conditioni; nam in nautarum lingua οὐκ ἔλας significat: *quoniam remum ductas?*

605. ταῖς ὄπλαῖς] quippe quos „ὄπλατας“ ipsa fecisset natura.

— μετῆσαν στρώματι] *stramenta sibi petere coeperunt* <sup>8)</sup>. Cf. μεθήκειν *adesse ad...petendum* <sup>9)</sup>, μετατρέχειν <sup>10)</sup>, μεταπέμπεσθαι *misso nuncio arcessere* <sup>11)</sup>. Idem ἔναυ μετὰ dicebatur olim <sup>12)</sup>, hac aetate ἔναυ ἐπί <sup>13)</sup>.

606. τοὺς] quos solos praebat littus nudum et aridum.

<sup>1)</sup> Athen. 483b. — <sup>2)</sup> Quae suis verbis expressit Plutarchus Lycurg. 9. — <sup>3)</sup> Henioch. fr. 1. — <sup>4)</sup> Pac. 1094; vid. praeterea Archiloch. fr. 5 Xen. Cyrop. I 2 § 8 Theopomp. fr. 54 Alex. 176. — <sup>5)</sup> Eubul. fr. 126. — <sup>6)</sup> Vid. ad Ran. 207. — <sup>7)</sup> Cf. vs. 243. — <sup>8)</sup> Verbum μετιέναι etiam Ach. 728 Nub. 801 Pac. 274, 279 Eccl. 363 Eur. Cycl. 280 Herodot. III 15 Thucyd. I 124 § 1 etc. sic est usurpatum; vid. praeterea Nub. 1408. — <sup>9)</sup> Infra vs. 937 Eccl. 534 Eur. Troad. 1270 Phoen. 441. — <sup>10)</sup> Pac. 261 Phrynich. fr. 9. — <sup>11)</sup> Plut. 341 etc. — <sup>12)</sup> Hom. α 184 etc. — <sup>13)</sup> Vid. ad Ran. 69.

εἴ τις ἐξέροποι θύραζε, καὶ ἐκ βυθοῦ θηρώμενοι  
 ὡστ' ἔφη Θέωρος εἶπεῖν καρκίνον Κορίνθιον  
 „δεινά γ', ὦ Πόσειδον, εἰ μὴδ' ἐν βυθῶ δυνήσομαι  
 610 μῆτε γῆ μῆτ' ἐν θαλάτῃ διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας.“

607. ἐξέροποι] -πει V alii.

608. ἔφη] ἔφθη V alii metro invito. || καρκίνον] nomen proprium (de quo vid. ad Vesp. 1500 Ran. 86 Nub. 1260 sqq.), quod intellegunt scholia, hinc alienum.

609. μὴδ' Brunck] μῆτ' codd.; cf. Av. 987.

610. μῆτε Bentley] μῆτ' ἐν metro invito codd., item Ach. 533.

— ποίας Μηδικῆς] herba medica per bella persica in Graeciam invecta hic primum apud veteres commemoratur; postea suo in honore perstitit <sup>1)</sup>. Hodie *medicago sativa* dicitur <sup>2)</sup>. — Pro hac igitur herba equi cancris vescabantur, ut Croesi olim equi μετιέντες τὰς νομάς νέμεσθαι φουτέοντες κατήσθιον τοὺς ἐν τῷ Σαρδίων προαστείῳ φανέντας ὄφις <sup>3)</sup>. Et nostris in littoribus qui vivunt equi piscibus haud illibenter vescuntur, ut olim equi Paeonum <sup>4)</sup>.

607. θύραζε] i. e. ἐξ ἀλόζ, foras, relicto mari, ubi domicilium habent <sup>5)</sup>.

608. Theorum expeditioni illi adfuisse si statuimus, phylarchi e. g. munere functum, non video quid faceti habeant hi versus. Quapropter suspicor huic homini saepe cum cancris aliquid fuisse, in *macula* igitur, non in *equitum turmis*, quaerendum esse, sive *opsonatum* illuc ventitabat homo gulae deditus, — quam explicationem inter nugae permultas praebent scholia, ubi ἰχθυοφαγος vocatur, — sive cancris in foro vendebat, quod suspicor equidem. Nam eiusmodi tantum hominis cum cancro colloquium

comicus haud inepte fingere poterat. Theorum autem Cleonis sectarium cum noster his annis saepius agitaverit <sup>6)</sup>, haud quaquam dubito quin idem nunc rideatur. *Salsamentarius* igitur fuerit Cleonis coriarii hic amicus. Nam *legatum* nuper Corinthum missum esse Theorum, *ἴδι* autem cancris audivisse sic conquerentes, nimis incerta est Muelleri Struebingii coniectura <sup>7)</sup>. Verumne praeterea divinando assecutus fuerit Reiske, qui Corinthios apud vicinos „cancros” audivisse coniecit <sup>8)</sup>, quis dixerit.

609. δεινά γ', ὦ Πόσειδον] cf. Av. 1269: δεινόν γε. Eodem sensu dicitur οὐ δεινά; <sup>9)</sup>. Cf. etiam fr. adesp. 577: ἀνόητά γ', εἰ τοῦτ' ἤλθε; ἐπιτάζων ἔμοι, Ran. 491: ἀνόητά γε, Eur. Iph. Taur. 619: ἄζηλά γε.

610. Spectatoribus iocose in mentem revocantur nunc verba scolii cuiusdam a Timocreonte compositi: ὦφελέν σ', ὦ τυφλὲ Πλοῦτε, | μῆτε γῆ <sup>10)</sup> μῆτ' ἐν θαλάσῃ | μῆτ' ἐν οὐρανῷ φανῆμεν, | ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν | καὶ Ἀχέροντα. διὰ σὲ γὰρ πάντ' | ἔστ' ἐν ἀνθρώποις κακά. Quocum multo etiam festivus Charini illud de Megarensibus psephisma comparatur in Achar-

<sup>1)</sup> Verg. Georg. I 215 Plin. H. Nat. XVIII 43 etc., Hehn Culturpfl. <sup>4)</sup> p. 331 sq. — <sup>2)</sup> *Lucerne*. — <sup>3)</sup> Herodot. I 78. — <sup>4)</sup> Herodot. V 16. — <sup>5)</sup> Idem vocis est usus Hom. II 408 φ 29 ε 410 μ 254; vid. etiam § 352. — <sup>6)</sup> In Acharnensibus Nubibus Vespis fabulis; vid. ad Nub. 400 et Vesp. 42. — <sup>7)</sup> Arist. u. die hist. Kritik p. 732. — <sup>8)</sup> Id quod credibile certe esse negari nequit collata nostrorum nautarum voce *landkrabben* et similibus. — <sup>9)</sup> Ach. 770, 1079 Vesp. 1368 Av. 1033 (Eur. Or. 413) Lys. 608 Ran. 610 Eccl. 400, οὐ δεινόν; vs. 810. Praeterea vid. supra vs. 30. — <sup>10)</sup> Pro ἐν γῆ dictum ea libertate qua usi sunt etiam Ar. Eq. 567 Av. 740 Soph. Oed. R. 734 Hor. Od. III 25, 2 al.

## SCENA DUODECIMA.

(Redit Isiciarius.)

Chorus, Isiciarius.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν καὶ νεανικώτατε,  
 ὄσσην ἀπὸν παρέσχες ἡμῖν φροντίδα  
 καὶ νῦν, ἐπειδὴ σῶς ἐλήλυθας πάλιν,  
 ἄγγειλον ἡμῖν πῶς τὸ πρῶγμ' ἠγώνισαι.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

615 τί δ' ἄλλο γ' εἰ μὴ νικόβουλος ἐγενόμην;

614. ἠγώνισαι Cobet] -*niso* codd.; Cobeti lectionem ut reciperem movit me Vesparum versus 993, quamquam tragicus loci color et aoristus quo in responso utitur isiciarius efficiunt ut dubitem an genuina tamen sit vulgata.

615. γ'] om. R alii.

nensibus <sup>1)</sup>. Nec non: commemorandus nunc Vesparum est locus, ubi Cleonymus sic per aenigma ridicule indicatur: τί ταῦτόν ἐν γῆ τ' ἀπέβαλεν καὶ ἐν οὐρανῷ | καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ θηρίον τὴν ἀσπίδα; <sup>2)</sup>.

— τοὺς ἱππέας] expectari τοὺς ἵππους recte observatur in scholio: διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς ἱππέας καὶ οὐχ ἵππους; <sup>3)</sup> (λέγουσιν). Sic ad argumentum reversus in ipsorum equitum laudibus desinit chorus.

611 sqq. In coryphaei his versibus manifesta est dictio tragica, quam etiam proximo anno in Acharnensium fabula noster passim fuerat imitatus <sup>4)</sup>, et ipsi numeri severitate trimetros tragicorum aequant. Nimirum inserviunt introducendae isiciarii narrationi, quae ῥήσεις ἀγγελικὰς iocose aemulatur <sup>5)</sup>. Conferri possunt coryphaei ad Lysistratam verba: ἄνασσα πρᾶγους τοῦδε καὶ βουλεύματος, | τί

μοι σκυθρωπὸς ἐξέληλυθας δόμων; <sup>6)</sup> et sequentia, ubi item luculenter apparet color tragicus.

611. φίλτατ' ἀνδρῶν] vid. vs. 1335 et ad Nub. 110.

— νεανικώτατε] adiectivum redit Vesp. 1067 (?), 1204 Plut. 1137 <sup>7)</sup>; cf. etiam ἀνδρικώτατος; Vesp. 1199.

614. Cf. Philocleonis verba <sup>8)</sup>: πῶς ἄρ' ἠγωνίσμεθα; quem igitur eventum habet causa?

615. τί δ' ἄλλο γ' εἰ μὴ] cf. Socratis et Ischomachi colloquium: ΣΩ. ἢ γυνὴ ἐδόκει σοι... ὑπακούειν; ΙΣΧ. τί δέ, εἰ μὴ ὑπισχεϊτό γε ἐπιμελήσεσθαι κτέ., et mox: ΣΩ. καὶ πῶς δὴ... διέταξας αὐτῆ; ΙΣΧ. τί δέ, εἰ μὴ τῆς οἰκίας τὴν δύναμιν ἔδοξε μοι πρῶτον ἐπιδείξαι αὐτῆ <sup>9)</sup>. Idem dici poterat τί δ' ἄλλο (γ') ἢ <sup>10)</sup> vel οὐδὲν ἄλλο (γ') εἰ μὴ <sup>11)</sup> vel οὐδὲν ἄλλο (γ') ἢ <sup>12)</sup>.

— νικόβουλος] nomini proprio, quod

<sup>1)</sup> Ach. 532—534. — <sup>2)</sup> Vesp. 22 sq. — <sup>3)</sup> Vulgo absurde ἱππεῖς. — <sup>4)</sup> Ach. 395 sqq. — <sup>5)</sup> Viros doctos hoc loco totaque nostra fabula abutentes in Atheniensium vita publica describenda salse risit vir ἀριστοφανικώτατος; Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 68 sqq. — <sup>6)</sup> Lys. 706 sq. — <sup>7)</sup> Antiphan. fr. 190<sup>20</sup> Alex. 188. — <sup>8)</sup> Vesp. 993. — <sup>9)</sup> Xen. Oecon. IX § 1 sq. — <sup>10)</sup> Vid. ad Nub. 1287. — <sup>11)</sup> Vid. infra vs. 1106. — <sup>12)</sup> Ut Thucyd. IV 14 § 3 Aesch. Pers. 209.



## ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 616—623).

νῦν ἄρ' ἄξιόν γε πᾶσιν

ἔστιν ἐπολοῦξαι.

ὦ καλὰ λέγων, πολὺ δ' ἀμείνον' ἔτι τῶν λόγων

ἐργασάμεν', εἴθ' ἐπέλ-

θοις ἅπαντά μοι σαφῶς·

ὡς ἐγὼ μοι δοκῶ

καὶ ἂν μακρὰν ὁδὸν διελθεῖν

ὥστ' ἀκούσαι. πρὸς τὰδ', ὦ βέλ-

620

616. γε] om. codd. fere omnes, τι vVelsen.

617. ἀμείνον' Bergler] ἄμεινον codd.

618. ἐργασάμεν' Bentley] εἰργασμέην codd.

620. ὡς] ὥστ' R.

revera in usu erat <sup>1)</sup>, ea nunc tribuitur vis quae inest etymo <sup>2)</sup>.

616. ἄρα... γε] etiam Nub. 121 et Plut. 705 has particulas iunctas apud nostrum inveniri observavit Kähler.

— ἄξιον... πᾶσιν] vid. ad Nub. 474.

— ἐπολοῦξαι] *alta voce deos invocare* <sup>3)</sup>.

Cf. ὀλολογία <sup>4)</sup>. Proprie autem *feminarum clamores* significat <sup>5)</sup>; a prisco igitur loquendi usu deflectitur ubi de *viris* dicitur, ut nostro loco, quibus τὸ ἀλαλεῖσαι potius post victoriam est proprium <sup>6)</sup>, quod tamen verbum apud Aristophanem non invenitur.

618. πολὺ δ' ἀμείνον' ἔτι] eadem in Acharnensibus est verborum structura: ἦπε πολὺ μᾶλλον ἔτι τῶ πυρὶ <sup>7)</sup>.

619. ἐπέλθοις ἅπαντα] *omnia deinceps velim referas* <sup>8)</sup>.

620 sq. *Vel longum iter suscipere non gravaver si opus esset, ut te audire possem res gestas enarrantem.* Proverbialis fere haec est locutio; cf. Theognid. 71 sq.: ἀλλὰ μετ' ἐσθλὸν ἰὼν βούλευ και πολλὰ μοῆσαι | και μακρὴν ποσίν, Κύρν', ὁδὸν ἐκτελέσαι, et Isocrat. I § 19: μὴ κατόνκει μακρὴν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους. Locutioni autem δοκῶ μοι infinitivus aoristi et particula ἂν subiunguntur etiam Ach. 994 sq. Av. 671 Lys. 115, alibi infinitivus *future*, de *certis* igitur consiliis dictus <sup>9)</sup>.

622. πρὸς τὰδε] *tales igitur cum nos videas, arrectis nimirum auribus adstantes* <sup>10)</sup>. Cf. vox, quae multo est frequentior, πρὸς ταῦτα, quae cum ita sint ut modo audivisti <sup>11)</sup>.

<sup>1)</sup> Teste epigrammate quod in honorem Νικοβούλου Μυνηίου Εἰσαίου scriptum est: Kaibel Epigr. \*62, CIG. 174. — <sup>2)</sup> Vid. ad Nub. 1163 et Vesp. 84; praeter ceteris autem locis nostro similes sunt infra vs. 1044 et Vesp. 380. — <sup>3)</sup> Verbum redit vs. 1327 Pac. 97 Av. 783. — <sup>4)</sup> Lys. 240 Av. 221. — <sup>5)</sup> Vid. Hom. γ 450 etc. Herodot. IV 189 Xen. Anab. IV 3 § 19 Aesch. Sept. 825 Agam. 594 sqq. Soph. Trach. 205 Eur. Med. 1173, 1176 El. 691 Heracl. 782 etc. — <sup>6)</sup> Cf. ἀλαλαί Av. 951, 1763 Lys. 1291, Valeken. ad Eur. Phoen. 335. — <sup>7)</sup> Ach. 986. — <sup>8)</sup> Cf. Ran. 1118. — <sup>9)</sup> Vesp. 250 Ran. 1421 (ubi vid.) Eccl. 170 Plut. 1187; praeterea cf. annot. critica ad Eq. 1311 et Vesp. 177. — <sup>10)</sup> Sic etiam Ach. 702 Pac. 305 πρὸς τὰδε est usurpatum. — <sup>11)</sup> Vid. ad Nub. 990 et Vesp. 927.



τιστε, θαρρήσας λέγ', ὡς ἅ-  
παντες ἠδόμεσθά σοι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὴν ἀκοῦσαι γ' ἄξιον τῶν πραγμάτων.  
625 εὐθύς γὰρ αὐτοῦ κατόπιν ἐνθ' ἐνδ' ἰέμην  
ὃ δ' ἄρ' ἔνδον ἐλασίβροντ' ἀναρρηγνύς ἔπη  
τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τῶν ἰπέων  
κρημνούς † ἐρείδων † καὶ ξυνωμότας λέγων  
πιθανώταθ'. ἡ βουλή δ' ἄπασ' ἀκροωμένη

628. ἐρείδων] corruptum. Brunck *ἔρειπων*, sed epicum hoc verbum non *coniciendi* sed *evertendi*, *deiciendi* (O 356 Herodot. I 164 IX 70) vel intransitivam *ruendi* vim habet; Bergk *ἐρείκων*, nihilo probabilius; videntur autem litterae *ἐρειδ* e versu proximo huc aberrasse. Thiersch *ἐρείγων*, Blaydes *ἀνασπῶν* (coll. Soph. Ai. 302 etc.) vel *ἀπειλῶν*, equidem requiro verbum cui *contorquendi* insit notio, e. g. \* <κυλίν>δων.

629. πιθανώταθ' et ἀκροωμένη] πιθανώτατα δ' et ἀνακροουμένη R; utrumque vitium perperit elisio primitus scripto non indicata. || δ'] om. V R alii.

624. Est sane operae pretium audire quid factum sit.

626. ἐλασίβροντα] ipse Iuppiter ὁ τερα-  
πικίρανος est βροντῆς ἑλατήρ<sup>1)</sup> et a Pinda-  
ro in carmine deperdito invocabatur  
verbis ἐλασίβροντε παῖ Ῥέας, quae in  
scholiis ad hunc locum sunt servata.  
Nunc non iaculator poetico hoc epitheto  
indicatur sed missilia. Cf. autem Ach.  
531, ubi Pericles ὁ Ὀλύμπιος sic descri-  
bitur: ἦστραπ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν  
Ἑλλάδα. Novus nunc Pericles senatum  
oplevit clamoribus ὄος ἐμπερημένης.

— ἀναρρηγνύς ἔπη] vid. ad vs. 644 et  
ad Nub. 357.

627. τερατευόμενος] vid. ad Ran. 834.

— ἄρ' ... ἤρειδε κατὰ τῶν ἰπέων] scholia  
si sequimur, vertendum erit: *summa*  
*cum virium intentione deiciebat*<sup>2)</sup> in equi-  
tes — ut Iuppiter igitur in terrae filios  
fulmina sua torquens. Cum tamen in-

transitive usurpari soleat verbum *ἐρεί-*  
*δειν*<sup>3)</sup>, ita potius nunc accipiam ut Nub.  
558 et 1375, vertens *vehementissimis*  
*verbis declamitabat*<sup>4)</sup>. Nisi autem fallor,  
post *ἤρειδε* sententiam incidi et verba  
*κατὰ τῶν ἰπέων* cum sequentibus iungi  
voluit poeta. Particulae *ἄρα* et tempo-  
ris imperfecti quae sit vis optime indi-  
cabit paraphrasis: *illic autem inveni id*  
*quod expectari poterat: bilem nimirum*  
*suam evomebat Paphlago.*

628. κρημνούς ἐρείδων] cum corruptis  
his verbis<sup>5)</sup> conferri possunt loci ubi Ae-  
schylus propter dictionis tumorem κρη-  
μνοποιός dicitur<sup>6)</sup> et ῥήμαθ' ἐπιπόρημα  
ei tribuuntur<sup>7)</sup>.

— ξυνωμότας καλῶν] quod crimen saepe  
his annis neque immerito sane in opti-  
mates est coniectum<sup>8)</sup>.

629. πιθανώτατα] *probabiliter admo-*  
*dum*<sup>9)</sup>. Cleonem τῷ δήμῳ παρὰ πολὺ ἐν

<sup>1)</sup> Pind. Ol. IV 1. — <sup>2)</sup> „Hurlled them” Blaydes. — <sup>3)</sup> Nam ὄρμαθός Rau. 914 vix potest dici verum obiectum. — <sup>4)</sup> In chori verbis τοίας ἐρείσουσιν ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀτρεΐδαι καθ' ἡμῶν Soph. Ai. 251 nolim scribere quod propositum est ἐρείδουσιν vel ἐρείσουσιν, sed ἀράσσουσιν potius corrigam. Vid. ad Nub. 1373. — <sup>5)</sup> Vid. annot. critica. — <sup>6)</sup> Nub. 1367. — <sup>7)</sup> Ran. 929. — <sup>8)</sup> Cf. Vesp. 345, 483, 488 sqq., Vesp. Prolegom. p. XXIX sqq. — <sup>9)</sup> Adi. apud nostrum nonnisi Thesm. 268 et 464 redit.

630

ἐγένεθ' ὑπ' αὐτοῦ ψευδατραφάξυος πλέα,  
καὶ ἔβλεψε νᾶπυ καὶ τὰ μέτωπ' ἀνέσπασεν.  
καὶ ἔγωγ', ὅτε δὴ ἔγνων ἐνδεχομένην τοῦς λόγους  
καὶ τοῖς φενακισμοῖσιν ἔξαπατωμένην,  
,,ἄγε δὴ, Σκίταλοι καὶ Φένακες“ ἦν δ' ἔγώ

τῷ τότε πιθανώτατον vocat Thucydides <sup>1)</sup>.

630 sq. ἐγένετο κτέ.] cum in curiam irrupi, mendacissimis commentis effecerat ut senatores συναφρωμένοι <sup>2)</sup> sederent.

630. ψευδατραφάξυος] vocabulum alibi non obvium in sermone quotidiano hac aetate vixisse noster locus testatur. Sic nos, si quem commenticia proferre arbitramur, *cramben vendere* <sup>3)</sup> eum dicimus. Est autem ἀτραφάξυς vile et vix legitimum oleris genus <sup>4)</sup>, *scandice* <sup>5)</sup> vel *corcoro* <sup>6)</sup> vel *blito* <sup>7)</sup> nihilo praestantius, sed tamen nihilo minus — per belli opinor incommoda — mensis adhibitum, testibus verbis Pherecratis <sup>8)</sup>: ἀτραφάξυν ἔψουσα. In Romanorum ore herbae huius nomen sonuit *atriplex* <sup>9)</sup>, quasi a *triplici littera alpha* dictum esset. — Eandem conformationem habet vox ψευδαμάμαξυς <sup>10)</sup>; cf. etiam *Pseudartabae* nomen <sup>11)</sup>.

631. ἔβλεψε νᾶπυ] vid. ad Ran. 562.

— τὰ μέτωπ' ἀνέσπασεν] frontem contraxerant torvo minacique vultu circumspicientes <sup>12)</sup>.

633. φενακισμοῖσιν] vocem etiam oratores adhibuerunt <sup>13)</sup>; praeterea vid. ad Ran. 909.

634 sqq. Impudentiae — qua sola Paphlagonem vincendum esse sensit, si posset vinci, — numina quaelibet

isiciarius invocavit priusquam in ultimum rerum discrimen se induit. Φένακες ipsi fraudulentiae daemones nunc dicuntur <sup>14)</sup>, Κόβαλοι ad Dionysi comitatum fortasse sunt referendi <sup>15)</sup>. Aliunde ignoti sunt Σκίταλοι et Βερίσχοθοι, quae nomina ex Sabazii vel Cabirorum cultu similibusve mysteriis desumpta esse suspicetur quispiam <sup>16)</sup>, neque mero fortasse casui tribuenda est similitudo, quae inter nomen parum graecum *Bereschethum* et primum veteris Testamenti verbum <sup>17)</sup> intercedit. Singularis denique Μόθων in hoc contextu admirationem movet; quamquam ipsum nomen ab hoc comitatu haudquaquam esse alienum docet Pluti locus: ὡς μόθων εἶ και φύσει κόβαλος, | ὅστις φενακίζει κτέ. <sup>18)</sup>. Apud Lacedaemonios μόθῶνες <sup>19)</sup> dicebantur Helotae, qui coniunctim cum Spartiarum filiis legitimis educati et libertate donati fuerant <sup>20)</sup>. — Ut nostro loco, sic in carmine Homericō Καμίνω coniunctim commemorantur daemones aliquot <sup>21)</sup>, et apud Platonem comicum impudicitiae praesides celebrantur Ὀρθάνης Κονίσσαλος Λόρθων Κύρδασος Κέλης <sup>22)</sup>, quae aut omnia aut maximam partem ficta esse numina apparet. Etiam daemionum Dionysiacorum nomina Ophelder Ennus cet. huc faciunt.

<sup>1)</sup> III 36. — <sup>2)</sup> Eur. Alc. 777. — <sup>3)</sup> *Kool verkoopen*. — <sup>4)</sup> *Melde*. — <sup>5)</sup> Vs. 19. — <sup>6)</sup> Vesp. 239. — <sup>7)</sup> Diphil. fr. 14 etc. — <sup>8)</sup> Fr. 75. — <sup>9)</sup> Plin. H. Nat. XX 83. — <sup>10)</sup> Vesp. 326. — <sup>11)</sup> Ach. 91 sqq. — <sup>12)</sup> Cf. vs. 646 et de hac cognatisque locutionibus vid. ad Vesp. 655. — <sup>13)</sup> Dinarch. I § 111 II § 4 Demosth. XIX § 26 XXIV § 194. — <sup>14)</sup> Vid. ad Ran. 909. — <sup>15)</sup> Vid. ad Ran. 104, Harpocrat. s. v., Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 726,5. — <sup>16)</sup> Phallicos daemones intellegit Zacher. — <sup>17)</sup> *Bereschit, initio*. — <sup>18)</sup> Vs. 279 sq.; vid. etiam infra vs. 697. — <sup>19)</sup> De vocis termino vid. ad vs. 361. — <sup>20)</sup> Vid. Phylarchus apud Athen. 271e, Harpocrat. s. v., Plut. Cleom. 8, Aelian. Var. Hist. XII 43. — <sup>21)</sup> Σμάραγος Ἀσβετος Σαράχτης Ἑμόδαμος. — <sup>22)</sup> Fr. 174.

- 635 „Βερέσχεθοί τε καὶ Κόβαλοι καὶ Μόθων,  
 „ἀγορά τ', ἐν ἧ παῖς ὦν ἐπαιδευθην ἐγώ,  
 „νῦν μοι θράσος καὶ γλῶτταν εὐπορον δότε  
 „φωνήν τ' ἀναιδιῆ.“ — ταῦτα φροντίζοντί μοι  
 ἐκ δεξιᾶς ἐπέπαρδε καταπύγων ἀνὴρ.
- 640 καὶ ἐγὼ προσέκυσα κῆρα τῷ πρωκτῷ θευῶν  
 τὴν κικλίδ' ἐξήραξα, καὶ ἀναχανῶν μέγα  
 ἀνέκραγον „ᾧ βουλή, λόγους ἀγαθοὺς φέρων  
 „εὐαγγελίσασθαι πρῶτος ὑμῖν βούλομαι  
 „ἐξ οὗ γὰρ ἡμῖν ὁ πόλεμος κατεργάγη,

635. τε καὶ Κόβαλοι] Κοάλεμοι τε Dobree (cf. vs. 221); vocem Κοάλεμοι legerunt scholiasta et Suidas (s. v. κοάλεμος). || Μόθων Kuster e schol.] Μόθωνες codd. (metro invito); et expectatur sane pluralis.

637. εὐπορον] εὐτροχον Burges coll. Eur. Bacch. 268, εὐτροφον Blaydes coll. Ran. 892.

639. ἐπέπαρδε Halbertsma] ἀπέπαρδε codd. (ut Vesp. 394 Ran. 10 Plut. 699).

641. ἐξήραξα R] ἐξάραξα codd. cett. || ἀναχανῶν] ἐγχανῶν Lenting.

643. πρῶτος; V<sup>2</sup>] πρῶτον cett. (ut Soph. Ai. 719 Eur. El. 230).

636. Vid. vs. 181 et ad Nub. 991.

639. Daemones, quos invocavit isiciarius, alumno suo auxilium praesentissimum certo omine promittunt, ἐπι δεξι' ἵναίσια σήματα φαίνοντες: impuri nimirum hominis πορδῆ numen adesse testatur. Ridicule autem -ἐπαρδε nunc pro -ἐπαρδε dictum esse<sup>1)</sup> recte observavit Bergler, qui contulit versus satis sane scurriles, ubi Mercurius a fratre correptus οἰωνὸν προέηκεν... | τλήμονα γαστροδὸς ἔριθον, ἀτάσθαλον ἀγγελιώτην, | ἰσομήνως δὲ μετ' αὐτὸν ἐπέπαρδε<sup>2)</sup>. — Cf. iocus de vocum πορδῆς et βροντῆς similitudine Nub. 394 et vulgaris sermonis locutio rei alicui προσπέρδεσθαι = *penitus eam contemnere*<sup>3)</sup>.

640 sq. Gratus isiciarius numina sua adorat, τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ δεχόμενος<sup>4)</sup>, nec mora per cancellos vi effractos in curiam irrumpit. Vide autem Cobalorum

et Phenacum alumnum impudentia ipsum Cleonem vincentem! Privatis enim hominibus aditus in senatum minime patebat, sed ἀπὸ τῆς ἀσθενοῦς ταυτησι κικλίδος τῶν ἀπορρήτων κυρία ἦν ἡ βουλή οἱ πεντακόσιοι<sup>5)</sup>. — De verbo προσκῦσαι vid. ad vs. 156, de participio θευῶν ad Vesp. 1384, de voce κικλίδε ad Vesp. 124, de participio ἐξάραξας ad Nub. 1359.

642. Isiciarius in senatu κατέκραγε τὸν Παφλαγόνα, τριπλάσιον αὐτοῦ κεκραγῶς, ut minitatus ei fuerat<sup>6)</sup>.

643. Cf. nuncii verba Soph. Trach. 180: δέσποινα Ληάνειρα, πρῶτος ἀγγέλων | ὄκνου σε λύσω et vs. 190: ἀπῆξ' ὅπως τοι πρῶτος ἀγγείλας τάδε | πρὸς σοῦ τι κερδάναιμι, et Aeschin. II § 171: ἀπαγγείλας τοῖνυν πρῶτος τὴν τῆς πόλεως νίκην ὑμῖν... πρῶτην ταύτην ὑμᾶς ἀπαιτῶ χάριν κτε.

644. ὁ πόλεμος κατεργάγη] cf. Ach. 528 ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατεργάγη. Proprie

<sup>1)</sup> Vid. Av. 720 Hom. ὁ 541—545 Xen. Anab. III 2 § 9 Plut. Them. 13 Catull. XLV 9 etc. — <sup>2)</sup> H. Merc. 295. sqq. — <sup>3)</sup> Sosipatr. fr. 1<sup>12</sup>. — <sup>4)</sup> Plut. 63. — <sup>5)</sup> [Demosth.] XXV § 23. — <sup>6)</sup> Vs. 287.

645

„οὐ πάποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.“ —  
 οἱ δ' εὐθέως τὰ πρόσωπα διεγαλήνισαν  
 εἴτ' ἔστεφάνουν μ' εὐαγγέλια. καὶ ἐγὼ ἔφρασα  
 αὐτοῖς, ἀπόρρητον ποιησάμενος, ταχύ,  
 ἵνα τὰς ἀφύας ἀνοῦντο πολλὰς τοῦ ὀβολοῦ,...

646. οἱ... διεγαλήνισαν R] τῶν...-σεν V et fere omnes; ἢ...-σεν Fritzsche sine causa.

648. ποιησάμενος] -νοις Bentley (-νου; Reiske) non recte.

χειμῶν <sup>1)</sup> tonitru torrens dicuntur καταρραγῆναι, ἀναρραγῆναι <sup>2)</sup>, ῥαγῆναι <sup>3)</sup>. Insolite dictum est Thucyd. I 66 ὁ πόλεμος οὐπω ξυνερωγένει, ubi haud scio an vitium lateat, expectatur certe καταρραγῆναι aut ξυνεστήκειν, ξυνεκρότητο, ξυνήρακτο vel ξυνήρακτο <sup>4)</sup>.

645. *Αρνας* <sup>5)</sup> nunquam vidi viliores. Adiectivum ἄξιος; idem quod εὐτελής; hic et alibi <sup>6)</sup> significat. Contrarium est τίμιος, e. g.: οὐ πάποτ' ἰχθῦς οἶδα τιμωτέρους | ἰδῶν <sup>7)</sup>, vel in notis verbis Antiphanis: ὀλίγον ἔστι τὸ καλὸν πανταχοῦ | καὶ τίμοι <sup>8)</sup>, vel apud Lysiam: ἐπειδὴ τίμιος; ἦν ὁ σίτος, ... συμφέρειν ὑμῖν... ὡς ἀξιωτάτων τοῦτους πρῆσθαι, δεῖν γὰρ αὐτοῦς... πωλεῖν τιμωτέρον <sup>9)</sup>. Magnum autem pretium qui pro merce sua poscit institor τιμοπώλη; vocatur <sup>10)</sup>. Ad rem quod attinet, utile erit meminisse etiam nunc cognatorum pisciculorum <sup>11)</sup> in patria nostra pretium mirum quantum fluctuare pro capturae abundantia aut raritate, ideoque quam maxime aleatoriam esse horum pisciculorum muria conditorum mercaturam <sup>12)</sup>. Dicebantur etiam *τριχίδες* <sup>13)</sup>

vel *ἑπανθρακίδες* <sup>14)</sup>, fortasse etiam *μεμβράδες* <sup>15)</sup> cognatum fuit piscium genus, certe *μεμβραφαῖα* ex utraque voce commixtum nomen habet Aristonymus <sup>16)</sup>.

646. *Tunc subito frontem illi explicuerunt*; cf. vs. 631 et vid. ad Vesp. 655.

647. *ἔστεφάνουν μ' εὐαγγέλια* iubebant coronam publice mihi decerni ὡς εὐαγγελισαμένην <sup>17)</sup>. Cf. Plut. 764 sqq.: ἐγὼ δ' ἀναδῆσαι βούλομαι | εὐαγγελιά σε κριβαυτῶν ὄρμαθῶ | τοιαῦτ' ἀπαγγέιλαντα, et infra vs. 656: εὐαγγέλια θύειν.

648. ἀπόρρητον ποιησάμενος] *ea condicione ut ne evulgaretur id quod dicturus essem* <sup>18)</sup>. Quod Andocides dicit *εἰσαγγεῖλαι ἀπόρρητα εἰς τὴν βουλὴν* <sup>19)</sup> et *εἰσαγγεῖλαι τῇ βουλῇ ἐν ἀπορρητῶ* <sup>20)</sup>. Sic locutum isiciarium arcanum aliquod, quo de summa rerum ipsaque patriae salute ageretur, senatoribus credidisse suspicetur quispiam; vide autem quam lente nunc procedat narrantis sermo, quo maior maiorque fiat in auditorum animis expectatio. Secretum aliquid permagni momenti ad senatum rettulisse se ait, dein gravissimum illud consilium choro

<sup>1)</sup> Herodot. I 87. — <sup>2)</sup> Vs. 627. — <sup>3)</sup> Nub. 357, 583. Cf. nostra verba *uit-, losbarsten, wiltbreken*. — <sup>4)</sup> Cf. Thucyd. VIII 96 Xen. Hell. VII 5 § 16. — <sup>5)</sup> *Sardines*. — <sup>6)</sup> Vs. 672, 895 Vesp. 491 Pherecrat. fr. 61 Eubul. 10 Xen. Vectig. IV § 6 etc. — <sup>7)</sup> Diphil. fr. 33. — <sup>8)</sup> Antiphan. fr. 58. — <sup>9)</sup> Lys. XXII § 8. Item apud nostrum Vesp. 253. — <sup>10)</sup> Phrynich. fr. 52. — <sup>11)</sup> *Anchovis*. — <sup>12)</sup> Praeterea de apuis vid. vs. 649, 666, 672 Vesp. 496 Ach. 640, 901 sq. Av. 76 sq. fr. 506 sq. — <sup>13)</sup> Vs. 662 Ach. 551 Eccl. 51 fr. 416 Eupol. fr. 154 Alex. 18, 155 Sotad. <sup>130</sup> etc. — <sup>14)</sup> *Friture*, Ach. 670 Vesp. 1127. — <sup>15)</sup> Vesp. 493 sq. (ubi vid.) fr. 137 Eupol. fr. 28 Phrynich. 50 Platon. 123 Aristonym. 3 etc. — <sup>16)</sup> Aristonym. fr. 2. — <sup>17)</sup> Vs. 643. — <sup>18)</sup> Item Xen. Anab. VII 6 § 43 Lys. XII § 69 Herodot. IX 45 et 94. Nos: *onder het zegel van het diepste geheim*. — <sup>19)</sup> Andocid. II § 3. — <sup>20)</sup> § 21.



- 650 τῶν δημιουργῶν ξυλλαβεῖν τὰ τρυβλία.  
οἷ δ' ἀνεκρότησαν καὶ πρὸς ἕμ' ἐκεχήνεσαν.  
ὁ δ' ἐπινοήσας, ὁ Παφλαγῶν, εἰδὼς ἄρα  
οἷς ἦδεθ' ἡ βουλή μάλιστα δήμασιν,  
γνώμην ἔλεξεν „ἄνδρες, ἦδη μοι δοκεῖ,  
655 „ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελημέναις  
„εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῇ θεῷ.“ —  
ἐπένευσεν εἰς ἐκεῖνον ἡ βουλή πάλιν.  
καὶ ἔγωγ', ὅτε δὴ ἔγνων τοῖς βολίτοις ἠττημένος,

650. Ante vs. 649 collocabat vWilamowitz (cf. Ran. 1190 sqq.), sed traditum versuum ordinem optime defendit Vahlen coll. Ach. 1051 sqq.

652. ἐπινοήσας Meineke] ὑπονοήσας codd. || ἄρα] τᾶμα R, 9' ἕμα vel τ' ἄρα Dindorf.

654. ἦδη μοι] καμοὶ R, ἦ κάμοι Bothe.

655. εἰσηγγελημέναις] ἠγγ. R, unde Cobet -σι ταῖς ἠγγελημέναις, fortasse recte, sed vid. commentarius.

narraturus praemittit adverbium *ταχύ* <sup>1)</sup>, tum vero inserit aliquot verba, quibus consilii a se prolati finem indicet optatissimum, tandem denique quid fuerit illud aperit.

650. Omnes quotquot in salsamentariorum officinis inveniri possent ollas per magistratum ministros acquiri et comprehendere iussit homo noster. Sic enim fore ut apuae recentes, quae Phalarum cymbis essent advectae <sup>2)</sup>, non possent oleo condiri in ollis, quae nullae iam adessent <sup>3)</sup>; piscatores igitur pisciculos citissime ad aëra putrescentes vili pretio venundaturos et gratis fere concessuros esse, si quis domum eos absportare vellet. — Ferridicule autem de ollis usurpatum est verbum *ξυλλαβεῖν* comprehendere <sup>4)</sup>, quod de maleficis qui

in vincula coniciuntur dici solet. Cavendum ne *δημιουργός* nunc cum scholiasta intellegamus *figulus*.

651. οἷ δ' ἀνεκρότησαν] manus ὑφ' ἡδονῆς <sup>5)</sup> comploserunt <sup>6)</sup>.

— πρὸς ἕμ' ἐκεχήνεσαν] aperto ore — quod stolidè admirantis avidè expectantis est — *me intuebantur* <sup>7)</sup>.

655. Ob felicissimum eventum nunciatum. Locutio ἐπὶ συμφοραῖς <sup>8)</sup>, ut cetera quae botularius refert, e vita publica est desumpta, item εἰσαγγέλλειν, quod de *relationibus ad senatum* proprie dicitur <sup>9)</sup>. Eadem verborum structura est Thesm. 597: τὸ πρᾶγμα... δεινὸν εἰσαγγέλλεται <sup>10)</sup>.

656. εὐαγγέλια θύειν] haec quoque est certa formula loquendi <sup>11)</sup>.

658. τοῖς βολίτοις] ridicule pro τοῖς βοστίν <sup>12)</sup>.

<sup>1)</sup> Eundem in enunciato locum adverbium *ταχύ* obtinere vs. 109, observavit Vahlen. — <sup>2)</sup> Cf. Ach. 901. — <sup>3)</sup> Cf. Av. 76 sq. — <sup>4)</sup> In annot. ad Ran. 1236 perperam verti *coëmere*. — <sup>5)</sup> Ut dicitur Plut. 739. — <sup>6)</sup> Item Vesp. 1314. — <sup>7)</sup> Item vs. 804 et 1118 Nub. 996; vid. etiam Ach. 10, 133 Eq. 261, 755, 824, 1032, 1119 Ran. 990 et ad Ach. 604 Eq. 78, 1263 Vesp. 695. — <sup>8)</sup> Vid. ad vs. 406 et Nub. 1205. — <sup>9)</sup> Nos: *het bericht is ingekomen*. — <sup>10)</sup> Praeterea vid. Thucyd. VIII 79 § 1, 92 § 6 etc. — <sup>11)</sup> Cf. Xen. Hellen. I 6 § 37 IV 3 § 14 Isocr. VII § 10 Aeschin. III 160 Menand. in *Περικειρομένη* (fr. in Oxyrh. Papers II lin. 18) etc., et vid. vs. 643, 647. — <sup>12)</sup> Vid. Ach. 1026 et ad Ran. 295.



- 660 διακοσίαισι βουσὶν ὑπερηκόντισα  
τῇ δ' Ἀγροτέρῃ κατὰ χιλίων παρήνεσα  
εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων εἰς αὖριον,  
αἱ τριχίδες εἰ γενοίαθ' ἐκάτον τοῦ ὄβολοῦ.  
ἐκαραδόκησεν εἰς ἔμ' ἢ βουλή πάλιν.  
ὃ δὲ ταῦτ' ἀκούσας ἐκπλαγεῖς ἐφληνάφα  
665 καῖθ' εἶλκον αὐτὸν οἱ πρυτάνεις χοῖ τοξόται.

659. διακοσίαισι] -ησι (vel -οισι) codd.

661. εἰς αὖριον.] virgulam hic deletam ante εἰς scribebat Brunck.

662. εἰ R] δ' εἰ V et fere omnes.

664. ταῦτ' ἀκούσας] τοῦτο νοήσας vHerwerden.

659. ὑπερηκόντισα *surperavi* <sup>1)</sup>.

660. τῇ... Ἀγροτέρῃ] Dianae Agresti <sup>2)</sup> capellam sacrificare solebant Lacedaemonii pugnam initari <sup>3)</sup>. Item Callimachus Atheniensium polemarchus ante pugnam Marathoniam sacra ei ferens ἤψατο ὑπόσους ἅν κατακάνοιεν τῶν πολεμίων, τσοαύτας χιμαίρας καταθύσειν τῇ θεῷ· ἐπεὶ δ' οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὐρεῖν, — nimirum novem myriades caesae ferebantur, — ἔδοξεν Ἀθηναίους κατ' ἐνιαυτὸν πεντακοσίους θύειν, καὶ ἔτι καὶ νῦν — Xenophon ait — ἀποθύουσι <sup>4)</sup>. Neque postea abolitum esse illud sacrificium, quod polemarchus Agras ad deae templum prope Plissum quotannis sollempni pompa deferrebat sexto die mensis Boedromionis, testantur Plutarchus <sup>5)</sup> et Aelianus <sup>6)</sup>.

660 sq. κατὰ χιλίων... χιμάρων] utpote pro numinis beneficio — quod multo etiam maius foret quam Marathoniam illa victoria. Praepositio κατὰ in *iurandi* et *ovendi* formulis significat *per*: καθ' ἰερῶν τελείων <sup>7)</sup>, κατ' ἐξωλείας <sup>8)</sup>, καθ' ἐκατόμητος <sup>9)</sup>, etc.; recte igitur Diogenia-

nus verba κατὰ ῥοὺς εὐχεσθαι <sup>10)</sup> interpretatur *μεγα εὐχεσθαι* <sup>11)</sup>.

662. τριχίδες] vid ad vs. 645.

663. ἐκαραδόκησεν] verbum *καρᾶδοκεῖν* apud nostrum alias non obvium significat intento vultu *porrectoque adeo capite* verba vel iussum aliquid reive eventum *opperiri*: τῷ κατὰ (τῇ κεφαλῇ) *δέχεσθαι* vel potius *προσδοκᾶν*. Cf. epica *δοκεύειν* et *δεδοκήμενος* <sup>12)</sup>. Verbum redit apud Herodotum <sup>13)</sup>, Xenophontem <sup>14)</sup>, Diphilum <sup>15)</sup>, Plutarchum <sup>16)</sup>. Etiam in locutione *κάτω κάρα* <sup>17)</sup> servata est prisca vox *κάρα caput*; praeterea apud Pollucem <sup>18)</sup> recte conferuntur *καρηθραία*, *-ἰάν* <sup>19)</sup>, *-ικός* <sup>20)</sup>.

664. ἐφληνάφα] vid. ad Nub. 1475.

665. *Tunc coeperunt de suggestu eum detrahere*. In concionibus publicis haud ita raro accidebat ut is, qui imperite aut importune verba faceret, prythanum iussum a sagittariis corripere. Vid. Eccl. 258: ἦν σ' οἱ τοξόται ἔλκωσι, et ibid. vs. 143; et in ipsa scenā id fieri videmus Ach. 54 <sup>21)</sup>. Glauconem autem iuve-

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 56 et ad Nub. 944. — <sup>2)</sup> Lys. 1262. — <sup>3)</sup> Xen. Hellen. IV 2 § 20 Rep. Laced. XIII § 8. — <sup>4)</sup> Anab. III 2 § 12; cf. [Arist.] Rep. Ath. 58 § 1. — <sup>5)</sup> Mor. 349f, 862a. — <sup>6)</sup> Var. Hist. II 25. — <sup>7)</sup> Thucyd. V 47 § 8 Demosth. LIX § 60 Andocid. I § 97 sq. [Arist.] Rep. Ath. 1 § 1, 29 § 5, item καθ' ἰερῶν Ran. 101. — <sup>8)</sup> Demosth. XXI § 119. — <sup>9)</sup> Plut. Mor. 294b. — <sup>10)</sup> Poll. I 27. — <sup>11)</sup> Diogenian. V 90 et VI 55. Cf. Valcken. ad Schol. Eur. Phoen. 1407. — <sup>12)</sup> Enchirid. dict. ep. p. 441. — <sup>13)</sup> Herodot. VII 163, 168 VIII 67. — <sup>14)</sup> Memor. III 5 § 6. — <sup>15)</sup> Diphil. fr. 35. — <sup>16)</sup> Anton. 56. — <sup>17)</sup> Ach. 945 Pac. 153. — <sup>18)</sup> Poll. II 41. — <sup>19)</sup> Aristoph. fr. 792. — <sup>20)</sup> Teleclid. fr. 47. — <sup>21)</sup> Ubi vid.; praeterea cf. Lys. 433 Thesm. 931 sqq.

οἱ δ' ἐθορύβουν περὶ τῶν ἀφρῶν ἐστηκότες·  
 ὁ δ' ἠντεβόλει γ' αὐτοὺς ὀλγρον μεῖναι χρόνον,  
 „ἴν' αἴτθ' ὁ κήρυξ οὐκ Ἀκεδαιμονος λέγει  
 „πύθησθ' ἀφίπται γὰρ περὶ σπονδῶν πάλιν.“ —  
 670 οἱ δ' ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον·  
 „νυνὶ περὶ σπονδῶν; ἐπειδὴ γ', ὦ μέλε,

666. ἀφρῶν] ἀφρῶν codd.

667. ἠντεβόλει] ἠντεβόλει codd.; cf. Ach. 147. || γ'] (ε)'τ'(ε) Lenting (coll. Lys. 766, vid. etiam infra vs. 1373).

668. λέγει] λέγει R vitio manifesto.

669. πάλιν Porson] λέγων (vel λόγων) codd.; sed Porson intellexit huc trahendum esse quod in fine versus 668 additum habent V alii πάλιν, adscriptum autem esse λέγων ad explicanda verba poetae περὶ σπονδῶν vel sic tamen integra, nunquam enim in hac locutione dicendi participium additur; vid. commentarius.

nem cum frustra omnes amici conarentur παῦσαι ἐλκόμενόν τε ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ καταγέλαστον ὄντα, Socrates ad saniora perduxit consilia <sup>1)</sup>). Nimirum, ut Socrates ait apud Platonem, cives ubi in concionem convenerunt, εἴαν τις ἐπιχειρῇ αὐτοῖς συμβουλεύειν ὃν ἐκείνοι μὴ οἶονται δημιουργόν <sup>2)</sup> εἶναι, κἴην πάνυ καλὸς ἢ καὶ πλούσιος καὶ τῶν γενναίων, οὐδὲν τι μάλλον ἀποδέχονται, ἀλλὰ καταγελῶσι καὶ θορυβοῦσιν, ἕως ἄν ἢ αὐτὸς ἀποστῇ ὁ ἐπιχειρῶν λέγειν καταθορυβηθεὶς ἢ οἱ τοξόται αὐτὸν ἀφελκύσωσιν ἢ ἐξάρωνται κελυόντων τῶν πρυτάνων <sup>3)</sup>). In senatu vero multo rariores fuisse eiusmodi turbas confidere licet; nunc autem isiciarius potius, qui illuc quo non licebat irruerat, vi foras fuerat exturbandus, sed usque adeo vicit impudentia, ut tutus abierit a nemine laesus, Paphlagon vero contumeliose in ordinem sit coactus.

666. Illi autem stantes de apuis clamabant. Nemo iam in sede sua manebat, sed consurrexerant omnes laetosque

clamores <sup>4)</sup> edebant propter nuncium de vili pisciculorum pretio nuper auditum.

668 sq. Indirecta oratione qui coeperat uti isiciarius, ipsa iam affert verba Paphlagonis. Eadem autem est enunciati conformatio Ach. 656—664, infra vs. 993 sq., Eccl. 821 sq.: ἀνέκραγ' ὁ κήρυξ μὴ δέχεσθαι μηδὲνα | χαλκὸν τὸ λοιπὸν „ἀργύρον γὰρ χρόμεθα“ <sup>5)</sup>).

669. ἀφίπται... περὶ σπονδῶν] in huiusmodi locutionibus verbum loquendi, consulendi, disputandi non additur. E. g.: περὶ σωτηρίας πρόκειται <sup>6)</sup>, περὶ εἰρήνης πρυτανεύειν <sup>7)</sup>, ἔλκεσθαι περὶ πραγματίου <sup>8)</sup>, περὶ τινος συγγενέσθαι <sup>9)</sup>).

670 sq. Simillimi sunt Ach. 182 sq.: ἔπειτ' ἀνέκραγον πάντες „ὦ μαρώτατε, | σπονδᾶς φέρετε, τῶν ἀμπελῶν τετμημένων;“ Cf. praeterea Herod. Mimiamb. III 47 sq.: ἐν γὰρ στόμ' ἔστι τῆς συνοικίης πάσης | „τοῦ Μητροτίμης ἔργα Κοττάλου ταῦτα“ De re vid. ad vs. 327.

671. ἐπειδὴ γε] scilicet quoniam...! <sup>10)</sup>).

<sup>1)</sup> Xen. Mem. III 6 § 1. — <sup>2)</sup> I. e. rei peritum, een man van het vak. — <sup>3)</sup> Protag. 319 c. — <sup>4)</sup> Θόρυβον vs. 547. De verbo θορυβεῖν vid. ad Ran. 768. — <sup>5)</sup> Item apud Homerum A 303 Ψ 855 α 40 h. Merc. 526. — <sup>6)</sup> Eccl. 401. — <sup>7)</sup> Ach. 60. — <sup>8)</sup> Nub. 1004. — <sup>9)</sup> Av. 113. Praeterea vid. Ach. 170 Pac. 216 Av. 1532, 1577, 1588, 1595 Lys. 71, 984, 1009, 1101 Thuc. VIII 71 § 3 Xen. Anab. II 3 § 1. — <sup>10)</sup> Etiam Thesm. 145 coniunctae sunt hae particulae.

„ἦσθοντο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας.  
 „οὐ δεόμεθα σπονδῶν ὁ πόλεμος ἐρπέτω!“  
 ἐκεκράγεσάν τε „τοὺς πρυτάνεις ἀφιέναι!“  
 εἶθ' ὑπερεπήδων τοὺς δρυφάκτους πανταχῆ.  
 ἐγὼ δὲ τὰ κορίανν' ἐπριάμην ὑποδραμῶν  
 ἅπαντα τὰ τε γήτει ὅσ' ἦν ἐν τῇ ἀγορᾷ·  
 ἔπειτα ταῖς ἀφύαις ἐδίδουν ἡδύσματα  
 ἀποροῦσιν αὐτοῖς προῖκα καὶ ἐχαριζόμεν.  
 οἱ δ' ὑπερεπήνουν ὑπερεπύπαζόν τέ με

675

680

672. In fine versus punctum pro interrogandi signo scripsit Meineke.

673. ἐρπέτω] male olim quidam ἐρτέτω (i. e. in malam rem abeat, vid. ad vs. 4).

674. ἀφιέναι Brunck] ἀπιέναι codd.

675. εἶθ' ] οἱ δ' codd. quidam. || πανταχῆ R] -χοῦ cett.

676. ὑποδραμῶν] ὑπεκδραμῶν R (cf. vs. 742), quod servans Fritzsche scribebat δ' ἐπριάμην τὰ κορίανν', vulgatam sine iusta causa cum Reisigio addubitans. Quae si suspecta esset, παραδραμῶν (vid. commentarius ad vs. 56) posset proponi.

672. ἀξίας] vid. ad vs. 645.

673. ὁ πόλεμος ἐρπέτω!] *pergitto bellum*<sup>1)</sup> In hac locutione<sup>2)</sup> verbum ἐρπειν priscam *incedendi* significationem<sup>3)</sup> servavit<sup>4)</sup>.

674. *Iusserunt prytanes dimittere senatum*. Cf. Ran. 132 sq.: ἐπειδὴν φῶσιν οἱ θεώμενοι „εἶναι“. Prytanes ἀφιᾶσι τὴν βουλὴν et λύουσι τὴν ἐκκλησίαν<sup>5)</sup>, cf. etiam locutio ἀφιέναι τὰ δικαστήρια<sup>6)</sup>. Senatores ad apus suas festinantes poposcerunt illud: „nihil vos moramur“<sup>7)</sup>.

675. εἶτα] nempe ut primum praeco dixit formulam illam, quae impatienter expectabatur: οἱ πρυτάνεις ἀφιᾶσι τὴν βουλὴν.

— ὑπερεπήδων τοὺς δρυφάκτους] senatores de dignitate sua prorsus securi transsiliebant cancellos, morae tam impatientes ut singuli per forem<sup>8)</sup> egredi nollent. Vide eosdem homines in Achar-

nensium fabula ἄωριαν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἦκοντας καὶ ἀλλήλοις ὠσιζομένους περὶ πρώτον ξύλον<sup>9)</sup>. De voce autem δρυφάκτους vid. ad Vesp. 386.

676 sq. *Ego autem citato cursu in forum me proripui et quicquid illic erat coriandri coemi, qua re prohibui quominus senatores tardius illuc adventantes ἡδυσμάτων quidquam apud suis invenirent*<sup>10)</sup>. Verbum ὑποτρέχειν proprie significat *cursu callide instituto alium hominem frustrare*. Sic Menelaus Antilochus ὑποτρέχει in Iliadis libro Ψ<sup>11)</sup>.

680. *Effusus laudibus me efferebant*. Ad analogiam verborum ὑπερπαίειν<sup>12)</sup>, ὑπερθανμάζειν, ὑπερμαίνεσθαι<sup>13)</sup> conformatur nunc compositum ὑπερπυπάζειν, cuius simplex<sup>14)</sup> proprie valet „πυπάζει“ λέγειν<sup>15)</sup>, est autem πυπάζ interiectio

1) *De oorlog moet maar zijn loop hebben!* — 2) Etiam feminae Lys. 129 sq. ea utuntur. — 3) = βαδίζειν, cf. Hom. σ 131 Soph. Oed. R. 83 Eur. Cycl. 423, 445 etc. — 4) Vid. etiam Vesp. 552 et de similibus obsoletae dictionis vestigiis ad Vesp. 186. — 5) Ach. 173 Eccl. 377. — 6) Vesp. 595. — 7) „*Sluiten!*“ — 8) τὴν κυκλῖδα vs. 641. — 9) Vs. 40–42 (23 sqq.). — 10) Cf. Vesp. 496. — 11) Vid. infra vs. 1161, ubi suam vim obtinet verbum ὑποθεῖν, et ad vs. 47. Translatum autem, ut nostro loco, est ὑποδραμεῖν (τινα) vs. 742 Xen. Cyrop. I 2 § 12 Aeschin. III § 162 Plat. Rep. 426 c Leg. 923 b. — 12) Eccl. 186. — 13) Ran. 776. — 14) Cratin. fr. 52. — 15) Vid. scholia et Bekk. Anecd. p. 69.

ἅπαντες οὕτως, ὥστε τὴν βουλὴν ὅλην  
ὀβολοῦ κοριάννοις ἀναλαβὼν ἐλήλυθα.

## ΧΟΡΟΣ.

Antistrophe (vs. 683—690).

πάντα δὴ πέπραγας οἶα  
χρῆ τὸν εὐτυχοῦντα.

685

ἦῤοε δ' ὁ πανοῦργος ἕτερον, πολὺ πανουργίας  
μείξοσι κεκασμένον,  
καὶ δόλοισι ποικίλοις,  
ῥήμασίν θ' αἰμύλοις.

ἀλλ' ὅπως ἀγωνιεῖ φρόν-  
τιζε τὰπίλοιπ' ἄριστα.

690

ξυμμάχους δ' ἡμᾶς ἔχων εὖ-  
νους ἐπίστασαι πάλα.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὴν ὁ Παφλαγῶν οὐτοσί προσέρεχεται,

683. πάντα δὴ] πάντα V<sup>1</sup>, ἅπαντά τοι R.

684. ἦῤοε] εὗρε codd.

686. αἰμύλοις] -λίους V R et fere omnes.

689. ἔχων] om. R.

impensam admirationem significans <sup>1)</sup>. Cui verbo intransitivo obiectum nunc additur, idem enim valet quod ὑπερθραυμάζειν. Sic ἐγκεχοδέναι τινὰ dicitur is qui aliquem ὑπερδέδοικεν <sup>2)</sup>.

682. ἀναλαβὼν] i. e. προσποιησάμενος <sup>3)</sup> sive ἀνακτησάμενος <sup>4)</sup>.

— ἐλήλυθα] i. e. ἦκω sive ἐνθάδε πάρομι ἦδη <sup>5)</sup>.

683. Idem dici potuit πάντ' ἀγαθὰ δὴ πέπραγας <sup>6)</sup> vel πάντα καλὰ δὴ ἔχεις <sup>7)</sup>, nam οἶα χρῆ τὸν εὐτυχοῦντα (πράττειν) id valet quod ἀγαθὰ vel καλὰ. Hanc ob causam non ὅσα dicitur, quod post πάντα expectaverit quispiam, sed οἶα.

684. Berglerus confert h. Merc. 319: πολύμητις ἐὼν πολυμήχανον ἦῤοε (Mercurius Apollinem). Praeterea vid. supra vs. 382.

685. κεκασμένον] priscæ poesi hoc participium proprium est <sup>8)</sup>.

686. ποικίλοις] vid. ad vs. 196.

687. αἰμύλοις] hoc quoque adiectivum, quod noster etiam Lys. 1267 in chori canticum admisit, proprium est dictioni poeticae <sup>9)</sup>. Significat callidas blanditias, quæ ad hominum animos conciliandos faciunt.

688. Cura autem ut etiam in posterum felicissime certes.

<sup>1)</sup> Plat. Euthyd. 303a, fr. com. adesp. 1130; vid. etiam ad vs. 1. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 224. — <sup>3)</sup> Vs. 215. — <sup>4)</sup> Herodot. I 50 etc. — <sup>5)</sup> Vid. ad Ran. 1164. — <sup>6)</sup> Ut Ran. 302, ubi vid. — <sup>7)</sup> Herodot. I 32. — <sup>8)</sup> Hom. *Α* 339 δ 725, 815 Hes. Theog. 929 Pind. Ol. I 41. — <sup>9)</sup> α 56 etc.

ὠθῶν κολόκυμα καὶ ταράττων καὶ κυκῶν,  
ὥς δὴ καταπιόμενός με.

(Ridens:)

μορμῶ, τοῦ θράσους!

### SCENA DECIMA TERTIA.

(In scenam coronatus irruit Paphlago e senatu redux.)

Isiciarius, Paphlago, Chorus.

#### ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

695 εἰ μὴ σ' ἀπολέσαιμ', εἴ τι τῶν αὐτῶν ἐμοὶ  
ψευδῶν ἐνεΐη, διαπέσοιμι πανταγῆ.

#### ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἦσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκομπίαις,

694. αὐτῶν ἐμοί] εἰωθότων Blaydes (coll. Ran. 1); an \*αὐτῶν ἔτι?

692. ὠθῶν κολόκυμα] *ventus* <sup>1)</sup> vel *amnis celeri cursu defluens* <sup>2)</sup> dicitur *κῦμα ὠθεῖν, fluctus trudere*. Nunc autem Paphlago, qui navi citatis remis in hostes adactae assimilatur <sup>3)</sup>, dicitur ὠθεῖν κολόκυμα, i. e. *inanem aestum propellere*, qua voce alibi non obvia significatur aquae monticulus, quem ciet prora celeriter undas secans. Prior vocis pars est adiectivum *κόλος; mutilus, inanis* <sup>4)</sup>, cognata autem est vox *κολόουρος* <sup>5)</sup>. Quemadmodum fluctus superficiem tantum stringens et post navem extemplo collabens *κόλος* dicitur, sic *κωφός* vocatur portus intra quem silet mare placidum <sup>6)</sup>; quod non fugit veteres interpretes.

— ταράττων καὶ κυκῶν] vid. ad vs. 251.

693. μορμῶ] vid. ad Ran. 925.

694 sq. εἰ... ἀπολέσαιμι, εἰ... ἐνεΐη, διαπέσοιμι] sic optativo puro alius optati-

vus a particula *εἰ* suspensus frequenter sociatur <sup>7)</sup>. Non minus tamen recte in eiusmodi enunciatis dicitur ἦν cum subiunctivo aoristi aut *εἰ μὴ* cum futuro indicativi; vid. Ach. 325: *ἔξολοιμην ἦν ἀκούσω*, Hom. B 258 sqq.: *εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχῆσομαι...*, | *μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσῆι κάρη ὤμοισιν ἐπειη*, | ... *εἰ μὴ ἐγὼ σε λαβῶν ἀπὸ μὲν φιλᾶ* *Ἐψείματα δύσω*, | ... *αὐτὸν δὲ κλαίοντα θοῶς ἐπὶ νῆας ἀφῆσω*. Item cum tempore *praesenti*, Ran. 579: *κάκιστ' ἀπολοίμην, Ξανθίαν εἰ μὴ φιλῶ*.

694. τῶν αὐτῶν] i. e. *eorum quibus uti soleo, τῶν εἰωθότων*.

695. διαπέσοιμι] *dilabar*, quod proprie dicitur de corpore putrescente <sup>8)</sup>. Similia sunt *διαρραγεῖν* <sup>9)</sup> et *ἐπιτριβεῖν* <sup>10)</sup>.

696 sq. Cf. Eq. 1306 Pac. 335 et Eur. Suppl. 719 et de aoristi usu vid. ad Nub. 174.

696. ψολοκομπίαις] *minis inanibus*. Vox

<sup>1)</sup> Hom. γ 295 Theocrit. XVI 61. — <sup>2)</sup> Metagen. fr. 6<sup>3</sup>. — <sup>3)</sup> Vid. vs. 761 sq. — <sup>4)</sup> Hom. II 117 etc. — <sup>5)</sup> Vesp. 666 etc. — <sup>6)</sup> Cf. fr. adesp. 803. — <sup>7)</sup> Ach. 476 Pac. 1072 Lys. 235 fr. 105; item Hom. E 214 sq. π 102 sq. Theogn. 343 Soph. Ai. 1175 Eur. Or. 1087 etc., cf. etiam Γ 299 α 47 etc.; similis est Vesp. 1431, praeterea vid. infra vs. 1056. — <sup>8)</sup> *Tot ontbinding overgaan*. Vid. Eccl. 1036 et Plat. Phaedon. 80c. — <sup>9)</sup> Vid. ad vs. 340 sq. — <sup>10)</sup> Vid. ad Ran. 571.



ἀπεπυδάρισα μόθωνα, περιεκόκκασα.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὐ τοι, μὰ τὴν Δήμητρον, ἔάν μὴ σ' ἐκφάγω  
ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

700

ἦν μὴ ἐκφάγῃς; ἐγὼ δὲ γ', ἦν μὴ σ' ἐκπίω,  
κἢν ἐκροφήσας αὐτὸς ἐπιδιαρραγῶ.

697. περιεκόκκασα Photius] -κόκκασα R (i. e. -<sup>υ</sup>ασα aut -<sup>α</sup>υσα), -κόκκασα cett.

698. Δήμητρον ἔάν V alii] Δήμητρον γ' εἰ R vitiose (vid. ad vs. 700 et ad vs. 1350), Reisig Δήμητρον ἔτ' εἰ. Scribi potuit sine vitio ἔτ' ἦν (cf. Thesm. 225), sed littera Γ, quam solus praebet R, nata esse mihi videtur ex prava accusativi forma Δήμητρον, quae etiam nunc extat in cod. M Δήμητρον ἔάν invito metro praebenti.

700. ἦν (bis)] εἰ R vitio manifesto. || ἐκφάγῃς] -γῆς μ' Bergk. || γ'...μὴ σ' R] σ'...μὴ cett.

701. κἢν (κἂν) ἐκροφήσας Bothe] κἀπεκροφήσας codd., κἂν ἐκροφήσας Seager, uterque probabiliter (II—N vel IT).

aliunde ignota ad imitationem τοῦ ψολέετος κεραυνῶ<sup>1)</sup> est efficta.

697. ἀπεπυδάρισα μόθωνα] idem quod ἀπορχησάμην verbum hoc valere intellegimus<sup>2)</sup>, nam μόθωνα<sup>3)</sup> nunc dici salutationem φορτικὴν καὶ κορδακώδη libenter credimus Tryphoni<sup>4)</sup> vel cum illo e nostri loci contextu efficitur.

— περιεκόκκασα] cf. Thesm. 1059, ubi echo dicitur verborum ἐπικοκκάστρια.

698. ἐκφάγω] furentis hoc est, minitari alicui se crudum eum devoraturum. Sic Iuppiter ad Iunonem: εἰ... ὦ μὲν βεβρωθῶσι Πρίαμον cum liberis totoque populo, tunc fortasse satiaretur tua ira<sup>5)</sup>, vel ad milites suos Xenophon: ἄνδρες, οὐτοί εἰσιν, οὓς ὄρατε, μόνοι ἔτι ἡμῖν ἐμποδῶν... τούτους, ἦν πως δυνάμεθα, καὶ ὦ μὲν δεῖ καταφαγεῖν<sup>6)</sup>, de perioecis autem idem testatur, si forte Spartiatarum mentio

iniciatur in sermonibus, οὐδένα αὐτῶν δύνασθαι κρύπτειν τὸ μὴ οὐχ ἠδέως ἂν καὶ ὦ μὲν ἐσθλῆιν αὐτῶν<sup>7)</sup>. Itaque nunc Paphlago dicere cum velit: male dispeream ni te ex hacce regione ἐκβάλω, notione τοῦ καταφαγεῖν eius animo sanguinis avido obversante in ἐκφάγω id mutat<sup>8)</sup>. Quadamtenus similis est verbi ἀπολάφω usus Nub. 811.

699. οὐδέποτε βιώσομαι] i. e. οὐκέτι βιωτὸν ἔσται μοι, vitam meam abiciam. Quilibus votis inservire solet optativus<sup>9)</sup>. Ceterum conferri possunt verba ridicula dominae ad ancillam precibus se enecantem: Κύδιλλα, μὴ με λυπεῖτε, | ἦ φεῦξομ' ἐκ τῆς οἰκίης<sup>10)</sup>.

701. Etiamsi dein dirumpar. Quod absurde sibi repugnantia nunc optat, id ne animadvertit quidem aut non curat isiciarius.

<sup>1)</sup> Hom. ψ 330 etc. — <sup>2)</sup> πυδαρίζειν eo quo σικριτῶν vel λακτιζῶν sensu adhibitum legitur etiam apud Pseudoepigramm s. v. Ὅνοσ τὰ Μελιταῖα (p. 151 Gaisf.). — <sup>3)</sup> De qua voce vid. ad vs. 635. — <sup>4)</sup> Athen. 618 c (Poll. IV 101 Phot. s. v.). — <sup>5)</sup> Hom. A 35, cf. X 347 Ω 212 sq. — <sup>6)</sup> Anab. IV 8 § 14. — <sup>7)</sup> Hellen. III 3 § 6. — <sup>8)</sup> Quod suo loco legitur compositum Vesp. 925. — <sup>9)</sup> E. g. infra vs. 833 μὴ ζῶην. Vid. ad Ran. 177. — <sup>10)</sup> Herod. Mimiamb. V 73 sq.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀπολῶ σε, νῆ τὴν προεδρίαν τὴν ἐκ Πύλου.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδοῦ, „προεδρίαν“! οἶον ὄψομαί σ' ἐγὼ  
ἐκ τῆς προεδρίας ἔσχατον θεώμενον!

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

705

ἐν τῷ ξύλῳ δῆσω σε, νῆ τὸν οὐρανόν.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(cum risu ad spectatores:)

ὡς ὀξύθυμος!

(Ad Paphlagonem:)

φέρε, τί σοι δῶ καταφαγεῖν;

(Ad spectatores:)

ἐπὶ τῷ μάλισθ' ἦδοιτ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ;

706. ὀξύθυμος] ὀξυθυμεῖ Halbertsma.

707. \*μάλισθ' ἦδοιτ' φάγοις ἦδοιτ' codd. vitiose, nisi praecedat τί γάρ, quod quominus proponamus obstat versus exitus; φάγοις ἴσθεις; Meineke admodum contorte, φαγῶν ἦδοιτ' Enger (ἦδοιτ' Kock), φάγοις γήτει' Bergk, φάγοις μ' ἦδοιτ' OSchneider, ἐμ' ἴσως φάγοις ἦδοιτ' ἄν ἐπὶ β. Kähler. Equidem arbitror participium φαγῶν verbo ἦδοιτο superscriptum, ad sententiam scilicet explendam, erroris causam extitisse. Recte autem Kock videtur observasse ad eorum hunc versum dici, quapropter ἦδοιτο cum illo scripsi. Adverbium μάλιστα ita usurpatum habes Ach. 799: τί δ' ἴσθιει μάλιστα;

702. De proedria Cleoni decreta vid. ad vs. 327.

703. ἰδοῦ, „προεδρίαν“!] vid. ad Ran. 1205.

— οἶον] vid. ad vs. 367.

704. ἐκ] de mutato rerum statu praepositio solito more <sup>1)</sup> nunc usurpatur.

— ἔσχατον θεώμενον] commentarii instar sunt Alexidis versus: ἐνταῦθα περὶ τὴν ἔσχατην δεῖ κερκίδα | ὑμῶς καθιζούσας θεωρεῖν ὡς ξένας <sup>2)</sup>. Posthac in cuneo supremo faeci plebeculae et peregrinis intermixtus *sedebis*; — quo nunc detruduntur Archeptolemi <sup>3)</sup>.

705. ἐν τῷ ξύλῳ] cf. vs. 367.

706. ὡς ὀξύθυμος!] sic Trygaeus in Pace: ὡς δριμύς! <sup>4)</sup> — item secum loquens vel spectatores alloquens, et nescio quis de equo: ὡς ὀρθόπληξ! <sup>5)</sup>.

— τί κτέ.] hominem ore vasto se allatrantem irridens *quamnam offam* — isiciarius ait — *istius cerberi gulae iniciam?* *Quomodo obturem istam voraginem, ἵνα μὴ αὐτὸν ἐμὲ καταπίη?* Nemphe ὄνῃρ ὄξος ἄπαν, πεινᾶντι δὲ μηδὲ ποτιέσθῃς <sup>6)</sup>. *Semper vehemens et iracundus est, at siti fameque rabidum* <sup>7)</sup> *ne adire quidem tutum.*

707. μάλιστα] cf. Ach. 799.

— βαλλαντίῳ] cf. vs. 1197 Av. 157 sq. etc.

<sup>1)</sup> Ut vs. 1321 Ran. 1011 etc. — <sup>2)</sup> Alex. fr. 41. — <sup>3)</sup> Vid. vs. 327. — <sup>4)</sup> Pac. 257. — <sup>5)</sup> Fr. 43. — <sup>6)</sup> Quae Gorgus Theocr. XV 148 verba contulit Casaubonus. — <sup>7)</sup> Senec. de ira II 19.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐξαρκάσομαι σου τοῖς ὄνυξι τάντερα.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀπονυχιῶ σου τὰν Πρωτανεῖω σιτία.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

710 ἔλξω σε πρὸς τὸν δῆμον, ἵνα δῶς μοι δίκην.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ ἐγὼ δὲ σ' ἔλξω καὶ διαβαλῶ πλείονα.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ', ὦ πόνηρε, σοὶ μὲν οὐδὲν πείθεται·

ἐγὼ δ' ἐκείνου καταγελῶ γ' ὅσον θῆλω.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὧς σφόδρα σὺ τὸν δῆμον σεαυτοῦ νενόμικας!

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

715 ἐπίσταμαι γὰρ αὐτὸν οἷς ψωμίζεται.

καὶ θ' ὡσπερ αἰ τίτθαι γε σιτίξεις κακῶς·

709. τὰν Πρωτανεῖω] τὰκ Πρωτανεῖου Zacher.

711. διαβαλῶ R Γ<sup>1</sup>] διαβαλῶ γε V et cett., quod servans GHermann pro σ' ἔλξω scribebat σ' ἄρα, Sauppe σί γε. Bergk dedit σ' ἔλκων διαβαλῶ γε, vVelsen σ' ἔλξω διαβαλῶν γε.

713. θῆλω] forma verbi suspecta (vid. ad Vesp. 493); Bachmann ὅσ' ἂν ἐθῆλω.

708. *Meisce unguibus e corpore tuo evellam viscera.* Cf. ianitoris ad personatum Herculem minae: *Echidna centumgemina τὰ σπλάγχνα σου διασπαράξει κτῆ.*<sup>1)</sup>

709. *At ego ex tuis visceribus excerpam ipsas dapes, quibus in Prytaneo te ingurgitas*<sup>2)</sup>. Verbum ἀπονυχίζειν alibi est *ungues praecidere*<sup>3)</sup>, sed nunc *unguibus excerpenti sensu usurpatum esse contextus docet* — sive et alias ita adhibitum fuit, sive comicus more suo<sup>4)</sup> novam vim ei nunc tribuit.

714. *σεαυτοῦ νενόμικας] tuam esse plebem persuasum habes*<sup>5)</sup>. Nempe Paphlago probe novit quid sit illud quod isiciario snasit Demosthenes, τὸν δῆμον προσποιεῖσθαι<sup>6)</sup>. Mox tamen suo detrimento exprietur τοῦ λέγοντος esse Demum<sup>7)</sup>.

715. *Scio nimirum quales offae in os ei sint inserendae.* Verbum ψωμίζεται proprie dicitur de nutricibus infantulos alentibus<sup>8)</sup>, sed — *οἷς παῖδες οἱ γέροντες.* Apte autem contuleris Vesp. 712, ubi *populus dicitur ὡσπερ ἐλασολόγοι χωρεῖν ἕμα τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι.*

<sup>1)</sup> Ran. 473 et quae illuc contuli. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 280 sq. — <sup>3)</sup> Menandr. fr. 996. — <sup>4)</sup> Vid. Vesp. 353, 589 etc. — <sup>5)</sup> De perfecto vid. ad vs. 54. — <sup>6)</sup> Vs. 215, ubi vid. — <sup>7)</sup> Vs. 860. — <sup>8)</sup> Lys. 19 Thesm. 692.

μασώμενος γὰρ τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθεῖς,  
αὐτὸς δ' ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

720

καί, νῆ Α', ὑπό γε δεξιότητος τῆς ἐμῆς  
δύναμαι ποιεῖν τὸν δῆμον εὐρὺν καὶ στενόν.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

χῶ προκτὸς οὐμὸς τουτογὶ σοφίζεται.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὐκ, ᾧ ἀγάθ', ἐν βουλῇ με δόξεις καθυβρίσαι.  
ἴωμεν εἰς τὸν δῆμον.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐδὲν κωλύει,

717. τῷ] τὸ V R alii.

721. τουτογὶ] τουτοῖ V<sup>2</sup> alii.

722. Versus vix integer; pro δόξεις Lenting δόξας, item Zacher, qui post hunc versum huiusmodi quid excidisse suspicatur: ἐν τῷ γε δῆμῳ τοῦτο κηρύσσει ποιῶν, vHerwerden coniecit μ' ἔθ' ἔξεις.

723. εἰς τὸν δῆμον] ὡς τὸν Δῆμον Meineke non recte.

723 sq. , | ἰδοῦ.] sic pro „ | ἰδοῦ,” scripsit Vahlen (coll. vs. 972); ἰδοῦ, βαδίζω coniecerat vWilamowitz.

717 sq. *Cibus alumno edentulo paratos dum manducas*, quo facilius ab eo possint comedi scilicet et digeri, ipse longe maximam partem devoras, ceu improba nutrix. Eadem imagine usus est Democrates <sup>1)</sup>, de verbo autem μασῶσθαι vid. ad Vesp. 780.

718. κατέσπακας] de hoc verbo vid. ad vs. 107 et ad Ran. 576. Perfecti similis usus Vesp. 494, 561 Eupol. fr. 118 <sup>2)</sup>.

720. εὐρὺν καὶ στενόν] proverbialem hanc fuisse locutionem, ut *alba nigris, quadrata rotundis miscere, susque deque habere*, ἄνω τε καὶ κάτω στρέφασθαι, alia multa, noster locus docet. Significant igitur haec verba: *ea est mea calliditas ut plebe facere possim quidlibet*. Aliena

autem hinc duco verbum ἀνζάνεσθαι <sup>3)</sup>, quod contulit Kock, et παχύς adiectivum <sup>4)</sup>, de iis quibus bene est usurpatum <sup>5)</sup>. Sed haud absimili metaphora isicarius utitur infra <sup>6)</sup>.

721. τουτογὶ] vid. ad Ran. 965.

722. *Non videberis in senatu me contumelia affecisse*. Vereor ut sana sint haec verba, quae sic interpretatur Kock: *vix credibile mox videbitur hominibus te... 7)*, Hartman autem: *non fiet psephisma, sat scio, cuius hoc sit exordium*: „ἐπειδὴ ὁ δεινα ἔδοξεν ἐν βουλῇ καθυβρίσαι Παφλαγόνα” κτ.

723. εἰς τὸν δῆμον] i. e. εἰς τὴν ἐκκλησίαν <sup>8)</sup>.

— οὐδὲν κωλύει, | ἰδοῦ] item vs. 972: ἰδοῦ... οὐδὲν κωλύει.

<sup>1)</sup> Aristot. Rhetor. III 4. — <sup>2)</sup> Cf. aoristus gnomicus Ran. 1068 etc. — <sup>3)</sup> Vesp. 638. — <sup>4)</sup> Pac. 1170 etc. — <sup>5)</sup> Vid. ad Vesp. 288. — <sup>6)</sup> Vs. 1347 sq. — <sup>7)</sup> Item Willems: „*on ne se doutera guère que tu m'aies...*” — <sup>8)</sup> Cf. Vesp. 594 Thucyd. V 45 § 1.

ιδού. βάδιζε, μηδὲν ἡμᾶς ἰσχύτω.

(Aedes addeunt ambo.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

725 ὦ Δῆμε, δευρὸ' ἐξελεθε.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

νῆ Δί', ὦ πάτερ,

ἐξελεθε δῆτα, Δημίδιον ὦ φίλτατον.

(Per fenestram despicit Demus, senex grandaevus, debilis, mitis et stolidus.)

### SCENA DECIMA QUARTA.

Isiciarius, Paphlago, Demus, Chorus.

ΛΗΜΟΣ.

τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας;

τὴν εἰρεσιώνην μου κατασπαράξετε.

725. Uni (Cleoni) totum tribuunt codd. plerique.

726. δῆτα, Δημίδιον ὦ Brunck] δῆτ' ὦ Δημίδιον codd.; Bentley scribebat δῆτ' ὦ Δημακίδιον (vid. vs. 823). Reiske Cleoni dabat verba ὦ Δ. φ., Cobet ὦ φίλτατε scribebat, Cleoni id tribuens; vWilamowitz versum delet, sed verba tradita benetitius est Vahlen.

727. ἀπὸ] ἐκ R vitiose, hinc Bothe ἐκτός (male); Elmsley coniecit οὐκ ἀπὸ.

728. κατασπαράξετε Cobet] κατεσπαράζετε codd.; cf. Ach. 284.

724. Item Bdelycleon Vesp. 1264: ἄγε νῦν ἴωμεν μηδὲν ἡμᾶς ἰσχύτω<sup>1)</sup>. Verbum βάδιζειν haud infrequenter ita adhibetur<sup>2)</sup>.

725 sq. νῆ Δί'...ἐξελεθε δῆτα] verbum, quo alter est usus, ab altero sic iteratur addita particula δῆτα, quae urgentis est<sup>3)</sup>.

726. Δημίδιον ὦ φίλτατον] item Ach.

475: Εὐριπίδιον ὦ γλυκύτατον καὶ φίλτατον, Thesm. 210: Εὐριπίδη ὦ φίλτατε<sup>4)</sup>.

727. Simillima sunt verba Dicaeopolidis tibiaram cantu ex aedibus suis evocati: οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν;<sup>5)</sup>.

728. Cf. Dicaeopolis Ach. 284: Ἠράκλεις, τοῦτι τί ἐσσι; τὴν χύτραν ζυττοίψετε. Etiam Vesp. 399 τῆς εἰρεσιώνης fit mentio, ubi vid.

<sup>1)</sup> Cf. Pac. 949: οὐδὲν ἴσχει... ἡμᾶς, Eur. Iph. Aul. 661: μ' ἴσχει...τι. Praeterea vid. ad Ach. 127. — <sup>2)</sup> Thesm. 25, 617 etc. — <sup>3)</sup> Item vs. 749 Av. 269, 275 Thesm. 740 etc. Hinc apparet Wilamowitzium versum Eur. Herc. 899 iure suo ademisse choro, sic igitur legentem: *Amphitr. aiaí kakῶν. Chor. aiaí δῆτα κτέ.* — <sup>4)</sup> Cf. etiam Nub. 746: ὦ Σωκρατίδιον φίλτατον, Vesp. 1512: ὦ Καρκίν', ὦ μακάριε, Av. 1271: ὦ Πειθόταιγ', ὦ μακάρι', ὦ σοφώτατε, Pac. 1198: ὦ φίλτατ' ὦ Τρυγαίε, Eur. Cycl. 266: ὦ κάλλιστον ὦ Κυκλώπιον, Soph. Phil. 799: ὦ τέκνον, ὦ γενναῖον. — <sup>5)</sup> Ach. 864; vid. etiam Vesp. 456.



## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἔξειλθ', ἴν' εἰδῆς οἷα περιουβρίζομαι.

(Foras prodit Demus.)

## ΔΗΜΟΣ.

730

τίς, ὦ Παφλαγών, ἀδικεῖ σε;

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

διὰ σέ τύπτομαι

ὑπὸ τουτουὶ καὶ τῶν νεανίσκων.

## ΔΗΜΟΣ.

τιή;

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὀτιή φιλῶ σ', ὦ Δῆμ', ἐραστής τ' εἰμι σός.

729. In R M post vs. 726 legitur. || ἴν' εἰδῆς] ἴν' ἀφρήσης vel ἀφρήσαν Zacher (coll. Nub. 731 Pac. 538) sine causa idonea; vid. commentarius. || περιουβρίζομαι Elmsley] περι ὑβρίζομαι codd. (male igitur lecta est littera π', quae utrumque significat).

729. *Huc ades, ut scias qualia mihi sint perpetienda dum tibi inservio* <sup>1)</sup>).

— ἴν' εἰδῆς κτέ.] sic loquitur qui contumelia affectus ultorem sibi petit; inest enim: *ut cum resciveris insignia exempla edas in meos obtrectatores* <sup>2)</sup>). Saepe etiam ad eos qui peccarunt voce minaci dicitur ἴν' εἰδῆς κτέ., *ut meliora edoctus nihil eiusmodi in te admittas posthac* <sup>3)</sup>). Quae verba <sup>4)</sup> in certam locutionem ita abierunt, ut ibi quoque cum amara irrisione usurpentur, ubi nova scientia ei qui deliquerit parum sit profutura. Vid. Eur. Troad. 85 sq., ubi *Achaeorum corporibus* — Minerva ait ad Neptunum — *mare Aegaeum oppleamus, ὡς ἂν τὸ λοιπὸν τᾶμ' ἀνάκτορ' εὐσεβέιν | εἰδῶσ' Ἀχαιοί, vel Soph. Ant. 310 sq.: nisi hominem qui Polynicis corpus pulvere conspersit mihi ob oculos sistatis*, — Creontis sunt verba,

— οὐχ ὑμῖν Ἄιδης μόνος ἀρκέσει κτέ., | ἴν' εἰδότες τὸ κέρθος ἔνθεν οἰστίον | τὸ λοιπὸν ἀρπάζητε. Item Lycus apud Euripidem Here. 245: *vinos istos cremate, pedissequi, ἴν' εἰδῶσ' οὐνεχ' οὐχ ὁ κατθανόν | κρατεῖ χθονὸς τῆσδ' ἄλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε*. Cf. etiam Soph. Oed. Col. 1377, ubi filiis suis mortem apprecatur senex, ἴν' ἀζιώτων τοὺς φτυεύσαντας σέβειν, et Trach. 1110 Hercules de scelestâ uxore verba: *προσοῦλοι μόνον, | ἴν' ἐκδιδαχθῆ πᾶσιν ἀγγέλλειν ὅτι | καὶ ζῶν κακοὺς γε καὶ θανόν ἐπεισέμην*.

732. *ἐραστής τ' εἰμι σός*] item vs. 1341 <sup>5)</sup>). Sic Theorus Ach. 143 de Odrysarum rege Sitalce dicit: *φιλαθήναιος ἦν ὑπερφυῶς ὑμῶν τ' ἐραστής ὡς ἀληθῶς* <sup>6)</sup>). Ubi addito ὡς ἀληθῶς significatur non nisi per metaphoram hoc vocabulum sic potuisse usurpari. Non iocose autem sed

<sup>1)</sup> De verbo περιουβρίζειν vid. Vesp. 1319 Thesm. 535 Herodot. I 114 II 152 III 127 IV 159. — <sup>2)</sup> Cf. vs. 747. — <sup>3)</sup> Vid. Nub. 1461 Vesp. 376, 454. —

<sup>4)</sup> Perinde atque nostrum: *ik zal je leeren*. — <sup>5)</sup> Vid. etiam vs. 1163 Av. 1279 Plat. Conv. 173 b. — <sup>6)</sup> *Hij was zoo waar op u verliefd*.

## ΔΗΜΟΣ.

σὺ δ' εἶ τίς ἐτέόν;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀντραστῆς τουτουί,

ἐρῶν πάλαι σου βουλόμενός τέ σ' εὔ ποιεῖν

735

ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ καλοὶ τε καὶ ἀγαθοί.

ἀλλ' οὐχ οἷοί τ' ἐσμὲν διὰ τουτονί. σὺ γάρ

ὁμοῖος εἶ τοῖς παισὶ τοῖς ἐρωμένοις·

τοὺς μὲν καλοὺς τε καὶ ἀγαθοὺς οὐ προσδέχει,

σαυτὸν δὲ λυγροπόλαισι καὶ νευρορράφοις

735. καλοὶ τε] καλοὶ γε Lenting praeter necessitatem (vid. vs. 738 Nub. 101 etc.) nec sine sententiae detrimento (vid. commentarius).

737. Del. vWilamowitz.

singulari cum gravitate eandem metaphoram adhibens Pericles in oratione funebri <sup>1)</sup> cives iubet τῆς πόλεως ἱραστὸς γίγνεσθαι, *urbem suam eo amore amplecti quo quis amat sponsam dilectissimam*. Quapropter suspicor ipsius Cleonis dictum aliquid in ecclesia nuper auditum spectatoribus in mentem nunc revocari.

733. ἐτέόν] vid. ad Vesp. 8.

734 sq. τε ..ἄλλοι τε κτῆ.] *cum et ego beneficiis cumulare te velim et multi alii ex optimatibus*. Ridicule igitur τοῖς καλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς; <sup>2)</sup> sive bonis viris se ipsum annumerat botularius.

734. εὔ ποιεῖν] vid. ad Nub. 1175.

738—740. Pueros tu imitari, o Deme; quos amatoribus generosis nequam homunciones praeferre quotidie videre est. — Simillima civibus suis exprobrant chorus Ran. 727 sqq. et Praxagora Eccl. 176 sqq. <sup>3)</sup>. Voce λυγροπόλαις designatur *Hyperbolus*, qui hoc anno strategus fuit <sup>4)</sup>. Quem vero spectet

comicus νευρορράφων sive *sutorum* <sup>5)</sup> mentionem faciens nescimus <sup>6)</sup>, neque *σκυτοτόμος* quis hac aetate in rep. aliquid valuerit dicere habeo; certos tamen quosdam viros tangi veri videtur similis quam eo tantum consilio prolata esse haec nomina ut subiungi posset *βυρσοπωλῶν* mentio, quae vox utpote ultimum opprobrium in finem enunciati detrusa est.

739 sq. σαυτὸν...διδῶς] idem hoc est quod χαρίζε <sup>7)</sup> sive quod infra <sup>8)</sup> dicitur εἶναι τινοῦς <sup>9)</sup>. Rei igitur amatoriae hoc verbum est aptissimum; sed etiam in universum dici potuit *dare se* sensu *arbitrio alicuius se permittendi*, idem igitur valens quod *ἐπιτρέπειν* <sup>10)</sup> et *ἀνατιθέναι* <sup>11)</sup>. Sic *ἐαυτὸν τινι δίδοναι* etiam alibi <sup>12)</sup> usurpatur, idem autem dicitur *ἐαυτὸν τινι ἐπιδοῦναι* <sup>13)</sup>, — quod tamen in nostrum locum parum quadrat, quoniam de pueris *ἐρωμένοις* dici id non potuit.

<sup>1)</sup> Thucyd. II 43 § 1. — <sup>2)</sup> Nub. 101 etc. — <sup>3)</sup> Vid. etiam Pac. 683 sq. et supra vs. 185—193. — <sup>4)</sup> Vid. vs. 1313 et ad Nub. 1065 Vesp. 1007. — <sup>5)</sup> Xen. Cyr. VIII 2 § 5 Plat. Rep. 421a Euthydem. 294b, cf. Hesiod. Oper. 544. — <sup>6)</sup> Nam errat scholiasta *Lysiclem* hac voce designari perhibens. — <sup>7)</sup> Vs. 517. — <sup>8)</sup> Vs. 860. — <sup>9)</sup> Praeterea vid. ad vs. 215. — <sup>10)</sup> Vid. ad Ran. 529. — <sup>11)</sup> Vid. ad Nub. 1453. — <sup>12)</sup> Thucyd. I 33 § 2 II 68 § 7 Demosth. XVIII § 97 Soph. Phil. 84; vid. etiam Eur. Herc. 200 τὸ σῆμα δοῦναι et Soph. Phil. 972. — <sup>13)</sup> Thesm. 217 Plut. 781.

740

καὶ σκυτοτόμοις καὶ βυρσοπάλαισιν δίδως.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

εἶ γὰρ ποιῶ τὸν δῆμον.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

εἰπέ μοι, τί δρῶν;

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὦ τι; στρατηγῶν, ὑποδραμῶν τοὺς ἐκ Πύλου,  
πλεύσας ἐκέϊσε τοὺς Λάκωνας ἤγαγον.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δὲ περιπατῶν γ' ἀπ' ἐργαστηρίου

740. -λαισιν δίδως] -λαις ἐπιδίδως Cobet, sed vid. commentarius.

741. μοι] μοι νῦν R, νῦν V et plerique fortasse recte; sed constanter — plus quinquagies — apud comicos dici εἰπέ μοι, nec nisi Vesp. 996 legi εἰπέ νυν, ibi autem statim addi pronomen μοι, docuit vBamberg. Cf. tamen Eq. 1361.

742. ὦ τι; Elmsley] ὅτι sine interpunctione codd. || \*στρατηγῶν Mnemos. 1887 p. 460] τῶν στρατηγῶν codd. (τὸν -γὼν Γ<sup>2</sup> Ald.). || ὑποδραμῶν V R] ὑπεκδραμῶν codd. complures (cf. vs. 876). || τοὺς Bentley] τῶν codd. (τὸν Γ<sup>2</sup> Ald.). || Hunc versum alii aliter refinxerunt: τῶν στρατηγῶν ὑποδραμόντων, ἀποδραμόντων, ὑποτρεμόντων (vel -σάντων) ἐκ Πύλου coniecere Meineke CFHermann Kock, τὸν στρατηγὸν ὑποδραμῶν τοῦς ἐκ Πύλου Sauppe' (τὸν ἐν Πύλῳ Weise). Equidem arbitror participium στρατη-741. *Nec mirum Demum mihi se dare, qui beneficiis obstrictum eum teneam.*

— εἰπέ μοι] vid. ad Ran. 39.

742 sq. *Quaenam sint illa beneficia rogas? Circumveni* <sup>1)</sup> *eos qui Pylo missi aderant, sumtoque munere strategī ipse cum classe illuc profectus Lacedaemonios huc adduxi captivos.* — Malis artibus deberi victoria illa Cleonis passim per nostram fabulam dicitur <sup>2)</sup>. Τοὺς ἐκ Πύλου Paphlago nunc vocat eos qui Pylo a ducibus Athenas missi nunciarent periculum esse ne expugnari Sphaacteria non posset; hos enim falsa referre in populi concione Cleon tunc perhibuerat <sup>3)</sup>. Participium autem „πλεύσας”, quod superbe admodum et magna cum gravitate a Paphlagonie profertur, desumpsit comicus exipsis Cleonis verbis, quibus coram populo est usus in concione illa, hominum sermonibus diu opinor celebrata, qua imperium ei extra ordinem est tributum. Tunc enim „πλεῖν ἐπὶ τοὺς Λάκωνας” cives iterum iterumque iussit, „ἠέδιον γὰρ εἶναι, εἰ ἄνδρες εἶεν οἱ στρατηγοί, πλεῦσαντας λαβεῖν τοὺς ἐν τῇ νήσῳ καὶ αὐτοὺς γ' ἔν, εἰ ἤρχε, ποιῆσαι τοῦτο.” Cui in tuto naviganti cum cives obstrepentes „τί οὐ καὶ νῦν πλεῖσι;” clamarent, iocantes primo et hominem ἀθαλάττετον ἀσалаμίνιον ridentes, mox vero serio ἐπιβροῶντες, ille provinciam in se delatam audacter recepit et παρελθὼν πλεῦσεσθαι ἔφη — quaeque plura de eo refert Thucydides <sup>4)</sup>.

744 sq. Perridicule isiciarius furtum a se perpetratum Paphlagonis illi faci-

<sup>1)</sup> De verbo ὑποτρέχειν vid. ad vs. 676. — <sup>2)</sup> Cf. vs. 55, (1161), 1201. — <sup>3)</sup> Thucyd. IV 26 § 3. — <sup>4)</sup> Thucyd. IV 27 sq.

745 ἔφοντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καὶ μὴν ποιήσας αὐτίκα μάλ' ἐκκλησίαν,  
ὦ Δῆμ', ἵν' εἰδῆς ὁπότερος νῶν ἐστί σοι  
εὐνούστερος, διάκρινον, ἵνα τοῦτον φιλήσ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ναί, ναί, διάκρινον δῆτα, — πλὴν μὴ ἐν τῇ πυκνί.

ΔΗΜΟΣ.

750 οὐκ ἂν καθιζοίμην ἐν ἄλλῳ χωρίῳ.

ἄλλ' εἰς τὸ πρόσθε! χροὴ παρεῖναι εἰς τὴν πύκνα.

(Locum editum in aedium vicinia, qui pro Phryce est, adit Demus ibique consedit.)

γῶν, quo comicus magna cum derisione nunc — ut vs. 1313 — est usus, pro genitivo substantivi *σφατηγός* habitum errorum causam extitisse; requiri autem participium docent versus 744 verba *περιπατῶν δέ γε*.

747. Δῆμ', ἵν' εἰδῆς] Δημιόου, εἰθ' vHerwerden, coll. vs. 1207. Sed ἵνα necessarium est h. l., quoniam causa est reddenda cur in concionem cives convocari iubeat Paphlago; me autem iteratum ἵνα male non habet.

748. ἵνα τοῦτον R] ἵν' ἐκεῖνον V et plerique, ἦν τοῦτον Reifferscheid.

751. εἰς] ὡς Casaubonus (ut olim, ut Aesch. Ag. 19, 1436). || πρόσθε!] interpunxit Meineke. || χροὴ] (ἐ)χροῦν V alii (ut Pac. 1041 Av. 364 Thesm. 598 Plut. 624 etc.), quod nimiae est festinationis. || παρεῖναι] παριέναι vHerwerden (ut Ach. 43 Eccl. 129 Herodot. VIII 89), post πρόσθε sententiam non incidens.

nori opponit, singula eius verba imitatus: „Praetor Pylum navigavi!” ille clamavit: — „nihil hoc est prae mea sollertia”, retorquet novus plebeculae patronus: „namque ego nuper cum otiosus aliquid quantisper deambularem, ollam quam aliquis e sodalibus meis parabat surripui.” In quo enunciato ἀπ' ἐργαστηρίου non iungo cum verbo ὑφειλόμην, ut fieri solet; quod si voluisset poeta, praepositione ἐξ usus additoque articulo dixisset ἐκ τοῦ ἐργαστηρίου. Nam nisi de sua officina suisque sodalibus loquitur isiciarius, vocis χύτρας molestus est articulus et ἕτερος pronomen vix potest explicari. Itaque περιπατῶν ἀπ' ἐργαστηρίου interpres obambulans nost officium diurnum,

recens ab officina. Sic vir ab excubiis domum rediens ἀπὸ τείχους εἰσιέναι dicitur <sup>1)</sup>, vel ἀπὸ δειπνου βυθίζειν dicuntur conviviae qui epulas modo reliquerunt <sup>2)</sup>, et οἱ ἀπὸ δειπνου sunt coenati <sup>3)</sup>. Qualibus in locutionibus articulo non est locus.

747 sq. Cf. vs. 1207 sq.

747. ἵν' εἰδῆς] cf. vs. 729.

749. ναί, ναί, διάκρινον δῆτα] vid. ad vs. 725 sq.

751. ἄλλ' εἰς τὸ πρόσθε!] hoc quoque e vita desumptum; sunt enim praeconis ad populum verba: „πάριε' εἰς τὸ πρόσθεν, ὡς ἂν ἔντος ἦτε τοῦ καθάρματος” <sup>4)</sup>. Nostro loco omissum est verbum *precedendi*.

— χροὴ παρεῖναι εἰς τὴν πύκνα] magistratum cives certum aliquem locum

<sup>1)</sup> Thesm. 495; cf. Av. 497. — <sup>2)</sup> Pac. 839. — <sup>3)</sup> Eccl. 694. Cf. etiam Vesp. 103. — <sup>4)</sup> Ach. 43 sq. Eccl. 129; praeterea cf. Ach. 242 Lys. 185, 302 Thesm. 645 Thucyd. VII 43 § 5 Plat. Conv. 174d etc.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(secum:)

οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλ'. ὁ γὰρ γέρον  
οἴκοι μὲν ἀνδρῶν ἐστὶ δεξιώτατος,  
ὅταν δ' ἐπὶ ταυτησί καθῆται τῆς πέτρας,

capessere iubentium verbum est *παρεῖναι*. Cf. Eccl. 283: τοῖς μὴ παροῦσιν ὄρθροῖς εἰς τὴν πύκνα, Ach. 172: τοὺς Θρηάκας παρεῖναι εἰς ἔννη, Vesp. 937: Λάβητι μάρτυρας παρεῖναι etc.

753—755. Apte conveniunt versus. quibus Solon proximo saeculo cives suos increpuerat: ὑμῶν δ' εἰς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἔχνοι βραίνει, | σύμψασιν δ' ὑμῖν χαυῖνος ἔνεστι νόσος | εἰς γὰρ γλώσσαν ὄρατε καὶ εἰς ἔπη αἰμόλου ἀνδρός, | εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε <sup>1)</sup>. Quae verba in animo habuisse videtur Thucydides, cum Cleonem fecit Athenienses *θειεῖς*: μὲν τῶν λόγων ἀκροατὰς δὲ τῶν ἔργων vocantem <sup>2)</sup>, et clarius etiam respexit Cratinus <sup>3)</sup>. Noster autem an etiam *χαυροπολιται* illud <sup>4)</sup> inde duxerit nescio. — Alienus vero hinc est vs. 956, ubi Cleon assimilatur laro *ἐπὶ πέτρας κεληρότι*. Sed cf. vs. 1263, ubi *Κεληρναίων πόλις* ridicule vocantur Athenae, et vs. 1118, ubi *πρὸς τὸν λέγοντα κεληρναῖοι* populus dicitur <sup>5)</sup>. Ultima versus 755 verba citra spem sanandi corrupta duco <sup>6)</sup>. Nam frustra me iudice ad ludum quendam popularem<sup>7)</sup> haec referuntur in scholiis: ἐπειδὴ εἴωθε τὰ παιδιά παίζοντα ἄνω ἕπιπτεν τὰς ἰσχάδας καὶ τῷ στόματι αὐτὰς δέχεσθαι vel filo e calamo suspensas ore captare <sup>7)</sup>. Qualis cum puero comparatio hinc aliena mihi videtur, ubi non *mobilis aviditas* pingitur sed *tardus et veternosus stupor* <sup>8)</sup>; senes enim neque hodie in eiusmodi ludis se torquent, neque Aristidis Peri-

clisve aevo sic deridendos se praebere solebant, opinor, sed puerulis talia relinquebant. Accedit quod pueros ita ludentes non sedisse sed cucurrisse et subsiluisse suspicor. Denique *ἐμποδίζεν* est *impedire* <sup>9)</sup>, *caricas* autem *impedire* dici potuisse eos qui *caricas ore prehenderent*, id quidem cras credam. Aristarchus vero participio *ἐμποδίζων*, quod *μασώμενος* interpretabatur, spectari *μελισοουργός* apibus suis hiemali tempore pabula parantes sibi persuaserat. Veram interpretationem nescio an indicent verba quae in scholiorum farragine fere delitescunt: ἢ *ἐμφορούμενος*. ἔνοι δὲ ἀπὸ τοῦ τὸν οὐκα λαμβάνοντα χάσκει. Nam sic demum locum intellego si de sene stolido vultu et ore late diducto assidenti dicitur: „credas eum stomachum suum ficis opplevisse iamque post coenam nimis copiosam ducere vix posse spiritum.“ Sic apud Pherecratem alter alteri pessima quaevis imprecatus ὦ δαιμόνιε, αἰτ, πύρεττε μηδὲν φροντίσας, | καὶ τῶν φριβάλεων τρῶγε σύκων τοῦ θέρους, | καὶ ἐμπιπλάμενος κάθειυδε τῆς μεσημβρίας, | κῆρα σρακίλιξε καὶ πέπρησο καὶ βῶα <sup>10)</sup>. Sed comicus noster quibus verbis hoc vel simile quid dixerit, — nam multo festiviore fortasse usus est comparatione, — id omnino nescio. Ὅπτιωμένας κόγχαισιν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων homines quosdam *αναχάσκοντες* assimilavit noster in *Babyloniis* <sup>11)</sup>.

754. τῆς πέτρας] vid. ad vs. 313.

<sup>1)</sup> Solon. fr. 11; locum contulit Piccolomini. — <sup>2)</sup> III 38 § 4. — <sup>3)</sup> Cratin. fr. 128. — <sup>4)</sup> Ach. 635. — <sup>5)</sup> Vid. etiam Ran. 990 et supra ad vs. 651. — <sup>6)</sup> Vid. annot. critica. — <sup>7)</sup> Quem ludum etiam nunc in Italia vivere oculatus testis Piccolomini affirmat. — <sup>8)</sup> Cf. vs. 651. — <sup>9)</sup> Lys. 359 Herodot. IV 60 Philemon. fr. 164 etc. — <sup>10)</sup> Pherecrat. fr. 80. Cf. Aristoph. fr. 463 Nicophont. 12 Eubul. 106. — <sup>11)</sup> Fr. 68.



755 κέχημεν ὥσπερ ἐμποδίζων ἰσγάδας.

## ΧΟΡΟΣ.

Strophe (vs. 756—760).

(ad Isiciarium:)

νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ,  
καὶ λῆμα θούριον φορεῖν, καὶ λόγους ἀφύκτους,  
ᾧτοισι τόνδ' ὑπερβαλεῖ. ποικίλος γὰρ ἀνὴρ  
καὶ ἐκ τῶν ἀμηγάνων πόρους εὐμήχανος πορίζειν.

755. ἐμποδίζων] verbum ignotum et obscurum; συμποδίζων Pökel, ἐμπαγίζων Ribbeck, ἐμβροχιζων Kock, ἐνστομιζων Zacher, infeliciter omnes. Verum latet.

756. δεῖ] δὴ V alii (δὴ R), ut Ach. 451 Vesp. 526 Lys. 327, 557 Eccl. 571. || δὴ] δεῖ V alii.

758. ἀνὴρ] ἀνὴρ codd.

759. εὐμήχανος πορίζειν Bentley] -ρους -ζων codd.

756. *Nunc sane tota vela vento sunt pandenda!* <sup>1)</sup> Proverbiali hac locutione etiam Medea utitur apud Euripidem: ἐχθροὶ γὰρ ἐξιῶσι πάντα δὴ κάλων <sup>2)</sup>, et verbis audacter mutatis Iris Furorem incitans: φόνιον ἐξιει κάλων <sup>3)</sup>. Sic Hippas apud Platonem Protagoram iubet μὴ πάντα κάλων ἐκτείναντα οὐρία ἐφέντα φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων <sup>4)</sup>, et hinc in Sisypho dialogo legitimus: τὸ λεγόμενόν γε πάντα κάλων ἐφέντες <sup>5)</sup>. Quo loco quod dicitur τὸ λεγόμενόν γε, id nostro loco et apud Euripidem inest particulae δὴ <sup>6)</sup>. Suam vim verba obtinent Eur. Troad. 94: ὅταν στράτευμ' ἄργειον ἐξῆι κάλων. Idem autem significatur proverbiali locutione *omnem lapidem movere*, id est *nilil intentatum relinquere* <sup>7)</sup>.

757. θούριον] poetica haec vox apud nostrum non redit <sup>8)</sup>. Apud Homerum θούρος audiunt Mars et Aiax, θούρις autem dicuntur ἀλλή et ἀσπίς vel αἰγίς.

— φορεῖν] sic alibi iocose dicitur φορεῖν γόμφιον <sup>9)</sup>, λόχμην <sup>10)</sup>, πνεύμονα <sup>11)</sup>, γλῶσσαν <sup>12)</sup>, ὀφθαλμόν <sup>13)</sup>, κρέας <sup>14)</sup>, in seria autem poetarum dictione ἦθος <sup>15)</sup> et similia <sup>16)</sup>. Cf. epicum ἐπιφειμένος ἀλλήν vel ἀναΐδειαν <sup>17)</sup>.

— ἀφύκτους] vid. ad Nub. 1229.

758. ποικίλος] vid. ad vs. 196.

759. *Verus Prometheus est iste.* Nam manifeste noster imitatur nunc Aeschyli de Prometheus versum, quem affert scholion: δεινός γὰρ εὐρεῖν καὶ ἐξ ἀμηγάνων πόρους <sup>18)</sup>. Praeterea vid. Eccl. 236: χρήματα πορίζειν <sup>19)</sup> εὐπορώτατον γυνή, Eur. Iph. Taur. 1032: δεῖναι γὰρ αἱ γυναικες εὐρίσκων τέχνας, Iph. Aul. 356: τί δράσω; τίνα δὲ πόρον εὐρω ποθῆν; Soph. Ant. 360, ubi de homine dicitur: παντοπόρος ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται τὸ μέλλον. Denique huc faciunt Vesp. 308, ubi puer verba quaedam Pindari secutus „πόρον ἴδον” dicit viam salutis, et Thesm. 769, ubi Mne-

<sup>1)</sup> Nu moogt ge wel alle zeilen bijzetten. — <sup>2)</sup> Med. 278. — <sup>3)</sup> Herc. 837. — <sup>4)</sup> Protag. 338a. — <sup>5)</sup> Sisyph. 389c. — <sup>6)</sup> Quasi gallice dicas: c'est le cas de le dire. Vid. Ach. 315 de usu particulae ἦδη. — <sup>7)</sup> Eur. Heracl. 1002 etc.; praeterea vid. ad vs. 436 et Ran. 700. — <sup>8)</sup> Nam Ran. 1289 verba aliena afferuntur. — <sup>9)</sup> Plut. 1059. — <sup>10)</sup> Lys. 800. — <sup>11)</sup> Eupol. fr. 147. — <sup>12)</sup> Ephipp. fr. 23. — <sup>13)</sup> Adesp. fr. 388. — <sup>14)</sup> Eur. Cycl. 126. — <sup>15)</sup> Soph. Ant. 705. — <sup>16)</sup> Item nos voeren in locutionibus een hoogen staat, loon voeren; cf. etiam nostrum *er op na houden*. — <sup>17)</sup> A 149 H 164 etc. — <sup>18)</sup> Prom. 59. Cf. supra vs. 836, 843, 1229 sq. (etiame fr. 645?) et vid. ad vs. 1019. — <sup>19)</sup> Cf. etiam Eccl. 825.

760 πρὸς ταῦθ' ὅπως ἔξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐπὶ τὸν ἄνδρα.

KOPYΦAIOΣ.

ἄλλὰ φυλάττου, καὶ πρὶν ἐκεῖνον προσκεῖσθαί σοι, πρότερον σὺ  
τοὺς δελφίνας μετεωρίζου καὶ τὴν ἄκατον παραβάλλου.

760. ἐπὶ Cobet] ἔς codd.

761. προσκεῖσθαί σοι] προσκεῖσθαί σοι V alii, προσκίεσθαι σου R et Suidas s. v. δελφίς (cf. Aesch. Choeph. 1033); MSchmidt προκίεσθαι σου coll. Hesychii glossa προκίεσθαι κρικέσθαι, at illic προσκίεσθαι esse legendum multo probabilius statuoris. || πρότερον R] -ρος V et plerique.

silochus πόρον ἐκ τοῦ Παλαμήδου; vocat inventum ex Euripidis Palamede fabula sibi cognitum <sup>1)</sup>. Est autem πόρος via per quam inclusit vel oppressis patet exitus <sup>2)</sup>. Hinc viae *parandarum pecuniarum (redituum)* πόροι cum alibi dicuntur <sup>3)</sup> tum in titulo libri Xenophontis.

760. πρὸς ταῦτα] vid. ad Nub. 990 et ad Vesp. 927.

— ὅπως] vid. ad Nub. 489.

— ἔξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐπὶ τὸν ἄνδρα] ad vs. 430 sq. vid. de verbi ἐξίεσθαι et adiectivi λαμπροῦ usu. Adiectivum πολὺς proprie de vehementi procella vel flumine turgido dicitur <sup>4)</sup>, hinc transfertur ad homines, e. g. Κλέων δ' ἐναυθὰ δὴ πολὺς ἐπέκειτο <sup>5)</sup>. Cum toto autem versu cf. Vesp. 423: ἐπ' αὐτὸν ἴσο.

761 sq. Nunc quoque, ut supra <sup>6)</sup>, triremi in hostes irruenti assimilatur Cleon.

761. πρὶν ... πρότερον] vid. ad vs. 512.

— πρόσκεισθαί σοι] vid. ad vs. 245.

762. τοὺς δελφίνας μετεωρίζου] sic vocabantur plumbi massae praegraves, quae catenis suspendebantur ex antennis, adversariorum triremibus naufragium minantes, si subito impetu demissae earum transtra et tabulata ipsasque

costas navis perfringerent. Vid. Thucyd. VII 41 § 2: κεραῖαι... ἀπὸ τῶν ὀκιάδων δελφίνοφόροι ἠρμέναι et Pherecratis versus in scholiis allati: ὄδε δὴ δελφίς ἐστι μολιβδόυς δελφίνοφόρος τε κροῦχος, | ὅς διακόνει τοῦδαφος αὐτῶν ἐμπύτων καὶ καταδύων <sup>7)</sup>. Quae machinae fuerintne εἰς δελφίνα ἐσχηματισμέναι <sup>8)</sup> an aliam ob causam in nautarum lingua sic fuerint denominatae <sup>9)</sup>, quis hodie pro certo affirmet! Non perpetuo autem remigum capitibus eas imminuisse, sed tum demum in altum esse sublatas cum in hostem pararetur incursio, cum per se intellegitur tum noster locus docet.

— τὴν ἄκατον παραβάλλου] loci contextus docet isiciarium hoc quoque ad arcendum hostis ingruentis impetum facere iuberi. Sed quomodo verbis id insit dubitatur. *Cymbam* parandam esse, quae praebeat *perforium* si navis mergatur, contendit scholiasta: „ὡς εἴ τις κίνδυνος ἐκ τοῦ ἀνέμου <εἶν>, αὐτὴν ἐμβρησόμενος” — manifestis erroribus implicatus; non enim *procellae* nunc assimilatur *Phylago*, sed *navi longae*, neque *fugam* sed *proelium* parat isiciarius. Patet igitur *cymbae* mentionem hinc esse alienam. Neque ipsam *triremem ἄκατον* <sup>10)</sup>

<sup>1)</sup> Vid. etiam adi. πόρομος Ran. 1429. — <sup>2)</sup> *Uitweg*. — <sup>3)</sup> E. g. Eccl. 653. — <sup>4)</sup> Ut *μέγας* Thucyd. II 5 § 2. — <sup>5)</sup> Thucyd. IV 22 § 2. Item Herodot. VII 14 Ar. Av. 488 Eur. Hipp. 443 etc.; vid. etiam Ran. 1221 Demosth. XXV § 57. — <sup>6)</sup> Vs. 692. — <sup>7)</sup> Pherecrat. fr. 12. Etiam *manus ferreae*, quarum mentio fit Thucyd. IV 25 § 4 et VII 62 § 3, c. 65, huc faciunt. — <sup>8)</sup> Ut scholia h. l. et Thucyd. l. l. perhibent. — <sup>9)</sup> ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν? — <sup>10)</sup> *Boot, schuit*.

## SCENA DECIMA QUINTA.

Eidem.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίᾳ, τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ,  
 εὐχόμεαι, εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγέννημαι  
 765 βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβακχῶ,  
 ὥσπερ νυνὶ μηδὲν δράσας δειπνεῖν ἐν τῷ Πρωτανεῖῳ·

763. Ἀθηναίᾳ V] -η R et plerique, quod si verum est, poetae alicuius verba hic afferri cum Zachero statuamus necesse. Sed. vid. Pac. 271 et supra commentarius ad vs. 585.

764. τὸν] τῶν V R et fere omnes, quod glossema esse suspicatus vVelsen δῆμον τοῦδὲ πάντων coniecit h. l. et vs. 832.

765. Σαλαβακχῶ] -βάκχῳ R, -βάκχαν cett.

nunc vocari credibile est, licet in Euripidis chorico Argivarum naves dicantur *ποντοπόροι θοαὶ ἄκατοι* <sup>1)</sup>. Sed cum videam ἄκατιον dici velum, quod ab altero malo in prora collocato suspenditur <sup>2)</sup>, ipsum autem illum malum ἄκατιον vocari <sup>3)</sup>, inde efficio ἄκατον fuisse nomen *antennae*, ex qua suspensi erant delphini. Hanc igitur *obmove hosti* coryphaeus ait *et in eum intende*. Nimirum instante pugna haec *κεραία* sive antenna, quae in transversum tendere solebat, ita vertebatur ut ex altera eius extremitate supra proram eminenti delphini in navem hostilem praecipitari possent <sup>4)</sup>. Itaque alienus a nostro loco est Ran. 269, neque faciunt Xenophontis loci <sup>5)</sup>, ubi Conon et Lysander naves suas ὡς εἰς *ναυμαχίαν* parantes *παρὰ ἄλλοις τὰ παραρῶματα* vel *τὰ παραβλήματα*, — pluteos opinor ligneos vel vimineos, navis utrumque latus protegentes, quibus cavebatur ne remi possent destringi ab hostibus praetervehentibus.

763. μεδεούσῃ] vid. ad vs. 585.

764. περὶ τὸν δῆμον] vid. ad vs. 812.

765. Ut Ajax unus omnium praestantissimus fuit τῶν ἄλλων Λαλαῶν μετ' ἑμύμονα Πηλεΐωνα, sic Paphlago sumta superbia meritis scilicet quaesita perhibet nullum hominem Athenis sibi esse anteponendum — excepto Lysicle illo, cui in rep. administranda successit <sup>6)</sup>, et famosissimis quibusdam meretriculis. Ridicule igitur nulli nisi vilissimo cuique nebuloni cedere paratum se dicit. *Cynnae* etiam alibi <sup>7)</sup> ad deridendum Cleonem fit mentio, et in Thesmophoriazussa <sup>8)</sup> se ipsum repetens comicus Cleophonem demagogum Salabaccho multo deteriorem dicit. Praeterea conferri possunt loci ubi Agathon poeta et Euripidis Musa assimulantur Cyrenae meretrici <sup>9)</sup>.

766. *Etiam posthac publico sumtu epulari nulla de causa* <sup>10)</sup>. Ridicule insertum est illud *μηδὲν δράσας, nullo strenuo facinore peripetrato* <sup>11)</sup>, expectatur enim *πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δράσας τὴν πόλιν vel πλείστα τὸν δῆμον εὐεργετήσας* vel eiusmodi quid.

<sup>1)</sup> Hec. 446; vid. etiam Theophil. com. fr. 6. — <sup>2)</sup> Epicrat. fr. 10 Xenoph. Hell. VI 2 § 27 etc. — <sup>3)</sup> Poll. I 91. — <sup>4)</sup> Vid. quae de similibus in Plataensium muro machinis scribit Thucyd. II 76 § 4. — <sup>5)</sup> Hell. I 6 § 19 II 1 § 22. — <sup>6)</sup> De quo homine vid. ad vs. 132. — <sup>7)</sup> Pac. 755 = Vesp. 1032. — <sup>8)</sup> Thesm. 805. — <sup>9)</sup> Thesm. 98 Ran. 1328. — <sup>10)</sup> Vid. ad vs. 280 sq. — <sup>11)</sup> Cf. vs. 905.

εἰ δέ σε μισῶ καὶ μὴ περὶ σοῦ μάχομαι μόνος ἀμφιβεβηκώς,  
ἀπολοίμην καὶ διαπρισθείην διατμηθείην τε λέπαθνα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ ἔγωγ', ὦ Δῆμ', εἰ μὴ σε φιλῶ καὶ μὴ στέργω, κατατμηθεῖς  
770 ἔψοίμην ἐν περικομματίοις· κεί μὴ τοῦτοισι πέποιθας,  
(mensulam suam indicans:)  
ἐπὶ ταυτησί κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ,

767. ἀμφιβεβηκώς Dawes] ἀντιβεβηκώς vel -βληκώς codd.; *obvulendi* vel *repugnandi* verbum Ran. 202 vel Soph. El. 575 aptissimum est, hic vero ferri vix potest.

768. διατμηθείην] κατατμηθείην R non recte (cf. v. l. vs. 496), hoc enim facit qui *minuta* parat (vs. 769, cf. Ephipp. fr. 22), illud qui *lora*. Cf. Ach. 301.

767. Cf. oraculum quod de Paphlagonie est redditum: *περὶ τοῦ δήμου... μαχεῖται, ὡς τε περὶ σκύνοισι βεβηκώς* <sup>1)</sup>. Ubi quod *περιβεβηκώς*; et nostro loco ἀμφιβεβηκώς dicitur, ex epica dictione est desumptum. Nempe miles qui sodalem prostratum <sup>2)</sup>, canis quae catulos <sup>3)</sup> corpore suo tegit, ἀμφιβεβηκασιν αὐτούς, hinc autem de numinibus urbem suam tutantibus hoc verbum usurpatur <sup>4)</sup>. — Paphlago ceterique demagogi nunquam non in ore habent illud: *περὶ τοῦ δήμου μαχοῦμαι ἀεὶ! democratiam tueri nunquam desinam!* <sup>5)</sup>. Cum verbis *εἰ δέ σε μισῶ* cf. vs. 400: *εἰ σε μὴ μισῶ κτε*.

768. Cf. Nub. 442 et 455 et vid. Herodoti locus de Sparta rege cerrito, qui ipse se ipsum in lora dissecuit <sup>6)</sup>. Quo nihilo levius furens Caligula ille *multos honesti ordinis* leviusculas ob causas *medios serra dissecuit* <sup>7)</sup>. Cuiusmodi horrores multos etiam nunc habet oriens, nam *tjingtjang* quid sit et Seres quomodo saeviant in maleficos novimus. — *Λεπάθνα* autem, quae vox nostrum

non redit, sunt *lora* latiora, e. g. lora quibus equorum iugo iunctorum circumligantur pectora <sup>8)</sup>. Cambyses Sisamnis iudicis iniqui cutem cum detraxisset, *ἰμάντας ἐξ αὐτοῦ ἔταμε καὶ ἐνέτεινε τὸν θρόνον ἐς τὸν ἴζων ἰδίκαζε* <sup>9)</sup>. Ceterum cf. chori minae Ach. 301.

769 sq. Votum, quod Paphlago ex sua arte desumerat, leviter immutatum isiciarius suum facit: *et ego nisi te amo atque diligo, in minuta concisus factum sum!* <sup>10)</sup>.

770. *εἰ μὴ τοῦτοισι πέποιθας] si nondum salis firmum hoc tibi videtur insinrandum, <plus etiam dicam>* <sup>11)</sup>.

771. *ἐπὶ ταυτησί] nempe ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἐπὶ τοῦ ἑλεοῦ quem secum attulit* <sup>12)</sup>. Sic in Acharnensibus Dicaeopolis caput suum *ἐπιζήγων* fortiter imponit mactandum ni patriae amantissimum se praestet <sup>13)</sup>.

— *κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ] vid. ad Vesp. 63. Dicebatur autem μυττωτός; <sup>14)</sup> moretum, ex alio caseo aliis condimentis compositum* <sup>15)</sup>; quod in

<sup>1)</sup> Cf. vs. 1038 sq. — <sup>2)</sup> E 299 Ξ 477 P 4, 313. — <sup>3)</sup> Hom. v 14. — <sup>4)</sup> A 37, 451 t 198 Aesch. Sept. 175. — <sup>5)</sup> Vid. Vesp. 593, 666. — <sup>6)</sup> Supra ad vs. 214 allatus. — <sup>7)</sup> Si fas est credere Suetonio Calig. 27. — <sup>8)</sup> E 730 T 393. — <sup>9)</sup> Herodot. V 25. — <sup>10)</sup> Cf. vs. 372. — <sup>11)</sup> Simile brachylogiae exemplum habemus vs. 791; vid. ad Ach. 318. — <sup>12)</sup> Vid. ad vs. 152 et cf. vs. 1165 et de omisso substantivo ad Ach. 331. — <sup>13)</sup> Recte locum interpretatur scholion. — <sup>14)</sup> Ach. 174. — <sup>15)</sup> Descripsit poeta ignotus in carmine pseudovergiliano Moreto, Parthenii *Μυττωτόν* imitatus; etiam Sueium quendam Moretum scripsisse testatur Macrobius III 18 § 11.

καὶ τῆ κρεάγῃ τῶν ὀρχιπέδων ἐλκοίμην εἰς Κεραμεικόν.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καὶ πῶς ἂν ἐμοῦ μᾶλλον σε φιλῶν, ὃ Δῆμιε, γένοιτο πολίτης;  
ὅς προῦτα μὲν, ἤνικ' ἐβούλευον, σοὶ χρήματα πλεῖστ' ἀπέδειξα  
775 ἐν τῷ κοινῷ, τοὺς μὲν στρεβλῶν, τοὺς δ' ἄγχων, τοὺς δὲ μεταίτων,  
οὐ φροντίζων τῶν ιδιωτῶν οὐδενός, εἰ σοὶ χαροίμην.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τοῦτο μὲν, ὃ Δῆμ', οὐδὲν σεμνόν· καὶ ἐγὼ γὰρ τοῦτό σε δρᾶσω.

774. [σοὶ Kock] σοι codd.; χρήματά σοι mavult Blaydes.

776. χαροίμην R] -ζοίμην metro invito ceteri.

777. τοῦτό] ταῦτό vVelsen.

scena parari videmus Pac. 236 sqq., ubi saevus Belli deus in mortarium ingens conterenda iacit *allia* Megarica <sup>1)</sup> *porraque* Prasiana Siculumque *caseum* et mel Atticum.

772. *Et mea ipsius fuscina* <sup>2)</sup> in *Ceramicum* protrahar. His verbis competit id quod ad versum 355 observavi <sup>3)</sup>; praeterea vid. Plut. 955 et supra vs. 365. De voce *κρεάγῃ* vid. ad Vesp. 1155. In *Ceramicum* autem quod protrahendum se offert, parum festiva et fere inepta mihi videtur explicatio quam in scholiis prolata recepit Kock: *in locum ubi cives pro patria mortui sepeliuntur* <sup>4)</sup>. Nam εἰ μὴ φιλεῖ τὸν δῆμον, eiusmodi honore indignissimus est isicarius. Sed locus extra urbem, quo a κοπρολόγοις deferebantur cadavera bestiarum ceteraeque sordes quae in via publica tolerari non possent, significari mihi videtur. Verto igitur: in *sterquilinum publicum*.

774. ἤνικ' ἐβούλευον] *quo tempore senator eram*. Cum nondum ad hodiernum

strategi honorem evectus nihil essem nisi unus e quingentis senatoribus.

— σοὶ] sine emphasi verbo suo est praemissum <sup>5)</sup>.

— ἀπέδειξα] *exhibui* <sup>6)</sup>. Eodem sensu dicitur ἀποφῆμαι <sup>7)</sup>.

775. στρεβλῶν... ἄγχων] in proverbialem quandam locutionem iunguntur nunc haec participia <sup>8)</sup>. De verbo *στρεβλοῦν* vid. ad Ran. 615 sqq., de verbo ἄγχειν Vesp. 1039 et ad Nub. 988.

— μεταίτων] ioculariter hoc quoque meritis suis apponit Paphlago, quod ipse partem aliquam lucelli sibi poposcerit semper <sup>9)</sup>. Sic de Labe cane perorans testatur causae patronus: ἄτ' ἂν εἴσω τις φέρον, | τούτων μεταίτεῖ τὸ μέρος. εἰ δὲ μὴ, δάκνει <sup>10)</sup>.

776. *Nihil curans singulos homines, si modo tibi gratum essem factururus* <sup>11)</sup>. „Ὁ φροντίζω” — sic Paphlago secum — „τῶν ιδιωτῶν οὐδενός, εἰ χαροίμην τῷ δήμῳ” <sup>12)</sup>.

777. οὐδὲν σεμνόν] *nihil insoliti* <sup>13)</sup>. Cf.

1) Cf. Ach. 761. — 2) Cf. vs. 839. — 3) Nam scholiasta suam sibi habet explicationem: τοῦτο οὐχ ἀπλῶς ἀλλ' ἀφ' ἱστορίας. — 4) Av. 395 Thucyd. II 34. — 5) Ut Ran. 615. — 6) Cf. Plut. 210 Herodot. VIII 35 etc. — 7) Demosth. XX § 77 etc. — 8) Ut apud nostrates — olim certe — *galg en rad*. — 9) Miro errore scholia explicant μεταίτων· τούς μὴ ἀφελοντας δηλονότι. — 10) Vesp. 971 sq.; praeterea vid. supra vs. 66. — 11) „*Perissent les colonies!*” — 12) Similis est verborum structura Xenoph. Anab. I 4 § 7: οἱ δ' ὄψιτρον εἰ ἀλώσοιτο. Vid. etiam Plat. Menex. 245 b: βασιλεύς... ἐξήτει τοὺς Ἕλληνας τοὺς ἐν τῇ ἡπειρῷ, ... εἰ μέλλοι συμμαχήσειν ἡμῖν. — 13) *Niets bijzonders*.



ἀρπάξων γὰρ τοὺς ἄρτους σοι τοὺς ἀλλοτρίους παραθήσω.  
 ὡς δ' οὐγὶ φιλεῖ σ' οὐδ' ἔστ' εὖνους, τοῦτ' αὐτό σε πρῶτα διδάξω,  
 780 ἀλλ' ἢ διὰ τοῦτ' αὖθ' ὅτιή σου τῆς ἀνθρακιάς ἀπολαύει.  
 σὲ γάρ, ὅς Μήδοισι διεξιμίσω περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι,  
 καὶ νικήσας ἡμῖν μεγάλως ἐγγλωττοτυπεῖν παρέδωκας,  
 ἐπὶ ταῖσι πέτραις οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως·  
 οὐχ ὥσπερ ἐγὼ θαψάμενός σοι τοῦτ' φέρω. ἀλλ' ἐπαναίρου,

781. Μαραθῶνι Bentley] ἐν M. codd. metro invito.

783. ταῖσι Brunck] ταῖς codd.; ταῖσδε Lenting (de articulo omissio vid. ad Nub. 61).

οὐδὲν πονηρὸν <sup>1)</sup>, πάντα ἀγαθὰ <sup>2)</sup>, οὐ θαυ-  
 μα <sup>3)</sup>, alia, et de adiectivo σεμνῶ vid. ad  
 Ran. 178.

778. παραθήσω] vid. ad vs. 52.

780. ἀλλ' ἢ] vid. ad Ran. 928.

— τῆς ἀνθρακιάς ἀπολαύει] maligne ex-  
 probrantis est victum quotidianum sic  
 designare; sic alibi τα ἄλφριτα <sup>4)</sup> vel τὰ  
 σιτία <sup>5)</sup> contemtim dicunt. Idem autem  
 loquendi genus agnoscimus in verbis  
 Telemachi: οὐ γὰρ ἀφρογὸν ἀνέξουαι ὅς  
 κεν ἐμῆς γε | χοίνικος ἄπτηται <sup>6)</sup>. Collecti-  
 vum ἀνθρακιά <sup>7)</sup> idem valet quod οἱ ἄν-  
 θρακες. In iis assabantur carnes pisci-  
 culi alia opsonia <sup>8)</sup>.

781. διεξιμίσω] *digladiatus es, διεμαχέσω*  
*τῶ ξίφει*. Praesertim δια- in hoc verbo  
*contentionem* indicat, item in *διορχεῖσθαι*  
*sallando certare* <sup>9)</sup>, *διακεκαγῆναι clamori-*  
*bus certare* <sup>10)</sup>, *διασπᾶσθαι inter se raptare*  
<sup>11)</sup>; qualia verba mediam formam  
 habent, etiamsi simplex activi sit ge-  
 neris <sup>12)</sup>.

— Μαραθῶνι] vid. Vesp. 711 et ad  
 Nub. 986.

782. ἐγγλωττοτυπεῖν] similia vid. Nub.  
 792 Ran. 826.

783. Simillima dicit Bdelycleon in  
 Vespis, ubi praesertim vid. vs. 672: οὐ

δὲ τῆς ἀρχῆς ἀγαπῆς τῆς σῆς τοὺς ἀργεῖ-  
 φους περιτρώγων.

— ἐπὶ ταῖσι πέτραις] vid. ad vs. 313  
 et Ach. 25.

— οὐ φροντίζει] ut alias verba ἤθεσθαι,  
 χαίρειν, ἔχθεσθαι, προτιμᾶν <sup>13)</sup>, sic nunc  
 φροντίζειν additum sibi habet participium.  
 De significatione autem verbi vid. ad  
 Ran. 493 et cf. Cratin. fr. 302: ἢ δ'  
 ἐφρόντις" οὐδὲ ἐν et notissimum illud:  
 „οὐ φροντίς Ἰπποκλείδῃ" <sup>14)</sup>.

784. οὐχ ὥσπερ ἐγὼ... φέρω] elegans  
 haec est brevis <sup>15)</sup>; nam accuratius—  
 id est moleste et putide — loquenti di-  
 cendum esset: οὐδὲν ὁμοιον ποιῶν ἐμοί, ὅς...  
 φέρω. Quod loquenti genus redit Plat.  
 Protag. 341a: οὐ... ἄπειρος εἶναι φάνει,  
 οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ξμπερος (εἰμί), Gorg. 522a:  
 τοῖς νεωτέτοις: ὑῶν διαφθείρει τέμνων τε  
 καὶ κᾶων..., οὐχ ὥσπερ ἐγὼ... ἐδώχουν  
 ἐμῶς, Conviv. 179e: *Orphei mortem δι*  
*ἐποίησαν ἐπὶ γυναικῶν γενέσθαι, οὐχ ὥσπερ*  
*Μχιλλία... ἐτίμησαν*, 189e: *homines si sci-*  
*rent quid possit Amor, videntur mihi θυ-*  
*σίας ἂν αὐτῶ ποιῆν μεγάλας, οὐχ ὥσπερ*  
*νῦν τούτων οὐδὲν γίγνεται*, Eur. Bacch. 928  
 sq.: ἀλλ' ἐξ ἔθρας σοι πλόκαμος ἐξέστηχ'  
 ὄδε, | οὐχ ὡς ἐγὼ νιν ὀπὸ μίτρα καθήρμισσα,  
 Eubul. fr. 42: ὡς δ' ἐδείπνει κοσμίως! |

<sup>1)</sup> Pac. 363. — <sup>2)</sup> *Optima quaevis*, vid. ad Ran. 302. — <sup>3)</sup> Vesp. 1139. — <sup>4)</sup> Vid.  
 ad Nub. 176. — <sup>5)</sup> Vid. ad vs. 575. — <sup>6)</sup> Hom. τ 27 sq. — <sup>7)</sup> Vox redit Hom. I  
 213 h. Merc. 140, 238 Cratin. fr. 143. — <sup>8)</sup> Ach. 891 etc. — <sup>9)</sup> Vesp. 1499. —  
<sup>10)</sup> Infra vs. 1403 Av. 306. — <sup>11)</sup> Ran. 477, ubi vid. — <sup>12)</sup> Vid. Cobet Mnemos.  
 1858 p. 165 sq. — <sup>13)</sup> Ran. 638. — <sup>14)</sup> Herodot. VI 129 Hermipp. fr. 17. — <sup>15)</sup> *Heel*  
*anders dan ik, die... breng.*

785 κῆτα καθίζου μαλακῶς, ἵνα μὴ τρίβης τὴν ἐν Σαλαμῖνι.  
(Culcitam imponit senis sedili.)

ΔΗΜΟΣ.

ἄνθρωπε, τίς εἶ; μῶν ἔκγονος εἶ τῶν Ἀρμοδίου τις ἐκείνου;

785. τρίβης] τρίβης; V alii vitiose. || τὴν ἐν] ἐτι τὴν Naber; vid. ad vs. 1334.

786. ἔκγονος] ἔγγονος; VR alii. || τῶν Ἀρμοδίου] τῶν Ἀρμοδίων vVelsen (vid. Pac. 741 Av. 1701, 1703); Blaydes τοῦ γ' Ἀρμοδίου. || ἐκείνου Blaydes] ἐκείνων codd.

οὐχ ὥσπερ ἄλλαι τῶν πράσων ποιούμεναι |  
τολύπας ἔσαττον τὰς γνάθους κτέ.<sup>1)</sup> Demosthen. XXI § 218 οὐ γὰρ ἐκ πολιτικῆς  
αἰτίας, οὐδ' ὥσπερ Ἀριστοφῶν... ἔλυσε τὴν  
προβολὴν... κρίνεται<sup>2)</sup>.

— ἡψάμενος] cf. Nub. 538. Culcitam  
unde nunc habeat isiciarius praestat non  
rogare; qui etiam infra<sup>3)</sup> seni offert  
dona, ex quotidiana certe sua supel-  
lectile non expromta. Ad rem quod at-  
tinet, cf. Xenoph. Hell. IV 1 § 30: ἡπατά,  
ἐφ' ὧν καθίζουσιν οἱ Πέρσαι μαλακῶς, qua-  
lem fastum Agesilauis sprevisse illic di-  
citur. Neque rupium duritiem curabant  
Athenienses in concionem venientes,  
ubi solis magistratibus prytanibusque  
ligna quaedam erant sedilia<sup>4)</sup>, et postea  
demum fuerunt, opinor, qui in thea-  
trum culcitas secum afferrent<sup>5)</sup>; Romae  
autem usque ad regnum Caligulae se-  
natores ἐπὶ γυνῶν τῶν σαπίδων sederunt<sup>6)</sup>.  
Sed tiremium remiges utebantur pul-  
vinari<sup>7)</sup>, nates ne attererentur<sup>8)</sup>. Quam-  
quam grammaticos vocem ὑπηρέσιον sic  
explicantes suaviter ridet Naber<sup>9)</sup>, cum  
Breusingio contendens Atheniensium re-

miges nullas habuisse culcitas, sed in  
duris scamnis sedisse, λαφοπίγους<sup>10)</sup>  
idcirco per iocum dictos<sup>11)</sup>.

785. τὴν ἐν Σαλαμῖνι] καμοῦσαν πυγῆν  
additur in scholio. Et de substantivo  
quidem dubitari nequit, sed participium  
potius ναυμαχίσασαν vel νικῆσασαν mente  
est supplendum. Nemp victoria navalis,  
quae remigum peritiae praesertim de-  
bebatur, demi podice reportata esse fe-  
stive nunc dicitur. Sunt enim οἱ ἐν Σαλα-  
μῖνι *milites qui Salamine dimicarunt*, ut  
οἱ (ἐν) *Μαραθῶνι marathonomachi*<sup>12)</sup> et  
Miltiades ὁ ἐν *Μαραθῶνι*<sup>13)</sup>; hinc autem  
iocose noster, nomine proprio ut assolet  
abusus, *Ἀριστομάχην τὴν Μαραθῶνι* vo-  
cat victoriam illic reportatam<sup>14)</sup>. Sub-  
simili breviloquentia torvus Belli deus  
dicitur ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν<sup>15)</sup>, siquidem  
illic supplendum est *τιλῶν ποίων*<sup>16)</sup>.

786. Harmodium et Aristogitonem τοῦς  
τυραννοκτόνους Athenienses insignibus ho-  
noribus coluerunt ἐξ ἴσου τοῖς ἴρωσι καὶ  
τοῖς θεοῖς<sup>17)</sup>. In beatorum insulis degere  
credebantur<sup>18)</sup>, eorumque posteris de-  
creta est ἡ ἐν τῷ *Πρυτανεῖῳ* σίτησις<sup>19)</sup>.

<sup>1)</sup> Scripsi ἄλλαι pro ἄλλαι. — <sup>2)</sup> Vid. etiam Demosthen. Prooem. 35. — <sup>3)</sup> Vs. 872, 883, 906, 909. — <sup>4)</sup> Acharn. 25. — <sup>5)</sup> Theophr. Char. 2. — <sup>6)</sup> Dion. Cass. LIX 7. — <sup>7)</sup> ὑπηρεσίῳ. — <sup>8)</sup> Cratin. fr. 269 Hermipp. 54 Thucyd. II 93. Sic postea in galeis „les bancs étaient couverts d'un sac bourré de laine,” quoniam remiges assurgebant et recidebant in subsellium, „qui ploïait en les recevant.” Vid. Naber Mnemos. 1895 p. 242. — <sup>9)</sup> L. l. p. 264—267. — <sup>10)</sup> Fr. com. adesp. 1075 schol. Plat. Conv. 193a Poll. II 184. — <sup>11)</sup> Vid. infra vs. 1368; ὑπηρέσιον autem ipse Naber interpretatur „sacculum in quo omnes suas reculas nauta secum portat.” Sed hanc controversiam eo lubentius mitto quod a nostro loco aliena est. — <sup>12)</sup> Thucyd. II 34 § 5 Demosth. XIV § 30. — <sup>13)</sup> Plat. Gorg. 516d. — <sup>14)</sup> Thesm. 806. — <sup>15)</sup> Pac. 241. — <sup>16)</sup> Quem qui adspiciunt ἔγγέσσουσιν. Sic Zacher et vHerwerden. — <sup>17)</sup> Demosth. XIX § 280 [Aristot.] Rep. Ath. LVIII § 1. — <sup>18)</sup> Teste scholio notissimo. — <sup>19)</sup> Dinarch. I § 101.

τοῦτό γέ τοί σου ἀληθῶς τοῦργον γενναῖον καὶ φιλόδημον.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(ad Demum:)

ὡς ἀπὸ μικρῶν εὔνοος αὐτῷ θωπευματίων γεγένησαι!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(ad Paphlagonem:)

καὶ σὺ γὰρ αὐτὸν πολὺ μικροτέροις τούτων δελεάσμασιν εἶλες.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

790 καὶ μὴν εἴ πού τις ἀνήρ ἐφάνη τῷ δήμῳ μᾶλλον ἀμύνων  
ἢ μᾶλλον ἔμοῦ σε φιλῶν, — ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ πῶς σὺ φιλεῖς, ὅς τοῦτον ὄρων οἰκοῦντ' ἐν ταῖς πιθάναισι

787. τοί σου ἀληθῶς τοῦργον] τοί σ' ἀληθῶς αὐτουργον R, σου τοῦργον ἀληθῶς (om. τοί) ceteri, Reisig τοῦτ' αὐτό γέ τοι τοῦργον ἀληθῶς, Bergk τοῦτό γέ τοῦστιν τοῦργον ἀληθῶς, Ribbeck τοῦτό γέ τοῦστιν ἀληθῶς τοῦργον, Kock τοῦτό γέ τοί σου ἀληθῶς τοῦργον. Equidem malim \*τουτί γάρ τοι (vel σοι) ἀληθῶς τοῦργον.

790. πού τις] πάπορ' Cobet.

792. σὺ — τοῦτον] τοῦτον σὺ φιλεῖς, ὅς Elmsley. || τοῦτον ὄρων οἰκοῦντ' ὄρων οἰκοῦντα τοῦτον R. || οἰκοῦντ' ἐν ταῖς] -ντα μὲν ἐν Elmsley. Blaydes ὅστις γ' οἰκοῦντ' αὐτὸν ὄρων ἐν. || πιθάναισι] φιδάκναισι Brunck e scholio Hesychio Moeride (cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inscr.<sup>2</sup> p. 80). Probabilitate caret quod Blaydes coll. Thuc. II 52 § 1 proposuit καλύβαισι. Neque enim vitii causa apparet neque aptus sic est articulus.

787. Verba sic sunt ordinanda: τοῦργον τοῦτό σου ἐστὶν ἀληθῶς γενναῖον καὶ φιλόδημον. Pronominis σου similis est usus Vesp. 1433: ὁμοιά σου καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις τρόποις, infra vs. 803: ἂ πα-νουργεῖς... σου, vid. etiam Lys. 507 sq.: ἔμῳν... τῶν ἀνδρῶν ἄτε' ἐποιεῖτε, infra vs. 985 sq.: καὶ τότε θαναμάζω τῆς ὁμοουσίας αὐτοῦ, hoc quoque hominis invenisti factum demivor. Voce autem ἔργω quodlibet facinus notabile indicatur, sive strenue gestum, ut h. l., sive stulte, imprudenter, improbe, ut Ran. 563: τοῦτου πάνυ τοῦργον, Herod. Mimiamb. III 48: τοῦ Μη-ροστίμης ἔργα Κοττάλου ταῦτα <sup>1</sup>).

788. Quantilli pretii sunt blandimenta,

quibus te sibi conciliavit iste! De praepositione ἀπό vid. ad vs. 538.

789. Nempe tu quoque oblectamentis eum captavisti, et multo quidem magis nugatoris quam haecce sunt mea.

790 sq. Simillima verborum et sententia est et structura Ach. 317 sq. ubi vid. <sup>2</sup>).

791. περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι] vid. ad Nub. 644.

792. καὶ] vid. ad Nub. 210.

792 sq. ἐν ταῖς πιθάναισι | καὶ γυπαρίοις καὶ πυργιδίοις] in terrae penetralibus atque inter ipsas nubes <sup>3</sup>). Πιθάναι a πίθοις aut diversae omnino non erant aut iis simillimae <sup>4</sup>); nam parva dolia

<sup>1</sup>) Vid. etiam ad Nub. 1345 et Ran. 884. — <sup>2</sup>) Vid. etiam Vesp. 523. — <sup>3</sup>) ἐν φαλλεῖσι καὶ καλιεῖσι (schol.). — <sup>4</sup>) Etiam Plut. 516 Plat. com. fr. 114 Demosth. XXX § 28 commemorantur et a Polemone apud Athen. 483 d.

καὶ γυπαρίοις καὶ πυργιδίοις ἔτος ὄγδοον οὐκ ἐλεαίρεις,  
ἀλλὰ καθεύξας αὐτὸν βλίττεις Ἀρχεπολέμου δὲ φέροντος

significari, id quidem non est credibile, licet a grammaticis perhibeatur <sup>1)</sup>. In *cellis* igitur asservabantur, accuratius autem loquenti potius *inter dolia* habitare popellus dicendus fuisset; minime tamen absurde *in doliis* habitans fingitur nunc, quandoquidem sequens aetas Diogenem certe vidit *ἐν πύρῳ* degentem, et olim Eurystheus in dolium se coniecisse ferebatur ut Herculem Cerberumque effugeret <sup>2)</sup>. Quae autem vocantur *γυπαρία* <sup>3)</sup> et mox *πυργidia*, sunt aedicularum tabulata in altum extracta, ut hominibus intra urbis moenia se opprimantibus casulae qualescunque inveniuntur omnibus <sup>4)</sup>. Nisi de ipsis *moenium turriculis* nunc loquitur comicus, quod suspiceris collatis verbis Thucydidis: *κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν τευχῶν πολλοὶ καὶ ὡς ἕκαστός ποῦ ἰδύνατο* <sup>5)</sup>. Quam misere autem inter multitudinem *ἐν καλύβαις πινηγαῖς διαιωμένην* <sup>6)</sup> plus semel grassata fuerit pestilentia, notius est quam ut hic enarretur.

793. ἔτος ὄγδοον] primo vere anni 431 Athenienses rusticos intra urbis moenia collegerunt archonte *Pythodoro* <sup>7)</sup>, dein archontibus *Euthydemo* (431/430), *Apolodoro* (430/429), *Eraminone* (429/428), *Diotimo* (428/427), *Euclē* (427/426), *Euthymo* (426/425) est bellatum, et nunc archon est *Stratocles* (425/424). Sic efficitur numerus otonariarum. Non recte autem autumaverit quispiam ab hoc loco discrepare verba *Dicaeopolidis* in

Acharnensibus, qui uno anno ante fabulam nostram loquens *ἔγω ἔτει* in praedium se redire dicit <sup>8)</sup>; non enim archontum sed anni temporum habitatio ratione <sup>9)</sup> *sex* ait ille *anni iam praelerunt postquam in urbem rure abii*, id quod ex asse verum est. Aliter rursus in Pace instituitur ratio, ubi sub belli Archidamii finem Graeci dicuntur *τοῖα καὶ δέξ' ἔτη γλίχασθαι* <sup>10)</sup> ἢ *ἄθ' τῆς εἰρήνης* <sup>11)</sup>. Qui numerus ut vero sit consentaneus, turbae *Coreyraeae* et *Potidaeae* defectio bello sunt annumerandae; et potneresane, immo debuerunt illic ei annumerari <sup>12)</sup>.

— *ἐλεαίρεις*] poeticum verbum apud nostrum non redit.

794. *καθεύξας αὐτὸν βλίττεις*] *reclusum tenes, tunc lucrum inde faciens*. Assimulatur nunc urbs apum alveo; cives autem sunt apes, non sibi mellificantes sed rustico, qui „οὐδὲν φροντίων τῶν ἰδιωτῶν” fumo eas suffocat, ut ceras melle completas impune possit suas facere. Sic Cleon populum ab agris suis seclusum fame tabescere, infinitis proeliis perire, peste deleri facile fert, dum ipsi „mel” illud in Prytaneo stet paratum inque ipsius loculos semper aliqui rapinarum redundet. — Verbum *βλίττειν* a stirpe *μ(ε)λιτ* ductum <sup>13)</sup> proprie significat *apum favos castrare* <sup>14)</sup>, hinc translato sensu i. u. *spoliare* valet <sup>15)</sup>.

— *Ἀρχεπολέμου*] de pacis — vel potius *Lacedaemoniorum* — patrono hoc acerrimo vid. ad vs. 327.

<sup>1)</sup> Hesych. et *Anecd. Bekk.* p. 290. Errorrem peperisse videtur deminutivum *πιθάκκιον* (*Eubul. fr.* 132 *Lucian. XXV § 4*). — <sup>2)</sup> *Apolodor. II 5 § 7*. — <sup>3)</sup> *Kraaiennesten. Specus subterraneos, τρώγλας*, interpretatur *Hehn Culturpf.* 4 p. 437. — <sup>4)</sup> De voce *πύργω* vid. *Demosthen. XLVII § 56*: *cum uxor mea et liberi in aula pranderent, ὡς ἐπισηπῶσιν οὗτοι καὶ καταλαμβάνουσι αὐτὰς καὶ ἡραπαζον τὰ σκεύη, αἱ μὲν ἄλλαι θεράπαιναί — ἐν τῷ πύργῳ γὰρ ἦσαν, οὐπὲρ διατῶνται — ὡς ἤκουσαν κραυγῆς, κλήρουσι τὸν πύργον καὶ ἐνταῦθα μὲν οὐκ εἰσέλθουσι, τὰ δ' ἐκ τῆς ἄλλης οἰκίας ἐξέφερον σκεύη*. — <sup>5)</sup> *Thucyd. II 17 § 3*. — <sup>6)</sup> *Ibid.* c. 52 § 2, vid. etiam c. 14. — <sup>7)</sup> *Thucyd. II 14*. — <sup>8)</sup> *Ach. 266*, vid. etiam vs. 890. — <sup>9)</sup> Cf. *Thucyd. V 20 § 2 sq.* — <sup>10)</sup> Sic *Blaydes*. — <sup>11)</sup> *Pac. 990*. — <sup>12)</sup> *Praeterea* componi potest ille versus cum locis ad *Ran. 50* a me allatis, ubi *tredecim* ita dicitur ut apud nos *een dozijn*. — <sup>13)</sup> Vid. ad *Nub. 1001*. — <sup>14)</sup> I. e. *spoliare*. Vid. *Plat. Rep. 564e*, *Aristot. H. Anim. V 22 § 6 IX 40 § 24*. — <sup>15)</sup> Vid. *Lys. 475*, et compositum *ἀποβλίσσαι Av. 498*.

795 τὴν εἰρήμην ἐξεσκέδασας, τὰς πρεσβείας τ' ἀπελαύνεις  
ἐκ τῆς πόλεως ῥαθαπυγίζων, αἱ τὰς σπονδὰς προκαλοῦνται.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἵνα γ' Ἑλλήνων ἄρξῃ πάντων. ἔστι γὰρ ἐν τοῖς λογίοισιν

796. ῥαθαπυγίζων] ῥοθοπ. schol. et Suidas.

797—800. Isiciario continuat R.

797. ἄρξῃ πάντων] πάντων ἄρξῃ R.

796. ῥαθαπυγίζων] verbum hoc alibi non obvium secundum veteres grammaticos significat *σιμῶ τῷ ποδί τὸν γλουτὸν παῖεν* <sup>1)</sup>, *pede porrecto alicuius nates percutere* <sup>2)</sup>; id quod Sophocles his verbis indicavit: *καὶ μὴν ὑβρίζων αὐτίκ' ἐκ βάρθρων ὄλω | ἔντηρι χροῦσαν γλουτὸν ὑπτιου ποδός* <sup>3)</sup>. Conferri autem potest Ranarum locus, ubi tardi cursoris πυγὴν ταῖς πλατείαις παῖεν dicuntur cives irridentes <sup>4)</sup>. Verbi exitus obscurus non est, prior autem pars ῥαθα- sono in mentem revocat substantivum epicum ῥαθάμγγας <sup>5)</sup> sive guttas coeni vel cruoris, quae ex humido solo post rotas equorumque ungulas exsiliunt. Quae si cum verbo ῥαῖεν cohaeret, ῥαθαπυγίζεν est ῥαῖεν τὴν πυγὴν.

— τὰς σπονδὰς] cf. Thucyd. IV 22 § 3: οὐτὲ ποιήσαντας & προκαλοῦντο, V 37 § 5: τὲ εἰρημῖνα προκαλοῦμενοι. Addi poterat ὁμᾶς, quemadmodum Ach. 652 dicitur: ὁμᾶς οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν εἰρήμην προκαλοῦνται, vel Plat. Euthyphr. 5 a: αὐτὰ ταῦτα προκαλεῖσθαι αὐτόν.

797—799. Ita sane, sed ut Graeciae principem eum reddam aliquando! — Amara admodum his inest irrisio consiliorum Periclis, quae nunc exsequi conatur Cleon: detrimenta quidem et incommoda satis gravia aliquantisper toleranda fore civibus, in terra enim impares esse adversariorum copiis, sed

si obdurarent et perferrent, fore ut devictis tandem hostibus cunctis Graecis imperitarent. Eadem igitur nunc pollicetur Paphlago: cives ἦν ἀναμείνωσιν, olim pro triobolo, quod nuper iis largitus est Cleon, quinas drachmae partes in diem accepturos; instare enim beatissima tempora vaticinius dudum nunciata, quibus Demus non ex terrarum illo angulo, ubi Cecropis urbs delitescit, sed ex ipso centro Graeciae gentibus vicinis iussa sit daturus et Siculos Poenosque <sup>6)</sup> et longinqua Ecbatana <sup>7)</sup> suae dicioni subdita habiturus. — In somniis suis Cleones Alcibiadaeque viderunt regnum, cuius fines Alexander demum gladio suo descripsit. *Arcadiae* autem cur nunc fiat mentio intellegimus cum reputamus *Mantineam* Lacedaemoniis perpetuo fuisse infestam, et paucis annis post ad eam urbem ancipiti proelio pugnassee Lacedaemonios contra Argivos Atheniensium socios <sup>8)</sup>. Praeterea comicus fortasse in mente nunc habet vestustum oraculum Lacedaemoniis redditum: *Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς κτλ.* <sup>9)</sup>, quae verba in dieterium abiisse testantur Diogenianus <sup>10)</sup> et Cicero <sup>11)</sup>. Praeter expectationem autem non ἄρξαι vel eiusmodi quid dicit Paphlago, sed *στίρημ merere* <sup>12)</sup>; quasi omnia insint τῷ ἡλιάσασθαι <sup>13)</sup>.

<sup>1)</sup> Poll. IX 126, cf. Phot. s. v. — <sup>2)</sup> Item nostrates ad ultimam contumeliam significandam: *iemand met een schop onder zijn achterste weggagen*. — <sup>3)</sup> Soph. 938. — <sup>4)</sup> Ran. 1094—1096. — <sup>5)</sup> Hom. A 536 r 501 ψ 502. — <sup>6)</sup> Vs. 174. — <sup>7)</sup> Vs. 1089. — <sup>8)</sup> Vid. praesertim Thucyd. VI 16 § 6 et supra ad vs. 465. — <sup>9)</sup> Herodot. I 66. — <sup>10)</sup> Diogenian. II 69. — <sup>11)</sup> Ad Attic. X 55 § 2. — <sup>12)</sup> Item vs. 1089. — <sup>13)</sup> De quo verbo vid. Vesp. 772 Phrynich. fr. 63 et Lysias in oratione deperdita apud Harpocrat. s. v. *Ἠλιαία*.



ὡς τοῦτον δεῖ ποτ' ἐν Λοκαδίᾳ... πενταβόλου ἠλιάσασθαι,  
ἢν ἀναμείνῃ· πάντως δ' αὐτὸν θρέψω ἐγὼ καὶ θεραπέυσω,  
800 ἐξευρίσκων εὖ καὶ μιαιῶς ὁπόθεν τὸ τριώβολον ἔξει.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐχ ἵνα γ' ἄρξι μὰ Δι' Λοκαδίας προνοούμενος, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον  
σὺ μὲν ἀρπάξις καὶ δωροδοκῆς παρὰ τῶν πόλεων, ὁ δὲ δῆμος  
ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὀμίχλης ἂ πανουργεῖς μὴ καθορᾷ σου,  
ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης ἔμα καὶ χρείας τοῦ μισθοῦ πρὸς σε κεχήνῃ.  
805 ἢν δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οἴτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρέψῃ  
καὶ χίθρα φαγῶν ἀναθαρρήσῃ καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ,

798. πενταβόλου Kuster] πεντώβολον codd.; idem vitium Kuster correxit Pac. 254 Lys. 574.

802. ἀρπάξις] -ξις R, -ση(ι); V et plerique.

804. τοῦ Cobet] καὶ codd. vitiose, nihil enim h. l. est ὑπὸ μισθοῦ (*prae mercede*).

805. ἢν Dobree] εἰ codd.; Hirschig εἰ... διατρέψει... ἀναθαρρήσει et ἐλθῶν in fine vs. 806, fortasse recte. Subiunctivus tamen est vs. 579.

806. στεμφύλῳ] -λων V alii.

799. πάντως] vid. ad Ran. 263.

800. εὖ καὶ μιαιῶς] vid. vs. 256 et ad Nub. 99.

801. προνοούμενος] cf. Nub. 975.

802 sq. Idem crimen sobriis verbis in Cleonem iacit Thucydides: ἡναντιοῦτο τῇ εἰρήνῃ, ... γενομένης ἡσυχίας καταφανέστερος νομίζων ἂν εἶναι κακουργῶν καὶ ἀπιστότερος διαβάλλων <sup>1)</sup>. De verbo δωροδοκεῖν vid. ad Ran. 361. Vox ὀμίχλη autem, quae cum voce πολέμῳ coniuncta ἐν διὰ δυοῖν efficit <sup>2)</sup>, idem fere significat nunc quo<sup>1</sup> καπνός Pac. 610. Nempe ὀμίχλη ποιμείον οὗ τι φίλη, κλέπτει δέ τε νυκτὸς ἄμεινον est teste patre poeseos. Conferri potest Acharnensium locus, ubi senes τῆς δίκης τὴν ἠλύγην dicunt eam mentium perturbationem, qua quid ius quid iniustum sit non iam satis perspicitur, sed nebula quaedam vero prae-

tenta esse videtur <sup>3)</sup>. Genitivus σου denique ita est explicandus ut vs. 787.

804. τοῦ μισθοῦ] cf. vs. 256.

— πρὸς σε κεχήνῃ] vid. ad vs. 651.

805. Rusticis, qui belli initio praedia sua hostibus reliquerunt urenda et diripienda, χαλεπῶς διὰ τὸ ἀεὶ εἰσθῆναι ἐν τοῖς ἀγροῖς διατῆσθαι ἢ ἀνάστασις ἐγένετο <sup>4)</sup>, iamque intra moenia inclusi ἀπορλέπουσιν εἰς ἀγρὸν <sup>5)</sup>, illuc ἀνερπύσαι δαιμονίως βουλόμενοι <sup>6)</sup>. Itaque viri qui pacem reducere avebant ἐν τοῖς γεωργοῖς omnem spem ponebant <sup>7)</sup>, τοὺς αὐτουργοὺς μόνους τὴν γῆν σφύζειν cum Euripide rati <sup>8)</sup>. Demus autem postquam in fine nostrae fabulae respicit pristinasque vires recuperavit, acceptis ταῖς τριακοντούταισι σπονδαῖς abit εἰς τοὺς ἀγρούς <sup>9)</sup>, perinde atque Dicaeopolis <sup>10)</sup>.

806. χίθρα] sic frumenti vel hordei <sup>11)</sup>

<sup>1)</sup> Thucyd. V 16 § 1. — <sup>2)</sup> Ut χρησμοὶ καὶ τὸ Πυθικόν (?) vs. 220, Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον vs. 811, κυλίχτιον καὶ φάρμακον vs. 906, κριθὰς καὶ βίον vs. 1101, πτέροισι καὶ ἄιτιζήμασιν Av. 1182. — <sup>3)</sup> Ach. 684. — <sup>4)</sup> Thucyd. II 14. — <sup>5)</sup> Ach. 32. — <sup>6)</sup> Pac. 585. — <sup>7)</sup> Pac. 511. — <sup>8)</sup> Orest. 920. — <sup>9)</sup> Vs. 1394. — <sup>10)</sup> Ach. 201 sqq.; vid. etiam fr. 107 et adesp. 133. Etiam Xen. Hell. V 2 § 7 dignus qui conferatur est locus. — <sup>11)</sup> Immaturi?

γνώσεται οἶων ἀγαθῶν αὐτὸν τῆ μισθοφορᾷ παρεκίπτου,  
εἶθ' ἤξει σοι δορυμὺς ἄγροικος, κατὰ σοῦ τὴν ψῆφον ἰχνεύων.  
ὦ σὺ γιγνώσκων τόνδ' ἐξαπατᾶς καὶ ὄνειροπολεῖς περὶ σαυτοῦ.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

810 οὐκουν δεινὸν ταυτί σε λέγειν δῆτ' ἔστ' ἐμέ καὶ διαβάλλειν  
πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον, πεποιμητότα πλείονα χρηστά,  
νῆ τὴν Δήμητρα, Θεμιστοκλέους πολλῶ περὶ τὴν πόλιν ἤδη;

808. τὴν] τε Palmer (coll. Av. 257). || ἰχνεύων] immerito addubitalavit Reiske; vid. commentarius.

809. σαυτοῦ] αὐτοῦ vHerwerden coll. vs. 797 sq.

811. Ἄ. καὶ τὸν δ.] Halbertsma τὸν δ. τὸν Ἀθηναίων (ut vs. 764); sed vid. commentarius.

grana cocta <sup>1)</sup> vocabantur <sup>2)</sup>. Vox redivit Pac. 595 <sup>3)</sup>.

— στεμφύλω] *olivis unde expressum est oleum* <sup>4)</sup>, vili profecto cibo.

— εἰς λόγον ἔλθῃ] locutio εἰς λόγον (-ους) ἔλθῃν vel συνελθῃν <sup>5)</sup> proprie dicta significat *hominem aliquem adire* <sup>6)</sup>. Sed in sermone quotidiano iocose dicitur *cibum adire, aggredi, alloqui*; e. g. *συνὸν χορακινοῖσι καὶ μαινίδιοις* <sup>7)</sup>, *ξυγγενέσθαι μάζαις* <sup>8)</sup>, *ξυνεγιγνόμεν ἄνι τοῖς ἀγαθοῖς φάγροισιν* <sup>9)</sup>, *ἵνα σπλάγχθοισι συγγενώμεθα* <sup>10)</sup>. Etiam verba *προσειπεῖν (salutare) βούλομαι τὰς ἀμπέλους* et similia <sup>11)</sup> conferri possunt, neque hinc alienum est *φροντίσι συγγίγνεσθαι* <sup>12)</sup>.

807. τῆ] i. e. τῆ σῆ, quam extollere soles, utpote singulare beneficium <sup>13)</sup>.

— παρεκίπτου] cf. vs. 859 et Nub. 640 <sup>14)</sup>.

808. *Tunc huc in urbem tibi redibit, acer rusticus denuo factus et calculum circumspiciens quo te petat* <sup>15)</sup>. Acharnen-

ses illos cogitemus *εἰς τοὺς τρίβωνας τῶν λίθων ξυλλέγοντας* et *Βαλλήναδε βλέποντας* <sup>16)</sup>. Consulto autem *ψῆφον* nunc dicit isiciarius, non *λίθον*, quoniam non vi et pugnīs sed *suffragiis* Cleonem ulturus est *populus* *δοσρακινῶα βλέπων* <sup>17)</sup>. Verbum *ἰχνεύειν* redivit Thesm. 662.

— δορυμύς] *asper* <sup>18)</sup>.

— ἄγροικος] vid. vs. 41.

809. *ὄνειροπολεῖς περὶ σαυτοῦ]* *de te ipso somnia narras* <sup>19)</sup>. Collatis vs. 1090 et *Vesparum* fabulae initio <sup>20)</sup> suspicietur quispiam aut ipsum Cleonem aut unum ex eius sodalibus nuper — quae erat illorum temporum superstitio — somnium aliquod coram populo rettulisse.

810. οὐκουν δεινὸν... δῆτα] vid. ad vs. 609 et ad Nub. 399.

811. Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον] idem quod *τὴν πόλιν καὶ τὸν δῆμον* (vid. ad vs. seq.).

812. *περὶ τὴν πόλιν]* non cives tantum et rempublicam sed etiam urbis moenia

<sup>1)</sup> Gort. — <sup>2)</sup> Vid. Nicander apud Athen. 126 b—d, Pollux VI 62. — <sup>3)</sup> Vid. etiam fr. 889 et ad fr. 682, Alcman apud Athen. 648 b. — <sup>4)</sup> Cf. Nub. 45 fr. 392 Phrynich. 38 Antiphan. 79 Anaxandr. 41<sup>96</sup> Alex. 196 Diphil. 87. — <sup>5)</sup> Infra vs. 1300. — <sup>6)</sup> Vid. ad Nub. 470. — <sup>7)</sup> Pherecrat. fr. 56. — <sup>8)</sup> Teleclid. fr. 38. — <sup>9)</sup> Eupol. fr. 38. — <sup>10)</sup> Teleclid. fr. 108. — <sup>11)</sup> Pac. 557; vid. ad Ach. 266. — <sup>12)</sup> Infra vs. 1291, ubi vid.; cf. etiam vs. 410. — <sup>13)</sup> De re vid. vs. 1352. — <sup>14)</sup> De quo loco vid. supra ad vs. 318. — <sup>15)</sup> *καταδικάσαι προσηρημένος* (schol.). — <sup>16)</sup> Ach. 184, 234. — <sup>17)</sup> Vs. 855, cf. etiam vs. 1150. — <sup>18)</sup> Cf. Vesp. 278 Pac. 349 Av. 255 Plat. Theaet. 173 a etc. — <sup>19)</sup> De verbo vid. ad Nub. 16. — <sup>20)</sup> Vesp. 13 sqq.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

„ὦ πόλις Ἀργούς, κλύεθ' οἶα λέγει!“ σὺ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφροῖζεις;  
ὅς ἐποίησεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεστήν, εὐρὼν ἐπιχειλῆ

814. μεστήν εὐρὼν ἐπιχειλῆ] ultimum adiectivum plenam interpretati recentiores pro μεστήν coniecerunt λεπτήν (sic Kock coll. Eccl. 539) aliaque eiusmodi, sed ferri sic non potest verborum ordo. Minus displicet quod Kock postea proposuit: μεστήν ἐχυρὴν ἐπιχειλῆ, adiectivum ἐχυρός tamen ab hac imagine est alienum; quapropter Starkie tentavit μεστήν πυρῶν, ἐπιχειλῆ (full of wheat — even to the brim), vIJzeren μεστήν, ἀγαθῶν ἐπιχειλῆ, equidem malim certe μεγάλην ἀγαθῶν τ' ἐπιχειλῆ. Sed vid. commentarius.

a Themistocle erecta nunc cogitat Paphlago; frequenter autem dicebatur: ἄνδρα ἀγαθόν (εὐνοῦν alia) εἶναι vel γίγνεσθαι περὶ τὴν πόλιν <sup>1)</sup> vel περὶ τὸν δῆμον <sup>2)</sup>, unde etiam in nostrum locum irrepsit praepositio inutilis περὶ. Utrumque coniunctum est Plut. 567, ubi oratores dicuntur περὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν πόλιν δίκαιοι εἶναι — quamdiu sint pauperes; in Acharnensibus autem coryphaeus expostulat, poetae inimicos famam eius rodentes perhibere ὡς κωμῶδει τὴν πόλιν καὶ τὸν δῆμον κατ'εὐροῖζει <sup>3)</sup>. Idem loquendi genus agnoscimus vs. 1208 iocose detortum <sup>4)</sup>.

813. ὦ — λέγει] haec verba, quibus etiam Paupertas Plut. 601 utitur, Paphlago <sup>5)</sup> habet ex Euripidis Telepho, quam fabulam his annis saepius vellecavit comicus <sup>6)</sup>. Conferri possunt praeterea quae affert scholion nutriceis Euripideae verba <sup>7)</sup>: κλύεθ' οἶα λέγει! et Adrasti <sup>8)</sup>: ὦ πόλις Ἀργεῖα, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἔσοράτε; — Telephi verbis etiam infra <sup>9)</sup> utitur Paphlago, nunc autem

heroem tragicum festivissime παρωθεῖ; nam apud Argivos aliquid hoc tempore molitum esse Cleonem supra claris verbis dictum est <sup>10)</sup>.

— ἀντιφροῖζεις] epicum hoc verbum <sup>11)</sup> vs. 818 redit.

814. Themistocli Plutarchus haec tribuit verba: λύραν μὲν ἀρμόσασθαι. καὶ μεταχειρίσασθαι ψαλτήριον οὐκ ἐπίσταμαι, πόλιν δὲ μικρὰν καὶ ἄδοξον παραλαβὼν ἐνδοξον καὶ μεγάλην ἀπεργάσασθαι <sup>12)</sup>. Sic Augustus marmoream se relinquere Romam, quam latericiam accerpisset <sup>13)</sup> moriens gloriebatur <sup>14)</sup>. Τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους βίον Τηλεκλείδης ἐν Πρωτάνεσιν ἄβρόν ὄντα παρέδωκεν <sup>15)</sup>.

— ἐπιχειλῆ] adiectivum apud veteres alibi non obvium ἐνδεᾶ vel ἐλλιπῆ interpretantur grammatici <sup>16)</sup>, neque alium sensum contextus admittit <sup>17)</sup>; sequendus autem videtur Willems, qui proprie poculum ἀνατετραμμένον, inversum, vacuum igitur, sic dictum esse perhibet, ἐπὶ τὰ χεῖλη sive τὸ στόμα κείμενον <sup>18)</sup>. —

<sup>1)</sup> Ach. 663, 698 Lys. XXXI § 28. — <sup>2)</sup> Vs. 764, 831, 873 sq. — <sup>3)</sup> Ach. 631. Vid. etiam supra vs. 273. — <sup>4)</sup> Alienum vero hinc duco versum 477, ubi vid. annot. critica. — <sup>5)</sup> Testibus scholis. — <sup>6)</sup> In Acharnensibus et Nubibus. — <sup>7)</sup> Med. 168. — <sup>8)</sup> Suppl. 808. — <sup>9)</sup> Vs. 1240. — <sup>10)</sup> Vs. 465 sq., ubi vid. — <sup>11)</sup> Φ 357 etc. — <sup>12)</sup> In vita c. 2. — <sup>13)</sup> γήνην παραλαβὼν. — <sup>14)</sup> Suet. Aug. 28. — <sup>15)</sup> Teste Athenaeo 553e. Vid. infra ad vs. 1382 sq. — <sup>16)</sup> Scholia Suidas Pollux II 89 IV 189 V 133 Hesychius. — <sup>17)</sup> Quapropter multi philologi versum corruptum habuerunt (vid. annot. crit.), collatis adiectivis ἰσοχειλεῖ (Xen. Anab. IV 5 § 26 Aristot. H. Anim. IV 9 § 6), ὑποχειλεῖ (Hesych.), αὐτοχειλεῖ (Soph. fr. 133) usque ad labra repletum intellegentes cum seris imitatoribus Themistio XIII p. 174 et Synesio p. 57. — <sup>18)</sup> Cf. Athen. 501d; confert autem similis conformationis adiectivum ἐπιπλευρον couché sur le flanc. Equidem nescio an praeterea prosit collata gallofrancorum locutio être sur les dents (= aux abois).

815 καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν,  
ἀφελὼν τ' οὐδὲν τῶν ἀρχαίων ἰχθύς καινοὺς παρέθηκεν.  
σὺ δ' Ἀθηναίους ἐξήτησας μικροπολίτας ἀποφῆναι,  
διατερίζων καὶ χρησμοφθῶν, — ὁ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερῶν!

815 sq. Suspicio verum verborum ordinem hunc esse: \*ἀφελὼν τ' οὐδὲν τῶν ἀρχαίων τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν, | καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ καινοὺς ἰχθύς παρέθηκεν. Nam ἀριστώσῃ ex verbo ambiguo προσμάττειν potuit nasci, sed sine causa positum in textu vulgato minus placet; qui hoc praeterea habet incommodi, quod non τοῖς ἀριστῶσι sed τοῖς ἀριστήσουσιν hominibus pinsi solet polenta.

Vini potissimum mentionem nunc fieri, ut mox coenae, quod sunt qui statuunt, non crediderim, quoniam ἐπιπίνεται vinum, non cibus praemittitur.

815. De hoc loco Plutarchus disputans acute observavit potius dicendum fuisse Themistoclem τὴν πόλιν ἐξάσαι τοῦ Πειραιῶς καὶ τὴν γῆν τῆς θαλάττης <sup>1)</sup>. *Moenis circumcinctus* est Piraeus a Themistocle, viginti autem annis post — Cimonis Periclisque aetate — longis qui dici solent muris urbi *inunctus* <sup>2)</sup>.

— προσέμαξεν] *affinxit, iunxit, iocose pro προσῆψεν* nunc dictum. Cf. Theocrit. XII 32: ὁ δὲ κε προσμάξῃ γλυκερώτατα χεῖλεσι χεῖλη, Soph. Trach. 1053: πλεοκαῖοι προσμαχθὲν ἀμφίβληστον <sup>3)</sup>.

816. Post cibum (μᾶζαν) commemoratur opsonium. Ridicule autem praeter cetera beneficia, quibus urbem suam Themistocles ille cumulavit, hoc quoque laudi ei vertitur, quod exinde non rancidulis piscibus <sup>4)</sup> sed recens captis <sup>5)</sup> vesci licerit Atheniensibus. — Meminimus quid in senatu de apuis Phalericis modo turbatum fuerit teste botulario.

Loci autem sensum bene reddidit Willem: „Athènes au sein de l'abondance, „ne se contente plus du δειπνον. Elle „s'offre le luxe de déjeuner, de déjeuner „à la fourchette, comme on dirait actuellement: car elle se fait servir une „grande variété de poissons.”

817 sq. Prisci illi cives agri sui erant amantissimi, neque longinquorum Saccarum Poenorumve terras appetebant. Non illi urbis nostrae nervos succidere, non illi in brevius eius fines contrahere studebant; sed quod pauperum oppidanorum vitam nunc vivimus intra moenia nostra oclusi, et stomachum latrantem vaticiniis delenire iubemur, in te tuisque huius rei est culpa, qui malis artibus prohibetis quominus fiat pax <sup>6)</sup>. — Vox μικροπολίται etiam alibi legitur <sup>7)</sup>, cf. substantiva comica χαννοπολίται <sup>8)</sup> et διαδρασιπολίται <sup>9)</sup>. Διατερίζειν interpretor *populum muro interposito a suis praediis secludere*, sive intra urbis moenia cohibere; quod supra καθείρξει est dictum <sup>10)</sup>. Χρησμούς ἔδειν Paphlago dicitur etiam vs. 61, ubi vid.

<sup>1)</sup> Themist. 19. — <sup>2)</sup> Thucyd. I 93 § 3—8, 107 § 1, 108 § 3 [Xenoph.] de Rep. Ath. II § 15 sqq. — <sup>3)</sup> Vid. etiam Theocrit. III 29. — <sup>4)</sup> τριταῖος fr. 387. — <sup>5)</sup> καινοῖς, *versche visch*. — <sup>6)</sup> Simillima sunt Lysiae de *Theramene* verba XII § 63: οὐ μοι δοκοῦσιν ἴσου ἄξιοι γενεῆσθαι (Θεμιστοκλεῆς καὶ Θηραμένης): ὁ μὲν γὰρ Λακῶδαίμωνιαν ἀκόντιον ἐνοδόμησε τὰ τεῖχη, οὗτος δὲ τοῦς πολίτας ἐξαπατήσας καθείλε. — <sup>7)</sup> Xen. Hell. II 2 § 10 Aeschin. II § 120, adiectivo autem μικροπολιτικῶ Aristophanes usus est alibi, si fides Polluci IX 25. — <sup>8)</sup> Ach. 635. — <sup>9)</sup> Ran. 1014. — <sup>10)</sup> Vs. 794. Aliter interpretatur nostrum locum Willem, qui collato verbo *διεστάναι* (Vesp. 41) vertit: „élever des murs de séparation entre les citoyens = les diviser politiquement,” hac certe in re mecum faciens quod de veris *muris* in urbe a Cleone *interstructis* sermonem non fieri probe sensit.



καὶ ἐκεῖνος μὲν ἔφρευγεν τὴν γῆν, σὺ δ' ἀχιλλείων ἀπο...μάττει.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

820 οὔκουν ταυτὶ δεινὸν ἀκούειν, ὦ Δῆμ', ἐστὶν μ' ὑπὸ τούτου,  
ὅτιγ' σε φιλῶ;

## ΔΗΜΟΣ.

παῦ' ὦ οὔτος, καὶ μὴ σκέρβολλε πονηρά.  
πολλοῦ δὲ πολὺν με χρόνον καὶ νῦν ἐλελήθης ἐγκρουφιάζων.

819. ἔφρευγεν vHerwerden] φεύγει codd.

821. ὦ οὔτος Bentley] οὔτοσι codd. metro invito; vVelsen vῦν παῦ' οὔτος, Dindorf  
ὦ παῦ' οὔτος, Anz γῶ; — παῦ' οὔτος.

822. με] μὲν R. || ἐλελήθης] -θεις codd.

819. σὺ δ' ἀχιλλείων ἀπο...μάττει] *tu vero dum in Prytaneo matteis te ingurgitas* <sup>1)</sup>, *paniculis manus tibi deterges*. — Insanae profecto luxuriae erat τὸ ἀπομαγαδάλαις <sup>2)</sup> χρῆσθαι ἀχιλλείους. Nam ἀχιλλείους μάζας fuisse optimae notae nec vulgarium hominum palato factas, docent verba Pherecratis, ubi inter cetera aurei aevi bona commemorantur ποταμοὶ ζωμοῦ μέλανος ἀχιλλείους μάζαις κοχυδοῦντες <sup>3)</sup>, et propius etiam ad nostrum locum accedunt Cratini versus: *ρασιλεύς Κρόνος ἦν τὸ παλαιόν, | ὅτε τοῖς ἄρτοις ἡστραγάλιζον, μάζαι δ' ἐν ταῖσι παλαιστοῖσι | Αἰγινάται κατεβέβληντο* <sup>4)</sup> et Teleclidis: *μήτρας δὲ τόμοις καὶ χναυματίοις οἱ παῖδες ἄν ἡστραγάλιζον* <sup>5)</sup>. Voce ἀχιλλείους etiam Sophoclem <sup>6)</sup> usum esse testantur grammatici. Et quoniam nullus iam adest Thearion vel Mithaecus, nominis originem haud facilius hodie explicuerit quispiam quam nostrorum pictorum vocem *kadetjes* vel *profetenbroodjes*. Neque Tryphonem, cum ἄρτων et μάζων varia nomina conquereret, de ἀχιλλείους certi quid scribere habuisse, apparet e verbis Athenaei <sup>7)</sup>. Scilicet non vivacia

sunt talia nomina. — Acute denique observavit Kock, dativum ἀχιλλείους expectari <sup>8)</sup>, sed genitivo nunc uti isicarium, quasi ἀπολαύεις additurus sit. Quapropter puncta τὸ ἀπροσδοκῆτον indicantia inserui equidem.

820. Cf. Soph. Ai. 1235: *ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά;*

821. παῦε] vid. ad Ran. 122.

— οὔτος] vid. ad Vesp. 1.

— σκέρβολλε] verbum non redit. In scholiis ποικίλλε est adscriptum ex sententia Callimachi, cuius afferuntur verba: *σκέρβολα μυθήσαντο* <sup>9)</sup>.

822. *Vel sic satis diu me ludificasti.*

— πολλοῦ...πολὺν] i. e. πάμπολυν. Cf. Ran. 1046 <sup>10)</sup>.

— ἐλελήθης] plusquamperfecti sive imperfecti hic usus ex locutione ἦν ἄρα et similibus est notissimus <sup>11)</sup>. *Dudum me latebas — ut sero edoctus nunc demum video* <sup>12)</sup>.

— ἐγκρουφιάζων] verbum licet non redeat, non est dubium quin *in oculo dolos nectere* <sup>13)</sup> significet. *Panis* nomen ἐγκρουφίαν grammatici norunt.

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 280 sq. — <sup>2)</sup> Vs. 414 sq. — <sup>3)</sup> Pherecrat. fr. 130. — <sup>4)</sup> Cratin. fr. 165. — <sup>5)</sup> Teleclid. fr. 114. Cf. praeterea Plut. 816 et fr. adesp. 780. — <sup>6)</sup> Sophocles. fr. 494, in satyrico igitur dramate. — <sup>7)</sup> Athen. 114e, f. — <sup>8)</sup> Quemadmodum ἀπομάττειν τῷ πηλῷ dicitur Demosth. XVIII § 259. — <sup>9)</sup> Callimach. fr. 281. — <sup>10)</sup> Vid. etiam ad Ach. 177. — <sup>11)</sup> Vid. ad Vesp. 183. — <sup>12)</sup> Verbum etiam vs. 1044 Nub. 380 sic est usurpatum. — <sup>13)</sup> *Schuilhoekje spelen, de kat in het donker knijpen.*



## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

μιαρώτατος, ὃ Δημακίδιον, καὶ πλεῖστα πανούργα δεδρακώς!  
 ὁπότεν χασμῶ καὶ τοὺς καυλοὺς  
 τῶν εὐθυρῶν ἐκκαυλίζων  
 καταβροχθίζει, καὶ ἀμφοῖν γε χειροῖν  
 μυστιλάται τῶν δημοσίων.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οὐ χαιρήσεις, ἀλλὰ σε κλέπτονθ'  
 αἰρήσω ἐγὼ τρεῖς μυριάδας.

825

823 sq. Post adi. *μιαρώτατος* verbum desiderans Geel pro ὃ scribebat ὄν, sed ὃ cum abesse nequeat, Kock coniecit *μιαρώτατά γ'* (sic tamen parum placent adiectiva *μιαρώτατος* et *πανούργος* coniuncta), vVelsen *Δημάκιον*, ὄν, Blaydes *μιαρός τ' ἴστ'* et γὰρ τοὺς (vel τοὺς γὰρ) pro καὶ τοὺς vs. 824.

826. *καταβροχθίζει*] -ζη Porson. cum M<sup>1</sup>, sed requiritur indicativi forma, non enim a particula ὁπότεν haec esse suspensa iure observavit Sobolewski. || γε] addidit Lenting; vid. vs. 264. Bentley *ἀμφοῖν χειροῖν*, sed attica haec non est forma.

823. *μιαρώτατος*] *exclamatio* haec est <sup>1)</sup>.  
 — *Δημακίδιον*] deminutivum hoc ductum est a dictionis familiaris nomine *Δήμαξ* <sup>2)</sup>.

824. ὁπότεν χασμῶ] *quoties oscitas sive dormitas* <sup>3)</sup>. Nimirum Demus est *γερόντιον ρυσταλίων* <sup>4)</sup>. Idem autem quod nostro loco infra dicitur verbis oraculi: *ἐξιδεται σου τοῦψον ὅταν οὐ ποι ἄλλοσε χάσκης* <sup>5)</sup>.

824—826. *Et litium caules excerpitas devoras*. Verbum *ἐκκαυλίζειν* non redit, sed *ἀποκαυλίζειν* <sup>6)</sup> est *praeferingere*, et simplex Ar. adhibuit in verbis: *λόγχοι δ' ἐκκαυλίζοντο* <sup>7)</sup>. Est igitur *ἐκκαυλίζειν* *olerum caules excerpere* abiectis foliis externis <sup>8)</sup>, et *εὐθυρῶν* cor medullamque

*devorare* Cleon nunc dicitur <sup>9)</sup>. — Non ut publico commodo invigiletur — sic haec verba reddi possunt — in eos qui magistratum deposuerunt inquiritur hodie, sed ut tibi peculia crescant. Scilicet publico sumtu vesci te iussimus! <sup>10)</sup>  
 826. καὶ ... γε] *atque adeo* <sup>11)</sup>.

827. *μυστιλάται*] *haurit* <sup>12)</sup>. Non damnatorum tantum bona praeredit, sed ex ipso aerario publico plenis manibus sua ducens heluatur.

828. οὐ χαιρήσεις] item supra οὐ τοι χαιρήσειον <sup>13)</sup>, Plut. 64 οὐ τοι... χαιρήσεις <sup>14)</sup>.  
 — κλέπτοντα] vid. ad vs. 296.

829. *Immo quinque talentorum damnandum te curabo equidem* <sup>15)</sup>.

<sup>1)</sup>  *Een gemeene schavuit!* — <sup>2)</sup> De cuius termino vid. ad vs. 361. — <sup>3)</sup> Verbo *χασμάσθαι oscitare* (*χάσκειν*, *χάσμη*) utuntur etiam Plato Gorg. 486 b et Alexis fr. 257; cf. praeterea vox *χάσμημα* Av. 61. — <sup>4)</sup> Vid. fr. adesp. 875. — <sup>5)</sup> Vs. 1032. De verbi *χάσκειν* usu vid. ad vs. 651. — <sup>6)</sup> Thucyd. II 76 § 4 Eur. Suppl. 717. — <sup>7)</sup> Fr. 404. — <sup>8)</sup> *Effeuller*. — <sup>9)</sup> De magistratibus *ὑπευθύνους* vid. vs. 259 et Vesp. 102, et de verbo *καταβροχθίζειν* supra vs. 357. — <sup>10)</sup> Cf. vs. 819. — <sup>11)</sup> Vid. vs. 264 et ad Ran. 49. — <sup>12)</sup> Vid. Plut. 627 et infra ad vs. 1168. — <sup>13)</sup> Vs. 235. — <sup>14)</sup> Praeterea vid. ad Ran. 843. — <sup>15)</sup> Vid. vs. 435 et ad Nub. 591 et 758.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

830

τί θαλαττοκοπεῖς καὶ πλατυγίξεις,  
 μιαινώτατος ὢν περὶ τὸν δῆμον  
 τὸν Ἀθηναίων; καὶ σ' ἐπιδείξω,  
 νῆ τὴν Δήμητῳ, ἢ μὴ ζῶην,  
 δωροδοκήσαντ' ἐκ Μυτιλήνης

830. πλατυγίξεις] πτερυγίξεις (ut Plut. 575) schol. Pac. 92.

831 sq. τὸν Ald.] τῶν codd.; vid. ad vs. 764.

834. Μυτιλήνης] Μιτυλήνης; codd.

830. *Quid nugaris?* <sup>1)</sup>. E nautarum lingua haec desumta sunt verba, ut alia multa. Nam θαλαττοκοπεῖν, quod apud Photium bene redditur verbo μεταιολεῖν <sup>2)</sup>, est *stuctus inutiliter ferire*, undam τῆ πλάτη sive remi palmula <sup>3)</sup> non secantem sed percipientem. Idem valet μετεωροκοπεῖν sive remo aëra ferire <sup>4)</sup> et nunc altero verbo πλατυγίξεν significatur, quod avium e. g. est palmipedum <sup>5)</sup>. In alio loquendi genere eodem sensu dicitur σκιαμαχεῖν et apud apostolum noto loco τὸν αἴρα δέρειν <sup>6)</sup>. Denique huc

afferenda sunt Paupertatis verba: φλυαρεῖς καὶ πτερυγίξεις <sup>7)</sup>.

831. περὶ τὸν δῆμον] vid. ad vs. 812.

832. ἐπιδείξω] *civibus te monstrabo ultro te furem* <sup>8)</sup>. Cf. Nub. 748.

833. ἢ μὴ ζῶην] vid. ad vs. 699 et Ran. 177.

834. δωροδοκήσαντα] vid. ad Ran. 361.

— ἐκ Μυτιλήνης] ex illa scilicet urbe, quae, Cleonis si vicisset sententia, prorsus fuisset deleta <sup>9)</sup>. Hic, si usquam, apparet <sup>10)</sup> non serio huiuscemodi crimina in scena proferri <sup>11)</sup>. Sed retor-

<sup>1)</sup> *Wat plast en floodert gij toek?* — <sup>2)</sup> Vid. etiam Anecd. Bekk. p. 42 et de verbi conformatione supra ad vs. 289. — <sup>3)</sup> Thesm. 770 etc. — <sup>4)</sup> Pac. 92, quod qui facit μετεωροκόπος dicitur Plat. Rep. 488e (cod. -σκόπος, em. Porson). — <sup>5)</sup> Vid. Eubul. fr. 115: χήνα πλατυγίξοντα. — <sup>6)</sup> Item vicini nostri *battere l'air, to beat the air*; cf. etiam locutio: *why are you beating about the bush?* et nostrum *om het randje heenpraten*. — <sup>7)</sup> Plut. 575. Vid. etiam infra vs. 1344. — <sup>8)</sup> *Ten loon stellen*. — <sup>9)</sup> Thucyd. III 36 § 6. Nam nihil quicquam credendum est scholiastae ad Lucian. Tim. 30, qui Cleonem δωροδόκον εἰς ὑπερβολὴν fuisse ait, in literis enim ad Mitylanaeos datis ipsum scripsisse — sic certe in textu tradito haec inter se sunt iuncta — „se prius quidem auctorem extitisse ut Lesbii adulti cuncti interficerentur, τῆς δὲ νυκτὸς ἐπιούσης ἐλθόντων ὡς αὐτὸν τῶν ἐπιδημοῦντων Ἀθήνησι Λεσίων καὶ δέκα τάλαντοις αὐτὸν ἀργυρίου μετεθόντων, μεταπέσαι πάλιν τὸν δῆμον.” Quae si scripsisset nunquam ipse Cleon, vesanus fuisset profecto, et magis etiam vesanus si *fieta* scripsisset; *vera* autem haec et in vulgus nota si fuissent, non tacuisset profecto ea de re Thucydides, qui alia omnia refert loco notissimo, et comicus non talenti duas partes dixisset opinor, cum decem posset talenta integra. Sed sive e Theopompo maledicentissimo scriptore sive — quod eodem fere redit — e comicis nunc sapit homo doctior quam prudentior, meras nugas ex iis quae in fontibus suis invenerat effinxit. — <sup>10)</sup> Id quod Müller Strübing demonstratum ivit Aristoph. u. die hist. Kritik p. 359 sqq. — <sup>11)</sup> Vid. etiam vs. 438 et 932 et ad Nub. 591. Prudenter de hoc loco indicavit Keck Quaest. Ar. p. 47, qui in universum de huiusmodi criminibus sic statuit: „poetae comico minime credimus, „Cleonem venale fuisse, hoc tantum e poetae versibus colligimus, facultatem „dona accipiendi ei fuisse;” pervulgatum autem Athenis crimen fuisse et temere in multis coniectum ὡς δὲ δέικνα ἔχει τάλαντα πολλὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς; testatur Lysias XIX § 48.

835

πλεῖν ἢ μᾶς τετταράκοντα.

## ΧΟΡΟΣ.

Antistropa (vs. 836—840).

ὦ πᾶσιν ἀνθρώποις φανείς μέγιστον ὠφέλημα,  
 ζηλῶ σε τῆς εὐγλωττίας. εἰ γὰρ ὧδ' ἐποίησας,  
 μέγιστος Ἑλλήνων ἔσει, καὶ μόνος καθ' ἑξέεις  
 τᾶν τῆ πόλει, τῶν ξυμμάχων τ' ἄρξεις ἔχων τρίαίαν,  
 840 ἢ πολλὰ χρήματ' ἐργάσει σείων τε καὶ ταράττων.

835. πλεῖν ἢ μᾶς] μυριάδας (Μόσας) Zacher dubitanter.

837. ἐποίησας] -σει (in eum irrues) Kock coll. Thuc. III 23 § 3 Herodot. VIII 61 etc.

quetur nunc in Cleonem id quod ipse de Diodoto perhibuerat: κέρδει ἐπαιρόμενον auctorem extitisse ut Mitylenaeis devictis parceretur, oratorem nimirum mercede ab ipsis conductum <sup>1)</sup>).

835. Vid. ad Ran. 90.

836. Chorus fortasse imitatur prima verba Ius Prometheum adspicientis: ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς, | τλημιον Προμηθεῦ <sup>2)</sup>). Nempe novus nunc Prometheus supervenit, hominem qui μετὰ τὰ πράγματα <sup>3)</sup> Prometheus se praestitisset <sup>4)</sup> ignominiose propulsurus <sup>5)</sup>).

837. Simillima est verborum structura Ach. 1008 Vesp. 1450; videatur etiam Thesm. 175.

— εὐγλωττίας] cf. Nub. 445.

— ἐποίησας] inferes <sup>6)</sup>)... quid? Nullum enim adest obiectum. Casaubonus ei *plagam* mente supplebat; qui si verum divinavit, e palaestra hoc quoque verbum <sup>7)</sup> est desumptum. Sed cum dicendi hic usus neque aliunde stabiliri posse

videatur neque in contextum satis quadrare, equidem malo vertere *si sic perges*, verbo ἐπιφέρειν eum sensum tribuens qui verbo ἐπιδιδόναι est proprius, e. g. in Hermippi versiculis: μεῖζων γὰρ ἢ τυνδὴ ἔστι, καὶ δοκεῖ γέ μοι, | ἐὰν τοσοῦτο ἐπιδιδῶ τῆς ἡμέρας, | μεῖζων ἔσεσθαι Διαγόρου τοῦ Τερθρέως <sup>8)</sup>).

839. τὰν τῆ πόλει] quae alias dicuntur τὰ πράγματα τῆς πόλεως <sup>9)</sup>).

— ἔχων τρίαίαν] novus Neptunus per mare Aegaeum dominaberis. Nimirum fuscina, qua mortales cogas eorumque opes convellas, ipsa tua ars tibi praebuit <sup>10)</sup>. Inversa ratione alibi Neptuni fuscina assimilatur coquorum τορύνη <sup>11)</sup>).

840. πολλὰ χρήματ' ἐργάσει] magnam pecuniam facies <sup>12)</sup>. Cf. πράττεσθαι *exigere* <sup>13)</sup>).

— σείων τε καὶ ταράττων] fuscinam istam quassando socios perterrebis καὶ ξυνητριανώσεις <sup>14)</sup>. Verbum σείειν cum novo huic ἐνοσίχθονι est aptum tum vero sy-

<sup>1)</sup> Thucyd. III 38 § 2; vid. etiam Diodoti illic responsum 42 § 2 et ipsorum Mitylenaeorum verba 11 § 4. — <sup>2)</sup> Aesch. Prom. 613. — <sup>3)</sup> *Après coup*. — <sup>4)</sup> Lucian. II 2, cf. Eupol. fr. 456. — <sup>5)</sup> Vid. ad vs. 1019 et 759. — <sup>6)</sup> Av. 314 Ran. 1253 Hom. A 89 π 438 etc. — <sup>7)</sup> Vid. ad Nub. 551. — <sup>8)</sup> Hermipp. fr. 42. — <sup>9)</sup> Vid. ad vs. 130. — <sup>10)</sup> Cf. vs. 772 et simillimus iocus Eur. Cycl. 343. — <sup>11)</sup> Fr. adesp. 354, quod ad vs. 984 attuli. „Ursprünglich bedeutet der dreizack nichts „weiter als die harpune des thunfisch- oder delphinenjähgers“ (Preller Myth. I<sup>4</sup> coll. Aesch. Sept. 131). — <sup>12)</sup> Cic. Verr. II § 17 Nep. Cim. I § 3. Item nos: *gij zult veel geld maken, you will make much money*. Cf. Herod. I 24 Demosth. LVI § 34 etc. — <sup>13)</sup> Ach. 1211 etc. — <sup>14)</sup> Cf. fr. 24 Eur. Herc. 946 Bacch. 348, τριανούν Pac. 570, ἀνατριανούν Amphid. fr. 14.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ μὴ μεθῆς τὸν ἄνδρ', ἐπειδὴ σοι λαβὴν δέδωκεν  
κατεργάσει γὰρ ῥαδίως, πλευράς ἔχων τοιαύτας.

## SCENA DECIMA SEXTA.

Eidem.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(irridens:)

οὐκ, ὦ ἀγαθοί, ταυτ' ἐστὶ πω ταύτη, μὰ τὸν Ποσειδῶ.

ἐμοὶ γὰρ ἐστ' εἰργασμένον τοιοῦτον ἔργον, ὥστε

845 ἀπαξάπαντας τοὺς ἐμούςς ἐχθρούς ἐπιστομίζειν,

ἕως ἂν ᾗ τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου τι λοιπόν.

843. πω] ποι R alii, hinc τοι Pökel parum probabiliter, utile enim et fere necessarium est πω (cf. Plut. 399). || ταύτη] ταυτί R.

846. τῶν R] τι τῶν cett.

cophantarum artibus. Vid. e. g. fr. 219: ἔσιον, ἤτουν χροματ', ἠπείλουν, ἰσυκοφάντων 1). De verbo ταράττειν autem vid. ad vs. 251, et de similibus potestatis verbis ad vs. 859.

841. λαβὴν δέδωκεν] vid. ad Nub. 551.

842. πλευράς] latera 2).

843. O boni, multum abest ut res istuc processerit! 3) Cf. Plut. 399: οὐκ ἔστι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ. Propius etiam accedunt haec Promethei verba, quae fortasse in mente nunc habet comicus 4): οὐ ταῦτα ταύτη Μοῖρὰ πω τελεσφόρος | κρούναι πέπρωται 5), et Medaeae: κακῶς πράκται πανταχῆ' — τίς ἀντερεῖ; — ἀλλ' οὕτι ταύτη ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ, πω 6).

845. ἐπιστομίζειν] os alicui obturare 7). Cf. Calliclis ad Socratem verba: Πῶλος ὑπὸ σοῦ συμποδισθεῖς ἐν τοῖς λόγοις ἐπιστομίσθη 8).

846. Donec in fori porticu cernentur

victoriae meae monumenta, nihil contra me praevalerunt obtreclatorum verbula. — Nempe in stoa poecile, in cuius parietibus cum alia erant depicta tum fabulosa Thesei cum Amazonibus pugna et Marathonomachorum facinora immortalia, inter cetera ὑπομνήματα τῶν καλῶν ἔργων 9) suspensi erant clipei Lacedaemoniorum Sphacteriae captorum, et multis saeculis post eos vidisse se testatur Pausanias: ἐνταῦθα ἀσπίδες κείνται χαλκαὶ καὶ ταῖς μὲν ἔστιν ἐπιγράμμα ἀπὸ Σκιωναίων καὶ τῶν ἐπικούρων 10) εἶναι, τὰς δ' ἐπαληθιμμένας πίσση, μὴ σφας ὅ τε χρόνος λυμῆνεται καὶ ὁ ἰός, Λακεδαιμονίων εἶναι λέγουσι τῶν ἀλόντων ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ νήσῳ 11). Et digna profecto in paucis haec erant quae diis patriis offerrentur donaria! populus autem ἐξεπλάγη in ipso foro ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάβδα 12). Τοὺς γὰρ Λακεδαιμονίους οὕτε λιμῶ οὐτ' ἀνάγκη οὐδέμιζ τὰ ὕπλα παρα-

1) Item Pac. 639 Teleclid. fr. 2 Antiphont. VI § 43, leg. Gortyn. V<sup>36</sup> αἰ' ... κα χάρτει ἐνοσίη ἢ ἄγγη ἢ φίση. — 2) Longen. — 3) Beste vrienden, zoover is het nog lang niet! — 4) Vid. vs. 759. — 5) Aesch. Prom. 511. — 6) Eur. Med. 364 sq.; vid. etiam Hipp. 41. — 7) Den mond stoppen. — 8) Plat. Gorg. 482 e. Item Aeschin. II § 110 etc.; alio sensu Plut. 379 τὸ στόμα ἐπιρῶσαι dicitur, nempe corrumpendi. — 9) Aeschin. III § 186. — 10) Vid. ad Vesp. 210. — 11) Pausan. I 15. — 12) Ut Eupolidis (fr. 359) verbis utar.

## ΑΛΛΑΝΤΙΟΠΩΛΗΣ.

ἐπίσχες ἐν ταῖς ἀσπίσιν λαβὴν γὰρ ἐνδεδόκασας.  
οὐ γὰρ σε χρῆν, εἴπερ φιλεῖς τὸν δῆμον, ἐκ προνοίας  
ταύτας ἐᾶν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν ἀνατεθῆναι.

848. σε χρῆν R] σ' ἐχρῆν cett.

849. αὐτοῖσι τοῖς] αὐτοῖς V alii.

δοῦναι communis semper fuerat Graecorum opinio <sup>1)</sup>. Sed τοῖς λακωνίζουσι mire displicebant tantae ignominiae documenta publica.

847. ἐπίσχες] cf. Ran. 522.

— ἐν ταῖς ἀσπίσιν] i. e. in voce „ἀσπίσι”.  
Vid. ad vs. 124.

— λαβὴν... ἐνδεδόκασας] cf. Nub. 551.

849. αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν] de pronominis usu vid. ad Vesp. 119. Ad rem autem quod attinet, Spartiatae novarum rerum minime appetentes per saecula complura spreverunt clipeorum ansas sive ὄχανα brachio inserendo, quae a Caribus inventae ferebantur <sup>2)</sup>, apud Athenienses autem aliasque gentes dum in usu erant. Prisco igitur more Spartiatae clipeos non inserto per bina ὄχανα brachio versabant, sed loro de corvico suspenso sustentabant soloque manubrio regebant <sup>3)</sup>, et tertio demum a. C. saeculo Cleomenes rex eos iussit τὴν ἀσπίδα φορεῖν δι' ὀχάνης, μὴ διὰ πόρπακος <sup>4)</sup>. Dorica autem voce <sup>5)</sup> πόρπαξ dicebatur qui apud Homerum audit τελαμών <sup>6)</sup> sive balteus fibulis <sup>7)</sup> scuto annexus <sup>8)</sup>; quod clare ostendunt

Aiacis Sophoclei ad filiolum verba: ἀλλ' αὐτό μοι σύ, παῖ, λαβὴν ἐπάνυμον, | Εὐρύσασκες, ἴσχε διὰ πολυρράφου στρέφων | πόρπακος ἐπιτάριον ἄρρηκτον σάκος <sup>9)</sup>, et veteres interpretes, qui negabant Aiacis scutum πόρπακα habuisse <sup>10)</sup>, hanc vocem cum rotundorum clipeorum ὄχάνοις <sup>11)</sup> confuderunt. Clipeorum autem a Cleone pectus victoriam in stoa poecile suspensorum balteos praesertim oculos Atheniensium, a quorum armis eiusmodi lora aliena erant, in se convertisse, facile intellegimus; aptam igitur nunc iocandi materiem praebent comico. Si vero cum Aelio Dionysio <sup>12)</sup> πόρπακα interpretatur manubrium in clipei parte inferiore, cum alia nascuntur incommoda, tum noster locus quid habeat festivi non video. In ore mulieris Laconicae πορπακισμένος idem valet quod ἐνασπιδωσάμενος <sup>13)</sup>, Pacis autem dea ornatur epitheto iocose poetico μισοπορπακιστάτη <sup>14)</sup>. Infra denique, ubi Cleonymi taxiarchi Atheniensis πόρπαξ commemoratur <sup>15)</sup>, comicus aut prisci alicuius poetae verba <sup>16)</sup> imitatur aut de re nobis ignota iocatur <sup>17)</sup>.

<sup>1)</sup> Thucyd. IV 40 § 1. — <sup>2)</sup> Herodot. I 171. — <sup>3)</sup> Doricum huiusmodi clipeum cerni in clarissima Martis statua, quae Ludovisia vocatur, observarunt Daremberg et Saglio I p. 1251, iisque assentiri se amicus collega Holwerda hac de re interrogatus mihi dixit. Qui clipeus praeter balteum duobus annulis alligatum duo habet manubria; quorum is videtur fuisse usus, ut miles pro re nata modo hoc modo illud manu prehenderet. Cuiusmodi clipei casu περιρρηθῆναι, quod Brasidae aliquando accidit λιποφυγοῦντι (Thucyd. IV 12 § 1), multo facilius poterant quam si brachium ansis duabus satis artis insertum et fere infixum fuisset. Domi autem dum versabantur, ἐξήρουν τῆς ἀσπίδος τὸν πόρπακα, teste Critia apud Libanium II p. 85. — <sup>4)</sup> Plut. Cleom. 11; vid. Helbig Hom. Epos<sup>1</sup> p. 49, 1 et 228, 3. — <sup>5)</sup> Vid. ad vs. 361. — <sup>6)</sup> E 796 A 38 etc. — <sup>7)</sup> πόρπαξ. — <sup>8)</sup> σιδαρόδετος Bacchyl. fr. 46<sup>9</sup>. — <sup>9)</sup> Soph. Ai. 574 sqq. — <sup>10)</sup> Eustath. p. 995, 19. — <sup>11)</sup> Hom. Θ 193. — <sup>12)</sup> Apud Eustath. p. 905, 52. — <sup>13)</sup> Lys. 106. — <sup>14)</sup> Pac. 662. — <sup>15)</sup> Vs. 1372. — <sup>16)</sup> Cf. e. g. Eur. Phoen. 1127 Hel. 1376. — <sup>17)</sup> Citharae ἐπιπόρπακα commemorat Plato com. fr. 10.



- 850 ἄλλ' ἐστὶ τοῦτ', ὃ Δῆμε, μηχάνημ', ἴν', ἦν σὺ βούλῃ  
τὸν ἄνδρα κολάσαι τουτονί, σοὶ τοῦτο μὴ ἐγγένηται.  
ὄραξ γὰρ αὐτῷ στίφος οἶόν ἐστι βυρσοπωλῶν  
νεανιῶν, — τούτους δὲ περιοικοῦσι μελιτοπῶλαι  
καὶ τυροπῶλαι, — τοῦτο δ' εἰς ἓν ἐστι συγκεκυφός.
- 855 ὥστ', εἰ σὺ βριμήσαιο καὶ βλέψαις ὄστρακίνδα,

851. (ἐ)γγένηται R] 'χγένηται cett. (cf. Pac. 346).

853. νεανιῶν] νεανικῶν Halbertsma. || περιοικοῦσι] περιοικοῦσι Geel, περικυκλοῦσι Bergk, περιβομβοῦσι Meineke, περιπολοῦσι Kock. Sed vid. commentarius.

851. ἐγγένηται] cf. Ran. 690. — Riddle Cleon perhibetur non ut splendidae victoriae vivax esset memoria clipeos illos in conspicuo suspendisse, quem admodum Demosthenes e.g. nuper post pugnam ad Olpas trecentas hostium panoplias diis dedicaverat <sup>1)</sup>, sed ut ipsius sectariis ad manum essent arma, si quando cum bonis viris foret depugnandum.

852. Ut Pisistratus suis clavigeris <sup>2)</sup>, sic Paphlago institorum caterva stipatus in medium procedere solet. Cf. feminarum sub virili veste latitantium πλεῖστος ὄχλος ἄφρονος εἰς τὴν πύκνα ἐλθῶν, quas propter candidam cutem σκυτοτόμοις ἤκαζον veri viri <sup>3)</sup>.

853. περιοικοῦσι] hinc apparet hisce omnibus in eodem vico suas fuisse domus; quem extra urbem fuisse situm et per se satis est verisimile et dicitur id in scholiis ad Ach. 724: Λεπρὸς τόπος ἔξω τοῦ ἄστεος ἔνθα τὰ βυρσοεῖα ἦν. In eadem autem vicinia iussu aedilium habitasse venditores caseorum propter graveolentiam molestorum et mellis muscarum agmina allicientis, probabiliter statuit Willems.

854. τοῦτο δ' εἰς ἓν ἐστι συγκεκυφός] et id omne conspirat in unum <sup>4)</sup>, sodalicium

quoddam efficiunt. Cf. fr. adesp. 365: εἰς τὸ φανερὸν μὲν οὐχὶ τολμῶσιν λέγειν, | ὑποτονθορῶζουσιν δὲ συγκεκυφότες, Herodotus: οἱ κακοῦντες; τὰ κοινὰ συγγράφαντες ποιεῦσι <sup>5)</sup>.

855. βριμήσαιο] mussites, stomacheris. Cf. Xen. Cyrop. IV 5 § 9: Cyaxares ἐβριμοῦτο τῷ Κύρῳ καὶ τοῖς Μιθόδοις <sup>6)</sup>.

— βλέψαις ὄστρακίνδα] de nominibus verbo βλέπειν adiunctis vid. ad Ran. 562; nostro vero loco artius etiam cognatus est Ach. 234, ubi senes Dicaeopolidi lapides intentantes βλέπειν Βαλλήραδε dicuntur; praeterea vid. supra vs. 808. Nunc populus ioculariter dicitur ὄστρακίνδα βλέπειν, id est ostracismum mimitari, ut assolet comicus novam vim subdere vocibus vitae communis <sup>7)</sup>. Erat enim ὄστρακίνδα παίειν ludus, quem Plato comicus sic descripsit: εἴζασιν γὰρ τοῖς παιδαγῶσι τοῦτοις, οἱ ἐκάστοτε γραμμῆν | ἐν ταῖσιν ὁδοῖς διαγράφαντες διανεμιμάμενοι δίχ' ἑαυτοῦς | ἐστ' αὖτῶν οἱ μὲν ἐκείθεν τῆς γραμμῆς, οἱ δ' αὖ ἐκείθεν, | εἰς δ' ἀμφοτέρων εἰς μίσον ἐστὼς ὄστρακον αὐτοῖς ἀνήγειν (?), | κῆν μὲν πίπτει τὰ λεύκ' (?) ἐπάνω, φεύγειν ταχὺ τοὺς ἐτέρους δεῖ, | τοὺς δὲ διώκειν <sup>8)</sup>. Quo tamen loco non respici ostracismum <sup>9)</sup> assentior Kockio. Simili ioco Cratinus ludī nomen ἐφρείνδα ad iudiciorum ἐφρείεις; transtulit <sup>10)</sup>. Multa

<sup>1)</sup> Thucyd. III 114 § 1. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 448 sq. — <sup>3)</sup> Eccl. 384. — <sup>4)</sup> En dat schoolt' allemaal samen. — <sup>5)</sup> Herod. III 82; item VII 145. Praeterea vid. Vesp. 570 Phrynich. fr. 3<sup>e</sup>. — <sup>6)</sup> Vid. etiam Soph. Ai. 322? — <sup>7)</sup> Vid. ad Vesp. 353. — <sup>8)</sup> Plat. com. fr. 153. Cf. Plat. Phaedr. 241b Rep. 521c Poll. IX 111 sq. — <sup>9)</sup> Quod sumsit Cobet ad Platon. com. p. 177. — <sup>10)</sup> Cratin. fr. 415.

νύκτωρ καθαρπύσαντες ἄν τὰς ἀσπίδας, θέοντες  
τὰς εἰσβολὰς... τῶν ἀλφίτων ἄν καταλάβοιεν ἡμῶν.

## ΔΗΜΟΣ.

οἴμοι τάλας· ἔχουσι γὰρ πόρπακας; ὦ πόνηρε,  
ὕσον με παρεκόπτου χρόνον τοιαῦτα κρουσιδημῶν.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

860 ὦ δαιμόνιε, μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι, μηδ' οἰηθῆς  
ἔμοῦ ποθ' εὐρήσειν φίλον βελτίον', ὅστις εἰς ὦν  
ἔπαυσα τοὺς ξυνωμότας· καί μ' οὐ λέληθεν οὐδὲν

856. καθαρπύσαντες] κατασπύσαντες R alii.

857. ἡμῶν] \*ἡμῖν?

autem praeterea novimus ludorum nomina in -ίνδα exeuntia: ποσίνδα <sup>1)</sup>, κυνητίνδα <sup>2)</sup>, χαλκίνδα <sup>3)</sup>, κρυπτίνδα <sup>4)</sup>, ψηλαφίνδα <sup>5)</sup>, σχοινοφιλίνδα, πλειστοβολίνδα, διελκυστίνδα <sup>6)</sup> etc. <sup>7)</sup>.

856. καθαρπύσαντες] cf. Eur. Andr. 1122: κρεμαστὰ τεύχη πασσάλων καθαρπύσας <sup>8)</sup>.

857. *Noctu correptis clipeis, qui in porticu sunt suspensi, aditus ad fori locum ubi venundatur farina fortasse occupabunt.* Sic Thebis anno 379 Phyllidae sectarii τῶν ἐκ τῆς στοᾶς ὕπλων καθελόντες ὄπλισιν captivos ab ipsis liberatos <sup>9)</sup>. More solito voce τοῖς ἀλφίτοις significatur locus <sup>10)</sup>; ridicule autem finguntur coniurati non arcem occupantes vel rhyccem citato gradu petentes sed... forum penarium. Vid. loci ubi τὰ ἄλφιστα cum contemptu dicitur victus quotidianus <sup>11)</sup>, et recordemur iocorum de Cleonis epulis <sup>12)</sup>. Ceterum vox militaris est εἰσ-

βολαί, fauces enim montium significat <sup>13)</sup>.

859. παρεκόπτου] cf. vs. 807 et παρακρούειν *descripiendi sensu adhibitum* <sup>14)</sup>.

— τοιαῦτα κρουσιδημῶν] i. e. τὸν δῆμον οὔτω κρούων καὶ σείων καὶ ταράττων καὶ κυκῶν. Vid. infra vs. 1379 adi. κρουστικός, Nub. 318 substantivum κρούσις, et supra ad vs. 251 et 840, de pronomine autem accusativo vid. vs. 878, 1124 etc.

860. μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι] cf. Iocastae de coniuge verba: ἀλλ' ἐστὶ τοῦ λέγοντος, εἰ φόβους λέγοι <sup>15)</sup>. Vid. etiam infra vs. 1118: πρὸς τὸν λέγοντα ἀεὶ κέχηνας, Soph. Phil. 386: πόλις γάρ ἐστι πάσα τῶν ἡγουμένων | στρατός τε σύμπα, quaevis enim civitas omnesque copiae in ducum sunt potestate et horum sententiam sequuntur <sup>16)</sup>.

861. εἰς ὦν] item Plut. 186 et εἰς ὦν μόνος Plut. 948.

862. ἔπαυσα τοὺς ξυνωμότας] vid. ad vs. 330.

— μ' οὐ λέληθεν οὐδὲν] vid. ad vs. 75.

<sup>1)</sup> Xen. Mag. Eq. V 10, = ἀρτιάζειν Ar. Plut. 816. — <sup>2)</sup> *Patertje*, Cratet. fr. 23. — <sup>3)</sup> *Pleiduitje*, Herod. Mimiamb. III 6, cf. ibid. vs. 65. — <sup>4)</sup> *Verstopperlje*. — <sup>5)</sup> *Blindemannetje*. — <sup>6)</sup> *Sluip door*. — <sup>7)</sup> Vid. Poll. IX 110—117 Bekk. Anecd. p. 1353. — <sup>8)</sup> Item ibid. vs. 813. Quod etiam *καθελεῖν* dicitur, e. g. Ach. 1118. — <sup>9)</sup> Xen. Hell. V 4 § 8. — <sup>10)</sup> De quo genere loquendi vid. supra vs. 254 et ad Ran. 1068. — <sup>11)</sup> Nub. 176 etc. — <sup>12)</sup> Vs. 280 sq. etc.; praeterea conferendus est vs. 1060. — <sup>13)</sup> Suam vim obtinet Ach. 1075. — <sup>14)</sup> Plat. Lys. 215c etc. — <sup>15)</sup> Soph. Oed. R. 917. — <sup>16)</sup> Item Aesch. Eum. 738 Eur. El. 1103 etc.; praeterea vid. supra vs. 714, 739 sq. et ad vs. 215.

ἐν τῇ πόλει ξυνιστάμενον, ἀλλ' εὐθέως κέκραγα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

- 865 ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγγέλεις θηρώμενοι πέπονθας.  
 ὅταν μὲν ἡ λίμνη καταστῆ, λαμβάνουσιν οὐδέν'  
 ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,  
 αἰροῦσι. καὶ σὺ λαμβάνεις, ἦν τὴν πόλιν ταράττης.  
 ἔν δ' εἶπέ μοι τοσουτονί· σκύτη τοσαῦτα πωλῶν  
 ἔδωκας ἤδη τουτῶι κάττυμα παρὰ σεαυτοῦ
- 870 ταῖς ἐμβάσιν, φάσκων φιλεῖν;

ΔΗΜΟΣ.

οὐ δῆτα, μὰ τὸν Ἀπόλλω.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἔγνωκας οὖν δῆτ' αὐτὸν οἶός ἐστιν; ἀλλ' ἐγὼ σοι  
 ξεῦγος πριάμενος ἐμβάδων τουτὶ φορεῖν δίδωμι.

ΔΗΜΟΣ.

κρίνω σ' ὅσων ἐγὼ οἶδα περὶ τὸν δῆμον ἄνδρ' ἄριστον

867. Del. Cobet; sed eo omisso nimis abrupta fit sententia, neque αἰρεῖν absolute positum cuiusvis interpolatoris esse videtur. || αἰροῦσι] αἰρουσι(ν) V R etc. (quod an piscatorum fuerit verbum dubitat Lenting; cf. verbi *to rise* usus).

869. τουτῶι κάττυμα] κάττυμα τουτῶ R.

872. ἐμβάδων] -δοιεν Dindorf perperam.

873. σ'] om. R. || ὅσων Bentley] ὅσον (ὄλον) codd. metro invito, ὅσον γ' Ald. (quod quidem sciam) invita sententia. || ἄνδρ' R] ἄντ' cett.; cf. Nub. 1050.

863. κέκραγα] praeter expectatum, nam statim animadverto vel caveo (φυλάττω) dicendum erat potius. Quicquid suspecti oculos meos ferit, aures civium obtundo<sup>1)</sup>.

864. πέπονθας] vid. ad Nub. 234<sup>2)</sup>.

865. καταστῆ] vid. ad Ran. 1003.

866 sq. Vid. ad vs. 309—311 et de particulis ἄνω τε καὶ κάτω ad Nub. 616. Nobis, qui perinde atque Athenienses nautarum piscatorumque sumus natio,

non minus usitata est locutio in *troebel water visschen*.

867. αἰροῦσι] i. e. εὐαγρεσία utuntur<sup>3)</sup>. Cf. proverbium εὔδοιτι κύρτος αἰρεῖ<sup>4)</sup>, quod Cratinus ridicule immutavit<sup>5)</sup>.

868. τοσουτονί] cf. vs. 420.

869. κάττυμα] cf. Vesp. 1160.

870. φάσκων φιλεῖν] item vs. 946.

872. Vid. ad vs. 784.

873. περὶ τὸν δῆμον] vid. ad vs. 812.

<sup>1)</sup> Vid. vs. 312 etc. — <sup>2)</sup> Cum toto versu conferenda essent poetae verba Nub. 559: „ceteri comici in Hyperbolum impetum faciunt τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγγέλων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι,” si sanus esset ille versus. Sed cum apta sententia inde effici nequeat, suspicor nunc vocem τῶν ἐγγέλων illic interpreti deberi. — <sup>3)</sup> Sic etiam nostrates verbo *vangen* absolute posito utuntur. — <sup>4)</sup> Phot. Hesych. Paroemiogr. — <sup>5)</sup> Cratin. fr. 4; vid. etiam Ephipp. fr. 5<sup>2</sup>.

εὐνούστατόν τε τῇ πόλει καὶ τοῖσι δακτύλοισιν.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

- 875 οὐ δεινὸν οὖν δῆρ' ἐμβάδας τοσουτοῖ δύνασθαι,  
 ξμοῦ δὲ μὴ μνείαν ἔχειν ὄσων πέπονθας; ὅστις  
 ἔπαυσα τοὺς βινουμένους, τὸν γρουπὸν ἐξαλείψας.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

- οὐκουν σε δῆτα ταῦτα δεινὸν ἔστι προκκοτηρεῖν,  
 παῦσαι τε τοὺς βινουμένους; κοὐκ ἔσθ' ὅπως ἐκείλους  
 880 οὐχὶ φθονῶν ἔπαυσας, ἵνα μὴ ῥήτορες γένοιτο.  
 τουδὶ δ' ὄρων ἄνευ χιτῶνος ὄντα τηλικούτον,

876. ἔχειν] ἔχειν σ' Blaydes.

877. βινουμένους; R<sup>1</sup>] κινουμένους; V R<sup>2</sup> alii. || γρουπὸν olim quidam] Γρύπτον codd.; Γρύλλον Blaydes, sed proprium nomen non dedisse poetam indicio mihi est articulus.

878. δῆτα] om. V R et plerique, σε ταῦτ' ὦ μαρέ vVelsen; σε δῆτα δεινὸν ἔστι ταῦτα Blaydes.

880. γένοιτο R] γίνονται cett.

881. τηλικούτον] τηλικουτονί codd.

874. τῇ πόλει καὶ τοῖσι δακτύλοισιν] etiam infra ioculariter sic iunguntur incongrua <sup>1</sup>). Pedum autem digiti δάκτυλοι dicuntur etiam Alex. fr. 148: ὁ πρῶτος εὐρὸν μετὰ λυχνούχου περιπατεῖν | τῆς νυκτός ἦν τις κηθέμων τῶν δακτύλων <sup>2</sup>). Cum toto versu cf. Vesp. 445—447.

877. ἔπαυσα] vid. ad vs. 330.

— τοὺς βινουμένους] cf. Nub. 1102.

— τὸν γρουπὸν ἐξαλείψας] nomine illius hominis, cuius nasum aduncum nostis, ex albo civium deleto. — Lex vetabat ne quis ἡταιρηκῶς civium iure uteretur <sup>3</sup>), sed rarissimas Athenis fuisse ἡταιρήσεως γραφάς facile intellegimus. Itaque admirationem nuper moverat Cleon famosum aliquem virum ἐκ τοῦ ληξιαρχικοῦ γραμματείου ἐξαλείψας. Quis autem fuerit adolescens ille, qui ὁ γρουπός <sup>4</sup>) nunc dicitur, nescimus; sed nobilis eum gentis, morum autem dissolutorum fuisse contextus docet. Nam nisi claris nata-

libus fuisset nebulo, quem Cleon capite deminuendum curaverat ὡς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει πεπρακότα, indignum mirum qui coram populo verba faceret magistratave fungeretur, comicus nunc de eo taceret, opinor. Eandem autem ob causam, nisi fallor, non suo nomine designatur sed tectius indicatur cognomento quodam, de quo audiamus Socratem: „puer dilectus si simus est, ἐπίχαρις dicitur ab admiratoribus, τοῦ δὲ τὸ γρουπὸν βασιλικὸν φατε εἶναι, fuscus autem viriles dicitis, candidos divum gnatos” <sup>5</sup>). Cf. etiam Herodae locus, ubi muliercula tabulam pictam admirata „et cetera ad vitam expressa sunt” ait „et ὁ γρουπὸς οὗτος ἄνθρωπος” <sup>6</sup>).

878. ταῦτα . . . προκκοτηρεῖν] i. e. οὕτω τηρεῖν τοὺς προκκοτούς <sup>7</sup>).

879. παῦσαι] vid. ad vs. 330.

880. Vid. ad Nub. 1089.

881. τηλικούτον] hominem id aetatis.

<sup>1</sup>) Vs. 1208, ubi vid. — <sup>2</sup>) Item Vesp. 275 Av. 8. — <sup>3</sup>) Vid. Aeschin. I § 19 sq. — <sup>4</sup>) Si vera haec est lectio. — <sup>5</sup>) Plat. Rep. 474e. — <sup>6</sup>) Herod. Mimiamb. IV 67. — <sup>7</sup>) Cf. vs. 859 et vid. ad vs. 381.

οὐπόποτ' ἀμφιμασχάλου τὸν Ἀἴμον ἠξίωσας,  
χειμῶνος ὄντος· ἀλλ' ἐγὼ σοι τουτονὶ δίδωμι.

(Tunicam Demo induit.)

ΔΗΜΟΣ.

885 τοιουτονὶ Θεμιστοκλῆς οὐπόποτ' ἐπενόησεν.  
καίτοι σοφὸν καὶ ἐκεῖν' ὁ Πειραιεύς· ἔμοιγε μέντοι  
οὐ μείζον εἶναι φαίνεται ἐξεύρημα τοῦ χιτῶνος.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἴμοι τάλας, οἷσις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις!

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐκ' ἀλλ' ὅπερ πίνων ἀνὴρ πέπονθ' ὅταν χεσείη,  
τοῖσιν τρόποις τοῖς σοῖσιν ὥσπερ βλαυτίοισι χρώμαι.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

890 ἀλλ' οὐχ ὑπερβαλεῖ με θωπείαις· ἐγὼ γὰρ αὐτὸν  
προσαμφιῶ τοδί· σὺ δ' οἴμωξ', ὦ πόνηρ'.

(Senem pallio amicare vult.)

884 sq. Cf. vs. 812—818.

887. *πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις*] vid. ad vs. 290 et de voce *πιθηκισμοῖς* ad Ran. 708.

888. *πέπονθε*] vid. ad Nub. 234.

889. Commentarii instar sunt verba Bleyryi in Ecclesiazusis <sup>1)</sup> narrantis se frustra quaesivisse soleas suas, dein cum festinato opus esset, uxoris calceolis pedes inseruisse. Sic *οἱ πίνοντες* <sup>2)</sup> cum a coena surgunt ad ventrem exonerandum, — non enim inter cultiores homines sed inter botularios iam versatur, — quibuscumque calceis arreptis utuntur. Discalceati enim accumbebant veteres <sup>3)</sup>. Solus Socrates *ὁ ἀνυπόδητος* <sup>4)</sup> non solebat poscere soleas, quas non haberet; quamquam et hic cum ab Agathone in coenam esset vocatus, *τὰς βλαύτας ὑπέδησατο* <sup>5)</sup>, ne sordidis scilicet pedibus amici triclinium intraret. Cf.

Hermippi versiculi: (*armis convivio cedunt*), *χλανίδες* δ' οὐλαὶ καταβέβληνται, | *θώρακα* δ' ἕπας ἐμπερονῶνται, | *κνημῖς* δὲ *περὶ* σοφρὸν ἀρθροῦνται, | *βλαύτης* δ' οὐδέεις *ἐτ' ἔρωξ* *λευκῆς*, | *κτέ.* <sup>6)</sup>. A *λακωνικαῖς* *αὐτὸν βλαύτας* sive *βλαυτία* <sup>7)</sup> non multum fuisse diversas apparet coll. Vesp. 1158. Ad locutionem quod attinet, cf. Eur. Or. 769: *οὐχὶ Μενέλεω τρόποισι χρώμεθα*.

890. *ὑπερβαλεῖ*] cf. vs. 56. Ad rem quod attinet, cf. Plat. Rep. 426c: *ἐν ταῖς κακῶς πολιτευομέναις τῶν πόλεων ὃς ἂν τοὺς πολίτας ἡδίστα θεραπεύῃ καὶ χαρίζηται ὑποτρέχων καὶ προγιγνώσκων τὰς σφετέρας βουλήσεις καὶ ταῦτα δεινὸς ἢ ἀποπληροῦν. οὗτος ἄρα ἀγαθὸς τε ἔσται ἀνὴρ καὶ σοφὸς τὰ μεγάλα καὶ τιμῆσεται ὑπὸ σοφῶν*.

891. *τοδί*] sc. *τὸ ἱμάτιον*. — Identidem dubito an isiciarius *suam* stragulam, in qua sedens merces suas venumdare soleat, *suasque* soleas, *suam* denique tu-

<sup>1)</sup> Vs. 313—319 et 344—347. — <sup>2)</sup> *Convivae*. — <sup>3)</sup> Vid. Vesp. 103 Pherecrat. fr. 153 <sup>4-6</sup> Plat. Conv. 213 <sup>b</sup> et ad Nub. 500. — <sup>4)</sup> Vid. ad Nub. 363. — <sup>5)</sup> Plat. Conv. 174a. — <sup>6)</sup> Hermipp. fr. 47. Vid. etiam Anaxil. fr. 18<sup>2</sup>. — <sup>7)</sup> Athen. 338a.



## ΔΗΜΟΣ.

(donum oblatum repellens:)

ἰαίβοι!

οὐκ εἰς κόρακας ἀποφθερεῖ; βύρσης κάκιστον ὄξει.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ τοῦτο δ' ἐπίτηδές σε περιήμπεσχ', ἴνα σ' ἀποπνίξῃ.  
καὶ πρότερον ἐπεβούλευσέ σοι. τὸν καυλὸν οἶσθ' ἐκειῖνον

895 τοῦ σιλφίου τὸτ' ἄξιον γενόμενον;

## ΔΗΜΟΣ.

οἶδα μέντοι.

891. *ἰαίβοι* Dindorf] *αἰβοῖ* codd., quod extra verum collocans (ut Av. 1342) Bentley scribebat ὃ πόνω πονηρέ (cf. Vesp. 466).

892. ;... ὄξει. Kock] ,... ὄζων; codd., ὄζον Lenting.

893. *τοῦτο δ'* vVelsen] *τοῦτ'* codd., *τοῦτό γ'* Bentley. || *περιήμπεσχ'* Meineke] *περιήμπεσχεν* B, *περιήμπισχεν* V cett.; vid. ad Nub. 214. || *ἴνα σ'*] ἴν' V alii.

895. *τοῦ*] τὸν Bentley cum cod. A. || *\*τότ'*] τὸν codd.

nicam de corpore detractam seni obtulerit, Paphlago autem hunc ut aemuletur pallium suum nunc ei porrigat. Sic multo sane vividior erit scena, et coriorum odor facilius explicabitur, quam si Paphlago recens emtam vestem domino nescio unde afferat. Quae tamen admitti nequit suspicio nisi sumimus ficta loquentem isiciarium dixisse *ἠαψάμενος* vs. 784 et *πράμενος* vs. 872.

892. Cf. Philocleon novam vestem spernens in Vespis <sup>1)</sup>.

— *οὐκ εἰς κόρακας ἀποφθερεῖ;*] vid. Nub. 789 et ad Ran. 607. Etiam nostrae fabulae vs. 4 huc facit.

893. *ἐπίτηδες*] vid. Vesp. 391.

— *ἀποπνίξῃ*] cf. Vesp. 1134.

894 sq. *Et antea insidias tibi struxit iste: scis quam vili pretio nuper prostiterit laserpitium?* — Mare mediterraneum totum iam navibus suis reclusum gloriabantur Athenienses, et cum Siculo-

rum caso et porcis Poenorumque stragulis vestibus iam affluebat in Athenarum foro ὃ ἐκ Κυρήνης καυλός <sup>3)</sup>, i. e. laserpitii caules edules. Similes autem in usus adhibebatur hoc olus atque inter nos *rheum*, cuius cum caules eduntur tum radices in medicamentis usurpantur. Erat autem silphii succus <sup>4)</sup> acerrimus <sup>5)</sup>. Sed etiam in condiendis eduliis silphium usurpabatur <sup>6)</sup>, plurimasque eius virtutes qui fuse enumerat inter „eximia naturae dona” refert Plinius <sup>7)</sup>. Scilicet quod rarum carum; nam Plinii aetate in Cyrenaica non iam inveniebatur laserpitium, sed e Media invehebatur <sup>8)</sup>. Athenis vero quo tempore acta est nostra fabula vilescere nuper coeperat largius advectum et in varios vitae usus adhiberi <sup>9)</sup>. Quod Cleoni non laudi sed culpae ridicule nunc vertitur. — De adiectivo *ἄξιον* vid. ad vs. 645.

895. *μέντοι*] *sane!* vid. ad vs. 168.

<sup>1)</sup> Vesp. 1135 sqq.; vid. etiam Vesp. 38. — <sup>2)</sup> Cf. [Xen.] Rep. Ath. 2 § 7. — <sup>3)</sup> Hermipp. fr. 63<sup>4</sup> Herodot. IV 169 Plut. 925, ὃ *Λίβυς καυλός* Antiphan. fr. 217<sup>13</sup>, *καυλός ἐκ Καρχηδόνας* Eubul. fr. 19<sup>3</sup>, cf. 7<sup>3</sup>. — <sup>4)</sup> *Laser*. — <sup>5)</sup> Ar. Plut. 719 Eccl. 404. — <sup>6)</sup> Av. 534, 1579 Eccl. 1169. — <sup>7)</sup> H. Nat. XXII 49. — <sup>8)</sup> XIX 15. — <sup>9)</sup> Cf. Müller Strübing Aristoph. u. die hist. Kritik p. 145.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐπίτηδες οὔτος αὐτὸν ἔσπευδ' ἄξιον γενέσθαι,  
 ἵν' ἐσθίοιτ' ὠνούμενοι, καὶ ἔπειτ' ἐν ἡλιαία  
 βδέοντες ἀλλήλους ἀποκτείνειαν οἱ δικασταί.

## ΔΗΜΟΣ.

νῆ τὸν Ποσειδῶ καὶ πρὸς ἐμὲ τοῦτ' εἶπ' ἀνῆρ Κόπρειος.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

900 οὐ γὰρ τόθ' ὑμεῖς βδεόμενοι δῆ που ἐγένεσθε πυρροί;

## ΔΗΜΟΣ.

καὶ νῆ Δι' ἦν γε τοῦτο Πυρράνδρου τὸ μηχανήμα.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἴοισί μ', ὦ πανοῦργε, βωμολοχεύμασιν ταράττεις!

896. ἔσπευδ' ] ἔσπευσεν R.

897. ἐσθίοιτ' ] -ητ' R alii.

899. Κόπρειος] demoticum esse vidit Böckh.

901. γε R] γε καὶ cett., γὰρ vVelsen. || Post hunc versum haec fere intercideris  
 suspicatur vVelsen: ΑΑΑ. μὰ τοὺς θεούς, ἀλλ' οὐτοσί τις πυρρίας κάκιστος.

902. πανοῦργε] πόνηρε V alii.

896. ἐπίτηδες] vid. ad Vesp. 391.

— ἔσπευδε] nempe „τότε”<sup>1)</sup>. De verbi usu vid. vs. 926 Pac. 672 et cf. σπουδάσαι Ach. 685.

899. Non primum nunc istud audio, sed idem olim mihi dixit vir Κόπρειος; sive e demo Κόπρω oriundus. De cuiusmodi iocis vid. vs. 79 et ad Ran. 427; eidem autem verborum lusui noster indulsit in Ecclesiazusis<sup>2)</sup>. Ridetur nunc suspicacissima plebeculae indoles, etiam absurda crimina cupide arripientis et certissimis scilicet argumentis statim corroborantis.

900. De medii βδεῖσθαι usu vid. ad Nub. 1004 et cum toto versu cf. Ran. 308 Eccl. 329, 1061.

— οὐ... δῆ που... ] vid. ad Ran. 522.

901. Ita sane, et Pyrrhandri quidem manifestum id erat artificium. — Pyrrhan-

drum, quisquis fuit ille, nuper in civium suspicionem incidisse, hic versus fortasse testatur. Nam non e praecedentibus versibus hunc iocum profuxisse, sed excogitatos esse illos versus ut iocum — frigidum satis — nomen hoc proprium posset praebere, id quidem perspicere mihi videor. Sed quoniam Pyrrhandrum nullum novimus<sup>3)</sup>, certi quid praestari nequit. Ipsum Cleonem designari, hunc enim rufum fuisse<sup>4)</sup>, Droyseni est opinio; cui ex parte assensus Müller Strübing coniecit Βυρσάνδρου, — infeliciter sanequam. Πεισάνδρου<sup>5)</sup> autem nomen iocose nunc sic mutatum esse fortasse haud inepte suspicetur quispiam; sed nimis incerta sunt haec omnia.

— καί... γε] vid. ad Ran. 49.

902. βωμολοχεύμασιν] vid. ad Ran. 358.

<sup>1)</sup> Vs. 895. — <sup>2)</sup> Eccles. 317 (et 362). — <sup>3)</sup> πονηρόν καὶ συκοφάντην fuisse de suo opinor affirmat scholiasta. — <sup>4)</sup> Cf. vs. 407. — <sup>5)</sup> Pac. 395 etc.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἦ γὰρ θεός μ' ἐκέλευσε νικῆσαι σ' ἀλαζονείαις.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

905

ἀλλ' οὐχὶ νικήσεις. ἐγὼ γάρ φημί σοι παρέξιν,  
ὦ Λῆμε, μηδὲν δρωῶντι μισθοῦ τρυβλίον ῥοφήσαι.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ δὲ κυλίχγιόν γέ σοι καὶ φάρμακον δίδωμι,  
τὰν τοῖσιν ἀντικνημίοις ἐλκύδρια περιαλείφειν.

(Offert seni pyxidem.)

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ δὲ τὰς πολιὰς γέ σου ἐκλέγων νέον ποιήσω.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδοὺν δέχου κέρκον λαγῶ τῷ ὀφθαλμιδίῳ περιπῆν.

(Seni caudam leporinam praebet.)

903. ἀλαζονείαις Dindorf] -ας R, -α reliqui. Cf. vs. 290.

904. οὐχί] οὐ V alii, οὐ με Ald.

908. γέ] om. V alii.

909. τῷ ὀφθαλμιδίῳ] τῷφθαλμιδία Elmsley metri causa; sed vid. ad Nub. 1066

904 sq. φημί σοι παρέξιν...μισθοῦ τρυβλίον ῥοφήσαι] ioculariter inter se nunc commixtae sunt locutiones παρέξω σοι μισθόν et παρέξω σοι τρυβλίον φακῆς <sup>1)</sup> vel ἀθάρας <sup>2)</sup> ῥοφήσαι. Dicitur autem μισθοῦ τρυβλίον <sup>3)</sup> ut εἰρήνης τρυβλίον Ach. 278, idemque genitivi usus est in verbis τάγγιον τευθίδων <sup>4)</sup>, χύτρα ἀθάρας <sup>5)</sup>, τρυβλίον πιτσάνης <sup>6)</sup>, κένους τρυβλίον <sup>7)</sup>, κάλαθος περὺγων <sup>8)</sup>.

905. μηδὲν δρωῶντι] dum otio perfrueris <sup>9)</sup>. Ne id quidem posthac a te posceatur ut tribunal adeas. Nunc stipem merces sane <sup>10)</sup>, et maiora tibi promisi <sup>11)</sup>;

sed quies a iudiciis procul abest, et nocte intempesta surgendum est ut illuc perveniat: itaque in posterum gratis pabula tibi praebebo.

906. κυλίχγιον...καὶ φάρμακον] i. e. κυλίχγιον φαρμάκου <sup>12)</sup>. A voce κύλιξ ducitur κυλίχγη <sup>13)</sup>, hinc κυλίχγιον, ut a voce πόλις ducta sunt πολίχγη <sup>14)</sup> et πολίχγιον. Idem autem valent ἐξάλεπτρον <sup>15)</sup> et ἀλάβαστος <sup>16)</sup>. Nempe Athenienses καὶ τὴν ἰατρικὴν πυσίδα καλοῦσι κυλικίδα <sup>17)</sup>.

907. ἐλκύδρια] seni ne offensioni sit <sup>18)</sup>, deminutivo hoc utitur, cui similia sunt μελύδριον <sup>19)</sup>, σκελύδριον <sup>20)</sup>, alia.

<sup>1)</sup> Vs. 1007. — <sup>2)</sup> Vs. 1026. — <sup>3)</sup> Een panneltje vacatie. — <sup>4)</sup> Infra vs. 929. — <sup>5)</sup> Plut. 673. — <sup>6)</sup> Alex. fr. 142. — <sup>7)</sup> Cratet. fr. 9. — <sup>8)</sup> Av. 1325. — <sup>9)</sup> Cf. vs. 766. — <sup>10)</sup> Cf. vs. 256. — <sup>11)</sup> Vs. 798. — <sup>12)</sup> Vid. ad vs. 803. — <sup>13)</sup> Fr. 498. — <sup>14)</sup> Herodot. VI 26 Thucyd. VII 4 § 6. Etiam in nomen proprium abiit: Hom. B 557 l. a., Thucyd. VIII 14 § 3. — <sup>15)</sup> Ach. 1063. — <sup>16)</sup> Ibid. vs. 1053. — <sup>17)</sup> Athen. 480 b. — <sup>18)</sup> Theophr. Char. 19. — <sup>19)</sup> Eccl. 883. — <sup>20)</sup> Herod. Mimiamb. IV 89.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

910 ἀπομυζήμενος, ὃ Δῆμ', ἐμοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀποψῶ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐμοῦ μὲν οὖν! ἐμοῦ μὲν οὖν!

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

915 ἐγὼ σε ποιήσω τριη-  
 αρχεῖν ἀναλίσκοντα τῶν  
 σαυτοῦ, παλαιὰν ναῦν ἔχοντ',  
 εἰς ἣν ἀναλῶν οὐκ ἐφέ-  
 ξεις οὐδὲ ναυπηγούμενος·  
 διαμηχανήσομαι θ' ὄπως  
 ἂν ἴστίον σαπρὸν λάβῃς.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀνὴρ παφλάζει! παῦε, παῦ'

910. ἀπομυζήμενος] -μαζήμενος V alii. || Δῆμ', ἐμοῦ] Δῆμέ μου R (ut Thesm. 744).

911. Isiciario totum dat Ald.; in codice V alterum ἐμοῦ μὲν οὖν omissum est, ante versum autem 912 est nota Cleonis. Posterius ἐμοῦ μὲν οὖν R alii Cleoni tribuunt cum versibus sequentibus.

913 sq. ἀναλίσκοντα τῶν σαυτοῦ] del. Cobet, sed idoneis argumentis defendit Vahlen. Etiam vs. 924—926 prius res indicatur, dein rei causa subiungitur.

919—922. Isiciario dedit Bergk, in codd. sunt Chori (Coryphaei); vVelsen Choro dabat vs. 919 sq.<sup>a</sup>, Isiciario vs. 920<sup>b</sup>—922.

919. ἀνὴρ] ἀνὴρ codd. || παῦε, παῦ'] in parenthesi haec collocat Lenting scholiastam secutus.

910. Dignum nunc certe se praestat Paphlago quem demirentur Theori<sup>1)</sup> et quicquid praeterea Athenis est assentatorum. *Capillis meis pro mantili utere, sodes*, seni dicit: χειρομάκρω<sup>2)</sup> χρῶ ταῖς ἐμαῖς θριζίν. Ultimae autem rusticitatis cum sit ἐσθῆτι ἀπομύττεσθαι<sup>3)</sup>, quid dicas de homine qui ad talia praebeat caput suum. Dionysi parasiti regi suo πολλὰκις παρασχέιν τὰ πρόσωπα καταπτύεσθαι feruntur<sup>4)</sup>.

913. τριηραρχεῖν ἀναλίσκοντα] per totum trierarchiae tuae tempus sumtus facere.

915. Id quod iam dictum est clario-ribus etiam verbis iteratur: *navem in quam nunquam non pecuniae aliquid sit impendendum aliquidve sarcinendum.*

918. Docet hic versus trierarchas etiam hoc tempore, perinde atque postea<sup>5)</sup>, non navem tantum accepisse sed etiam τὰ σκεύη τῆς νεῶς ex armamentariis publicis iis fuisse exhibita.

919. παφλάζει] ebullit, effervescit<sup>6)</sup>. Quod apposite de Paphlagone nunc dicitur<sup>7)</sup>; cf. παφλάσματα de verbis tumidis usurpatum<sup>8)</sup>. Item Timocles Hy-

<sup>1)</sup> Vesp. 600. — <sup>2)</sup> Xen. Cyrop. I 3 § 5. — <sup>3)</sup> Theophr. Char. 19. — <sup>4)</sup> Athen. 249f. Etiam Diodori comici fr. 2 conferri potest. — <sup>5)</sup> Demosth. XLVII § 22 sqq. LI § 5. — <sup>6)</sup> *Begint le razen.* — <sup>7)</sup> Item Pac. 314; vid. etiam ad vs. 2. — <sup>8)</sup> Av. 1243.

920

ὑπερζέων. ὑφελκτέον  
 τῶν δαδίων ἀπαρυστέον  
 τε τῶν ἀπειλῶν ταυτηί.

(Ridens Paphlagoni offert suum cochlear.)

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

δῶσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην,  
 ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς.

920. ὑπερζέων] ὑπερζέονθ' Brunck.

921. δαδίων] sic vel δαλίων (cf. Pac. 959) Bentley, δαδίων codd., δὲ τῶν ζύλων Ald.

periden oratorem κόμποις παφλάζειν dixit<sup>1)</sup>.  
 Proprie autem de liquore dicitur hoc  
 verbum<sup>2)</sup>. Similis est usus verborum  
 ὑπερζέειν<sup>3)</sup>, ἐπισζειν effervescere<sup>4)</sup>, ἀποζειν<sup>5)</sup>,  
 ἐξαναζειν<sup>6)</sup>, ζέειν<sup>7)</sup>. Quae omnia de ani-  
 mo commoto sunt dicta<sup>8)</sup>.

— παυε] iteratur etiam Pac. 326: παυε  
 παυ' ὀρχούμενος, praeterea vid. ad Ran. 122.

Etiam Ran. 269 imperativus est repetitus.

920. ὑπερζέων] quod ὑπερβάλλειν dici-  
 tur Herodot. I 59<sup>9)</sup>.

922. ταυτηί] nempe τῇ ζωμηρῶσει<sup>10)</sup>.  
 Minarum spumam supernatantem ex  
 olla effervescente tollendam esse ait  
 isiciarius, nunc quoque artis suae ver-  
 bulis usus. Simillima autem metaphora  
 adhibita Alexis<sup>11)</sup> hominem dixit per-  
 inde atque vinum primo quidem ἀπο-  
 ζέσαι debere atque ἀφουρῶσαι<sup>12)</sup>, et prove-  
 ctiore demum aetate ἀπαρῦθέντα τὴν ἄνω  
 ἐπιπολάζουσαν ἔνοιαν potabilem fieri et  
 sedari<sup>13)</sup>. De verbo ἀπαρῦσαι vid. etiam  
 Herodot. IV 2.

923. Cf. Vesp. 453: ἀλλὰ τοῦτω μὲν  
 τάχ' ἰμῖν οὔποτεον καλὴν δίκην.

924. ἰπούμενος] cf. Aesch. Prom. 365:  
 Τυρῆον ἰαεὶ ἰπούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις  
 ὕπο, item Pindarus Aetnam vocat ἰπον ἠρε-  
 μόεσσαν ἑκατογχεφάλῃ Τουφῶνος ὀβριμῶ<sup>14)</sup>.  
 Est enim ἰποῦν mole vel machina com-  
 primere. Sic Lys. 291 τῶν ζύλων τὸν ὄμιον  
 ἐξῆπώκατον conqueritur coryphaeus, ἐλίσυς  
 μὴ ἐστὶν humerus onere quod gesto. Multo  
 autem fortius est ἰποῦν quam πιέζειν, quo  
 verbo apud Hesychium redditur, quod  
 autem nostro loco dicitur ταῖς εἰσφοραῖς  
 ἰποῦσθαι, id apud Lysiam est πιέζεσθαι  
 ταῖς εἰσφοραῖς<sup>15)</sup>.

— ταῖς εἰσφοραῖς] molestissimae civibus  
 hoc tempore erant εἰσφοραὶ sive tributa  
 extraordinaria, quae Cleon anno 428 aut  
 primum irrogavit<sup>16)</sup> aut post longum  
 annorum intervallum redintegavit<sup>17)</sup>,  
 cum belli sumptus ingentes exhausissent  
 aerarium neque ad damna sarcientiada  
 sufficerent sociorum φόροι<sup>18)</sup>.

<sup>1)</sup> Timocl. fr. 15. — <sup>2)</sup> Hom. N 798 Ar. fr. 498 Cratin. 206 Eubul. 109 Antiphan. 217<sup>4)</sup>; vid. etiam ad Ran. 249. — <sup>3)</sup> Vs. 920. — <sup>4)</sup> Ach. 321 Thesm. 468 Soph. Trach. 840 Eur. Hec. 583 Iph. T. 987 Herodot. VII 13 Babr. 95 vs. 60. — <sup>5)</sup> Alex. fr. 45<sup>3)</sup>. — <sup>6)</sup> Aesch. Prom. 370. — <sup>7)</sup> Soph. Oed. C. 434 Eur. Hec. 1055. — <sup>8)</sup> Ut nostrum ziedende drift. — <sup>9)</sup> Vid. ad vs. praecedentem. — <sup>10)</sup> Antiphan. fr. 249, soepierpel. In scholiis male suppletur: τῇ κοιτάγῃ. Recte interpretatus est Kuster. De omissis autem huiusmodi nominibus vid. ad Ach. 331. — <sup>11)</sup> Alex. fr. 45. — <sup>12)</sup> Jeter sa gourme. — <sup>13)</sup> καταστῆναι, vid. ad Ran. 1003. Item Xenophon iuvenibus ἐπιπολάζειν ὕβριν dixit Rep. Laced. 3 § 2. — <sup>14)</sup> Olymp. IV 11. — <sup>15)</sup> Lys. XXVIII § 3. Vid. etiam Xen. Hellen. VI 2 § 1 ἀποκναίεσθαι χρημάτων εἰσφοραῖς et Antiphan. fr. 204<sup>3)</sup>. Etiam nostra geld afpersen et knevelarijen huc faciunt. — <sup>16)</sup> Id quod e Thucydidis verbis effecerim. — <sup>17)</sup> Sic statuerunt alii. — <sup>18)</sup> Vid. Thucyd. III 19.



925 ἐγὼ γὰρ εἰς τοὺς πλουσίους  
σπεύσω σ' ὅπως ἂν ἐγγραφεῖς.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

930 ἐγὼ δ' ἀπειλήσω μὲν οὐ-  
δέν, εὐχομαι δέ σοι ταδί  
τὸ μὲν τάγηνον τευθίδων  
ἐφροσάναι σίζον, σὲ δὲ  
γνώμην ἐρεῖν μέλλοντα περι  
Μιλησίων καὶ κερδανεῖν  
τάλαντον, ἣν κατεργάσῃ,  
σπεύδειν ὅπως τῶν τευθίδων  
935 ἐμπλήμενος φθαιῖς ἔτ' εἰς

935 sq. ἔτ' εἰς... ἐλθῶν V] ἔτ' εἰς... ἐλθεῖν R et plerique. Similis est lectionis varietas Nub. 1384; vHerwerden πρὶν εἰς... ἐλθεῖν, Zacher ἔτ' ἢ 'ς... ἐλθεῖν (coll. Herodot. VI 108 Xen. Cyrop. I 6 § 39 etc.). Equidem non dubito quin Venetus ipsam poetæ manum servet.

925. εἰς τοὺς πλουσίους] thetes enim liberi erant a tributo hoc solvendo<sup>1)</sup>.

926. σπεύσω σε] de verbo vid. ad vs. 896 et de prolepsi ad Nub. 493.

927—940. Non minas sed „preces” — immo diras! — profert isiciarius. Quibus simillimas et nihilo minus artificiose elaboratas fundit chorus Ach. 1156—1173, Antimacho cuidam pessima quaevis imprecatus itemque a τευθίων factio initio.

929. τευθίδων] de genitivo vid. ad vs. 904 sq. Est autem τευθίς *Ioliginus*<sup>2)</sup>, seriae arte cognata: σύννομον | τῆς κυρονώτου σῶμ' ἔχουσα σηπίας | ξιφηφόροισιν χερσὶν ἐξωπλισμένη | τευθίς<sup>3)</sup>. Apud Aristophanem etiam Ach. 1157 commemoratur.

930. ἐφροσάναι] nempe ἐπὶ τοῦ πυρός; sive ἐπὶ τοῦ ἐπιστάτου<sup>4)</sup>, unde ἀφαιρεῖται cibus ut apponatur coenantibus<sup>5)</sup>.

— σίζον] cf. Polyphemi oculus σίζων

ἐλαίνεω περὶ μοχλῶ. Piscium autem ἐν τηγάνοις σιζόντων haud infrequens apud comicos est mentio<sup>6)</sup>.

931 sq. De *Milesiis* hoc tempore deliberatum esse supra<sup>7)</sup> vidimus; de talento autem, quod lucraturus nunc fingitur Paphlago, idem valet quod de similibus criminibus cunctis<sup>8)</sup>.

933. ἣν κατεργάσῃ] eadem verba leguntur Eccl. 247, idem autem valet ἣν διαπράξῃς<sup>9)</sup>: si effeceris id quod cupiunt qui vocem tuam emerunt.

934—936. Verba sic iungenda: ὅπως φθαιῖς ἔτι ἐλθῶν<sup>10)</sup> εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν τευθίδων ἐμπλήμενος, ut concionem adeas devoratis prius *Ioliginibus* illis, i. e. ut prius etiam devores illas *Ioligines* quam concionem adeas.

935. ἐμπλήμενος] gulosis hominis aviditas bene sic pingitur<sup>11)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. ad Vesp. 41. — <sup>2)</sup> *Pöhl-inktvöisch*, *calmar* hodie dicta Italis. — <sup>3)</sup> Antiphan. fr. 217. — <sup>4)</sup> Av. 437. — <sup>5)</sup> Vid. ad Ach. 1119. Item nostrae coculae de cibus dicere solent *opzetten*, *opstaan*, *afzetten*, *afnemen*. — <sup>6)</sup> Ach. 1158 Teleclid. fr. 10 Alex. 187, cf. etiam Magnet. 1 et Nicostrat. 7. — <sup>7)</sup> Vs. 361. — <sup>8)</sup> Vid. ad vs. 834. — <sup>9)</sup> Plut. 378. — <sup>10)</sup> De notissimo participii post φθάνειν usu vid. Nub. 1384 Plut. 485, 685, 1133 etc. — <sup>11)</sup> Cf. Vesp. 1127 Eccl. 51.

ἐκκλησίαν ἐλθὼν ἔπει-  
 τα πρὶν φαγεῖν ἀνὴρ μεθῆ-  
 κοι, καὶ σὺ τὸ τάλαντον λαβεῖν  
 βουλόμενος ἐ-  
 σθίων ἅμ' ἀποπνιγείης.

940

ΧΟΡΟΣ.

(Cantus.)

εὔ γε, νῆ τὸν Δία καὶ τὸν Απόλλω καὶ τὴν Δήμητρα.

## SCENA DECIMA SEPTIMA.

Eidem.

ΔΗΜΟΣ.

καὶ ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τᾶλλα γ' εἶναι καταφανῶς  
 ἀγαθὸς πολίτης, οἷος οὐδεὶς πω χρόνου

937. ἀνὴρ Lenting] ἀνὴρ codd.

940. ἅμ'] addidit Meineke coll. Eccl. 85, vid. etiam Philetaeri fr. 6; ἰαποπνιγείης Elmsley.

941 sq. Miri numeri; tetrametrum ut efficeret Bergk debebat particulam γε et in fine lacunam significabat, quam verbis. <τάδ' ἠῦζω> explet vHerwerden (coll. vs. 928). Sed neque τάδε pro ταῦτα satis aptum, neque metrum anapaesticum nunc expectatur. Sermone pedestri haec dicta esse perhibet scholion metricum, quod vix tamen est credibile, nam ceteri huiusmodi loci (Ach. 237, 241 Av. 865 sqq., 1661 sqq. Thesm. 295) a nostro sunt diversi; itaque vix dubito quin a cuncto choro magna cum gravitate cantata fuerint haec verba, non a solo coryphaeo recitata.

943. δοκεῖ... εἶναι] δοκεῖ... ἐστὶ Meineke, δοκεῖ... ἦν γὰρ vVelsen. || καταφανῶς] περιφανῶς; Meineke; vid. commentarius.

937. πρὶν φαγεῖν] subiectum (σε) omis-  
 sum est, ut Thesm. 572, vel ut obiectum  
 ibidem vs. 1208.

— ἀνὴρ μεθήκοι] sc. σε, vir ille (qui  
 te corrupt) adsit te petens. De verbo  
 μεθήκειν vid. ad vs. 605.

940. Sic mortem te dignam invenias,  
 ipsa tua avaritia suffocatus; quemad-  
 modum Philoxeno heluoni polypus nimis  
 delicatus necem intulisse fertur <sup>1)</sup>, Phor-  
 misius autem βινῶν ἅμα diem obiiisse  
 supremum et Lais βινουμένη <sup>2)</sup>.

942. Consimilia sunt Demosthenis  
 verba: μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Απόλλω καὶ  
 τὴν Δήμητρα, οὐ ψεύσομαι <sup>3)</sup>, de more  
 autem per tria numina iurandi vid. ad  
 Nub. 1234.

943. καταφανῶς] non redit apud co-  
 micos, qui alias dicere solent περιφα-  
 νῶς <sup>4)</sup>, quod hic quoque fortasse est scri-  
 bendum. Idem apud Thucydidem valet  
 διαφανῶς <sup>5)</sup>.

944. οἷος οὐδεὶς πω] cf. Thucydidis  
 verba: Themistocles apud regem γίνεται

<sup>1)</sup> Athen. 341. — <sup>2)</sup> Philetaer. fr. 6 et 9. — <sup>3)</sup> Demosth. LII § 9. — <sup>4)</sup> Vs 1186 etc. — <sup>5)</sup> Thucyd. II 65 § 8.

945 ἀνὴρ γεγένηται τοῖσι πολλοῖς τοῦ ὀβολοῦ.  
 σὺ δ' ὦ Παφλαγών, φάσκων φιλεῖν μ', ἔσκοροδίσας.  
 καὶ νῦν ἀπόδος τὸν δακτύλιον, ὡς οὐκέτι  
 ἐμοὶ ταμιεύσεις.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(anulum reddens:)

ἔχε τοσοῦτον δ' ἴσθ', ὅτι,  
 εἰ μὴ μ' ἑάσεις ἐπιτροπεύειν, ἕτερος αὖ  
 950 ἐμοῦ πανουργότερός τις ἀναφανήσεται.

945. ἀνὴρ] πολλοῦ Blaydes, ut Plut. 98; in V litterae ἀνὴρ γε sunt in rasura. Sed vid. commentarius.

μέγας<sup>1)</sup> ὅσος οὐδέεις πω Ἑλλήνων<sup>2)</sup>, et Gorgiae apud Platonem dictum gloriosum: οὐδέεις μὲ πω ἠρώτηκε καινὸν οὐδὲν πολλῶν ἑτῶν<sup>3)</sup>.

— χρόνου] insolite pro πολλοῦ χρόνου vel διὰ (πολλοῦ) χρόνου est dictum<sup>4)</sup>. Quamquam et nos dicimus *in geen tijd* (eu) pro *in langen tijd niet*. Cf. etiam *χρόνω tandem*<sup>5)</sup>.

945. τοῖσι πολλοῖς τοῦ ὀβολοῦ] perexigui pretii sunt quae πολλά τοῦ ὀβολοῦ veneunt, ut apuae<sup>6)</sup>; contra τίμιον est τὸ μικρὸν τοῦ ὀβολοῦ πωλούμενον<sup>7)</sup>. Itaque οἱ πολλοὶ τοῦ ὀβολοῦ<sup>8)</sup> sunt *faex plebeculae*, ὁ συρφετός τῆς πόλεως<sup>9)</sup>. Sic scilicet in comici ore audit civitas, in qua non οἱ ἄριστοι praepolleant sed οἱ πολλοί. Dignissimus qui conferatur est Vesparum locus<sup>10)</sup>, ubi Euathlus et Cleonymus quique eorum sunt similes dicuntur οἱ „οὐχὶ προδώσω τὸν Ἀθηναίων κολοσυρτόν”.

946. φάσκων φιλεῖν μ' ἔσκοροδίσας] tu,

*qui amare me perhibes, bilem mihi movisti*. De verbo *σκοροδίσας* vid. ad vs. 494, verba autem *φάσκων φιλεῖν* etiam vs. 870 sunt dicta. Alienum hinc est quod observant Casaubonus et Berglerus<sup>11)</sup>, *φιλεῖν* etiam *osculari* significare; non enim eius qui *φάσκει φιλεῖν*, sed eius qui revera φιλεῖ, displicere possunt basia.

947 sq. *Tamque anulum meum mihi redde, non enim dispensatore (ἐπιτρόπῳ) te utar posthac*<sup>12)</sup>. — Promus condus sigillo domini sibi credito litteras obsignabat quaeque servanda erant *ἐσήμειναι* sive *σφραγίδα ἐπίβαλλεν*<sup>13)</sup>. Quod urbis claves et sigillum publicum, in quo noctua vel gorgoneum expressum fuisse videntur, uni quotidie τῶν πρυτάνεων credebatur, qui dicebatur *ἐπιστάτης*<sup>14)</sup>, id huc non facit<sup>15)</sup>.

948. ἔχε] cf. vs. 51.

949. ἐπιτροπεύειν] vid. vs. 212.

— ἕτερός... τις] cf. Nub. 34.

1) Codd. μέγας καὶ. — 2) Thucyd. I 138 § 2. — 3) Gorg. 448a. — 4) Vid. ad Vesp. 1252. — 5) Lys. XIII § 83 etc. — 6) Sic alias *δέκα τοῦ ὀβολοῦ* a comici dictum fuit *ἐπὶ τῶν μηθηνός ἀξίων* (fr. adesp. 763), et vilissimam polentam Antiphanes vocavit *τὴν πλείστην τοῦ ὀβολοῦ μᾶζαν* (fr. 135); vid. etiam Timocl. fr. 18<sup>3</sup> Av. 1079. — 7) Vid. Eupol. fr. 185. — 8) *De „honderd om een dubbeltje”*. Cf. supra vs. 73. — 9) Vesp. 673. — 10) Vesp. 666. — 11) Coll. Horat. Epod. 3 et Thesm. 494. — 12) De verbi *ταμιεύειν* usu vid. Lys. 493, 495 Thesm. 419 Eccl. 600, et cf. *ταμίαις* Vesp. 613, *ἐπιτροποι καὶ ταμίαι* Eccl. 212. — 13) Lys. 1198 Thesm. 415 Eur. Or. 1108 Herc. 53 fr. 762 Xen. Hell. V 1 § 30 etc. — 14) Vid. [Aristot.] Rep. Athen. 44 § 1. — 15) Praeterea videantur quae de hoc loco in Prolegomenis sunt observata.

## ΔΗΜΟΣ.

οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ δακτύλιός ἐσθ' οὐτοσί  
οὐμός· τὸ γοῦν σημεῖον ἕτερον φαίνεται,  
ἀλλ' ἢ οὐ καθορῶ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

φείρ' ἴδω.

(Anulum a scene acceptum inspiciens:)

τί σοι σημεῖον ἦν;

## ΔΗΜΟΣ.

δημοῦ βοεῖου θροῖον ἐξωπτημένον.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

955 οὐ τοῦτ' ἔνεστιν.

## ΔΗΜΟΣ.

οὐ τὸ θροῖον; ἀλλὰ τί;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

λάρος κεχηνὸς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν.

## ΔΗΜΟΣ.

αἰβοῖ τάλας.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί ἔστιν;

## ΔΗΜΟΣ.

ἀπόφερ' ἐκποδῶν.

955. τοῦτ' ἔνεστιν R] τοῦτό γ' ἔστιν V et plerique.

953. ἀλλ' ἢ οὐ καθορῶ] Cf. Thesm. 97 sq.: ἀλλ' ἢ τυφλός· μὲν εἰμ'· ἐγὼ γὰρ οὐχ ὄρω | ἀνδρ' οὐδέν' ἐνθάδ' ὄντα, Κυρήνην δ' ὄρω. Praeterea de particulis ἀλλ' ἢ vid. vs. 1162 et ad Ran. 928.

954. Verborum huic lusui — quem multis hodie, ut mihi, frigere suspicor — etiam Vesp. 40 noster indulsit, qui totus conferendus est locus. Verbum θροῖον tetigi ad Vesp. 436 et Ran. 134, δήμου autem θροῖον etiam Ach. 1102 comme-

moratur <sup>1)</sup>. Compositum ἐξοπτῶν vs. 1204 (?) redit <sup>2)</sup>.

955. ἔνεστιν] cf. vs. 122.

956. Vid. ad vs. 313 et ad Nub. 591; πέτρα nunc non tota dicitur Pnyx <sup>3)</sup> sed τὸ βῆμα sive ὁ λιθός <sup>4)</sup>, unde verba faciebant ad populum. Apud Matronem τὸν παροδόν Homericā dictione festive utentem Chaerephon parasitus dicitur πευῶντι λάρω θρεῖθι λοιπῶς, | νήστῃς, ἀλλοτρίων ἐν εἰδῶς δειπνοσυνῶν <sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> Post Elmslei emendationem. — <sup>2)</sup> Praeterea vid. Ach. 1005 Pherecrat. fr. 108<sup>10</sup> Teleclid. 1<sup>7</sup> Enbul. 15<sup>8</sup>. — <sup>3)</sup> Ut vs. 754 et alibi. — <sup>4)</sup> Pac. 680 Eccl. 87, vid. etiam Thesm. 529 et ad Ach. 683. — <sup>5)</sup> Athen. 134e.

οὐ τὸν ἐμὸν εἶχεν, ἀλλὰ τὸν Κλεωνύμου.  
 παρ' ἐμοῦ δὲ τουτονὶ λαβῶν ταμίευέ μοι.  
 (Alium anulum tradit isiciario.)

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

960 μὴ δῆτά πώ γ', ὧ δέσποτ', ἀντιβολῶ σ' ἐγώ,  
 πρὶν ἄν γε τῶν χρησμῶν ἀκούσης τῶν ἐμῶν.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ τῶν ἐμῶν νυν.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' ἐὰν τούτῳ πίθῃ,  
 μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κῆν γε τουτῶν,  
 ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυρρίνου.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

965 ἀλλ' οἳ γ' ἐμοὶ λέγουσιν ὡς ἄρξαι σε δεῖ  
 χώρας ἀπάσης ἔστεφανωμένον ῥόδοις.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οἳ ἐμοὶ δέ γ' αὖ λέγουσιν ὡς ἄλουργίδα

958. Κλεωνύμου] de hoc homine vid. ad Nub. 353.

960. μὴ... πώ γε] vid. ad Nub. 196.

961. Paphlagonis vaticinia etiam fabulae initio commemorata sunt <sup>1)</sup>.

962. ἐὰν τούτῳ πίθῃ] si isti (eiusque oraculis) aurem praeberis.

963. μολγὸν] utrem bovinum sic dictum esse ait Pollux <sup>2)</sup>, addens Aristophanem χρησμόν τινα παίζοντα hoc verbo usum esse in versu: μὴ μοι Μηναίους αἰνεῖτ' <sup>3)</sup>, ἢ μολγοὶ ἔσσονται <sup>4)</sup>. Nempe et illic et nostro loco <sup>5)</sup> comicus respicit oraculum, quod Theseo eiusque urbi olim datum esse ferebatur: ἄσκός γάρ ἐν οἴματι ποντοπορεύσῃ et postea a Sibylla

his verbis esse iteratum: ἄσκός βαπτίῃ, δῶναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστί <sup>6)</sup>. Etiam in Agricolis fabula oraculum illud tangens noster voce μολγῶ est usus <sup>7)</sup>. Quod autem voci ἄσκῶ his locis iocose substitutum est μολγός, inde efficio talem demum utrem, cuius corium esset attritum, μολγὸν esse dictum. Quod nomen in homines μοχθηροὺς translatum esse docet priscus aliquis grammaticus in scholiis, fortasse Crates; sed corruptissima haec extant.

964. μυρρίνου] ut μύρρον et σῦκον et κριθὴ et βάλανος et λευμών <sup>8)</sup> et alia hoc nomen ad pudenda est translatum.

967. ἄλουργίδα] paludamentum ρυρμ-

<sup>1)</sup> Cf. vs. 61. — <sup>2)</sup> Poll. X § 187. — <sup>3)</sup> αἰνεῖν? — <sup>4)</sup> Fr. 694. — <sup>5)</sup> Vid. etiam vs. 1067. — <sup>6)</sup> Plut. Thes. 24 Pausan. I 20 § 4. — <sup>7)</sup> Teste Symmacho in scholiis, qui ipsa comici verba affert (fr. 101), misere tamen corrupta. — <sup>8)</sup> Eur. Cycl. 171.



ἔχων κατάπαστον καὶ στεφάνην ἐφ' ἄρματος  
χρυσοῦ διώξει . . Σμικύθην καὶ Ἀγυρρίον.

968. στεφάνην] στέφανον Meineke, illud enim de femineo ornatu dici (Eecl. 1034 et saepius apud alios). Sed vid. commentarius.

969. διώξει Elmsley] -ξεις codd. || Ἀγυρρίον Dindorf] κύριον codd.; nomen proprium in codicum lectione latere certum duco. Quod qui primus sensisse videtur Reiske, καὶ Πυρρίαν proponebat, minime sane absurde. Vid. commentarius.

reum<sup>1)</sup>. Dicebatur etiam φοινικίς<sup>2)</sup> vel ξυστίς<sup>3)</sup>. Nempe ἀλουργής<sup>4)</sup> vocabatur lana purpura tincta<sup>5)</sup>. Quod ubi secundum artis praecepta fit, δευσοποιός; exinde est color, et sine detrimento lavari possunt vestimenta inde confecta; sin minus, „ἐξίτηλοι“ evadunt πορφυροίdes<sup>6)</sup>. Hinc δευσοποιὸν πονηρίαν Dinarchus dicit improbitatem ἀνέκπλυτον, quae nullis purgaminibus possit deleri<sup>7)</sup>, et nostro perfrictae frontis nebulo audit περιαλουργός; τοῖς κακοῖς<sup>8)</sup>.

968. κατάπαστον] i. e. πεποικιλμένην, ποικίλην, vestem pictam: δίπλαξα πορφυρομένη. πολλὰ δαίδαλα ἔχουσαν ἐμπασμένα. Nam πάττειν in vetusta certe lingua est ποικίλλειν<sup>9)</sup>.

— στεφάνην] hac voce, quae alibi *feminarum* ornamentum significat<sup>10)</sup>, iocose nunc designatur priscus ornatus, qui infra vs. 1331 τὸ ἀρχαῖον σχῆμα μαθραθοναχόρου dicitur<sup>11)</sup>.

969. Post διώξει expectatur *hostium* mentio; sed ioco usus, quem etiam Ach. 699 et Vesp. 1207 admisit, comicus enunciatum detorquet in verbi διώκειν

usum forensem; duorum enim *civium* subiungit nomina, significans igitur dignissimos hos esse qui rei fiant. *Smicythum* illum, quem anno 424/3 scribam τῶν ταμιῶν τῆς θεοῦ fuisse testantur lapides, huc refert Müller Strübing<sup>12)</sup>, litis autem Smicythae alicui olim intentatae mentionem facit Demosthenes<sup>13)</sup>; fortasse igitur hic homo intellegendus. *Agyrrhius* aliquot annis post in rep. administranda magnas egit partes, quo tempore auctor extitit ut etiam concionantibus, perinde atque iudicibus, tribueretur merces diurna<sup>14)</sup>. Nunc igitur inter Cleonis assecclas bonis viris infestos commemorari potuit. Non tamen constat Aristophanem hoc loco usum esse eius nomine, quod e coniectura est scriptum; nam etiam altera quae proposita est lectio: Σμικύθην καὶ Πυρρίαν<sup>15)</sup> habet quod placeat. — Id quidem certum est, nugari scholiastam illum, qui Smicythen pro Thracio regulo habeat, et deteriora etiam duco quae ad traditam vocem κύριον defendendam a veteribus sunt prolata<sup>16)</sup>.

1) ἀλουργαῖον fr. 741. — 2) Ach. 320 etc. — 3) Vid. ad Nub. 70. — 4) ἀλοφειγής. — 5) πορφυροβαφής. — 6) *Verschieten*: Xen. Oecon. X § 3. — 7) Dinarch. II § 4. De adiectivo δευσοποιῶν vid. praeterea Plat. Rep. 429e Alex. fr. 141<sup>9)</sup> Diphil. fr. 72 Ruhnck. ad Tim. s. v. — 8) Ach. 856. Nos: *door de wol geleverd*. — 9) Hom. I 126 X 441; vid. etiam Ξ 179 et ad Nub. 912, supra vs. 99 et 502. — 10) Etiam apud nostrum, Eecl. 1031. Vid. ad Hom. Σ 597. — 11) Poetae igitur mentem vernacule bene reddas sic: *met een gebloemde japon aan en een oorijzer op het hoofd*. — 12) Aristoph. u. die hist. Kritik p. 339. — 13) Demosth. XIX § 191. — 14) [Aristot.] Rep. Ath. 41 § 3, schol. Eecl. 102; praeterea vid. ad Ran. 367. — 15) *Jan-rap en zijn maat*. Est enim vulgare nomen *Smicythes* (vel *-thus*): Eecl. 293 Vesp. 401 Eecl. 46 Pherecrat. fr. 32; cf. *Smicrines* comoediae novae nomen, Alex. fr. 76. De voce autem *πυρρία* vid. ad Ran. 730. — 16) Schol.: ὡσπερ ἐν ταῖς εἰσαγωγαῖς τῶν ἐγκλημάτων κηρύττειν εἰώθασιν, ἐπειδὴν γυναικὶ ἐπιφέρειται ἔγκλημα. οὕτω γὰρ

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

970 καὶ μὴν ἔνεγκ' αὐτοὺς ἰών, ἴν' οὐτοσὶ  
αὐτῶν ἀκούσῃ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

πάνυ γε.

## ΔΗΜΟΣ.

καὶ σύ νυν φέρε.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἰδοῦ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδοῦ, νῆ τὸν Δί· οὐδὲν κωλύει.

(Paphlago domum intrat, Isiciarius dextrorsum abit, suas  
in urbe aediculas petens.)

## ΧΟΡΟΣ.

Stropha (vs. 973—984).

ἥδιστον φάος ἡμέρας

ἔσται τοῖσι παροῦσι καὶ

975

πᾶσιν τοῖς ἀφικνουμένοις,

970 sq.<sup>a</sup> Choro (Coryphaeo) dedit Enger, in codd. sunt Demi (sic habet R) vel Cleonis (quod est in V).

970. ἰών] εἰσιών V alii.

971. πάνυ γε] cum reliquis verbis huius versus Isiciario tribuit Lenting (coll. Ach. 342 Vesp. 457), Demo Enger. || νυν] δὴ Ald.

972. Totum Cleoni tribuebat Meineke, ἰού ἰού legens; nimis audacter Bergk K.A. ἴω; ΑΛΛ. ἴω; ΔΗΜ. νῆ τὸν Δί, οὐδὲν κωλύει, Blaydes K.A. ἰδοῦ. ΑΛΛ. ἰδοῦ. ΔΗΜ. θεοῖτ' ἄν. Κ.Α. ΚΑΙ ΑΛΛ. οὐδὲν κωλύει.

974. τοῖσι] τοῖσιν V, τοῖς R; \*τοῖς τε?

975. In codd. est τοῖσιν ἀφικνουμένοισιν, Dobree addidit πᾶσιν (post παροῦσι id collocans). Bentley coniecit τοῖσι δεῦρ' (Porson καὶ δεῦρο τοῖς) ἀφικνουμένοις, Cobet τοῖσιν εἰσαφικνουμένοις (ut Plat. Menon. 92e Xen. Redit. III § 12 V § 1), vVelsen τοῖς ἀφίξοιμοις, κακῶς.

970. ἔνεγκε ... ἰών] vid. ad Nub. 1212.

972. Cf. vs. 723. — Domum suam abire fingitur isiciarius teste vs. 1001.

973. φάος] poetica forma in canticis redit Av. 1748 Ran. 1529 et in parodia

Ach. 1185<sup>1</sup>). „Παρά τὰ Εὐριπίδου“ haec dicta esse perhibet scholion, nullo tamen Euripidis loco allato.

975. τοῖς ἀφικνουμένοις] peregrinis huc adventantibus<sup>2</sup>).

προκαλεῖσθαι εἰώθασιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ· ἢ δέττα καὶ ὁ κύριος“ τουτέστιν ὁ ἀνήρ. ἅμα οὖν ὧ; γυναικῶδη τὸν Σμικύθην κωμωθεῖ. — <sup>1</sup>) Cf. φέγγος infra vs. 1319. — <sup>2</sup>) Cf. Av. 1418.

ἦν Κλέων ἀπόληται.  
καίτοι πρεσβυτέρων τινῶν  
οἴων ἀργαλεωτάτων  
ἐν τῷ Δείγματι τῶν . . . δικῶν  
ἤκουσ' ἀντιλεγόντων,  
ὡς εἰ μὴ ἐγένεθ' οὔτος ἐν  
τῇ πόλει μέγας, οὐκ ἂν ἤ-  
στην σκεύει δύο χρησίμου,  
δοίδυξ οὐδὲ τορύνη.

980

976. Κλέων] οὐτός γ' Keck, Cleonem enim suo nomine alibi in hac fabula non designari. At nunc in scena non adest Paphlago, *ἐκείνος*; igitur dicendum esset.

981. ἐγένεθ' ] γένοιθ' codd.

983. σκεύει] σκεύη codd.; vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.<sup>2</sup> p. 103.

976. Commentarii instar est Thucydidis testimonium de optimatium quae anno 425 ergo Cleonem fuit mente: *Cleonis Pylum aggressuri consilia haud ingrata fuere τοῖς σώφροσι τῶν ἀνθρώπων, λογιζομένοις θνοῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἐτέρου τεύξεσθαι, ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγέσθαι, ὃ μᾶλλον ἤλπίζον, ἢ ἀραλεῖσι γνώμης Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσεσθαι*<sup>1)</sup>. Necdum deferbuisse illud odium videmus, neque aliter senserunt postea, cum in Thraciam cum copiis profectus est Cleon<sup>2)</sup>.

978. οἴων] eodem sensu quo *ὄτι* additur superlativo<sup>3)</sup>.

979. Dicebatur Δείγμα<sup>4)</sup> stoa ubi rerum promercialium *specimina*<sup>5)</sup> solebant exponi. Notissimum autem erat Piraei Δείγμα portui adiacens, quo multi semper confluebant emturientes, crebrasque ibi, ut in foro, fuisse otiosorum hominum confabulationes quivis intellegit<sup>6)</sup>. Etiam aliis urbibus suum fuisse Δείγμα disertis testimoniis constat<sup>7)</sup>, sed *litium*

Δείγμα nusquam fuit, nec nisi iocoso quodam linguae lapsu potuit dici; sunt autem intellegendae *σανίδες λευκοκωμένα* seriem causarum proximo tempore diudicandarum exhibentes. Illuc crebro confluentes senes heliastae<sup>8)</sup> Cleonem patronum suum collaudare solent.

980. ἀντιλεγόντων, ὡς] *qui in contrariam partem disputantes perhibebant*<sup>9)</sup>.

984. Quemadmodum malignus sycophanta *κατῆρ κακῶν et τριπτήρ δικῶν* audit<sup>10)</sup>, sic *εἰρ. δοίδυξ* sive *psittillum*<sup>11)</sup> atque *τορύνη* sive *cochlear*<sup>12)</sup> dicitur nunc turbulentus demagogus, quem chorus *βορβοροτάραξιν* vocavit supra<sup>13)</sup>. Digna quae praeterea conferantur sunt verba coloris Aristophanei: *Neptunus mare turbavit ὡσπερ τορύνην τὴν τρίαιναν ἐμβαλῶν*<sup>14)</sup> et: *ἀναδοιδυκίζειν*<sup>15)</sup> i. e. *ἀναταράττειν*. Verbum *τορύνειν* infra legitur<sup>16)</sup>.

— οὐδέ] negligentius pro *καὶ* particula hoc est dictum, quasi *οὐκ ἂν ἦν δοίδυξ* praecesserit<sup>17)</sup>.

<sup>1)</sup> Thucyd. IV 28. — <sup>2)</sup> Vid. Vesp. Prolegom. p. XXXII sq. — <sup>3)</sup> Item Ach. 384 Xen. Anab. IV 8 § 2 Plat. Conv. 220 b etc. — <sup>4)</sup> Bazar. — <sup>5)</sup> Ach. 938 Meandr. fr. 95 etc. — <sup>6)</sup> Cf. Xen. Hell. V 1 § 21, Demosth. XXXV § 29 I § 24, Lys. fr. c. Tisidem, Polyæn. VI 2 § 2. — <sup>7)</sup> Vid. e. g. Polyb. V 88. — <sup>8)</sup> Cf. Vesp. 349 (Nub. 779). — <sup>9)</sup> Cf. Plut. 593 vel Herodot. VIII 77. — <sup>10)</sup> Ach. 937. — <sup>11)</sup> Vesp. 938. — <sup>12)</sup> Av. 78 sq. — <sup>13)</sup> Vs. 309, ubi vid. — <sup>14)</sup> Fr. adesp. 354. — <sup>15)</sup> Fr. adesp. 926, vid. etiam fr. 973; nos: *de psenitjes orsheppen*. — <sup>16)</sup> Vs. 1172. — <sup>17)</sup> Vid. ad *μηδέ* vs. 580.

- Antistropa (vs. 985—996).
- 985 ἄλλὰ καὶ τόδ' ἔγωγε θαν-  
μάζω τῆς ὁμοουσίας  
αὐτοῦ. φράσι γὰρ αὐτὸν οἱ  
παῖδες, οἱ ξυνεφοίτων,  
τὴν δωριστὶ μόνην ἔναρ-  
μότεσθαι θαμὰ τὴν λύραν,  
990 ἄλλην δ' οὐκ ἐθέλειν μαθεῖν.  
κῆ̄τα τὸν κιθαριστὴν  
ὄργισθέντ' ἀπάγειν κελεύ-  
ειν, „ὡς ἀρμονίαν ὁ παῖς  
995 οὔτος οὐ δύναται μαθεῖν  
ἦν μὴ δωροδοκιστί.“

989. ἐναρμόττεσθαι Dindorf] ἀρμόττεσθαι codd.; ἢν ἀρμόττεσθαι Ald.

996. δωροδοκιστί V<sup>1</sup> R] -κησι V<sup>2</sup> alii, qui neque probus est terminus, nam -κησι dicendum foret (et sic habent pauci), neque festivus, nam parum est similis adverbiis δωριστὶ λυδιστὶ ceteris.

985 sq. De structura vid. ad vs. 787.

986. ὁμοουσίας] vid. ad Nub. 1001.

988. ξυνεφοίτων] vid. Plat. Euthydem.

272c: οἱ παῖδες οἱ συμφοιτηταί μου vel Cleocriti apud Xenophontem verba: συγχορευταὶ καὶ συμφοιτηταὶ γεγενήμεθα καὶ συστρατιῶται<sup>1)</sup>, et ad Nub. 916.

989. τὴν δωριστὶ] sc. ἀρμονίαν. Cf. Lachetis verba apud Platonem: κομιδῆ μοι δοκεῖ μουσικὸς<sup>2)</sup> ὁ τοιοῦτος εἶναι, ἀρμονίαν καλλίστην ἱρμωσμένο<sup>3)</sup>, οὐ λύραν οὐδὲ παιδίᾳς ὄργανα ἀλλὰ τῶ ὄντι ζῆν ἱρμωσμένο; αὐτὸς αὐτοῦ τὸν βίον σύμφωνον τοῖς λόγοις πρὸς τὰ ἔργα, ἀτεχνῶς δωριστὶ, ἀλλ' οὐκ ἴαστί, οἶμαι δὲ οὐδέ<sup>4)</sup> φρυγιστὶ οὐδέ λυδιστὶ, ἀλλ' ἤπερ μόνῃ Ἑλληνικῇ ἔστιν ἀρμονία<sup>5)</sup>. Activo ἐναρμόττειν utitur Pindarus, de

ipsa Musa locutus: Μοῦσα... παρέστα μοι... ἐναρμόζαι<sup>6)</sup>, sed mortales cum suam lyram parant eam ἐναρμόττονται. Aeolicam harmoniam prae ceteris laudat Pratinas: μήτε σύντονον δίωκε μήτε τὴν ἀνειμέναν Ἰαστί μοῦσαν, ἀλλὰ τὴν μέσαν νεῶν ἄρουραν αἰόλιζε τῶ μέλει<sup>7)</sup>.

992. κιθαριστῆν] vid. ad vs. 188 sq. et Nub. 964.

993 sq. Aut ad ipsum puerum „ἄπαγε“ dixit ludimagister iratus: „quoniam proripis te“, aut ad eius paedagogum: „ἄπαγε αὐτόν“<sup>8)</sup>. De transitu ab indirecta oratione ad directam vid. ad vs. 668 sq.

996. δωροδοκιστὶ] adv. iocose fictum; cf. Cratini dea Λωρῶ συκοπέδιλος<sup>9)</sup> et de verbo δωροδοκεῖν vid. ad Ran. 361.

<sup>1)</sup> Xen. Hell. II 4 § 20. — <sup>2)</sup> I. e. *cultus homo*, supra vs. 191. — <sup>3)</sup> Cf. vs. 1236. — <sup>4)</sup> *Nedum*. — <sup>5)</sup> Lach. 188 d. Cf. etiam 193 d Rep. 398 e sq. a; praeterea vid. ad Nub. 968 et ad Ran. 1314. — <sup>6)</sup> Ol. III 9. — <sup>7)</sup> Apud Athen. 624 f. Quae verba cum Aristot. Polit. VIII 7 § 4 sunt conferenda, haud scio autem an sic sint scribenda: μήτε σύντονον δίωκε μήτ' ἄγαν ἀνειμέναν | τὴν μέσαν νεῶν ἄρουραν αἰόλιζε τῶ μέλει. Nam difficile est non agnoscere tetrametros. — <sup>8)</sup> Hoc cum Kockio puto. — <sup>9)</sup> Supra vs. 529.

## SCENA DECIMA OCTAVA.

Demus, Paphlago, Isiciarius, Chorus.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(voluminibus onustus rediens:)

ἰδοὺ θείασαι! κοῦχ ἅπαντας ἐκφέρω.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(maiores etiam vim voluminum secum trahens:)

οἴμ', ὡς χερείω! κοῦχ ἅπαντας ἐκφέρω.

ΔΗΜΟΣ.

ταυτὶ τί ἐστί;

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

λόγια.

ΔΗΜΟΣ.

πάντ';

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐθαύμασας;

1000

καὶ νῆ Δί' ἔτι γέ μοι ἐστί κιβωτὸς πλέα.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐμοὶ δ' ὑπερῶον καὶ ξυνοικία δύο.

ΔΗΜΟΣ.

φέρ' ἴδω, τίνος γάρ εἰσιν οἱ χορημοὶ ποτε;

997. ἰδοὺ θείασαι] item Ach. 366 Eur. Herc. 1131, ἰδοὺ θεῶ Vesp. 1170, ἰδοὺ θεῶ Soph. Trach. 1079.

998. Vid. ad Ran. 1 sqq. et 8.

999. πάντα;] cunctane ista volumina vaticiniis sunt impleta?

— ἐθαύμασας] vid. Nub. 185 et ad Nub. 174.

1001. Vox ὑπερῶον, quae apud Homerum frequens est, apud nostrum redit

Ecel. 698 Plut. 811<sup>1)</sup>; ξυνοικία autem sive *insula* commemoratur etiam Thesm. 273 et fr. 133. Cuius vocis vim optime his verbis exponit Aeschines<sup>2)</sup>: ὅπου πολλοὶ μισθωσάμενοι μίαν οἰκίαν διελόμενοι ἔχουσι, συνοικίαν καλοῦμεν, ὅπου δ' εἰς ἐνοικεῖ οἰκίαν<sup>3)</sup>. Dicit igitur isiciarius sibi aedicularum suarum partem superiorem duasque domus praegrandes mercede conductas oraculis plenas esse insuper.

<sup>1)</sup> Cf. etiam Lys. I § 22 etc. — <sup>2)</sup> I § 124. — <sup>3)</sup> Praeterea cf. Thucyd. III 74 § 2 [Xen.] Rep. Athen. I § 17 Aeschin. I § 43 Herod. Mimiamb. III 47.



## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἱ ἔμοι μὲν εἶσι Βάκιδος.

## ΔΗΜΟΣ.

οἱ δὲ σοὶ τίνος;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

Γλάνιδος, ἀδελφοῦ τοῦ Βάκιδος γεραιτέρου.

## ΔΗΜΟΣ.

1005 εἰσὶν δὲ περὶ τοῦ;

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

περὶ Ἀθηνῶν, περὶ Πύλου,  
περὶ σοῦ, περὶ ἑμοῦ, περὶ ἀπάντων πραγμάτων.

## ΔΗΜΟΣ.

οἱ σοὶ δὲ περὶ τοῦ;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

περὶ Ἀθηνῶν, περὶ φακῆς,  
περὶ Λακεδαιμονίων, περὶ σκόμβρων νέων,  
περὶ τῶν μετρούντων τάλριτ' ἐν ἀγορᾷ κακῶς,  
1010 περὶ σοῦ, περὶ ἑμοῦ. τὸ πῆος οὔτοσι δάκοι.

1005. δὲ] δὲ δὴ V. || Ἀθηνῶν] Ἀθηναίων R (cf. vs. 159).

1006. ἀπάντων] πάντων V alii.

1007. Ἀθηνῶν] Ἀθηναίων VR et paene omnes (cf. vs. 159).

1009. κακῶς] καλῶς R.

1010. Sic est in R et plerisque, sed V et alii habent περὶ σοῦ, περὶ ἑμοῦ, περὶ

1003. De *Bacide* vid. ad vs. 123.1004. *Glanidem* noster *Bacidi* de suo nunc largitur fratrem <sup>1)</sup>, ioculariter abusus piscis cuiusdam nomine <sup>2)</sup>.1007 sq. Ridicule rebus gravissimis intermiscitur puls et scombri, et Pylō, quae Cleoni *σίτησιν* illam peperit, substituitur φακῆ <sup>3)</sup>, quo magis etiam sortilegorum nugae ipsique demagogi talia plebeculae venditantes <sup>4)</sup> in contemptum deducantur. De voce φακῆ vid. ad Vesp.811, *scombrorum* <sup>5)</sup> Hellesponto advectorum mentio fit apud Hermippum <sup>6)</sup>. Verborum similis est compositio Ran. 112 sq. Antiphan. fr. 88; vid. etiam Plut. 190 sq.

1009. Belli praesertim annis, in tanta annonae caritate, farinae venditores saepe fraudasse cives cum per se intellegitur, tum praeter nostrum locum testatur Nub. 640.

1010. τὸ πῆος οὔτοσι δάκοι] vulgatum

<sup>1)</sup> Cf. vs. 1035, 1097. — <sup>2)</sup> *Siluri, meerval*: schol., Archipp. fr. 26 Ephipp. 12<sup>1</sup> Mnesimach. 4<sup>32</sup> etc. — <sup>3)</sup> Vid. ad vs. 280 sq., vs. 575, vs. 1167. — <sup>4)</sup> Vid. ad vs. 61. — <sup>5)</sup> *Makreelen*. — <sup>6)</sup> Hermipp. fr. 63<sup>5</sup>; praeterea cf. Anaxandr. 41<sup>41</sup> Mnesimach. 4<sup>34</sup> etc.

## ΔΗΜΟΣ.

ἄγε νυν ὅπως αὐτοὺς ἀναγνώσεσθ' ἐμοί,  
καὶ τὸν περὶ ἐμοῦ ἐκεῖνον, ὃ περ ἦδομαι,  
ὥς „ἐν νεφέλῃσιν αἰετὸς“ γενήσομαι.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἄκουε δὴ νυν καὶ πρόσσεχε τὸν νοῦν ἐμοί.

1015 „φράξεν, Ἐρεχθεῖδη, λογίων ὀδόν, ἦν σοι Ἀπόλλων

ἁπάντων πραγμάτων, dein novo versu τὸ πῆος οὐτοσί δάκοι. Qui merus error mihi videtur e versu 1006 natus, itaque non facio cum Kockio, qui additis verbis <ἄλλων τε πολλῶν> duos trimetros hinc effecit admodum languidos, neque assentior GHermannō verba τὸ πῆος οὐτοσί δάκοι e versu 1029 (ubi vid.) huc irrepsisse existimanti. Vid. commentarius.

1015. φράξεν] φράξε pauci hic et vs. 1030, i. e. φράξ'ε(ο), quod fortasse h. l., ut apud Homerum, est scribendum. Vid. tamen vs. 1058.

τὸν θυμὸν vel τὰ χεῖλη vel ἐαυτὸν οὐτοσί δάκοι, *ira disrumpatur iste per me licet*<sup>1)</sup>, ridicule sic mutatur nunc in ore hominis de plebe, verborum violentorum et obscenorum appetentis<sup>2)</sup>. Sic in nostris triviis „*tonitru tuum feriam*” audias clamantes, cum *caput* volunt, multaue eiusmodi — sed parum amoenus foret catalogus — ex ore popelli possunt colligi.

1011. ἄγε νυν ὅπως] vid. ad Nub. 489.

1013. Respicitur Bacidis vaticinium clarissimum: εὐδαίμων πτολίεθρον Ἀθηναίης ἡγελείης, | πολλὰ ἰδὼν καὶ πολλὰ παθὼν καὶ πολλὰ μογήσαν | αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεται ἦματα πάντα<sup>3)</sup>. Quo urbem δυσάλωτον significari non recte perhibet Zenobius<sup>4)</sup>, sed trita imagine dicitur post multas res adversas superior evasura et inter ceteras gentes dominatura: nunc oppressa iaces: ales mox aethera findes. „Nubilocuculiam” autem illo va-

ticinio manifeste indicari in Avibus festive perhibet ille<sup>5)</sup>. Dignum denique quod conferatur est oraculi quod Etetioni olim redditum est exordium: αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κῦει<sup>6)</sup>.

1015 sqq. Fictum afferri carmen quivis intellegit, felicissime autem comicus imitatur dictionem vatium, in quorum ore illud φράξ'εο Ἐρεχθεῖδη et similia erant frequentissima; cf. oraculi Cadmo dati initium: φράξ'εο δὴ μοι μῦθον, Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε<sup>7)</sup>, vel ipsius Bacidis carmen de Xerxe: φράξ'εο βαρβαρόφωνος ὕταν ζυγὸν εἰς ἕλα βάλλῃ<sup>8)</sup>. Λογίων ὀδός autem est quae apud Homerum dicitur οἶμη<sup>9)</sup>, et recentiores poetae saepius dixerunt ὀδὸν μαυτικῆς<sup>10)</sup>, θεοφάτων<sup>11)</sup>, μελίων<sup>12)</sup>, λόγων<sup>13)</sup>, βουλευμάτων<sup>14)</sup>, γνώμης<sup>15)</sup>, συμφορᾶς<sup>16)</sup>. Versus 1016 proxime accedit ad h. Apoll. 443: Ἀπόλλο εἰς ἄδυτον κατέδυε διὰ τριπόδων ἐριτίμων, quem locum menti comici nunc obversatum esse credibile est, certe

<sup>1)</sup> Die daar mag zich dood ergeren. Vid. ad Nub. 1369 Vesp. 1083 Ran. 43. —

<sup>2)</sup> Vid. ad vs. 365. — <sup>3)</sup> Tangitur etiam infra vs. 1087 sq. Av. 978, 987, et in Daetalensibus eodem respexerat noster teste scholio ad h. l., quod ipsa oraculi verba affert. — <sup>4)</sup> Zenob. II 50. — <sup>5)</sup> Av. 962 sqq. — <sup>6)</sup> Herodot. V 92. — <sup>7)</sup> Schol. Eur. Phoen. 638. — <sup>8)</sup> Herodot. VIII 20. — <sup>9)</sup> ὁ 74, 481 χ 347 h. Merc. 451 οἶμος. — <sup>10)</sup> Soph. Oed. R. 311. — <sup>11)</sup> Eur. Phoen. 911. — <sup>12)</sup> Ar. Av. 1374 in parodia. — <sup>13)</sup> Pindar. Ol. I 178 etc. Herodot. I 95 Ar. Pac. 733, cf. λόγων κίλευθος Rhcs. 422. — <sup>14)</sup> Eur. Hecub. 744. — <sup>15)</sup> Eur. Hippol. 391. — <sup>16)</sup> Eur. Heracl. 236.

„ἴαχεν ἐξ ἀδύτοιο διὰ τριπόδων ἐριτίμων.  
 „σφῆξεσθαί σ' ἐπέλευσ' ἰερόν κύνια κερκαρόδοντα,  
 „ὄς πρό σέθεν χάσκων καὶ ὑπὲρ σοῦ δεινὰ κερκαρώς  
 „σοὶ μισθὸν ποριεῖ, κῆν μὴ δρᾶ ταῦτ' ἀπολεῖται.  
 1020 „πολλοὶ γὰρ μίσει σφε κατακρώζουσι κολοιοί.“

## ΔΗΜΟΣ.

ταυτί, μὰ τὴν Δήμητρο', ἐγὼ οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγει.  
 τί γὰρ ἐστ' Ἐρεχθεῖ καὶ κολοιοῖς καὶ κυνί;

1018. πρό σέθεν Bothe] πρόσθεν codd.; cf. vs. 1023. || χάσκων R] δάκνων V, λάσκων alii, quod de canibus dicitur h. Merc. 145, vid. autem ad Ran. 97; sed tautologiam h. l. efficit. || σοῦ] σέο Brunck fortasse recte.

1019. δρᾶ] δρᾶς; Bothe, perperam, ut arbitror; vid. commentarius.

1022. Ἐρεχθεῖ καὶ] Ἐρεχθεῖδῃ Bentley, Ἐρεχθεῖδῃ ὕν Velsen. || κολοιοῖς R] -οῖσι cett.

etiam Av. 575 hymnum Apollinis videtur esse imitatus <sup>1)</sup>; praeterea conferri possunt verba servuli Euripidis dictionem imitantis Plut. 39: τί ὄηα Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων;

1017. Canem more epico dicit ἰερόν sive ἰνγένητον <sup>2)</sup>. Etiam κερκαρόδους epicum est canum epitheton <sup>3)</sup>, quo indicantur dentes serrati, hinc praeacuti et avidi in praedam <sup>4)</sup>. Solum hoc epitheton ad Cleonem designandum sufficit in Pace <sup>5)</sup>, inferno autem cani saepius eum assimilavit noster <sup>6)</sup>. Praeterea hoc vaticinium veluti in nuce habet lepidam illam canum litem, qua Vesparum fabulam noster exhilaravit.

1018. Quī ante te collocatus cuilibet ore aperto minatur.

1019. σοὶ μισθὸν ποριεῖ] quod βόσκων dictum est supra <sup>7)</sup>. Collatis autem vs. 1079 et 1101 oboritur suspicio ipsam Cleonem nuper, cum adversarii negarent ad suscipiendam expeditionem aliquam sufficere aerarium publicum, „ἐγὼ ποριῶ τὸν μισθόν!“ exclamasse: „o cives, non deerit militibus nostris panis quotidianus:

*mihī credite!*“ et hinc iocose *Prometheum* dictum fuisse, δεινόν scilicet ὄντα πόρου; εὔρησιν <sup>8)</sup>.

— κῆν μὴ ὄρᾶ ταῦτ' ἀπολεῖται] nam ἴδναι fecerit peribit. — Popello ni suppalletur Cleon, facessere inebitur vel etiam in vincula concietur.

1020. Cf. vs. 1051.

— σφε] non epicam nunc dictionem noster servat, sed tragicos secutus σφε eo sensu quo αὐτόν usurpat <sup>9)</sup>.

— κατακρώζουσι κολοιοί] verbum redit vs. 1051 Av. 2 <sup>10)</sup>.

1022. Nam quid *Erechtheo* cum *monedulis* et *canē*? Cf. *Nicomach. fr. 1<sup>24</sup>*: γεωμετρικῆ δὲ καὶ σοὶ πρᾶγμα τί; com. adesp. fr. 486: τί γὰρ ἀσπίδι ζῦνθημα καὶ βακτηρία; *Herodot. V 33*: σοὶ δὲ καὶ τούτοις τοῖσι πρήγμασι τί ἐστι; 84: ἔφασαν σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι εἶναι οὐδὲν πρᾶγμα, et in dictione cothurnata *Epicarmus*: τίς γὰρ κατόπτρον καὶ τυφλῶ κοινωνία; <sup>11)</sup>, noster *Thesm. 140*: τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία; *Ran. 47*: τί κόθρονος καὶ ὀπάλον ξυνηλέτην; *Eur. Ion. 1285*: τί δ' ἐστὶ Φοῖβω σοὶ τε κοινὸν ἐν μέσῳ; —

<sup>1)</sup> H. Ap. 114. — <sup>2)</sup> Cf. *Hom. II 407* etc. — <sup>3)</sup> *K 360 N 198 Hes. Oper. 604, 796*. — <sup>4)</sup> Cf. *Aristot. H. Anim. II 1 § 9 VIII 8 Part. Anim. III 1*. — <sup>5)</sup> *Pac. 754 = Vesp. 1031*. — <sup>6)</sup> *Vid. vs. 1030*. — <sup>7)</sup> *Vs. 256*; praeterea cf. *vs. 804*. — <sup>8)</sup> *Vid. ad vs. 836 et 759*. — <sup>9)</sup> Cf. *Enchir. dict. ep. p. 254*. — <sup>10)</sup> *Vid. etiam vs. 287 et de monedulis ad Vesp. 129*. — <sup>11)</sup> *Apud Stob. Flor. XC 8*.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ μὲν εἰμὶ ὁ κύων, πρὸ σοῦ γὰρ ἀπύω  
σοὶ δ' εἶπε σῶζεσθαι μὲν ὁ Φοῖβος τὸν κύνα.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1025

οὐ τοῦτό φησ' ὁ χρησμός, ἀλλ' ὁ κύων ὀδὶ  
ὡσπερ ἀθάρησ σου τῶν λογίων παρεσθίει.  
ἐμοὶ γὰρ ἔστ' ὀρθῶς περὶ τούτου τοῦ κυνός.

## ΔΗΜΟΣ.

λέγε νυν' ἐγὼ δὲ πρῶτα λήψομαι λίθον,  
ἵνα μὴ μὲν ὁ χρησμός ὁ περὶ τοῦ κυνός δάκη.

1023 μὲν] γὰρ R.

1026. ἀθάρης; GHermann] θύρας codd., quae lectio et alia habet absurda et valiciniorum cum ianua comparationem. Splendida emendatio!

1028. νυν] δὴ V alii.

1029. ὁ περὶ τοῦ κυνός] τὸ πῖος οὔτοι I. a. in V, quae repetita sunt e vs. 1006 (vid. ad vs. 1010); de se ipse his verbis uti nequit senex. GHermann sibi persuaserat veram lectionem hanc esse: ὁ περὶ τοῦ κυνός δάκη. — ἔκουε δὴ νυν τὸ πῖος οὔτοι δάκοι.

Arte cognata est locutio „τί σοὶ τοῦτο;” quid ad te? <sup>1)</sup> Idem autem quod dativus σοὶ significat πρὸς σέ <sup>2)</sup>. Denique vix est quod observem, eodem sensu etiam τί δὲ σοὶ μέλι τοῦτο dictum esse <sup>3)</sup>.

1023 sq. Vid. Xen. Comm. II 7 § 14, ubi Socrates ait canem aliquando ita allocutum esse oves: ἐγὼ εἰμι ὁ καὶ ὑμᾶς αὐτὰς σῶζων, ὥστε μήτε ὑπ' ἀνθρώπων κλέπτεσθαι μήτε ὑπὸ λύκων ἀρπάζεσθαι ἐπεὶ ὑμεῖς γε, εἰ μὴ ἐγὼ προφυλάττοιμι ὑμᾶς, οὐδ' ἂν νέμεσθαι δύνασθε, et [Demosth.] XXV § 40, ubi de Aristogitone orator τί οὖν οὐτός ἐστι; inquit: „κύων νῆ Δία“ φασὶ τινες „τοῦ δήμου!“ — ποδαπός; οἷος οὗς μὲν αἰτῶνται λύκους εἶναι μὴ δάκνειν, ἔ δὲ φησι φυλάττειν πρόβατα αὐτός κατεσθίειν. Praeterea cf. Aesch. Agam. 607, ubi Clytaemestra δωμάτων κύνα ἐσθλὴν αἰτ ἀbsenti marito me praestitit.

1023. ἀπύω] verbum poesi epicae <sup>4)</sup> et

lyricae proprium in dialogo scenico non nisi Rhes. 776 et nostro loco invenitur.

1025. τοῦτό φησι] vid. ad vs. 128.

1026. ἀθάρης] cf. Pherecrat. fr. 108<sup>3</sup>, ubi beatorum vita hoc in primis bonum habere dicitur, quod ποταμοὶ ἀθάρης eorum pedes alluant, et Plut. 673 sqq., ubi servulus refert mire se allexisse ἀθάρης χύτραν <sup>5)</sup>.

— παρεσθίει] vid. heliastae superbientis dictum Vesp. 596: αὐτός δὲ Κλείων δὲ κεκραξιδάμας μόνον ἡμᾶς οὐ περιτρέγει <sup>6)</sup>, praeterea cf. παρατρέγειν <sup>7)</sup> et ἀποτρέγειν <sup>8)</sup>, et de re vid. Vesp. 925, 956. Hoc igitur dicit isiciarius: intacta et integra iste non sinit oracula, sed mente fallaci meliorem eorum partem tibi detrahit.

1027. ὀρθῶς] vid. ad Nub. 251.

1029. δάκη] iocum non admodum factum praebet verbum δάκνειν in *vexandi*

<sup>1)</sup> Vs. 1198 Lys. 514 Thesm. 497 Eccl. 520 Diphil. fr. 32<sup>13</sup> adesp. 105<sup>7</sup> Theocrit. XV 90 Martial. VII 10. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 202. — <sup>3)</sup> E. g. fr. adesp. 114<sup>2</sup>. — <sup>4)</sup> ἡπύειν. — <sup>5)</sup> Vid. etiam Cratet. fr. 9. — <sup>6)</sup> Quod verbum Ach. 258 Vesp. 672 redit. — <sup>7)</sup> Pac. 415 Ran. 988. — <sup>8)</sup> Ran. 367 Eupol. fr. 14.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

- 1030 „φράζεν, Ἐρεχθεΐδη, κύνα Κέρβερον ἀνδραποδιστήν,  
 „ὅς κέρκω σαίνων σ', ὁπότεν δειπνῆς ἐπιτηρῶν,  
 „ἐξέδειται σου τοῦπον ὅταν σύ ποι ἄλλοσε χάσκης·  
 „εἰσφοιτῶν δ' εἰς τοῦπτάνιον λήσει σε κυνηδὸν  
 „νύκτωρ τὰς λοπάδας καὶ τὰς . . νήσους διαλείχων.“

## ΔΗΜΟΣ.

- 1035 νῆ τὸν Ποσειδῶ, πολὺ γ' ἄμεινον, ὦ Γλάνι.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ὦ τᾶν, ἄκουσον, εἶτα διάκρινον τότε.

1030. φράζεν] φράζε? vid. ad vs. 1015.

1031. σ'] om. V R et plerique.

1032. ἐξέδειται] ἐξέλειται R. || σου] σοι Cobet. || ποι Cobet] που codd.

1033. δ'] ε' R.

1036. ἄκουσον] ἀκούσας pauci, ε' ἄκουσον vVelsen. || τότε] cum εἶτα . . τότε alias non reperiatur, Voss infeliciter coniecit τότε (Pökel τοδί), multo melius vBamberg *ΑΗΜ.* τὸ τί; (vid. ad Ran. 7), sed vid. commentarius.

notionem translatum<sup>1)</sup>. Subsimile est quod servus dicit apud Plautum<sup>2)</sup>: *Nimis vellem habere perticam. — Quoi rei? — Qui verberarem | asinos, si forte occiperint clamare hinc ex crumena — argentum pro asinis acceptum significans.*

1030. De huius vaticinii exordio idem valet quod de vs. 1015. *Cerberum* autem noster *Cleonem* dixit etiam Pac. 313, ubi scholia testantur Platonem comicum<sup>3)</sup> eodem nomine eum designasse<sup>4)</sup>. Denique *ἀνδραποδιστήν* sive *plagiarium*<sup>5)</sup> quod eum vocat, id convicii est meri, perinde atque *φαλαίνας πανδοκευτείας*: nomen perabsurdum, quo *Cleon* designatur *Vesparum* initio<sup>6)</sup>.

1031. σαίνων σε] vid. ad vs. 48.

— ὁπότεν δειπνῆς ἐπιτηρῶν] i. e. ἐπιτηρῶν σε δειπνοῦντα<sup>7)</sup>.

1032. ὅταν — χάσκης] cf. vs. 824 et vid. ad vs. 651.

1033. τὸ δπτάνιον] *culinam*<sup>8)</sup>. Scholia perhibent significari τὸ Πρωτανεῖον, fortasse recte.

1034. λοπάδας] cf. Vesp. 511 Plut. 812.

— νήσου:] hoc quidem manifeste est ἀπροσδόκητον pro χύτρας, ut in scholiis observatur. Vid. Vesp. 904, ubi canis ille *Cydathenaeus*, sub cuius persona ipse latitat *Cleon*, dicitur ἀγαθὸς ἰλακτεῖν καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας. De re autem vid. infra ad vs. 1071. Cf. etiam comici anonymi verba apud *Plutarchum*: ὥσπερ ἵππον ἐξυβρίσαντα τὸν δῆμον οἱ κωμωδιοποιοὶ λέγουσι πειθάρχειν οὐκἔτι τολευῖν, ἀλλὰ δάκνειν τὴν Εὐβοίαν καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾶν<sup>9)</sup>.

1035. Γλάνι] cf. vs. 1004.

1036. Vid. ad Vesp. 725.

— εἶτα διάκρινον τότε] i. e. καὶ τότε δὴ διάκρινον. Insolitam particularum εἶτα τότε iuncturam non habeo suspectam, et

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 1010. — <sup>2)</sup> *Asinar.* III 2, 43. — <sup>3)</sup> *Plat.* fr. 216. — <sup>4)</sup> Vid. *praeterea* Pac. 754 = Vesp. 1031, Vesp. Prolegom. p. XXIII. — <sup>5)</sup> *Zielverkooper, ronselaar*, Plut. 521 sq. *Xen. Mem.* I 2 § 62. — <sup>6)</sup> Vesp. 35. — <sup>7)</sup> De verbo *ἐπιτηρεῖν* vid. ad Ran. 1151. — <sup>8)</sup> *Vox* redit Pac. 891 *Alex.* fr. 173<sup>13</sup> *Hegesipp.* 1<sup>9</sup> alibi. — <sup>9)</sup> *Fr. adesp.* 41 apud Plut. *Pericl.* 7.



1040 „ἔστι γυνή, τέξει δὲ λέονθ' ἰεραῖς ἐν Μηθίταις.  
 „ὄς περὶ τοῦ δήμου πολλοῖς κώνωνι μαχεῖται,  
 „ὡς τε περὶ σκύμνοισι βεβηκώς. τὸν σὺ φυλάξαι  
 „τεῖχος ποιήσας ξύλινον πύργους τε σιδηροῦς.“  
 ταῦτ' οἶσθ' ὅ τι λέγει;

## ΔΗΜΟΣ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἔφραξεν ὁ θεός σοι σαφῶς σόξειν ἐμέ·  
 ἐγὼ γὰρ ἀντὶ τοῦ λέοντός εἰμί σοι.

## ΔΗΜΟΣ.

καὶ πῶς μ' ἐλελήθης Ἀντιλέων γεγενημένος;

1037. δέ] τε R.

1039. τε] om. R. || τὸν R] ὄν V et plerique. || φυλάξαι Bentley cum V<sup>1</sup>] φύλαξαι codd. plerique (cf. Aeschyl. Suppl. 1012), φύλασσε pauci.

1041. Priorem versus partem Demo, alteram Isiciario dant codd. fere omnes. Lenting Isiciario dabat priorem, Demo alteram. Cf. vs. 1069.

1042. ἔφραξεν R] ἔφρασαν V et plerique.

1044. ἐλελήθης] -θεις codd. (με λήθεις R).

τότε certe, quod magnam habet vim in fine enunciati collocatum, sine detrimento non potest abici.

1037. Hic quoque versus sono revocat oracula quae inter Graecos circumferantur: *Ἀάβθα κύει, τέξει δ' ὀλοοῖτροχον*, vel: *αἰετός ἐν πύργῳ κύει, τέξει δὲ λέοντα*, de Cypselo Periandri patre<sup>1)</sup>. Sic etiam Agariste ante paucos dies quam Periclem enixa est in somno *ἰδοῦκε λέοντα τεκεῖν*<sup>2)</sup>, et Alcibiadem *σκύμνῳ λέοντος* assimulat Aeschylus apud Aristophanem<sup>3)</sup>. Etiam in sermone quotidiano mulierculae de pueris recens natis ita loquebantur<sup>4)</sup>. Activa futuri forma *τέξειν* etiam h. Merc. 493 extat<sup>5)</sup>.

1038 sq. Vid. ad vs. 767. *Culices* nunc dicuntur *οἱ ἡήτορες*, ut vs. 60 *muscae*.

1039 sq. τὸν σὺ φυλάξαι κτ.] *hunc tu serva intra murum ligneum ferreasque turres*<sup>6)</sup>. Festive sic respicitur et mox in novum sensum detorquetur clarissimum illud oraculum de *ligneis* Athenarum *moenibus*<sup>7)</sup>, cui simile est oraculum Siphniis olim redditum, in quo Samiorum classis *ξύλινος λόχος* audit<sup>8)</sup>. Verum autem *τεῖχος* *ξύλινον* Persarum commemoratur apud Herodotum<sup>9)</sup>. *Turres ferreas* vel *aheneas* novimus ex Danaes fabula<sup>10)</sup>; cf. Pind. fr. 217: *σχήσει τὸ πεπρωμένον οὐ πῦρ, οὐ σιδάρεον τεῖχος*.

1041. μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ] vid. ad Nub. 732.

1044. καὶ] vid. ad Nub. 210.

— μ' ἐλελήθης] cf. vs. 822.

— Ἀντιλέων] vid. vs. 615 et ad Vesp. 84.

<sup>1)</sup> Herodot. V 92. — <sup>2)</sup> Herodot. VI 131. — <sup>3)</sup> Ran. 1431. — <sup>4)</sup> Vid. Thesm. 514. — <sup>5)</sup> Vid. praeterea ad Hom. λ 249. — <sup>6)</sup> Canem qui custodit *φυλάττειν* etiam Ran. 469 dicitur, de infinitivi autem usu vid. ad Nub. 850 Ran. 133 et Enchirid. dict. ep. § 124. — <sup>7)</sup> Herodot. VII 141 sqq. VIII 51. — <sup>8)</sup> Ibid. III 57. — <sup>9)</sup> Ibid. IX 65. — <sup>10)</sup> Soph. Ant. 946 etc.; Helbig Hom. Epos<sup>1</sup> p. 72 et 330 sq.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

- 1045 ἔν οὐκ ἀναδιδάσκει σε τῶν λογίων ἑκῶν,  
ὅ τι τὸ σιδηροῦν τεῖχος ἔστι καὶ ξύλον,  
ἐν ᾧ σε σώζειν τόνδ' ἐκέλευσ' ὁ Λοξίας.

## ΔΗΜΟΣ.

πῶς δῆτα τοῦτ' ἔφραζεν ὁ θεός;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τουτονι

δῆσαί σ' ἐκέλευ' ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ.

## ΔΗΜΟΣ.

- 1050 ταυτὶ τελεῖσθαι τὰ λόγ' ἤδη μοι δοκεῖ.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

„μὴ πείθου· φθονεραὶ γὰρ ἐπιπρώξουσιν κορῶναι.  
„ἀλλ' ἰέρακα φίλει, μεμνημένος ἐν φρεσὶν ὡς σοὶ  
„ἤγαγε συνδῆσας Λακεδαιμονίων κορακίνους.“

1045. ἐν] ἐν δ' Cobet. || ἑκῶν] μόνον (e vs. seq.) Cobet, fortasse recte.

1046. ὅ τι τὸ Cobet] ὁ μόνον codd., μόνον, ὁ Dindorf. || τεῖχος ἔστι] ἔστι τεῖχος R, \*ἔστι τοῦτο? || ξύλον] ξύλων plerique, l. a. ξύλινον, Blaydes ξύλου parum probabiliter.

1049. ἐκέλευ' ἐν Elmsley coll. Et. M. 346,18] ἐκέλευ(σ)ε codd.

1052. ὡς Bergk] ὡς codd. (cf. vs. 526).

1045. ἑκῶν] i. e. ἐπιπρώξουσιν<sup>1)</sup>, de industria, consulto, sciens volensque; item vs. 1123.

1049. ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ] quod dicitur ξύλον σιδηρόδετον Herodot. IX 37. Ceterum vid. ad Nub. 592.

1050. Cf. infra vs. 1248: πέπρακται τοῦ θεοῦ τὸ θέσφατον, Homericum τίε δὴ νῦν πάντα τελεῖται<sup>2)</sup>, Vesp. 799: ὄρα τὸ Χόρημα ἔτι λόγ' ὡς περαίνεται! Vix autem est quod observem, etiam nostro loco praesentis, non futuri, temporis esse formam τελεῖσθαι.

1051. Cf. vs. 1020, Pindar. Ol. II 156: κόρακες ὡς ἀκραντα γαρούετον | Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον, et de malis sui temporis poetis Theocritus VII 47 sq.: ποτὶ Χίον ἀοιδὸν | ἀντία κοκκίζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

1053. κορακίνους] sic *corvorum pulli* nunc dicuntur, more epico. Nam quotidianus Atheniensium sermo terminum ἴνον, qui etiam e lingua latina est notissimus<sup>3)</sup>, nonnisi in nominibus propriis servabat<sup>4)</sup>; κορακίνον autem piscium quaedam species exigua vilisque<sup>5)</sup> apud eos nomen habebat<sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. ad Vesp. 391. — <sup>2)</sup> B 330 etc. — <sup>3)</sup> *Corvinus*. — <sup>4)</sup> Vid. ad Nub. 380 sq.; in -ιδεύς vero *pullorum* nomina apud Athenienses desinere solent (vid. ad Ach. 866). — <sup>5)</sup> *Saperda*. — <sup>6)</sup> Lys. 560 fr. 537 Pherecrat. 56 etc., Athen. 308 d—309 a, Aristot. H. Anim. V 10 etc.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(secum:)

τοῦτο γέ τοι Παφλαγῶν παρεκινδύνευσε μεθυσθεῖς.

(Alta voce:)

- 1055 „Κεχροπίδη κακόβουλε, τί τοῦθ' ἤγεῖ μέγα τούργον;  
 „καί κε γυνή φέροι ἄχθος, ἐπεὶ οἱ ἀνὴρ ἀναθείη  
 „ἄλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιο.“ χέσαιο γάρ, εἰ μαχέσαιο.

1054. Demostheni tribuntur codd. quidam. || γέ] δέ R.

1056. κε] γε R alii. || φέροι R] φέρει V et plerique. || \*οἱ] κεν codd.; Blydes μιν non male. || ἀναθείη] -θείη Cobet Var. Lect. p. 324, sed nisi καί τε... φέρει scribatur — quod cum alias ob causas tum coll. § 195 minime suaserim — praestare mihi videtur optativus.

1057. χέσαιο γάρ] χέσαι γάρ ἂν Dobree; equidem malim certe χέσαιτό κεν, et in versum praecedentem illud κεν aberrasse suspicor; sed vid. commentarius.

1054. παρεκινδύνευσε μεθυσθεῖς] vesani ebriive hominis fuisse Cleonis illud susceptum <sup>1)</sup> iudicaverunt cives, certe perhibuerunt eius adversarii <sup>2)</sup>. Ceterum ambiguus est horum verborum sensus; nam et significare possunt: hunc certe versiculum ipse Paphlago audacter finxit ebrius, et: illam provinciam nunquam in se recepisset, si mentis compos fuisset.

1055. κακόβουλε] vid. ad Nub. 587—589 et cf. Atheniensium epitheta ταχύβουλοι et μετάβουλοι Ach. 630—632.

1056. Felicissime nunc quoque isiciarius suum facit versum notissimum. Nam mortui Achillis cum et Aiax et Ulixes sibi poscerent arma, incerti autem haerent principes utri tribuerent utpote omnium Argivorum fortissimo, ex Nestoris consilio missus speculator, qui ipsorum hostium sententias exploraret, audivit puellas Troianas disputantes; quarum una cum Aiace longi fortiores iudicasset propter corpus Achillis e pugna humeris relatum, alia Minervae instinctu exclamavit: „πῶς ἐπεφρονήσω;

πῶς οὐ κατὰ κόσμον ἔφειπες | ψεῦδος;” et mox <sup>3)</sup>: „καί κε γυνή φέροι ἄχθος, ἐπεὶ φοῖ ἀνὴρ ἀναθείη”, vel mulieris est ferre sarcinam a viro sibi impositam, — iocose illud onus significans quod solae feminae gestant nec nisi a viro gravatae. Quo audito Ulixi, qui Achillis corpus ab hostibus defendisset, virtutis praemium decretum est. — Sic in Parva Iliade rem enarratam esse docent scholia; materiam postea Aeschylus Sophocles alii certatim arripuerunt <sup>4)</sup>.

1056. ἀναθείη] vid. ad vs. 694 sq.

1057. Posterior hexametri pars ipsius est isiciarii; qui ioculariter nunc verbi χέσαι genus vicino μαχέσασθαι assimilans inauditam fingit formam et Datide illo <sup>5)</sup> dignam. Sic Κλαυσαμενόν aliquem lingua invita Cratinus per iocum nuncupavit <sup>6)</sup>, ad notorum nominum Ἀκλαυσαμενοῦ Δεζαμειοῦ Τισαμενοῦ analogiam <sup>7)</sup>. Mente autem repetenda est particula ἂν e priore versus parte <sup>8)</sup>. Recordemur denique oportet minantis esse χεσεῖ = male mulcaberis <sup>9)</sup>.

<sup>1)</sup> μανιώδη ὑπόσχεσιν Thueyd. IV 39 § 3. — <sup>2)</sup> De verbo παρεκινδύνευσεν vid. ad Ran. 99. — <sup>3)</sup> Paucis fortasse interiectis; quamquam fieri potest ut nihil desit, ψεῦδος autem glossatori debeatur. — <sup>4)</sup> Cf. Hom. I 517 et Welcker Ep. Cyclus p. 72 sq. — <sup>5)</sup> Pac. 291. — <sup>6)</sup> Cratin. fr. 104. — <sup>7)</sup> Vid. etiam supra vs. 115. — <sup>8)</sup> Item Aesch. Agam. 1049 Soph. Oed. R. 937. — <sup>9)</sup> Vesp. 941 Eccl. 1063; cf. Nub. 295 Ran. 485 (Eccl. 640).

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλὰ τόδε φράζεν, πρὸ Πύλου Πύλον ἦν σοι ἔφραζεν.  
 „ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο“ —

ΔΗΜΟΣ.

τί τοῦτο λέγει, „πρὸ Πύλοιο;“

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1060 τὰς πυέλους φησὶν καταλήψεσθ' ἐν βελανείῳ.

ΔΗΜΟΣ.

ἐγὼ δ' ἄλουτος τήμερον γενήσομαι;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὗτος γὰρ ἡμῶν τὰς πυέλους ὑφήρπασεν.

ἀλλ' οὐτοσί γάρ ἐστι περὶ τοῦ ναυτικοῦ

ὁ χρησμός, ᾧ σε δεῖ προσέχειν τὸν νοῦν πάνυ.

ΔΗΜΟΣ.

1065 προσέχω· σὺ δ' ἀναγίνωσθε, τοῖς ναύταισί μου

1058. φράζειν] φράσαι (i. e. φράσαι) R alii, fortasse recte; cf. vs. 1067 et ad vs. 1015. || ἔφραζεν] sic VR alii, ἔφραζε(v) pauci.

1059. λέγει πρὸ] λέγει τὸ R.

1061. Interrogandi signum in fine habet Γ, ceteri punctum.

1062. Demo continuant R alii; debebat Karpeyne vdCoppello, cui assensus Zacher aliquot versuum lacunam significavit. || οὗτος] αὐτός V alii (cf. vs. 75). || ὑφήρπασεν Meineke] ἀφήρπασεν codd., ἀφαρπάσει (male pro -σεται) Bothe.

1064. σε] om. R.

1059 sq. Respicitur versus: ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος γε μὲν ἔστι καὶ ἄλλος<sup>1)</sup>, quo tres urbes cognomines indicatas esse ferunt. Sed suspicor iocose nunc ad Pylum urbem referri haec verba, in pythiae vero vel sortilegi alicuius ore, vel etiam in prisco aliquo carmine epico, de aditu ad regnum Orci τοῖο πύλαρταο fuisse dicta, significasse autem: *portae alia porta praestructa est, nec non tertia est porta*. Cui explicationi haud scio an faueat sententia Aristarchi in Homeri versu E 397 πύλον ἱανναμ ἀτρί Διτίσιν interpretantis.

1060. τὰς πυέλους... καταλήψεσθαι] *balnearum alveos occupaturum* Paphlagonem perabsurde — neque admodum facete — perhibet isiciarius. Eundem autem de voce *πυέλω* lusum supra noster admisit<sup>2)</sup>; praeterea huc facit vs. 857, ubi periculum esse dicitur ne Paphlagonis asseclae fori penarii aditus praeccludant.

1062. Iste nimirum nostras nobis πυέλους *surrupuit*. En recurrit crimen illud gloriae fraudulenter praetoribus surreptae et iocens e vocum *πυέλω* et *Πύλου* similitudine petitus.

<sup>1)</sup> Vel ἄλλη: Strab. p. 339, Steph. Byz. s. v. Κορυφάσιον, schol., Eustath. 1394, 46. — <sup>2)</sup> Vs. 55, ubi vid.

ὅπως ὁ μισθὸς πρῶτον ἀποδοθήσεται.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

„Αἰγείδη, φράσσαι κυναλώπεκα μή σε δολώσῃ,  
„λαίθαρον, ταχύπουν, δολίαν κερδῶ, πολύιδριν.“  
οἷσθ' ὅ τι ἐστὶν τούτο;

ΔΗΜΟΣ.

Φιλόστρατος ἡ κυναλώπηξ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1070 οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ ναῦς ἐκάστοτε

1067. φράσσαι] φράσαι (vel φρῶσαι) codd.

1068. λαίθαρον] dubitanter Blaydes λαίμαρον.

1069. Priorem versus partem Paphlagoni dat Lenting; cf. vs. 1041. || ὅ τι ἐστὶ(ν) τοῦτο R] ὅ τι, τί ἐστὶ τοῦτο V, ὅ τι τοῦτο nonnulli, ὅτι τοῦτο τί ἐστὶ Ald., ὅ τι τοῦτο; τί ἐστὶ Bothe.

1070. ἀλλὰ] ἀλλ' ἂ Lenting (coll. Thesm. 418, 587 sq.), ἄς δὲ Blaydes.

1066. πρῶτον] *ante omnia, quam primum*<sup>1)</sup>.

1067 sq. Oraculi, quo Atheniensium civitas assimilabatur utri e fluctibus semper emergenti<sup>2)</sup>) prima erant verba: Αἰγείδη Θεοῦ. Cavere nunc iubentur Athenienses *vulpeculam avidam rapidam fallacem sagacem*. Quibus verbis Paphlagonem de-  
nuo rideri neminem fugere potest, licet mox in Philostratum lenonem iocose detorqueantur, dein absurdius etiam in *naves longas*. Cum priore versu conferri possunt verba Hieroclis: φράξο δὴ μὴ πῶς σε δόλω φρίνας ἐξαπατήσας | ἱκτινος μάρψη<sup>3)</sup>.

1067. κυναλώπεκα] vox significat bestiam vulpis astu cum canina impudentia coniungentem; canum autem genus quoddam *ἄλωπεκίδε*; dicebatur, quod ex canum vulpiumque conubio prodiisse credebatur<sup>4)</sup>.

1068. λαίθαρον] *malignum*<sup>5)</sup>. Etiam Sophoclem canem hoc adiectivo designasse testatur scholion<sup>6)</sup>.

— κερδῶ] *vulpeculae nomen est in fabulis Aesopis*<sup>7)</sup>, cum vocibus epicis *κερδαλέος*; et *κερδαλέφρων* conferendum.

1069. Senex audito *κυναλώπεκος* nomine pro sua stultitia ne dubitat quidem quin in vaticinio sermo fiat de illo homine, quem omnes ita appellare soleant, de Philostrato nimirum lenone<sup>8)</sup>.

1070 sq. *Non hoc est quod dicit vaticinium, sed iste* — et manu designat Paphlagonem — *naves longas identidem proscit ad cogenda tributa bellica*. — Ad crebras aerarii lacunas explendas cum vix sufficerent sociorum φόροι civiumque *εἰσφοραί*, missi sunt identidem strategi, qui etiam a sociis pecunias extraordinarias cogerent, certe peterent. Ex his fuit Melesander, qui anno 430 cum sex navibus Asiae oram ἀργυρολογῶν in Lyciae interiora incursione facta cum multis suorum est occisus<sup>9)</sup>; et anno 428 cum ad Mytilenem oppugnandam deesset pecunia, Ἀθηναῖοι, καὶ αὐτοὶ εἰσνεγκόντες τότε

1) Item nos: *ten eerste*. — 2) Vid. ad vs. 963. — 3) Pac. 1099, qui locus nostro est similimus. — 4) Xen. Venat. I § 3. — 5) *Valsch*. — 6) Soph. fr. 902; cf. Eustath. 1493, 32. — 7) Lucian. XX § 84 et passim apud Babrium. Recte igitur veteris: *Reintje*. — 8) Vid. Lys. 957. — 9) Thucyd. II 69.



αἰτεῖ ταχέας ἀργυρολόγους οὐτοσί  
ταύτας ἀπανδᾶ μὴ διδόναι σ' ὁ Λοξίας.

ΔΗΜΟΣ.

πῶς δὴ τριήρης ἐστὶ κυναλώπηξ;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὅπως;

ὅτι ἡ τριήρης τ' ἐστὶ χῶ κύων ταχύ.

ΔΗΜΟΣ.

1075

πῶς οὖν „ἀλώπηξ“ προσετέθη πρὸς τῶ „κυνί“;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλωπεκίοισι τοὺς στρατιώτας ἵκασεν,  
δότη βότρους τρώγουσιν ἐν τοῖς χωρίοις.

1074. τ'] addidit Meineke, qui etiam χῆ τριήρης coniecit.

πρῶτον εἰσφορῶν διακόσια τάλαντα <sup>1)</sup>. ἐξέπει-  
ψαν καὶ ἐπὶ τοὺς ξυμμάχους ἀργυρολόγους  
ταῦς δώδεκα, quibus praeerat Lysicles cum  
quatuor collegis, sed et ille in Cariae  
montibus gravi clade accepta cum parte  
sopiarum cecidit <sup>2)</sup>. Multo melius circa  
belli finem illic rem gessit Alcibiades,  
quem centum talenta e Caria confecisse  
ἀργυρολογοῦντα refert Xenophon <sup>3)</sup>. Quali-  
bus locis non tantum de cogendis φόροις  
ordinariis sermonem fieri, quos socii  
non suo tempore solvissent <sup>4)</sup>, Thucy-  
didis verba testari mihi videntur <sup>5)</sup>.

1073 sq. Isiciarius non corrigit stolidi  
senis errorem, sed lepide eo utitur, quo  
risum extorqueat spectatoribus clarius-  
que etiam ostendat quam absurda e vati-  
ciniis possint elici et popello venditari.

1074. Cum vox τριήρης tum vox κύων  
celere quid significat <sup>6)</sup>.

1076. ἵκασεν] nempe ὁ χρησμός. Vid.  
vs. 1064 et 1070, et de verbo εἰκάζειν  
ad Vesp. 1308.

1077. Vulpeculas racemis insidiantes  
e Canticis Canticorum <sup>7)</sup> et Theocrito <sup>8)</sup>  
et praesertim ex Aesopi fabula immor-  
tali nemo non novit. Ridente autem  
iis assimilantur nunc milites missi ad  
sociorum tributa — sive ordinaria sive  
extraordinaria — cogenda <sup>9)</sup>. Facile enim  
nobis fingimus hos non sancte semper  
pepercisse peregrinorum bonis, sed sti-  
mulante praesertim fame, si suum sibi  
μισθον non accepissent a quaestoribus,  
misere vexasse hominum belli aerumnis  
exhaustorum praedia <sup>10)</sup>. Cum toto au-  
tem loco conferendus est Pacis versus:  
αἱ γὰρ ἐνθ' ἐνδ' αὖ τριήρεις ἀντιτιμωρούμε-  
ναι | οὐδὲν αἰτίων ἂν ἀνδρῶν τῆς χράδας  
κατήσθιον <sup>11)</sup>.

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 924. — <sup>2)</sup> Thucyd. III 19, vid. ad vs. 132. — <sup>3)</sup> Hell. I 4 § 9. —  
<sup>4)</sup> Cf. Gilbert Griech. Alterth. I<sup>1</sup> p. 398, 4, Köhler über den Delisch-Attischen  
Bund (Abhandl. d. Berl. Akad. d. Wissensch. 1869) p. 133, Müller Strübing  
Aristoph. u. die hist. Kritik p. 100 sq., Fränkel ad Böckhii Oecon. Publ.<sup>3</sup> annot.  
886. — <sup>5)</sup> Dignus qui conferatur locus est Thuc. VIII 3 § 1, ubi Agis rex τὰ  
τῶν ξυμμάχων ἀργυρολογῆσαι εἰς τὸ ναυτικόν dicitur; nam ibi de certis fixisque tri-  
butis ne sermo quidem esse potest. Vid. etiam Xen. Hell. IV 8 § 30. — <sup>6)</sup> Vid.  
ad vs. 207. — <sup>7)</sup> II 15. — <sup>8)</sup> Theocrit. I 47 sqq. — <sup>9)</sup> Inkwartierung. — <sup>10)</sup> De  
voce χωρίαις vid. Ach. 227, 998 Pac. 562 etc. — <sup>11)</sup> Pac. 626 sq.

## ΔΗΜΟΣ.

εἶεν.

τούτοις ὁ μισθὸς τοῖς „ἀλωπεκίοισι“ ποῦ;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγὼ ποριῶ καὶ τοῦτον ἡμερῶν τριῶν.

1080 ἀλλ' εἴτι τόνδ' ἐπάκουσον, ὃν εἶπέ σοι „ἐξαλέασθαι“  
χρησμὸν Λητοῦδης „Κυλλήνην, μὴ σε δολώσῃ.“

## ΔΗΜΟΣ.

ποιάν Κυλλήνην;

1079. Post *ποριῶ* virgulam scribit Koek coll. Thuc. IV 55 § 2 Plut. 546. Sed nisi quis cum scholiasta putet *ἡμερῶν τριῶν* h. l. significare *quod in tres dies sufficiat*, itaque mente suppleri posse participium *ἔντα*, non video quomodo haec verborum structura possit defendi.

1080. τόνδ' ] τῶνδ' R, τοῦδ' Cobet.

1078. *Mittamus ista, sed vulpeculae quas tu dicis unde mercedem suam sunt habituræ?* — Quid mirum si una voce de Atheniensis militis protervitate conqueruntur socii: esuriunt scilicet copiae nostrae peregre missae <sup>1)</sup>.

1079. *Ego et hunc exhibebo.* — Perri-dicule fingitur isiciarius tantam auri vim de nihilo expediturus. Ipsius autem Cleonis verba nunc, ut alibi, afferri suspicor <sup>2)</sup>; quodque adicit *intra triduum*, id quidem dictum est ad deridendam *κουφολογία* Cleonis, qui „*intra viginti dies*“ dixerat „*aut captivi aut mortui erunt Lacedaemonii illi, quos vinci non posse perhibent segnes vestri praetores*“ <sup>3)</sup>. — Perperam vero vetusti interpretes intellegebant *mercedem et quidem in triduum* <sup>4)</sup>, non enim *commeatus* nunc fit mentio sed *stipendii*, neque magnum profecto hoc foret promissum. Genitivus „*temporis spatium intra quod*“ h. l. indicat, ut Thucyd. VIII 101 § 1: *αἱ νῆες ἐπιαιτισά-*

*μειν ὄνοϊν ἡμέραν (intra biduum) et passim* <sup>5)</sup>.

1080. τόνδ'ε] dicitur *ἐπακούειν τινός τι*, e. g. Xen. Anab. VII 1 § 14: *ἐπακούσαν-τές τινες τῶν στρατιωτῶν ταῦτα*. Item *ἐπακούειν τινί τι*, Thucyd. I 26 § 4: *οὐδὲν αὐτῶν (neutr.) ἀπήκουσαν*, 29 § 1: *οὐδὲν τοῦτοι ἐπήκουον*.

1081 sqq. *Cyllenen* Eleorum portum sub belli Peloponnesiaci initium a Corcyraeis vastatum commemorat Thucydides <sup>6)</sup>; sed multo clarior erat Arcadiae mons altissimus Cyllene, ubi Mercurius natus esse ferebatur <sup>7)</sup>; nam Pavis natales <sup>8)</sup> huc non faciunt. Itaque *fraudis* nescio quam suspicionem habebat nomen loci, ubi furum summus ille patronus primam lucem adspexisset; sintne autem de nihilo conficta isiciarii haec verba, an aliquod hoc tempore in hominum ore fuerit vaticinium in quo Cyllenes fieret mentio, effici iam nequit.

1082. *ποιάν*] vid. ad Ran. 529.

<sup>1)</sup> Cf. vs. 1367. — <sup>2)</sup> Vid. ad vs. 1019. — <sup>3)</sup> Thucyd. IV 28 § 4 et 39 § 3. — <sup>4)</sup> Pellecti locis qualis est Ach. 197, ubi vid. — <sup>5)</sup> Ach. 83, 782 Pac. 151 Vesp. 260 Soph. Oed. C. 397, 821 Eur. Or. 1211 Meisterhans Gramm. d. att. Inscr.<sup>2</sup> p. 167 n° 1405 etc. — <sup>6)</sup> Thucyd. I 30. — <sup>7)</sup> Hom. ω 1 Soph. Oed. R. 1104 etc., Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 389. — <sup>8)</sup> Soph. Ai. 695 etc.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὴν τοῦτου χεῖρ' ἐποίησεν  
Κυλλήνην ὀρθῶς, ὅτι φησ' „ἐμβαλε κυλλῆ.“

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

1085 οὐκ ὀρθῶς φράζει τὴν Κυλλήνην γὰρ ὁ Φοῖβος  
εἰς τὴν χεῖρ' ὀρθῶς ἠνίξαστο τὴν Διοπείδους.  
ἀλλὰ γὰρ ἔστιν ἐμοὶ χρησμός περὶ σοῦ πτερυγιάτος,  
αἰετός ὡς γίγναι καὶ πάσης γῆς βασιλεύεις.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ γὰρ ἐμοί· καὶ γῆς καὶ τῆς Ἐρυθραῆς γε θαλάσσης,

1084. φράζει R] φράζει codd. cett., sed ad Demum haec dici contextus docet.

1086. ἔστιν ἐμοί] ἔστι μοι V alii.

1087. βασιλεύεις R] -σεις V et plerique non recte; vid. commentarius ad vs. 127.

1088. καὶ γῆς] καὶ λῆς; Bergk; sed hoc non est epicum, neque recte sic haberet  
γε. Quamquam molesta esse καὶ γῆς non nego; quae dittographiae debet — sequuntur enim καὶ τῆς — facile suspicetur quispiam. || γε R] τε V alii, σὺ vVelsen.

— ἐποίησεν] in poesi dixit<sup>1)</sup>.

1083. *Istius hominis volam optimo iure vocavit Cyllenen; haec enim dicit: „da quo implear.“* Verborum hic lusus, de quo vid. ad Vesp. 84, eo fit facilius quod montis nomen Κυλλήνη cum adiectivo κυλλῶ<sup>2)</sup> sive κοίλω cavao revera cohaeret; cf. autem Thesm. 936 sq.: ὃ πρότανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἦν περ φιλεῖς | κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἦν τις διδῶν, et Tibull. II 4, 14: *illa cava pretium flagitat usque manu.*

1083—1085. ὀρθῶς] vid. ad Nub. 251.

1084. φράζει] interpretatur iste.

1085. εἰς... ἠνίξαστο] cf. Pac. 47 Av. 970 et vid. ad Ran. 61.

— τὴν χεῖρα... τὴν Διοπείδους] *Diorithi*, quem in isicarii vaticinio spectari perhibet Paphlago, manum recurvam fuisse hic versus testatur. Clarus autem illo tempore hic erat *χρησμολόγος*<sup>3)</sup>, qui sub belli initium auctor fuit ut in-

quiretur in τοὺς τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας ἢ λόγους περὶ τῶν μετεώρων διδάσκοντας, — Periclis amicum Anaxagoram petens<sup>4)</sup>; et brevi post belli exitum, cum Sparta de regno disceptarent Leotychnides et Agesilaus, Diopithes Leotychnidae favens hocce vaticinium edidit: φράζω δὴ, Σπάρτη, καίπερ μέγαλαυχος εὐσα, | μὴ σέθεν ἀρτίποδος βλάψη χαλὴ βασιλεία κτέ.<sup>5)</sup>; claudus nimirum altero pede erat Agesilaus. Hominem παραματόμενον vocavit Amipsias in Conno<sup>6)</sup>, item Teleclides in Amphictionibus ὑπομανιώδη eum dixit aut talem ostendit<sup>7)</sup>. Non huc facit Vesp. 380, ubi eius nomen eo tantum consilio commemoratur ut verborum lusus inde possit peti.

1087. De praesentis temporis hoc usu vid. ad vs. 127 et de ipso vaticinio ad vs. 1013.

1088 sq. *Non solum per orbem terrarum sed etiam per mare Erythraeum do-*

<sup>1)</sup> Cf. Thesm. 547 Ran. 935, 1014 etc. — <sup>2)</sup> Av. 1379, cf. Homericum *κυλλοποδίων*. — <sup>3)</sup> ὁ μέγας audit Av. 988. — <sup>4)</sup> Plut. Pericl. 32. — <sup>5)</sup> Xen. Hellen. III 3 § 3, Plut. Ages. 3. Lysand. 22 Pausan. III 8 § 5. — <sup>6)</sup> Amips. fr. 10. — <sup>7)</sup> Vid. etiam Phrynich. fr. 9.

ῥῶτι γ' ἐν Ἐκβατάνοις δικάσεις λείχων ἐπίπαστα.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

1090 ἄλλ' ἐγὼ εἶδον ὄναρ, καὶ μοι ἐδόκει ἢ θεὸς αὐτὴ  
τοῦ δήμου καταχεῖν ἀρυσταίνῃ πλουθυγίαιαν.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1095 νῆ Δία καὶ γὰρ ἐγὼ καὶ μοι ἐδόκει ἢ θεὸς αὐτὴ  
ἐκ πόλεως ἐλθεῖν καὶ γλαῦξ αὐτῇ ἐπικαθῆσθαι,  
εἶτα κατασπένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυστάλλω  
ἀμβροσίαν κατὰ σοῦ, κατὰ τούτου δὲ σκοροδάλμην.

## ΛΗΜΟΣ.

ιοῦ, ιοῦ.

1089. γ'] del. Dindorf.

1090. ἐδόκει] δοκεῖ V alii (cf. vs. 1092).

1092. ἐγὼ καί] om. R. || ἐδόκει] δοκεῖ V alii (cf. vs. 1090).

*minaberis et Ecbatanis iussa dabis*<sup>1)</sup>. Maris mediterranei imperium et iudicia in Arcadiae convallibus seni promiserat Paphlago: multo maiora nunc ei portendit recentissimus hic civitatis sospitator. Vid. ad vs. 797—799 et de verbis *λείχων ἐπίπαστα* ad vs. 103, denique de particulis *καὶ γε* ad Ran. 49.

1090 sq. *In somnio dea mihi visa est super populi caput trulla effundere opesque viresque*<sup>2)</sup>.

1091. *καταχεῖν*] verbum sic usurpatum est etiam Nub. 74 Vesp. 7<sup>3)</sup>; cf. etiam *ἀμφιχεῖν* Hes. Op. 65.

— *ἀρυσταίνῃ*] voce utitur etiam muliercula irata apud Antiphanem: *ἐν δὲ τέργαστήριον ποιῆτε περιβόητον, | κατασκευῶ, νῆ τὴν φίλην Λήμητρα, τὴν μεγίστην | ἀρυσταίαν ἡμῶν ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος | ζέοντος ὕδατος*<sup>4)</sup>. Cf. *ἀρυστάλλος*<sup>5)</sup>, *ἀρυστι-*

*χοι*<sup>6)</sup>, *ἀρυστήρες*<sup>7)</sup>, quae ducta sunt omnia ab *hauriendi* verbo *ἀρύ(τ)ειν*<sup>8)</sup>, cuius stirps inest etiam vocibus *ἐρνηρυσσις*<sup>9)</sup>, *ζωμήρυσσις*<sup>10)</sup>, *οἰνήρυσσις*<sup>11)</sup>.

— *πλουθυγίαιαν*] de priscae conformationis hoc vocabulo vid. Vesp. 677. Alia omnia Apollo vaticinatus fuerat olim in exordio notissimi oraculi de Athenarum ligneis moenibus: *οὐ δύναται Παλλὰς Αἰ' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι | λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτι πυκνῇ*<sup>12)</sup>.

1092 sq. *Mihi autem ipsa dea e sacello suo in arce prodire visa est noctuam suam capiti habens insidentem*. De voce *ἐκ πόλεως* vid. ad Nub. 69.

1094. *ἀρυστάλλω*] *ποτήριον* hoc erat *κἄτωθεν εὐρύτερον ἄνω δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ συσπαστὰ βαλλάντια*<sup>13)</sup>. Cf. vs. 1091.

1095. *σκοροδάλμην*] cf. vs. 199.

1096. *ιοῦ*] vid. ad Ran. 653.

<sup>1)</sup> Mare Erythraeum etiam Av. 145 pro „ultima Thule“ commemoratur, Ecbatanorum autem nomen Ach. 64, 613 Vesp. 1143 sq. ita fere ut nostro loco est adhibitum; vid. etiam Vesp. 1139. — <sup>2)</sup> Cf. vs. 809. — <sup>3)</sup> Item Hom. *ψ* 408 ξ 235 *ψ* 156 etc. — <sup>4)</sup> Antiphan. fr. 25. — <sup>5)</sup> Vs. 1094. — <sup>6)</sup> Vesp. 855. — <sup>7)</sup> Herodot. II 168. — <sup>8)</sup> Nub. 272. — <sup>9)</sup> Ach. 245 fr. 779. — <sup>10)</sup> Antiphan. fr. 249 Anaxipp. 6 Philipp. epigr. 13 etc. — <sup>11)</sup> Ach. 1067. — <sup>12)</sup> Herodot. VII 141. — <sup>13)</sup> Athen. 783 f.

οὐκ ἦν ἄρ' οὐδεὶς τοῦ Γλάνιδος σοφώτερος.  
καὶ νῦν ἔμαυτὸν ἐπιτρέπω σοι τουτοῖ  
„γερονταγωγεῖν καὶ ἀναπαιδεύειν πάλιν.“

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

1100

μήπω γ', ἱκετεύω σ', ἀλλ' ἀνάμεινον, ὡς ἐγὼ  
κριθὰς ποριῶ σοι καὶ βίον καθ' ἡμέραν.

1100. ἐγὼ] ἔγωγε VR et paene omnes.

1097. οὐκ ἦν ἄρα] de imperfecti usu vid. ad Vesp. 183.

— Γλάνιδος] cf. vs. 1004.

1098. ἔμαυτὸν... τουτοῖ] cf. Nub. 141.

— ἐπιτρέπω] vid. vs. 1259 et ad Ran. 529.

1099. Utitur nunc Demus aniculae ex Sophoclis Peleo verbis: Πηλία τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνῃ | γερονταγωγῶ καὶ ἀναπαιδεύω πάλιν. | πάλιν γὰρ αὐθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ <sup>1)</sup>. Eodem respicitur in versu quem Plutarchus ad Cleonem plebeculam sibi devincientem refert, sive ab ipso fictum sive — quod arbitrator <sup>2)</sup> — ex alia fabula desumptum: γερονταγωγῶν καὶ ἀναμισθαρεῖν διδοῦς <sup>3)</sup>. Verbo γερονταγωγεῖν Sophocles usus est etiam in Oedipo Coloneo <sup>4)</sup>.

1100. μήπω γ', ἱκετεύω] vid. ad Nub. 196 et 696.

1101—1106. Ut Vesp. 715—718, sic huic loco inest gradatio quaedam. Illic enim dicitur: „frumenti vim ingentem cum expectares, in singulos cives vix quinque cesserunt medimni, et hordei quidem medimni; neque totum simul accepisti illud quicquid erat, sed unius modii altera pars in singulos dies tibi est concessa; quid quod ne ista quidem sportula ad te perveniebat, nisi civem

te esse demonstrasses magistratibus.“ Nostro vero loco meliora sensim promittuntur; et primo quidem Paphlago id ipsum praebiturum se dicit quod plebecula nuper acceperat, hordei choeniceam pro die, dein ipsa farina promittitur, tandem puls inde confecta opsonique aliquid.

1101. Verba haec ἐν διὰ δυοῖν efficiunt <sup>5)</sup>. Nam κριθαί, quas Demo promittit Paphlago, τὸν καθ' ἡμέραν βίον constituunt, et fortasse ipsa Cleonis verba ex Paphlagonis ore nunc quoque percipiuntur <sup>6)</sup>. Egregio autem cum contentu de ista demagogorum munificentia non hoc tantum aliisque nostrae fabulae locis verba fecit comicus, sed magis etiam aperte quid de ea sentiret biennio post est prolocutus ore Bdelycleonis <sup>7)</sup>. Nec non Pacis huc facit locus, ubi diris devovens pacis adversarios Trygaeus „σι quis ἐπιθυμεῖ μαχῶν“, inquit „ἔσθιοι κριθὰς μόνας“ <sup>8)</sup>: mancipiorum cibo isto vescatur, quo omnes per hosce annos vitam vix aegre sustentavimus <sup>9)</sup>. Itaque non recte nunc verba κριθὰς καὶ βίον interpretetur quispiam hordeum ceterumque victum quotidianum collatis locutionibus qualis est ὁ Ζεῦ καὶ θεοί <sup>10)</sup>.

<sup>1)</sup> Soph. fr. 434. Vid. ad Nub. 1417. — <sup>2)</sup> Cum Kockio fr. adesp. 11. — <sup>3)</sup> Nic. 2. Denuo eum adhibet Mor. 807a. — <sup>4)</sup> Oed. C. 348; cf. Eur. Bacch. 193: γέρον γέροντα παιδαγωγῆσά σ' ἐγὼ. — <sup>5)</sup> Vid. supra ad vs. 803. — <sup>6)</sup> Vid. ad vs. 1019. — <sup>7)</sup> Vesp. 715—718; ubi quod dicitur κατὰ χοίτικα, prorsus idem valet quod nostro loco καθ' ἡμέραν. Vid. quae ad illos versus et ad Vesp. 440 observavi. — <sup>8)</sup> Pac. 449. — <sup>9)</sup> Etiam Hermippi Phormophoros in hoc argumento versatam esse fabulam suspicor. — <sup>10)</sup> Vid. ad Nub. 413.



## ΔΗΜΟΣ.

οὐκ ἀνέχομαι κριθῶν ἀκούων πολλάκις  
ἐξηπατήθην ὑπό τε σοῦ καὶ Θουφάνους.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἀλλ' ἄλιφι' ἤδη σοι ποριῶ ἐσκευασμένα.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1105

ἐγὼ δὲ μαζίσκας γε διαμεμαγμένας,  
καὶ τοῦψον ὀπτόν· μηδὲν ἄλλ' εἰ μὴ ἔσθιε.

## ΔΗΜΟΣ.

ἀνύσατέ νυν ὅ τι περ ποιήσεθ'· ὡς ἐγώ,  
ὀπότερος ἂν σφῶν νῦν με μᾶλλον εὖ ποιῆ,  
τούτω παραδώσω τῆς πυκνὸς τὰς ἡνίας.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

1110

τρέχοιμ' ἂν εἴσω πρότερος.

1102. οὐκ] οὐδ' V fortasse recte (cf. Vesp. 1337, ubi aliter tamen ordinata sunt verba. || πολλάκις] πολλά γὰρ Blaydes.

1108. νῦν με μᾶλλον εὖ GHermann] εὖ με μᾶλλον ἂν codd.; Kock εὖ με μᾶλλον νῦν, Bergk μᾶλλον εὖ με νῦν.

1110. εἴσω R] ἤδη V et plerique, quod intellegi vix potest nisi addatur quo tendat Paphlago, cum praesertim sequatur πρότερος. Alia res est vs. 1161.

1103. *Theorphanem* ὑπογραμματία fuisse<sup>1)</sup> recte, ut arbitror, e Demi verbis efficitur in scholio; sed quod ibi additur: „Cleonis assentatorem fuisse”, id de nihilo opinor est fictum, certe nihil ad rem. Nam teste nostro loco dispensabat Theophanes largitiones, quae civibus propter annonae caritatem his annis saepius sunt concessae.

1105. μαζίσκας] cf. vs. 1166.

1106. ὀπτόν] constans haec est forma adiectivi verbalis, a breviori igitur stirpe verbi ὀπτᾶν ducta (= ὀπτημένος<sup>2)</sup>).

— μηδὲν — ἔσθιε] post ἄλλο e contextu mente suppleri potest θρά. Nam idem haec valent quod ἔσθιε μόνον vel quod

alibi dicitur ἀλλὰ τὰς γνάθους διοίγνυ<sup>3)</sup>. Vid. ad vs. 615.

1107. ἀνύσατε] vid. ad Ran. 606.

— ποιήσετε] futurum idem nunc<sup>4)</sup> valet quod subiunctivus aoristi cum particula ἂν vel ὅ τι περ μέλλετε ποιήσειν<sup>5)</sup>.

1108 sq. Cf. Dionysi verba: ὀπότερος οὐκ ἂν τῆ πόλει παραίνεσιν | μέλλῃ τι χρηστόν, τοῦτον ἄξειν μοι δοκῶ<sup>6)</sup>.

1109. Sic Plepnyrus ille *veveor* inquit *ne mulieres* παραλαβοῦσαι τῆς πόλεως τὰς ἡνίας | ἔπειτ' ἀναγκάζωσιν ἡμᾶς κτέ.<sup>7)</sup>, et eadem imagine usus Plato dicit: παραδοῦναι τὰς τῆς πόλεως ἡνίας<sup>8)</sup>.

1110. Poetae mentem si recte interpretor, isiciarius aedes non intrat ut

<sup>1)</sup> Vid. ad Ran. 1084. — <sup>2)</sup> Apud nostrum redit Pac. 1058 Av. 552, praeterea vid. Diphil. fr. 44 Philemon. iunior. fr. 1, Herodotus passim, Sophocl. Antig. 475 Herod. Mimiamb. II 65 etc. — <sup>3)</sup> Eccl. 852. — <sup>4)</sup> Item Ach. 255 Pac. 1267 Thesm. 917. — <sup>5)</sup> Cf. Sobolewski Synt. p. 159 et vid. infra ad vs. 1183. — <sup>6)</sup> Ran. 1420 sq. — <sup>7)</sup> Eccl. 466. — <sup>8)</sup> Politic. 266 e.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐ δῆτ', ἀλλ' ἐγώ.

(Repulso adversario isiciarius ianuam ingreditur prior, sequitur Paphlago.)

## ΧΟΡΟΣ.

Stropha 1 (vs. 1111—1120).

ὦ Δῆμε, καλήν γ' ἔχεις

ἀρχήν, ὅτε πάντες ἄν-

θρώποι δεδίασί σ', ὥσ-

περ ἄνδρα τύραννον.

1115

ἀλλ' εὐπαράγωγος εἶ,

θωπευόμενός τε γαί-

munuscula inde expromat et Demo de ipsius bonis aliquid largiatur, sed unicuique ei est consilium Paphlagoni negotia facessere, cuius lateri adhaeret velut equo tabanus. Mox autem vacuis redibit manibus, dein sua mensula et suis botulis ceterisque dapibus, quas secum attulit cum forte fortuna huc est delatus, senem donabit.

1111 sqq. O laudes fellis atque acetiplenae, quibus cumulatur nunc Δῆμος; ille τύραννος! Eodem nimirum redeunt quo Bdelycleonis in Vespis oratio; cuius hoc est argumentum: tu, quem terrarum dominum dicunt, misere ductari te patris et nugatoriis quibusdam munusculis acceptis beatum te praedicas.

1111. γε] sane, — id quod demagogi nunquam non tibi asseverant, in his ipse Cleon, qui de Mytilenaeorum sorte sententiam dicturus sic incipit apud Thucydidem: ο cives, non videtis quanto in periculo versemini, οὐ σκοποῦντες ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχὴν καὶ πρὸς ἐπιβουλεύοντας αὐτοὺς καὶ ἄκοντας ἀρχομένους<sup>2)</sup>. Neque aliter locutus fuerat Pericles, siquidem iure suo Thucydides huic quoque tribuit verba: ὡς τυραννίδα ἦδη ἔχετε

τὴν ἀρχήν<sup>3)</sup>, ipsi autem adversarii Atheniensium urbem τύραννον ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐγκαθεστάται his temporibus saepius autumarunt<sup>4)</sup>. Cf. etiam Isocratis verba: πατρες nostri, qui democratiam instituerunt, διεγνωκότες ἦσαν ὅτι δεῖ τὸν μὲν δῆμον ὥσπερ τύραννον καθιστάται τις ἀρχή; κτί., cives autem otio affluentes ἐπιμελεῖσθαι τῶν κοινῶν ὥσπερ οὐκίτας<sup>5)</sup>, et Aristotelis: iudicia a Solone instituta immodice auxerunt populi potestatem, nam exinde cives ὥσπερ τυράννοι τῷ δήμῳ χαριζόμενοι τὴν πολιτείαν εἰς τὴν εὐν δημοκρατίαν κατέστησαν<sup>6)</sup>.

1112. ὅτε] siquidem nunc, ut Nub. 34, 1217 et saepe. Item in antistropha, vs. 1122.

1115. εὐπαράγωγος εἶ] a quovis ductari te sinis, nimis facilem te praebes nequam hominibus. Adiectivum εὐπαράγωγος oppositum sibi habet ἀνάγωγος, quod est equorum contumacium<sup>7)</sup>.

1116. Sic in Acharnensibus rustici Attici dicuntur χαίρειν σφόδρα si quis ἀνὴρ ἀλαζῶν ipsorum civitatem per fas et nefas collaudet<sup>8)</sup>, poeta vero ibidem fertur cives suos docuisse μὴ λίαν ἐξαπατᾶσθαι | μηδ' ἡδεσθαι θωπευόμενους μηδ'

<sup>1)</sup> *Het souveraine volk.* — <sup>2)</sup> Thucyd. III 37. — <sup>3)</sup> II 63 § 2. — <sup>4)</sup> Vid. Corinthiorum verba apud Thucyd. I 122 § 3 et 124 § 3. — <sup>5)</sup> Isocrat. VII § 26. — <sup>6)</sup> Politic. II 12. — <sup>7)</sup> Xen. Mem. III 3 § 4 [Arist.] Rep. Ath. 49 § 1 (?); de canibus dicitur Xen. Mem. IV 1 § 3. — <sup>8)</sup> Ach. 371—373.

ρεις καὶ ἔξαπατώμενος,  
 πρὸς τὸν τε λέγοντ' αἰεὶ  
 κέχημας· ὁ νοῦς δέ σου  
 παρὼν ἀποδημεῖ.

1120

## ΔΗΜΟΣ.

Antistropa 1 (vs. 1121—1130).

νοῦς οὐκ ἔνι ταῖς κόμαις  
 ὑμῶν, ὅτε μ' οὐ φρονεῖν  
 νομίζετ'· ἐγὼ δ' ἐκῶν  
 ταυτ' ἠλιθιάζω.  
 αὐτός τε γὰρ ἤδομαι

1125

1118. τὸν τε R et Suidas s. v. εὐπαράγωγος] τε τὸν cett.

1122. ὅτε] ὅτι codd. nonnulli.

εἶναι χανοπολίτας<sup>1)</sup>. Et in Ranis urbs dicitur plena esse βωμολόχων δημοσιόχων ἔξαπατώντων τὸν δῆμον αἰεὶ<sup>2)</sup>. Aristoteles autem fuisse demonstrat democratiae et alia cum tyrannide esse communia et adulatorum utramque esse feracem, τὸν γὰρ δημαγωγὸν εἶναι τοῦ δήμου κόλακα<sup>3)</sup>. Et facilius esse multos quam unum decipere acute observavit Herodotus<sup>4)</sup>.

1118 sq. Idem supra dictum est τοῦ λέγοντος; εἶ<sup>5)</sup>; praeterea vid. ad vs. 753—755 et de verbo κερχίναται ad vs. 651.

1119 sq. Non apud te es, ai saī φρένες ἡρεθόνται, sedes quidem in concione, sed alia omnia agens ad ipsas res animum non advertis<sup>6)</sup>, θεατῆς μὲν γιγνώμενος τῶν λεγομένων ἀκροατῆς; δὲ τῶν ἔργων, ut est apud Thucydidem<sup>7)</sup>. Nempe ἐπὶν ὁ νοῦς; ἢ μὴ καθεστηκώς τιτι, | οὐκ ἔστ' ἀκούειν οὐδὲν αὐτὸν οὐδ' ὄραϊν<sup>8)</sup>. Cf. Acharnensium locus, ubi Euripidis animus dicitur peregre esse sine corpore velox, ἔξω ζυλλέ-

γων ἐπόλλια, licet ipse tragicus ἔνδον ἀναβάδην ποιῆ τραγωδίαν<sup>9)</sup>, cui loco simillima apud ipsum Euripidem dicit Creusa: οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔσχον ἐνθάδ' οὐσά περ<sup>10)</sup>. Cf. locutiones: νοῦς ὑμῖν οὐκ ἔνεστι<sup>11)</sup> et οὐκ ἐν αὐτοῦ εἶναι<sup>12)</sup>. Verbum ἀποδημεῖν noster etiam Nub. 371 festive adhibuit.

1121. Non abest mea mens, sed vobis mens deest. Istud caput tam belle comatum cerebrum non habet<sup>13)</sup>.

1122. Cf. Antiphan. fr. 196: οἱ ἄητορες; κερκαγότε; ὄρες undique corrasas suas faciούτ, νεμομένων δὲ πλησίον | αὐτῶν κάθεται λοιδορουμένων τ' αἰεὶ | ὁ δῆμος, οὐδὲν οὐτ' ἀκούων οὐθ' ὄραϊν.

1123. ἐκῶν] cf. vs. 1045.

1124. ταυτ' ἠλιθιάζω] verbum apud nostrum non redit, sed adi. ἠλιθίος legitur Ach. 443 etc.; ταῦτα autem est obiectum internum quod dicitur, cf. e. g. Homericum τί με ταῦτα λιλαιαί ἡπεροπεύειν<sup>14)</sup>.

<sup>1)</sup> Ach. 635. — <sup>2)</sup> Ran. 1085. Ubi ultima tamen verba glossatoris esse videntur. —

<sup>3)</sup> Politic. V 11. — <sup>4)</sup> V 97: πολλοὺς οἴκε εἶναι εὐπειτέστερον διαβάλλειν ἢ ἕνα. —

<sup>5)</sup> Vs. 860, ubi vid. — <sup>6)</sup> Ton esprit bal la campagne, gij zijt niet bij de pincken. —

<sup>7)</sup> Thucyd. III 38 § 4. — <sup>8)</sup> Philemon. fr. 151. — <sup>9)</sup> Ach. 396 sqq.; cf. Hor. Ep. I 12, 13. — <sup>10)</sup> Ion. 251. — <sup>11)</sup> Ach. 556, cf. Lys. 572, 1124 Eccl. 856. — <sup>12)</sup> Vesp. 642. Praeterea vid. ad Nub. 228 sqq. et 761—763. — <sup>13)</sup> De equitum coma vid. vs. 580 et ad Nub. 14. — <sup>14)</sup> Γ 399. Praeterea vid. supra vs. 859 et 878.

βρούλλων τὸ καθ' ἡμέραν,  
κλέπτοντά τε βούλομαι  
τρέφειν ἕνα προστάτην  
τοῦτον δ', ὅταν ἦ πλέως,  
ἄρας ἐπάταξα.

1130

## ΧΟΡΟΣ.

Stropha 2 (vs. 1131—1140).

οὔτω μὲν ἄρ' εὖ ποιεῖς,

1131. οὔτω] χοῦτω V R alii, quam lectionem e litteris χο. οὔτω natam esse probabiliter suspicatur Blaydes (cf. vs. 1214). || ἄρ'...ποιεῖς Meineke] ἄν...ποιεῖς (-ῆς, -εῖς) codd.; simile est vitium Pac. 640 Eccl. 645.

1126. Verbum βρούλλειν aliunde ignotum est; quod autem a Symmacho in scholiis cum infantulorum voce βρῦν<sup>1)</sup> componitur, id vero parum videtur simile, cum praesertim *v* vocalis non stirpi sit propria sed exitui, qui etiam in verbo ἐξαπατόλλειν aliisque apparet<sup>2)</sup>. A sensu tamen verbi non longe aberrasse Symmachum ὑποπνέειν interpretantem contextus docet; manifesto enim id fere quod ἕοφεῖν significat, obiectum autem est τὸ καθ' ἡμέραν<sup>3)</sup>, et vertenda sunt verba: nam primo libenter sorbeo diaria mea: gratus est mihi ὁ μίσθος; quo quotidie ab istis donor. Multo minus aptum huic loco fit enunciatum si sumimus τὸ καθ' ἡμέραν non obiecti sed temporis esse accusativum<sup>4)</sup>, quolidie igitur significare, verbum autem βρούλλειν esse intransitivum et id fere valere quod *nugari* vel *dormitare*.

1128. τρέφειν ἕνα προστάτην] verbum τρέφειν, ut βόσκειν<sup>5)</sup>, de animalibus domesticis usurpatur, de hominibus autem dictum contemptus aliquid habere solet. De populi προστάταις vid. [Arist.] Rep.

Ath. 28 et supra Prolegomena<sup>6)</sup>. Numerales nunc ita est adhibitum ut alias εἰς τις<sup>7)</sup>, unus aliquis; cf. Plat. Rep. 565 c: ἕνα τινὰ ἀεὶ δῆμος εἴωθε διαφερόντως προίστασθαι ἑαυτοῦ καὶ τοῦτον τρέφειν τε καὶ αὐξῆσαι μέγαν.

1129 sq. Hunc autem ubi rapinis bene repletum atque plane distentum video, sublato brachio caedo. Apposite Casaubonus laudavit Suetonii de Vespasiano verba: creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret; quibus quidem vulgo „pro spongiis” dicebatur „uti”, quod quasi et siccos madefaceret et exprimeret humentes<sup>8)</sup>. Nec non proxime accedunt verba seditiosa, quae a. u. 370 Romae sunt audita, cum Manlius multitudinis defensor a dictatore in vincula esset coniectus: saginare plebem populares suos, ut iugulentur<sup>9)</sup>.

1130. ἄρας] mente supplendum est τὴν χεῖρα<sup>10)</sup>. Sic Ach. 686 ξυμπάτειν valet ζυμπλέκεσθαι. Omitti solent nimirum obiecta, quae nemo non sponte sit addi-

<sup>1)</sup> Nub. 1382. — <sup>2)</sup> De quibus vid. ad vs. 224. — <sup>3)</sup> Ut Epicrat. fr. 3<sup>6</sup> Isocrat. XII § 179; vid. etiam Soph. Oed. C. 1364. — <sup>4)</sup> Ut Eur. Ion. 123 Electr. 182. — <sup>5)</sup> Vid. ad Ach. 678. — <sup>6)</sup> De voce προστάτη et de verbo προϊστασθαι vid. praeterea Vesp. 419 Pac. 684 Eccl. 176 Thucyd. VIII 89 § 4 etc — <sup>7)</sup> Vid. ad Ran. 911. — <sup>8)</sup> Vespas. 16. — <sup>9)</sup> Liv. VI 17. — <sup>10)</sup> Item Plut. 689 (?) Menandr. fr. 887 Soph. Oed. R. 127 (Eur. Cycl. 458?); alienus vero hinc est nostrae fabulae vs. 1362 vel Eccl. 261.

1135

καὶ σοὶ πυκνότης ἔνεστ'  
 ἐν τῷ τρόπῳ, ὡς λέγεις,  
 τούτῳ πάνυ πολλή,  
 εἰ τοῦσδ' ἐπίτηδες ὥσ-  
 περ δημοσίους τρέφεις  
 ἐν τῇ πυκνί, κᾶθ' ὅταν

1132. καὶ Reiske] εἰ codd., quod e vs. 1135 irrepsisse puto; ἦ Meineke. Si vero εἰ h. l. servetur, quod suadet Sobolewski coll. vs. 483, in vs. 1135 καὶ scribatur auctore Kockio; sed mihi multo minus placet haec verborum structura.

1133. ὡς] ᾧ Reiske, ὄν Blaydes.

1134. τούτῳ] οὔτω Dobree (ut vs. 1131).

1135. εἰ] vid. ad vs. 1132.

turus: *manum* vel *brachium*, *crus* <sup>1)</sup>, *equum*, *navem* <sup>2)</sup>, *aquam* <sup>3)</sup>, similia. Additum legitur τῆρ χειρᾶ Eur. Cycl. 418 <sup>4)</sup>; cf. etiam ἐπάγει τὴν ἐδώνυμον πτέρυγα et τὴν δεξιὴν πτέρυγα ἐπάγας in inscriptione Ephesia <sup>5)</sup>. Idem quod ἄρας ἐπάταξαι valet Homericum κόψεν ἀνασχόμενος <sup>6)</sup>; cf. etiam κατ' ὤμων <sup>7)</sup> et Homericum καταμαδόν <sup>8)</sup>. Denique de structura verborum ὅταν ἦ... ἐπάταξαι vid. ad Ran. 1068.

1132—1134. Sic iungantur: καὶ ἐν τῷ τρόπῳ τούτῳ πάνυ πολλή πυκνότης ἔνεστι σοὶ, ὡς λέγεις. *Tuo iure ais sollers admodum consilium inesse isti rationi agendi.*

1132. πυκνότης] hac voce, quae in sermone quotidiano *densitatem* significabat <sup>9)</sup>, iocose respici τὴν Πύκνα <sup>10)</sup> recte observat Fritzsche <sup>11)</sup>. Idem autem nunc valet quod Homericum πυκνή μῆτις vel βουλή, senex igitur πυκνῆδης vel πυκνόφρων dicitur. Cf. chori verba in Thesmothoriazusis: πάντα δ' ἐβάστασεν φρενὶ πυκνῶς τε | ποικίλους λόγους ἀνηύρεν | εὐδαιμονομένους <sup>12)</sup> et Euripidis ad Dicaeo-

polidem: δάσω, πυκνῆ γὰρ λεπτιὰ μηχανᾶ φρενὶ <sup>13)</sup>.

1133. τῷ τρόπῳ] cf. Socratis ad Strep-siadem verba: κατεπέ μοι σὺ τὸν σαυτοῦ τρόπον <sup>14)</sup> et nescio cuius apud Antiphonem: τὸν τρόπον μὲν οἴοθ' ἀ μου | ὅτι τῶφρος οὐκ ἔνεστιν <sup>15)</sup>.

1135. τοῦσδε] *hosce*, quos manu designat histrio. — Cleonem prae ceteris, in primis subselliis sedentem.

— ἐπίτηδες] cf. Vesp. 391.

1136. ὥσπερ δημοσίους] recte in primo scholio additur: ταύρους ἢ βοῦς. Nam *victimis publicis* nunc assimilantur demagogi, ut *milites* a Philemone, apud quem nescio quis latronem contemtim sic alloquitur: στρατιῶτα, κοὺν ἀνθρῶπε, καὶ σιτοῦμενε | ὥσπερ ἱερῶν, ἔν' ὅταν ἦ καὶρὸς τυθῆς <sup>16)</sup>. Demagogis, perinde atque bubus saginatis <sup>17)</sup>, parcitur donec adsit tempus maectandi. Non recte multi <sup>18)</sup> δημοσίους interpretati sunt καθάρματα sive φαρμακούς, i. e. *homines nequam proximis Thargeliis immolandos* <sup>19)</sup>.

<sup>1)</sup> ἐπαίρειν Herodot. II 162, ἀνατείνειν Lys. 799. — <sup>2)</sup> ἐλαύνειν. — <sup>3)</sup> ἐκράλλειν etc. — <sup>4)</sup> Qui tamen locus nostro non est similis. Cf. etiam Eccl. 264 sq. — <sup>5)</sup> IG. 2953 (IGA. 499). — <sup>6)</sup> § 425; vid. ad I' 352. — <sup>7)</sup> Herod. Mimiamb. III 3. — <sup>8)</sup> O 352, ubi vid., et alibi. — <sup>9)</sup> Cf. Nub. 406 etc. — <sup>10)</sup> Vs. 1137. — <sup>11)</sup> Vid. ad Vesp. 353. — <sup>12)</sup> Thesm. 438 sqq. — <sup>13)</sup> Ach. 445. Etiam Nub. 702 conferri potest. — <sup>14)</sup> Nub. 478. — <sup>15)</sup> Antiphan. fr. 195. Praeterea vid. Ach. 339 Lys. IX § 1 etc. — <sup>16)</sup> Philem. fr. 155. — <sup>17)</sup> Paasch-ossen. — <sup>18)</sup> In his ego ad Ran. 733. — <sup>19)</sup> Vid. infra vs. 1405.



- μή σοι τύχη ὄψον ὄν,  
 τούτων ὅς ἂν ἦ παχὺς  
 1140 θύσας ἐπιδειπνεῖς.

## ΔΗΜΟΣ.

- Antistropa 2 (vs. 1141—1150).  
 σκέψασθε δέ μ', εἰ σοφῶς  
 αὐτοὺς περιέρχομαι,  
 τοὺς οἰομένους φρονεῖν  
 καί μ' ἐξαπατύλλειν.  
 1145 τηρῶ γὰρ ἐκάστοτ' αὐ-  
 τούς, οὐδὲ δοκῶν ὄραϊν,  
 κλέπτοντας· ἔπειτ' ἀναγ-  
 κάζω πάλιν ἐξεμεῖν  
 ἅττ' ἂν κεκλόφωσί μου,  
 1150 κημῶ καταμηλῶν.

1150. κημῶ Blaydes] κημῶν codd.

1138. ὄψον] *carnes*, notissimo genere loquendi.

1139. παχὺς] admodum facete utitur adiectivo, quod et de bestiis bene saginatis usurpari solebat et — in quotidiano certe sermone — de hominibus locupletibus<sup>1)</sup>.

1140. θύσας ἐπιδειπνεῖς] *ingulatum orsonii loco comedis*. Idem valet θύσαι quod ἀποσφάζαι, ut passim<sup>2)</sup>; nimirum bubula nisi festis diebus vesci non solebant. De verbo ἐπιδειπνεῖν autem vid. ad Nub. 421.

1142. περιέρχομαι] vid. ad vs. 290.

1144. ἐξαπατύλλειν] verbum, de cuius termino vid. supra ad vs. 224 Ran. 92, apud nostrum redit Ach. 657.

1146. δοκῶν] vid. ad Ran. 564.

1148. πάλιν ἐξεμεῖν] cf. vs. 404. Biennio

ante noster Cleonem rapinas suas evocentem in scena ostenderit<sup>3)</sup>.

1149. μου] vid. ad vs. 436.

1150. κημῶ καταμηλῶν] quoniam homines de plebe argentum modo acceptum vel mox solvendum solebant ἐγκάτωαι εἰς τὴν γνάθον<sup>4)</sup>, facile potuit fieri ut nummus unus pluresve casu deglutirentur, id quod Euelpidi illi aliquando accidit<sup>5)</sup>. Tunc igitur ut stomachus thesaurum abditum in lucem remitteret, gulae insecebatur digitus vel pluma<sup>6)</sup> vel quicquid praesto erat, id quod καταμηλοῦν<sup>7)</sup> ioculariter nunc dicitur, verbo desumpto ex arte medicorum<sup>8)</sup>, quibus μήλη est *specillum*<sup>9)</sup> et μήλωσις *vulneris exploratio*. Demo autem pro specillo est ὁ κημῶς, hoc enim instrumento cogit demagogos reddere quae de publico sunt suffurati.

<sup>1)</sup> Vid. ad Vesp. 288 et cf. Pac. 1170. — <sup>2)</sup> E. g. fr. 693 Herodot. I 216 Eur. Cycl. 334. — <sup>3)</sup> Vid. Prolegomena et ad Ach. 6. — <sup>4)</sup> Alex. fr. 128<sup>7</sup>; vid. ad Vesp. 609. — <sup>5)</sup> Av. 502 sq. — <sup>6)</sup> Ach. 584 sqq. — <sup>7)</sup> *Sondeeren*. — <sup>8)</sup> Cf. Phrynich. fr. 62. — <sup>9)</sup> *Sonde*.

(Ex acdibus redit Paphlago sedile et cistam repletam gestans. Quem proximus sequitur isiciarius manibus vacuis.)

## SCENA DECIMA NONA.

Demus, Paphlago, Isiciarius, Chorus.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(ad isiciarium:)

ἄπαγ' εἰς μακαρίαν ἐκποδών.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

σύ γ', ὦ φθόρε.

(Paphlagonem violento ictu percussum deicit.)

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(sponte consedis se fingens:)

ὦ Δῆμ', ἐγὼ μέντοι παρεσκευασμένος

τρίπαλαι κάθηναι, βουλόμενός ε' εὐεργετεῖν.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(item considens:)

ἐγὼ δὲ δεκάπαλαί γε καὶ δωδεκάπαλαι

1151. Demo totum tribuunt V<sup>2</sup> R. || ἄπαγ' ] ἔργ' l. a.

1154. γε] om. R, in fine versus repetit V (in archetypo igitur omissum dein in margine additum fuerat).

Nempe *suffragii lationem* significat ὁ κημός, de qua voce vid. ad Vesp. 99; idem igitur Cleoni nunc minitatur Demus quod supra <sup>1)</sup> isiciarius, conferri autem potest vox *κεραμική μάστιξ* de *ostracismo* dicta in comoedia ignota <sup>2)</sup>. — Similia verbo *καταμηλοῦν* sunt *ἐκκαλαμᾶσθαι* <sup>3)</sup> et *ἐκπηριζεσθαι* <sup>4)</sup>, proxime autem ad nostrum locum accedit fr. 614: *τὴν φάργυρα μηλῶν δύο ὄραχμᾶς ἔξει μόνας* <sup>5)</sup> — item fortasse dictum de homine furaci.

1151 sq. His versibus quae supra adscripsi debeo Hartmano, qui poetae mentem recte interpretatus esse mihi videtur.

1151. Per euphemismum, qui in Paphlagonis ore perridiculus est, non εἰς

*κόρακας* <sup>6)</sup> nunc dicitur, sed εἰς *μακαρίαν* Verbum ἄπαγε etiam Pac. 1053 intransitive sic est usurpatum, item fr. adesp. 1216: *ἄπαγ' εἰς τὸν φθόρον*, alibi autem idem dicitur βᾶλλ' εἰς *μακαρίαν* <sup>7)</sup> vel omisso verbo εἰς *μακαρίαν* <sup>8)</sup>. Cf. Ran. 85. Etiam εἰς *ὀλβίαν* ita dictum esse — ab eo opinor qui *Olbiae* urbis notissimae nomen respiceret — testatur Photius s. v. <sup>9)</sup>.

— φθόρε] vox redit Thesm. 535 Plat. Euthyd. 285 b Demosth. XIII § 24.

1152. μέντοι] cf. vs. 168.

1153. *τρίπαλαι*] vox ad analogiam adiectivi *τριδούλου* et similibus iocose conformata redit Av. 465 <sup>10)</sup>.

1154. Plane idem dicebat nescio quis

<sup>1)</sup> Vs. 808 et 855. — <sup>2)</sup> Adesp. fr. 33. — <sup>3)</sup> Vesp. 609. — <sup>4)</sup> Ran. 578. —

<sup>5)</sup> ἔξει δλας Kock. — <sup>6)</sup> Vid. ad Ran. 187 et 607. — <sup>7)</sup> Plat. Hipp. Mai. 293 a. —

<sup>8)</sup> Antiphan. fr. 245. — <sup>9)</sup> Fr. adesp. 1092. — <sup>10)</sup> Cf. nostra *drie-, tiendubbel* pro *voudig*.

1155 καὶ χιλίοπαλαι καὶ προπαλαιπαλαίπαλαι.

ΔΗΜΟΣ.

ἐγὼ δὲ προσδοκῶν γε τρισμυριόπαλαι  
βδελύττομαι σφῶ καὶ προπαλαιπαλαίπαλαι.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οἷσθ' οὖν ὃ δρᾶσον;

ΔΗΜΟΣ.

εἴσομ' ἦν φράσης γε σύ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί,

1160 ἴνα σ' εὖ ποιῶμεν ἐξ ἴσου.

1158. οὖν] om. R. || Alteram versus partem Choro dedit vVelsen coll. vs. 970. || εἴσομ' ἦν Porson] εἴ γε (εἰ δὲ R) μὴ codd.; vid. commentarius. || φράσης] -σεις R alii.

apud Philonidem: κατάκειμαι δ', ὡς δρᾶτε, δεκάπαλιω <sup>1)</sup>, vid. etiam Heniochi fr. 2: ὁ βροῦς ὁ χαλκοῦς ἦν ἂν ἐφθός δεκάπαλαι. Similis autem exaggeratio inest sycophantae querelis Plut. 850 sqq.: ὡς ἀπόλωλα δέιλαιος | καὶ τρις κακοδαίμων καὶ τετρακίς καὶ πεντάκις | καὶ δωδεκάκις καὶ μυριάκις.

1157. βδελύττομαι] vid. ad Ach. 586.

1158. οἷσθ' οὖν ὃ δρᾶσον;] *scin quid tu facias?* <sup>2)</sup>. E locutionibus οἷσθ' οὖν ὃ χρῆ δρᾶν; <sup>3)</sup> et τόδε οὖν δρᾶσον concrevit haec formula loquendi <sup>4)</sup>, quam recte Bentley sic expedit: νῦν οὖν δρᾶσον — οἷσθ' ὃ (τι); — Simillima sunt οἷσθά νιν ὃ μοι ποιήσον <sup>5)</sup>, οἷσθ' ὃ τι ποιήσον <sup>6)</sup>, οἷσθ' ὡς ποιήσον <sup>7)</sup>. Transitus autem quidam paratus cernitur in verbis: ὡς οὖν ποιήσατε, ἰδ quod facere ἴψιτῶν vos oportet <sup>8)</sup>.

— εἴσομ' ἦν φράσης γε σύ] sic etiam Trygaeo roganti: ἀλλ' οἷσθ' ὃ δρᾶσον;

respondet Hierocles: ἦν φράσης <sup>9)</sup>. Praeterea cf. Alex. fr. 133: ἐπίστασαι τὸν σαῦρον ὡς δεῖ σκενῶσαι; | — ἀλλ' ἦν δαδάσκης, Nicomach. fr. 1: καὶ μὴν ἴσως ὅσον μαγείρου διαφέρει | μάγειρος οὐκ οἷσθ'. — εἴσομαι δὲ γ' ἦν λέγης, Plaut. Pseudul. II 2, 62: *set scin quid te oro Sure?* — *Sciam si dixeris*, Plat. Rep. 408d: ἀλλ' οἷσθ' οὖς ἡγοῦμαι τοιούτους; — ἦν εἴπης, ἔφη, Soph. Oed. R. 1517: οἷσθ' ἐφ' οἷς οὖν εἴμι; — λέξεις καὶ τότ' εἴσομαι κλύων.

1159. ἄφες ἀπὸ βαλβίδων] de verbo vid. ad Ran. 133, de nomine ad Ach. 483 Vesp. 548. *Carceres* autem, unde cursus initium facturi sunt, vocat locum prope ianua, ubi fabulae initio potavit Demosthenes, cuius *lagena* et *poculum* etiamnunc ibi adstant, isiciarius autem ibi deposuit *mensulam* suam ceterasque quas in forum deferebat *sarcinas*. Nunc *sedile* et *cistam* illic collocavit Paphlago.

<sup>1)</sup> Philonid. fr. 8. — <sup>2)</sup> Plaut. Mil. IV 2, 43 Pers. I 3, 74. — <sup>3)</sup> Cf. Eur. Iph Taur. 759. — <sup>4)</sup> Fere ut nostrum *weet je wat je doet* (pro: *doem moet*). Redit Pac. 1061 Av. 54, 80 Eur. Hec. 225 Ion. 1029 Hel. 315, 1233 Iph. Aul. 725 Cycl. 131(?) fr. 647. — <sup>5)</sup> Hermipp. fr. 43. — <sup>6)</sup> Menandr. fr. 916 (Gregor. Corinth. p. 15 sqq. Schaeff.). — <sup>7)</sup> Soph. Oed. R. 543; vid. etiam ad Ach. 1064. — <sup>8)</sup> Plat. Protag. 338a. — <sup>9)</sup> Pac. 1061.

## ΔΗΜΟΣ.

δρᾶν ταῦτα χροί.

ἄπιτον.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ ΚΑΙ ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἰδοῦ.

(Sibi invicem occursantes nihil proficiunt.)

## ΔΗΜΟΣ.

θέοιτ' ἄν.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὑποθεῖν οὐκ ἔω.

(Paphlagonem repellit.)

## ΔΗΜΟΣ.

(secum:)

ἀλλ' ἢ μεγάλως εὐδαιμονήσω τήμερον

ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, νῆ Δί', εἴ τι θρύψομαι.

1161. ἰδοῦ] in codd. soli Cleoni aut Isiciario tribuuntur; ab ambobus coniunctim proferri vidit Kock. Enger scribebat ΠΑΦ. ἰδοῦ θέοιτ' ἄν. ΑΛΛ. ὑποθεῖν οὐκ ἔω.

1163. εἴ τι Hartman] ἢ γὰρ codd.; pronomen cum abundet, Kock proposuit ἢ ἐπιθύψομαι (coll. scholii verbis ἄντι τοῦ συνταξιθῆσομαι et Pac. 246), Blaydes ἀλλ' ἢ... εἰ μὴ θρύψομαι, Zacher ἀλλ' ἢ... εἰ ἐπιθύψομαι (coll. vs. 175 et Av. 176), Bergk nimis audacter ἢ διαρραγήσομαι (aut beatum me reddent istorum dona aut — *iis oppletus disrumpar*). Errorem peperit vis particularum ἀλλ' ἢ (vs. 1162) non agnita.

1161. ἰδοῦ] sic loquitur qui dicto audientem se praestat.

— θέοιτ' ἄν] *quin igitur curvillis?* Nempe Paphlago et isiciarius se invicem prae-  
pediunt.

— ὑποθεῖν οὐκ ἔω] *ego certe istis tuis artibus frustrari me non sinam.* De verbo ὑποθεῖν et cognatis vid. ad vs. 47, et de re ad vs. 742 sq.

1162. ἀλλ' ἢ] *profecto*; cf. vs. 953, et de elliptico usu harum particularum, quae cum interrogativo ἀλλ' ἢ<sup>1)</sup> minime sunt confundendae, vid. ad Ran. 928.

1163. ἐραστῶν] cf. vs. 732.

— εἴ τι θρύψομαι] *si non nimis gratum citiusve contentum me praebuero*<sup>2)</sup>. De pronominis τι usu vid. ad Nub. 1076 et de verbo θρύπτεσθαι Bekk. Anecd. 43: θρύπτεσθαι ὠρξέσθαι<sup>3)</sup>. ἄμωρ Εὐπολις ὠρξομένη καὶ θρυπτομένη<sup>4)</sup>, Xen. Conv. VIII § 6: ὁρῶ σε ἐρῶντα οὐχ ἀβρότητι χλιδαινομένου οὐδὲ μαλακίᾳ θρυπτομένου, Plat. Phaedr. 228c: ἐθρύπτετο ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν etc.; dicitur igitur de eo qui *fastidium prae se fert*<sup>5)</sup>. Cf. ὑποσεμύνεσθαι<sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Ach. 424 sq. etc. — <sup>2)</sup> Sic locum interpretatus est Hartman. — <sup>3)</sup> Cf. Eccl. 202. — <sup>4)</sup> Eupol. fr. 358. — <sup>5)</sup> *Zich airs geven, coquetteleen.* — <sup>6)</sup> Ad Ran. 178.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(sedile, quod modo secum attulit, seni offerens:)

ὄρῳ; ἐγὼ σοι πρότερος ἐκφέρω δίφρον.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(mensulam suam seni apponens:)

1165 ἄλλ' οὐ τράπεζαν ἄλλ' ἐγὼ προτεράτερος.

(Versus sequentes dum dicuntur, certatim identidem procurrunt et recurrunt Paphlago et isiciarius, novas semper dapes petentes dein afferentes.)

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(placentam ex sua cista expromens:)

ἰδοὺ φέρω σοι τήνδε μαζίσκην ἐγὼ  
ἐκ τῶν ὀλῶν τῶν ἐκ Πύλου μεμαγμένην.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(panis crustas seni apponens:)

ἐγὼ δὲ μυστίλας μεμυστιλημένας  
ὑπὸ τῆς θεοῦ τῆ χειρὶ τῆ ἑλεφαντίνῃ.

1165. Priorem versus partem an seni θρουπτομέτω tribuam dubito.

1168. δέ] δέ γε Meineke.

1165. *At mensam ego magis etiam prior tibi affero.* Suum nimirum ἔλεον<sup>1)</sup> ad manum habet. — Iocoso nunc ficta est vox προτεράτερος ad analogiam genuinorum comparativorum, quales sunt πρῶταίτερος et ὑψαίτερος.

1166. *En accipe quam tibi fero placentam.* De articulo omissio vid. ad Nub. 60 et de voce μαζίσκη supra vs. 1105.

1167. Denuo respicitur Cleonis illa victoria<sup>2)</sup>. Neque obscurum est quasnam ὀλῆ; sive hordei grana<sup>3)</sup> nunc dicat Paphlago; nam cum capta est Sphacteria, in insula illa, quam per trimestre fere spatium inclusam tenuerant Athenienses, inventum etiam est frumenti aliquid<sup>4)</sup>, nec minus tunc hordeum illud fama celebratum est, opinor, quam olim apud patres nostros olla moreti quae in hostium fugatorum castello deprensa

est calida adhuc, cum Lugdunum Bata-  
vorum post longam obsidionem liberata  
est urbs, cuius rei usque ad hunc diem  
inter nos vivit memoria. Fortasse autem  
Athenas illud hordeum secum adduxerat  
Cleon, quo clarius appareret civibus  
non fame sed vi et armis fractos esse  
animos invictorum illorum Lacedaemoniorum. Hae igitur sunt „αι ὀλαι  
αι ἐκ Πύλου“, neque vulgarem nunc placen-  
tam sed suam ipsius totiusque populi  
gloriam Paphlago gustandam praebet  
seni.

1168. Crustas quibus pultem vel ius-  
culum hauriat orique admoveat Demo  
offert isiciarius, ex suis nimirum copiis  
depromptas; sed ab ipsa Minerva exca-  
vatas esse perhibet. Verbum μυστιλῶσαι  
supra vidimus<sup>5)</sup>; μυστιλῆν autem<sup>6)</sup> Pol-  
lux recte dicit ψωμὸν κοῖλον εἰς ἔττος ἢ

<sup>1)</sup> Vid. vs. 152 et 771. — <sup>2)</sup> Prae ceteris locis nunc cf. vs. 55. — <sup>3)</sup> Pac. 948, 961 Diphil. fr. 89 Dittenb. Syll. 373<sup>19</sup>. — <sup>4)</sup> Thucyd. IV 39 § 2. — <sup>5)</sup> Vs. 827. — <sup>6)</sup> Pherecrat. fr. 108<sup>5</sup> etc.



## ΔΗΜΟΣ.

1174) ὡς μέγαν ἄϋ' εἶχες, ὦ πότνια, τὸν δάκτυλον!

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(aliam dapem offerens:)

ἐγὼ δ' ἔτνος γε πίσινον εὐχρον καὶ καλόν·  
ἐτόρυνε δ' αὖθ' ἡ Παλλὰς ἡ Πυλαιμάχος.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(ollam seni obtrudens:)

ὦ Δῆμ', ἐναργῶς ἡ θεός σ' ἐπισκοπεῖ,  
καὶ νῦν ὑπερέχει σου χύτραν ζωμοῦ πλέαν.

## ΔΗΜΟΣ.

1175) οἷε γὰρ οἰκεῖσθ' ἄν ἔτι τήνδε τὴν πόλιν,  
εἰ μὴ φανερωῶς ἡμῶν ὑπερεἶχε τὴν χ... ὑτραν;

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(piscis frustum afferens:)

τοντὶ τέμαχος σοι ἔδωκεν ἡ Φοβεσιστράτη.

1171. γε] om. R.

1172. αὖθ' ἡ] ἀπὸτι Bothe.

ζωμὸν βαθονθίεντα<sup>1)</sup>. Hae quoque, ut *ἀπομαγαλαίαι*<sup>2)</sup>, canibus proci solebant.

1169. Phidiae Virgo ex auro ebore lapidibus pretiosis elaborata<sup>3)</sup> pedum erat triginta trium, itaque eius manui, quae Victoriae simulacrum gestabat virum τετραπῆχυν aequans, trabales erant digiti.

1170. *Nunquam antea perspexi quam ingens tibi esset digitus*. Cf. Ach. 990, ubi de Pace dicitur: ὦ; καλὸν ἔχουσα τὸ πρόσσωπον ἄϋ' ἐλάνθανες<sup>4)</sup>.

1171. ἔτνος... πίσινον] *nullem de lente*<sup>5)</sup>.

1172. Hunc cibum non Parthenonis illa incola paravit, sed quae vicina ei erat Pallas *Πρόμαχος*; haec autem epico epitheto *πυλαιμάχῳ*<sup>6)</sup> festive nunc designatur, idque *Pyli victricem* intellegere

iubemur. Vid. ad Vesp. 84 et de verbo *τορύνειν* ad vs. 984.

1173. Senex habet sedile et mensam, manu tenet crustam: frui igitur iam poterit iusculo quod ei apponitur, et mox carnis farto ceteris, quae e suis copiis promit isiciarius.

1174. Ioculariter post *ὑπερέχει σου* non *τὴν χείρα*<sup>7)</sup> vel *τὴν αἰγίδα* adiecit isiciarius, sed *ollam iusculo repletam*, quasi *παρέχει σοι* dixisset. Quae dum profert verba, novum hoc cornu copiae supra senis caput tenet suspensum, ita ut iamiam *πλουθουγίαν* inde effusurum credas.

1176. *τὴν χ. ὑτραν*] denuo praeter expectatum pro *τὴν χείρα* dictum<sup>8)</sup>.

1177. *τοντὶ τέμαχος*] de omisso articulo

<sup>1)</sup> Poll. VI 87; cf. X 89 Diogen. Laert. VI 6 § 37, Phot. et Suid. s. v. — <sup>2)</sup> Vs. 414 sq. — <sup>3)</sup> Plat. Hipp. Min. 290b Preller Gr. Myth. I<sup>4</sup> p. 227 sq. — <sup>4)</sup> De imperfecti hoc usu vid. ad Nub. 1271 et Vesp. 183. — <sup>5)</sup> *Ervotensoep*, item Antiphan. fr. 182; vid. ad vs. 1182. Vox *ἔτνος*; redit praeterea Ach. 246 Av. 78 Lys. 1060 Ran. 62 sq., 506 Eccl. 845 Calliae fr. 21 etc. — <sup>6)</sup> Hom. E 31 Stesichor. fr. 48. — <sup>7)</sup> Solon. fr. 4<sup>4</sup>, cf. Hom. E 433 I 419, 687 Ω 374. — <sup>8)</sup> Observavit Casaubonus.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(carnes exhibens:)

ἡ δ' Ὀβριμόπατρα γ' ἐφθὸν ἐκ ζωμοῦ κρέας,  
καὶ χόλικας ἤνυστρον τε καὶ γαστροὺς τόμον.

## ΔΗΜΟΣ.

1180 καλῶς γ' ἐποίησε τοῦ πέπλου μεμνημένη.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(placentam promens:)

ἡ Γοργολόφα σ' ἐκέλευε τουτουὶ φαγεῖν  
ἐλατῆρος, ἵνα τὰς ναῦς ἐλαύνωμεν καλῶς.

1178. Ὀβριμόπατρα] Ὀβριμοπάτρα codd., item -πάτρα apud Homerum; sed brevem fuisse sonum finalem iure contendisse videtur IMHoogvliet.

1179. χόλικας Blaydes] χόλικος codd.; singularis non nisi Vesp. 1144 reedit, ubi certam ob causam est usurpatus. || \*ἤνυστρον] ἠνύστρου codd.; quae lectio licet concinat cum Mnesimachi fr. 4<sup>14</sup> τόμος ἀλλάντος, τόμος ἠνύστρου, a nostri tamen loci verbis vicinis discrepat.

vid. ad Nub. 60 et de voce τεμάχει ad Ran. 517.

1178. Ὀβριμόπατρα] epicae huius vocis <sup>1)</sup> syllaba prima aut paenultima, fortasse utraque, more prisco produciuntur. Sic etiam adiectivum ἀθάνατος vetustum numerum postea servavit <sup>2)</sup>; cf. praeterea ἔδρα Av. 216, Κῦπρογένεια Lys. 551 et annot. critica ad Nub. 320.

1179. De voce χόλιξι vid. ad Ran. 576, de voce ἠνύστρου supra vs. 356, de voce γαστροὶ ad Nub. 409.

1180. Et bene quidem factum hoc est, quod aliquid certe pro peplo mihi redditur. Ita loquitur senex etiamnunc θρυπτόμενος <sup>3)</sup>, licet inter opulentissimas dapes fere delitescat. Cum locutione καλῶς γ' ἐποίησε... μεμνημένη cf. Pac. 1311: εὖ ποιεῖς δὲ καὶ σὺ φράζων, Eccl. 803 sq.: ἦν διαφραγῶ δέ, τί; | — καλῶς ποιήσεις, Herodot. V 24: εὖ ἐποίησας ἀπικόμενος,

Eur. Med. 472: εὖ δ' ἐποίησας μολῶν. Inversa autem ratione verbi ποιεῖν participium usurpationum est locis similibus: καλῶς γε ποιῶν (ἐπεμνε) <sup>4)</sup>, εὖ γε... ποιῶν ἀπόλωλ' ἐκείνος <sup>5)</sup>, καλῶς τοῖνον ποιῶν ἀπόλυται <sup>6)</sup>, τοιγαροῦν ἀπολώλων καλῶς ποιῶν <sup>7)</sup>, καλῶς γε ποιῶν σὺ <sup>8)</sup>. Qualibus locis si mente supplendum est verbum, necessaria est particula γε <sup>9)</sup>. Eodem sensu Plut. 1119 usurpatum est verbum σωφρονεῖν. — De peplo Minervae vid. supra ad vs. 565 sq.

1181. ἡ Γοργολόφα] cristam coruscans γοργὸν λόφον ἔχουσα. Minervae hoc epitheto Ach. 567 exornatur belli fulmen illud Lamachus.

— ἐκέλευε] imperfecto etiam famuli nostrates ita utuntur <sup>10)</sup>.

1182. ἐλατῆρος] de articulo omisso vid. ad Nub. 60. — Ad pultem placenta seni α. Paphlagone offertur. Hae enim coniunctim edebantur dapes teste Dicaeo-

<sup>1)</sup> E 747 etc. — <sup>2)</sup> Vid. ad Ran. 629. — <sup>3)</sup> Cf. vs. 1163. — <sup>4)</sup> Ach. 1050. — <sup>5)</sup> Pac. 271. — <sup>6)</sup> Plut. 863. — <sup>7)</sup> Menander in Περιμετρομένη (vid. novum fragmentum in Oxyrhynchus Papers II (1899) p. 11 sqq., lin. 14. — <sup>8)</sup> Plat. Conv. 174 e; item Charmid. 162 e alibi. — <sup>9)</sup> Post alios id docuit Schanz ad Conviv. Prolegom. p. VI sq.; vid. etiam ad Vesp. 231. — <sup>10)</sup> Idem est usus vs. 514 (?) Ach. 960, 962, 1051, 1073 etc.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(farcimina praebens:)

λαβὲ καὶ ταδί νυν.

## ΔΗΜΟΣ.

καὶ τί τούτοις χορήσομαι

τοῖς ἐντέροις;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐπίτηδες αὐτ' ἔπεμψέ σοι

1185

εἰς τὰς τριήρεις ἐντερονείαν ἢ θεός·

ἐπισκοπεῖ γὰρ περιφανῶς τὸ ναυτικόν.

ἔχε καὶ πιεῖν κεκραμένον τρία καὶ δύο.

(Poculum seni praebet.)

1187. καὶ πιεῖν] κἀπιεῖν V, κἀμπιεῖν Cobet.

polidis filia: ὦ μήτηρ, ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτήρουν, | ἴν' ἔτιος καταχέω τοῦ ἐλατήρος; τουτουί<sup>1)</sup>). Etiam in Calliae versu sibi sunt vicinae: ἔτιος, πυριάτης, γογγυλίδες, δάφανοι, δρουπεῖς, ἐλατήρης<sup>2)</sup>). Sed frustra opinor quaesierit quispiam cur prisca vox ἐλατήρ<sup>3)</sup> in lingua culinaria placentae olim fuerit tributa et postea — ut in nomine proprio — permanserit.

— ἴνα... ἐλαύνωμεν] similibus lusibus vs. 1185 et 1189 indulsit comicus<sup>4)</sup>.

1183. τί... χορήσομαι...;] *quid faciam?* *Quid mihi cum dōtulīs?* Prisca vis futuri, quod a subiunctivo olim non fuit diversum<sup>5)</sup>, luclenter in his verbis apparet, sunt enim dubitantis<sup>6)</sup>. Item τίς ἀντερεῖ; *quis est qui possit contradicere?*<sup>7)</sup>, τί ἐτι ἐρεῖ; *quid praeterea dicere habes?*<sup>8)</sup> ἐρεῖ τις dixerit aliquis<sup>9)</sup>, οὐ γὰρ φανῶ τοῖς πολέμοις; *mene hostes non delaturum!*<sup>10)</sup> vel Herod. Mimiamb. V 56: μᾶ, δόζει τις

οὐχὶ σύνδουλον | αὐτὸν σπαράσσειν ἀλλὶ σημάτων φῶρα, *hem dixeris istum non conservum suum sed bustirarum aliquem raptare*<sup>11)</sup>. — Dicit haec Demus ἐτι θροπτόμενος<sup>12)</sup>, isiciarius autem, qui copias suas fere iam exhaustit, inops consilii circumspicit, et mox arrepta lagena, quam fabulae initio Demosthenes reliquit, „chalcidicum” illud poculum inde impletum seni offert.

1184. ἐπίτηδες] vid. ad Vesp. 391.

1185. ἐντερονείαν] *interamenta navium*<sup>13)</sup>. Sic supra voces ζυγώματα et ζωμεύματα sunt permixtae<sup>14)</sup>. Praeterea cf. vs. 1182.

1187. ἔχε] cf. vs. 51.

1187 sq. „*En etiam vini aliquid!*” isiciarius ait, post opsonium ἐπιπεῖν seni praebens. Solebat ita fere misceri vinum<sup>15)</sup> ut aquae mensura sesqui maior esset quam meri, paulo autem meracior erat mixtura quae ἴσον ἴσῳ κεκραμένῃ

<sup>1)</sup> Ach. 245 sq. — <sup>2)</sup> Call. fr. 21. — <sup>3)</sup> *Auriga* vel *agitator*, *drijver*. — <sup>4)</sup> Vid. etiam vs. 855, 1132 et ad Vesp. 353. — <sup>5)</sup> Cf. Enchirid. dict. ep. § 108. — <sup>6)</sup> Redit locutio Ach. 935 Pac. 230, 1240, 1257 Plut. 941, item *τί δράσομεν* Eur. Cycl. 193 etc. — <sup>7)</sup> Ach. 702. — <sup>8)</sup> Plut. 1161. — <sup>9)</sup> Ach. 540 Eur. Bacch. 204 Xen. Cyr. IV 3 § 10 etc.; = *εἴποι τις ἔν* Eur. Andr. 929 etc. — <sup>10)</sup> Ach. 827. — <sup>11)</sup> Item *ἐρεῖ(ς)* III 35 et IV 28, 33, *φασεῖς*; Theoc. XV 79. Vid. etiam supra ad vs. 1107 et Ach. 901. — <sup>12)</sup> Cf. vs. 1163. — <sup>13)</sup> Liv. XXVIII 45. — <sup>14)</sup> Vs. 279. — <sup>15)</sup> Nam barbarorum erat ἄκρατον πνεῖν: Ach. 75 Alex. fr. 9 Herodot. VI 84.

## ΔΗΜΟΣ.

(gustato vino:)

ὡς ἡδύς, ὦ Ζεῦ, καὶ τὰ τρία φέρον καλῶς!

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἢ Τριτογενῆς γὰρ αὐτὸν ἐνετριτώνισεν.

1189. Τριτογενῆς; γὰρ] -νεὶ ἄρ' Cobet, sed γὰρ necessarium, parum autem placet verborum ordo a Blaydesio commendatus ἢ Τριτογένει αὐτὸν γὰρ.

dicebatur <sup>1)</sup>, meracior etiam ἢ κατὰ δύο καὶ τρία <sup>2)</sup> vel κατὰ τρία καὶ τέτταρα <sup>3)</sup>. Ad ipsa verba quod attinet, prius olim craterae infundebatur aqua <sup>4)</sup>, dein affundebatur merum <sup>5)</sup>; quapropter in designando potionis temperamento praemitti solet numerus aquae mensuram indicans. Quod loquendi genus etiam postea permansit, postquam inversa ratio in conviviis ingruit; nam Aristophanis aetate homines prius vinum ὑποχίαντες; dein aquam ἐπέχουν <sup>6)</sup>, unde explicatioem habet Diphili versiculus: ἢ τύχη | ἐν ἄγαθὸν ὑποχίασα τρι' ἐπαντλεῖ κακὰ <sup>7)</sup>. Nempe olim ὑδαρές bibentes et aqua colorata <sup>8)</sup> contenti τρία καὶ ἐν miscebant <sup>9)</sup>, vel δύο καὶ ἐν <sup>10)</sup>, vel πέντε καὶ δύο <sup>11)</sup>, vel etiam τέτταρα καὶ ἐν <sup>12)</sup>; sed ζωρότερον sensim potantes tandem eo devenerunt ut vino uterentur cui aquae paululum esset adiectum, quin apud Cratinum mulierculae euidam πειν θάνατος οἶνον videtur ἦν ὑδωρ ἐπῆ <sup>13)</sup>, et Pherecrates animum temulentam in scenam inducere potuit quae ἐν καὶ δύο miscenti „βατράχοισιν οἰνοχοεῖς!“ clamitaret <sup>14)</sup>. Eandem mixturam prisca ille Alcaeus tum poposcerat

cum furere ei dulce videretur <sup>15)</sup>. Ceterum generosiora vina plus aquae „ferebant“ — sic enim loquebantur — quam vulgaria; longe autem vicit reliqua *Maroneum* illud vinum, quo domatus est Cyclops, hoc enim viginti aquae partes <sup>16)</sup> facile ferebat <sup>17)</sup>, adque suum aevum eius vigorem durasse, meri enim singulos sextarios *octogenis* aquae etiam tum mixtos esse, tradit Plinius <sup>18)</sup>, — si neque fides huic testi videtur deneganda neque *octonis* scribere licet. Hoc igitur vinum si quod aliud fuit *πολυφόρον*, sic enim vocabatur vinum multae aquae patiens. Quod adiectivum Athenaeo restituendum est *10 a*, ubi commemoratur Nestor Machaoni οἶνον praebens *πράμνειον*, ὃν ἴσμεν *παχὺν καὶ πολυφόρον* <sup>19)</sup>. Hinc autem explicationem habent sycophantae desperantes verba: οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα δειλαῖος | καὶ τρις κακοδαίμων καὶ τετράκις καὶ πεντάκις | καὶ δωδεκάκις καὶ μυριάκις | οὐτὼ πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμοι <sup>20)</sup>. Nostro igitur loco vinum oblatum ut laudet τὰ τρία καλῶς φέρειν dicit senex, nunc demum gaudium suum aperte significans <sup>21)</sup>.

1189. Τριτογενῆς; <sup>22)</sup> vel Τριτογένεια Mi-

<sup>1)</sup> *Half and half, half en half*: Plut. 1132 Cratin. fr. 184 (273) Archipp. 2 Philetaer. 1 Stratt. 22, 61 Alex. 58, 230, 244 Aristophont. 14 Sophil. 3 Timocl. 20 Xenarch. 9 adesp. 106<sup>12)</sup>. Unde translata est haec locutio Ach. 354. — <sup>2)</sup> Philetaer. fr. 16. — <sup>3)</sup> Ehipp. fr. 11. — <sup>4)</sup> *προυχεῖτο* vel *ὑπεχεῖτο*. — <sup>5)</sup> *ἐπέχεται*. Vid. Hes. Oper. 596 Athen. 782a, b etc. — <sup>6)</sup> Xen. Oecon. XVII § 9. — <sup>7)</sup> Diphil. fr. 107. Vid. praeterea Theophrastus apud Athen. 782b Alex. fr. 111 Sophil. 4 Diphil. 5 Menand. 8, Cobet Nov. Lect. p. 601. — <sup>8)</sup> *Eau rouge*. — <sup>9)</sup> Hes. Oper. 596, cf. Cratin. fr. 183 Anaxil. 23. — <sup>10)</sup> Anacreont. fr. 64 Diocl. 6. — <sup>11)</sup> Hermipp. fr. 25 Eupol. 8 Amips. 4 Nicochar. 1. — <sup>12)</sup> Anaxil. fr. 23. — <sup>13)</sup> Cratin. fr. 273, vid. etiam Alex. fr. 226. — <sup>14)</sup> Pherecrat. fr. 70. — <sup>15)</sup> Alc. fr. 41. — <sup>16)</sup> *εἴκοσι καὶ ἐν*. — <sup>17)</sup> Hom. ε. 209. — <sup>18)</sup> H. Nat. XIV § 53. — <sup>19)</sup> Vulgo *πολύτροπον*. — <sup>20)</sup> Plut. 850 sqq. — <sup>21)</sup> Cf. ἴσον ἴσων φέρον Acharn. 354 et Cratin. fr. 183 ἄρ' οἴσει τρία; — <sup>22)</sup> Hymn. XXVIII 4 Herodot. VII 141.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(placentae frustum afferens:)

1190 λαβέ νυν πλακοῦντος πίονος παρ' ἔμοῦ τόμον.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

παρ' ἔμοῦ δ' ὄλον γε τὸν πλακοῦντα τουτονί.

(Placentam, quae sola ei superest, expromtam apponit totam.)

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(superbiens aemulumque irridens:)

ἀλλ' οὐ λαγῶ' ἕξεις ὀπόθεν δῶς· ἀλλ' ἔγώ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(secum:)

οἷμοι· πόθεν λαγῶά μοι γενήσεται;

ὦ θυμέ, νυνὶ βωμολόχον ἕξευρέ τι.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(carnes e cista expromens leporinas:)

1195 ὄρῳς τάδ', ὦ κακόδαιμον;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὀλίγον μοι μέλει

ἐκεινοὶ γὰρ ὡς ἔμ' ἔρχονται τινες

πρέσβεις ἔχοντες ἀργυρίου βαλλάντια.

(Fingit se prospicere homines quosdam eminus advenientes.)

1196. ἐκεινοὶ Elmsley] ἐκείνοι codd., ἀλλὰ γὰρ ἐκείνοι γ' Ald.

1196 sq. τινες | πρέσβεις κτέ.] Isiciario continuavit Meineke, et sic olim alii teste scholio; in codd. nunc est *Κ.Α.* τίνες; | *Α.Α.Α.* πρέσβεις κτέ.

nerva vocabatur prisco nomine <sup>1)</sup>). Quod nomen nunc cum numerali τρία iocose componitur, novum autem verbum ἐντριπώνισαι inde ducitur ad significandum τὸ τρία καὶ δύο ἐγκραάσαι <sup>2)</sup>).

1192 sqq. λαγῶα] sc. κρία <sup>3)</sup>).

1194. ὦ θυμέ] vox tragica; vid. ad Vesp. 756.

— βωμολόχον] de hac voce videatur ad Ran. 358.

1196 sq. Nondum mutatus est homo

noster ab illo qui sodalibus carnes suffurari solebat <sup>4)</sup>).

1196. ἐκείνοι... τινες] sic loquimur de hominibus, quos digito indicamus, nescientes tamen qui sint. Simillimus est versus Lys. 65: ἀτίρ αἶδε καὶ δὴ σοι προσέρχονται τινες, cf. etiam Ach. 179: οἱ δὲ... προσβῦνται τινες <sup>5)</sup>).

1197. πρέσβεις ἔχοντες... βαλλάντια] cf. vs. 313 et 932 sq., et de voce βαλλάντια vs. 707.

<sup>1)</sup> Vid. ad Nub. 989. — <sup>2)</sup> Cf. vs. 1182. — <sup>3)</sup> Ach. 1110. Vid. Ach. 1006 Pac. 1150, 1196, 1312 Eccl. 843 et ad Vesp. 709. — <sup>4)</sup> Vid. vs. 418—420. — <sup>5)</sup> Similia leguntur praeterea Ach. 1069 Vesp. 182, 205 Pac. 1043 sq. Av. 1121, 1410, 1414, 1583. Sed vitiosum videtur τινες... οὐτοὶ Ran. 170.



## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(lancem quam tenet deponens:)

ποῦ, ποῦ;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί δὲ σοὶ τοῦτ'; οὐκ ἔασεις τοὺς ξένους;

(Paphlago celeriter occurrit legatis quos putat appropinquare; interim isiciarius carnes quas ille deposuit offert seni.)

ὦ Δημίδιον, ὄρῃς τὰ λαγῶν, ἃ σοι φέρω;

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

(detecto errore recurrens:)

1200

οἴμοι τάλας, ἀδίκως γέ τ' ἄμ' ὑφαρπάσας.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

νῆ τὸν Ποσειδῶ, καὶ σὺ γὰρ τοὺς ἐκ Πύλου.

## ΔΗΜΟΣ.

εἴπ', ἀντιβολῶ, πῶς ἐπενόησας ἀρπάσαι;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὸ μὲν νόημα τῆς Θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ δ' ἐκινδύνευσά γ' ἐξώπησά τε.

1200. ὑφαρπάσας Lenting] ὑφήρπασας codd.

1202. In Demī ore parum aptum duco, Demostheni autem libenter eum darem (cf. vs. 1254), si credibile esset hunc in scena adesse; nunc Coryphaei esse mihi videtur.

1204. ἐκινδύνευσά] ἐκυνήγετ' (α) Reiske (ut vs. 1382); quae licet palmaris iudice Blaydesio sit emendatio, recipienda mihi minime videtur; nam nimis anxie sic ad amussim exigitur res, in Attica autem lepores vix ullos fuisse scimus. Vid. commentarius. || γ' ἐξώπησά τε Blaydes] ἐγὼ δ' ὤπησά γε codd., Isiciario haec verba tribuentes, quae Cleonis esse vidit Bothe. Lenting priorem versus partem Isiciario continuat, posteriorem Cleoni tribuens; cui assensus vBamberg statuit ante versus 1204 excidisse Cleonis versus.

1198. τί δὲ σοὶ τοῦτο;] vid. ad vs. 1022.

1200. γε] vid. ad Nub. 84 Vesp. 231.

1201. τοὺς ἐκ Πύλου] sc. ὑφήρπασας, captivos illos surripuisti ducibus qui illis erant. Lacedaemonii Sphacteriae capti etiam in Nubibus οἱ ἐκ Πύλου (ληφθέντες) dicuntur<sup>1)</sup>.

1203. Tragicum haec quamtumvis ludicra habent colorem; vid. ad vs. 108.

1204. ἐγὼ δ' ἐκινδύνευσά γε] ipsius Cleonis ni fallor haec fuere verba, ignaviae crimen coram populo defendentis. „Ipsae vitae meae periculum adii; pro vobis mori non recusavi, o cives, nec recusabo

<sup>1)</sup> Nub. 186.

## ΛΗΜΟΣ.

1205

ἄπιθ' οὐ γὰρ ἀλλὰ τοῦ παραθέντος ἢ χάρις.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἶμοι κακοδαίμων, ὑπεραναιδισθήσομαι.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τί οὐ διακρίνεις δῆθ' ὀπότερός ἐστι νῶν  
ἀνήρ ἀμείνων περὶ σὲ καὶ τὴν.. γαστέρα;

## ΛΗΜΟΣ.

1210

τῷ δῆτ' ἂν ὑμᾶς χρησάμενος τεκμηρίω  
δόξαιμι κρίνειν τοῖς θεαταῖσιν σοφῶς;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

(clam Paphlagonie:)

ἐγὼ φράσω σοι. τὴν ἐμὴν κίστην ἰὼν

1206. ὑπεραναιδισθήσομαι Dindorf e Bekk. Anecd. p. 80] -δεσθήσομαι codd.,  
-δενθήσομαι HStephanus (cf. vs. 398).

1207. δῆθ' Kock] Δῆμ' codd., quod nisi praemissa vocula ὃ ferri nequit; vVelsen  
οὐ διακρίνεις, ὃ Δῆμ', Blaydes οὐκουν διακρίνεις δῆθ' vel νῶν οὐν διάκριν', ὃ Δῆμ',  
Zacher οὐκουν κρίνεις ὃ Δῆμ' (coll. Nub. 938 Ran. 1467, 1473).

1211. τήν] τήν τ' Meineke.

posthac" — id quod in Thracia postea  
re comprobavit. Quae ridicule admodum  
in memoriam nunc revocantur specta-  
toribus, cum res agatur cui ne umbra  
quidem periculi potuerit adhaerere; nam  
etsi praestat non rogare unde leporem  
nunc habeat Paphlago, id quidem certum  
est eum aut callida fraude aut praesen-  
tibus nummis has delicias esse adeptum,  
non cum vitae suae nescio quo periculo  
venatum esse ipsum.

— ἐξώπτησα] cf. vs. 954.

1205. Suo sibi gladio famulum per-  
fidum nunc iugulat herus. — De parti-  
culis οὐ γὰρ ἀλλὰ vid. ad Ran. 58, et de  
verbo παραθεῖναι ad vs. 521.)

1207 sq. Cf. vs. 747 sq.

1207. τί οὐ] hae particulae etiam alibi <sup>2)</sup>

additum habent praesens, frequentius  
vero aoristum, qui est vehementius ur-  
gentis <sup>3)</sup>).

1208. τήν... γαστέρα] contemtim *ven-  
trem* nunc commemorat, cum *civitatem*  
dicere deberet. Nam sollemnia haec prae-  
sertim in laudibus defunctorum erant  
verba: ὁ δεῖνα ἀνὴρ ἀγαθός ἐγένετο περὶ  
τὴν πόλιν vel τὸν δῆμον: *fortiter pro patria  
pugnans occubuit* <sup>4)</sup>. At faex plebeculae,  
cui suppalpantur demagogi, unice curat  
panem et ludos. Simillimo ioco supra  
civitas coniunctim cum pedum digitis  
est commemorata <sup>5)</sup>, nec non huc facit  
Acharnensium locus, ubi non *animum* sed  
*ventrem* advertere puellas esurientes iubet  
Megarensis <sup>6)</sup>.

1211. κίστην] *cistam* sive *sportulam*

1) Fortasse huc facit fr. adesp. 725: τῶν γὰρ ὑστάτων χάρις. — 2) Ach. 359 Nub.  
132 Lys. 1103, 1160 Plat. fr. 69<sup>2</sup>. — 3) Vid. Ach. 592 Vesp. 213 Lys. 181 sq.,  
906, 1161 fr. 466 Plat. com. fr. 75 Plat. Protag. 310 a, 317 d Conv. 173 b Gorg.  
503 b Charmid. 154 e Xen. Memor. III 11 § 15 Herodot. IX 48 Aesch. Prom. 747  
Soph. Oed. R. 1002 Herod. Mim. VII 77 sq. etc. — 4) Vid. ad vs. 812. — 5) Vs.  
874. — 6) Ach. 733.

ξύλλαβε σιωπῆ, καὶ βασάνισον ἀτ' ἔνι,  
καὶ τὴν Παφλαγόνος· καὶ ἀμέλει, κρινεῖς καλῶς.

ΔΗΜΟΣ.

φρέζ' ἴδω.

(Surgit et ad aedes appropinquat. Isiciarii cistam vacuam inspiciens:)

τί οὖν ἔνεστιν;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐχ ὄρας κενήν,

1215 ὦ παππίδιον; ἅπαντα γάρ σοι παρεφόρουν.

ΔΗΜΟΣ.

αὕτη μὲν ἦ κίστη τὰ τοῦ δήμου φρονεῖ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

βάδιζέ νυν καὶ δεῦρο πρὸς τὴν Παφλαγόνος.

(Demo Paphlagonis cistam semiplenam ostendens:)

1214. οὐχ R] ἀλλ' οὐχ V ceterique, quod ex ἀλλ. οὐχ natum esse vidit Dobree (cf. vs. 1131).

1217. νυν Cobet] γ' οὖν (vel γοῦν) codd.; δ' οὖν Sauppe.

*vimineam cibis recipiendis* <sup>1)</sup>). Sic apud Homerum mater Nausicaae ἐν κίστη ἐτίθει μενοεικέ' ἰδώδην | παντοίην, ἐν δ' ὕψ' ἐτίθει <sup>2)</sup>, et apud nostrum Dicaeopolis a Dionysi sacerdote ad coenam invitatus τὴν κίστην variis dapibus implet priusquam illuc abeat <sup>3)</sup>. Hinc autem explanationem habent Mercurii verba: „*Ραχ μετὰ τὰν Πύλω ad vos venit σπονδῶν φέρουσα τῆ πόλει κίστην πλείαν, sed repulsam tulίτ'* <sup>4)</sup>”; ubi σπονδαί intellegendae sunt *libamina* sive *vini γέματα*. Etiam Amphitheatum in Acharnensibus σπονδῶν suas sive *vini lagenas* ἐν κίστην ni fallor afferentem finxit comicus <sup>5)</sup>.

— ἰών] de participii usu vid. ad Nub. 1212.

1212. Hoc demum est hominis δεινοῦ

καὶ ἀμηχάνων πόρου; εὐρεῖν <sup>6)</sup>, rem quantumvis adversam callide in melius detorquere, ita ut clades mutetur in victoriam. Dapum abundantia aemulum superare studuit: nunc, cum spe ceciderit, ipsa cibi inopia argumentum ei praebet quo Paphlagonem profliget.

1215. ὦ παππίδιον] item Vesp. 655.

— ἅπαντα... παρεφόρουν] cum certavimus, non seponebam mihi quaedam, sed eunctas carnes integraeque omasa totasque placentas tibi afferebam. Sic imperfectum est expediendum. Cum verbo παραφοῆσαι cf. παραθεῖναι <sup>7)</sup> et ἐμφοῆσαι.

1216. Cf. Euripidis verba Ran. 952: δημοκρατικὸν γὰρ αὐτ' ἔδρων, et vid. ad Nub. 1187.

— κίστη] cf. vs. 1211.

<sup>1)</sup> εἰς ὑποδοχὴν ἰδεομάτων, ut recte dicitur in scholio. *Een etenskorf* (non: *kist!*) — <sup>2)</sup> ζ 76 sq. — <sup>3)</sup> Ach. 1086, 1098 sqq. — <sup>4)</sup> Pac. 666. — <sup>5)</sup> Ach. 173 sqq. Praeterea vid. infra vs. 1216 Lys. 1184 Thesm. 284 Pherecrat. fr. 52, 122 Eupol. 76 etc.; alium vero usum κίστην praestat Vesp. 529, ubi vid. — <sup>6)</sup> Cf. vs. 759. — <sup>7)</sup> Vs. 52.

ὄρας τάδ' ;

## ΔΗΜΟΣ.

οἴμοι, τῶν ἀγαθῶν ὅσων πλέα!

ὅσον τὸ χροῖμα τοῦ πλακοῦντος ἀπέθετο!

1220 ἐμοὶ δ' ἔδωκεν ἀποτεμὸν τυννουτονί.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τοιαῦτα μέντοι καὶ πρότερόν σ' εἰργάζετο

σοὶ μὲν προσεδίδου σμικρὸν ὧν ἐλάμβανεν,

αὐτὸς δ' ἑαυτῷ παρετίθει τὰ μείζονα.

## ΔΗΜΟΣ.

ὦ μικρὲ, κλέπτων δὴ με ταῦτ' ἐξηπάτας;

1225 „ἐγὼ δέ τν ἐστεφάνιξα καὶ ἐδωρησάμαν.“

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

ἐγὼ δ' ἔκλεπτον ἐπ' ἀγαθῷ γε τῇ πόλει.

1218. τάδ'] deest in codd., sed legitur in ed. Frobeniana; in Aldina additur *τυν*, Bergk pro οἴμοι coniecit ἰὼ μοι.

1221. σ'] om. V alii, sed abesse nequit pronomen, non enim *εἰργάζεσθαι* eo quo *δρᾶν* vel *πράττειν* sensu usurpatur in dictione attica. || *εἰργάζετο*] *ἦργ.* R fortasse recte (vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.<sup>2</sup> p. 135 sq.).

1225. τὸ .V<sup>1</sup>] τοι V<sup>2</sup> R, τ' Elmsley. Cf. Ach. 779. || *ἐδωρησάμαν*] -μην V R et plerique.

1218. Cf. Av. 143: ὦ δειλακῶν σὺ, τῶν κακῶν ὄων ἔρας!

1219. ὅσον τὸ χροῖμα] vid. Ran. 1278 et ad Vesp. 266.

1220. τυννουτονί] vid. Ran. 139.

1222. προσεδίδου] *gratificabatur*<sup>1)</sup>.

1223. παρετίθει] cf. vs. 52.

1225. *Te scilicet corona donisque exornavi equidem!* — Dorica dictio docet aliena verba afferri; nam „*παίζοντα παρὰ τὸ δωροδοκεῖν*“ senem δωροσiti nunc loqui, non multi credent scholiastae, quem versus 996 in mirificam hanc explicatiōnem videtur pellexisse. At melioris sunt frugis quae in scholiis leguntur prae-

terea: *μιμείται τοὺς εἰλωτας ὅταν στεφανῶσι τὸν Ποσειδῶνα*. Quae excogitari non poterunt, sed fluxerunt e vetustis commentariis. Videtur igitur respici ignoti poetae drama satyricum dorica dialecto perscriptum et ab Herodiano saepius commemoratum<sup>2)</sup>: *Εἰλωτες οἱ ἐπὶ Ταϊνάρων Σάτυροι*. Cuius fabulae argumentum fortasse fuit Helotarum qui ad Neptuniarum confugerant prisca illa caedes<sup>3)</sup>.

1226. *Eur sum — sed e rep. erant meae rapinae*. Demagogorum illud „*commodo reip. inservio*“ nunc quoque in ore habet Paphlago, cum confitetur se populo maligne sua subduxisse.

<sup>1)</sup> Item Pac. 1111 Eur. Hel. 700 Cycl. 531. — <sup>2)</sup> π. *μον. λέξ.* p. 10,34 et 26,28 sq.; cf. Eustath. p. 297,37. — <sup>3)</sup> Thucyd. I 128, vid. etiam IV 80 et ad Ach. 510—512.

## ΔΗΜΟΣ.

κατάθου ταχέως τὸν στέφανον, ἵν' ἐγὼ τουτωὶ  
αὐτὸν περιθῶ.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κατάθου ταχέως, μαστιγία.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

1230

οὐ δῆτ', ἐπεὶ μοι χρησμός ἐστι Πυθικός  
φράζων ὑφ' οὗ δεῖ μ' ἀνδρὸς ἠττάσθαι μόνου.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τοῦμόν γε φράζων ὄνομα καὶ λίαν σαφῶς.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

καὶ μὴν σ' ἐλέγξαι βούλομαι τεκμηρίοις,  
εἴ τι ξυνοίσεις τοῦ θεοῦ τοῖς θεσφάτοις.  
καί σου τοσοῦτο πρῶτον ἐκπειράσομαι

1230. δεῖ μ' ἀνδρὸς vHerwerden] δεήσει μ' codd. vitio metrico, quod alii aliter eximere conati sunt: GHermann ὑφ' οὗ δεήσει μ' ἀνδρὸς, Dindorf χρεῶν ἔμ' (cf. vs. 138 et Aesch. Prom. 996), Kock non recte δίκη 'στί μ' coll. Aesch. Ag. 259, 811 Sept. 866 (nam hoc significat *mos fert*, requiritur autem *in falis est*).

1232. τεκμηρίοις vHerwerden] -ρίων codd.

1227. Coronatus e senatu rediit Paphlago, ubi verba modo fecit praetor extraordinarius. Nunc autem περιαιρείται τὸν στέφανον, ut dici solebat de iis, quibus abrogabatur imperium<sup>1)</sup>.

1228. μαστιγία] vid. ad Ran. 501.

1229 sq. Hoc igitur est vaticinium illud, de quo supra sermo fuit<sup>2)</sup>. Nunc quoque, ut supra saepius<sup>3)</sup>, in mentem venit *Promethei*, qui recusavit φράσαι πρὸς οὗ χρεῶν Δι' ἐκπεσεῖν τυραννίδος<sup>4)</sup>.

1231. *Meum scilicet nomen aperte indicat istud vaticinium*. Quod isiciario cognitum est e fabulae initio<sup>5)</sup>. — Par-

ticulae καὶ λίαν *vel nimis*<sup>6)</sup> passim ita sunt usurpatae<sup>7)</sup>.

1232 sqq. Sequitur ἀναγνώρισις; vere tragica tragicisque numeris et verbis insignis.

1233. *Satisne competant tibi dei dicta*. Sic verbum ξυμφέρον usurpatum est etiam Eur. Med. 13: πάντα συμφέρουσ' Ἰάσον, item medium Eur. Electr. 527: πῶς ξυνοίσεται πλόκος<sup>8)</sup>.

1234. τοσοῦτο] hoc unum. Cf. vs. 420.

— ἐκπειράσομαι] verbum sublimius etiam Lys. 1113 occurrit, ibi quoque in tragicae dictionis imitatione.

<sup>1)</sup> De corona muneris publici insigni vid. ad Nub. 624 sq., et cf. supra vs. 59 et Prolegomena. — <sup>2)</sup> Vs. 125 sqq.; vid. etiam vs. 220. — <sup>3)</sup> Vid. vs. 759. — <sup>4)</sup> Aesch. Prom. 996. — <sup>5)</sup> Vs. 197 sqq. — <sup>6)</sup> *Maar al te*. — <sup>7)</sup> E. g. Hom. α 46. — <sup>8)</sup> Quo loco item fit agnitio. Versus qui praeterea collatus est Soph. Ai. 431 τοῦμόν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς vitium alit, quoniam illic futuro praemissa est particula ἄν.



1235 παῖς ὢν ἐφοίτας εἰς τίνος διδασκάλου;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐν ταῖσιν εὐστραῖς κονδύλοις ἤρμοστόμην.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

πῶς εἶπας; ὡς μοι ὁ χρησμὸς ἄπτεται φρενῶν!  
εἶεν.

ἐν παιδοτρίβου δὲ τίνα πάλην ἐμάνθανες;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

κλέπτων ἐπιορκεῖν καὶ βλέπειν ἐναντίον.

ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

1240 „ὦ Φοῖβ' Ἀπολλὸν Λύκιε, τί ποτέ μ' ἐργάσει!“ —  
τέχνην δὲ τίνα ποτ' εἶχες ἐξανδρούμενος;

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἡλλαντοπῶλον καὶ τι καὶ ἐβινεσκόμην.

1237. εἶεν V] om. cett.

1239. ἐναντίον] -τία R.

1241. ἐξανδρούμενος] ἐξηνδρωμένος Blydes (cf. Eur. Suppl. 703), sed praesens satis defenditur versu quem affert ipse Ach. 786.

1242. Totum Isiciario dat V<sup>1</sup>, in V<sup>2</sup>R aliis verba καὶ τι; (sic scripta) sunt

1235. ἐφοίτας] vid. ad Nub. 916.

1236. Novus hic populi propugnator non litteras musicamve didicit puer, sed pro schola ei fuit forum, ubi ludimagistros habuit lanios et inter porcellos est versatus; neque e poetarum carminibus quid rectum quidve honestum esset didicit, sed pugnis est eruditus.

— εὐστραῖς] sunt loci ubi porci εὐονται sive ἀφείονται<sup>1)</sup>; terminum eundem habent voces παλαίστρα, ὀρχήστρα, παίστρα<sup>2)</sup>, aliae.

— κονδύλοις] vid. ad Vesp. 254.

— ἤρμοστόμην] tragici coloris verbum, vid. e. g. Soph. Oed. C. 908: τούτοιαι (τούς νόμοισι) κοῦκ ἄλλοισιν ἤρμοσθήσεται. Quamquam ne a communi quidem dictione abhorrebat, teste adiectivo oppositae

significationis ἀναρμόστω<sup>3)</sup>, neque alienus hinc est Platonis locus, quem ad vs. 989 attuli<sup>4)</sup>. Cf. etiam ἄρμοστής vox Laconica. — Vesp. 254 idem dicitur κονδύλοις νουθετεῖσθαι.

1238 sq. Interrogatus isiciarius quale luctandi genus in palaestra didicerit, respondet se callere artem impudenter peierandi inter furandum<sup>5)</sup>.

1239. βλέπειν ἐναντίον] rectis oculis at quem intueri sive oculos attollere hoc significat. Simillimus autem est versus Eur. Med. 470: φίλους κικῶς δριάσαντ' ἐναντίον βλέπειν<sup>6)</sup>.

1240. Tragica haec esse verba quivis videt, Telephi Euripidei esse docet scholion<sup>7)</sup>.

1242. τι] vid. Nub. 1076.

<sup>1)</sup> Cf. Thesm. 236 Aesch. fr. 321 etc., Poll. VI 91. — <sup>2)</sup> Herod. Mimiamb. III 11. — <sup>3)</sup> Nub. 908. — <sup>4)</sup> Lach. 188 d. — <sup>5)</sup> Cf. vs. 188 sq. et 298. — <sup>6)</sup> Praeterea adverbium ἐναντίον Nub. 576 Lys. 907 Eccl. 448 Eur. Hec. 968 etc. ita est usurpatum. Vid. etiam ad vs. 292. — <sup>7)</sup> Vid. vs. 813.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἶμοι κακοδαίμων· οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ.  
λεπτὴ τις ἐλπὶς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα  
1245 καὶ μοι τοσοῦτον εἰπέ, πότερον ἐν ἀγορᾷ  
ἢ γλαυτοπώλεις ἐτεδὸν ἢ ἐπὶ ταῖς πύλαις;

Cleonis, solam vocem *τι*; Cleoni tribuit Schäfer. Extat *καὶ τι καὶ* Soph. Phil. 274, 308 etc. (permultos locos attulit Blaydes).

1243. οὐκέτ' οὐδέν εἰμ' ἐγώ] vere tragica haec quoque sunt verba. Cf. e. g. Eur. Androm. 1077: οὐδέν εἰμ' ἀπαλώμην, Hel. 1194: φροῦδα τὰμὲν κοῦδέν εἰμ' ἔτι, Soph. Ai. 1231: οὐδέν ἄν τοῦ μηδέν ἀντίστης ὑπερ, El. 1166: δέξαι... τὴν μηδέν εἰς τὸ μηδέν, Eur. Alc. 387: ὡς οὐκέτ' οὐσαν οὐδέν ἄν λέγοις ἐμὲ <sup>1)</sup>). Etiam alibi noster dictione cothurnata usus Lamacho et Philocleoni tribuit verba: οὐκέτ' εἰμ' ἐγώ, οὐδέν εἰμ' ἄρα <sup>2)</sup>).

1244. Proverbialis haec locutio redit fr. 150: ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα, subest etiam Lys. 30 sq.: ἐν ταῖς γυναιξίν ἐστιν ἡ σωτηρία. | — ἐν ταῖς γυναιξίν; ἐπ' ὀλίγου ἄφ' εἴχετο. Item Plat. Leg. 699 b: ἐπὶ τῆς ἐλπίδος ὀχοῦμενοι ταύτης ἠὲρισκον καταφυγῆν. Vid. praeterea Eur. Or. 68: ἐπ' ἀσθενοῦς ῥώμης ὀχοῦμεθα. Interpretationem autem claris verbis praebet dictum praeconis Aesch. Agam. 505: tandem in patriam sum redux πολλῶν ἡγαγεῶν ἐλπίδων μῦς τυχῶν, et apertius etiam Helena Eur. 277: ἄγκυρα δ' ἢ μου τὰς τύχας ὤχει μόνη <sup>3)</sup>, neque obscura sunt verba Demosthenis: οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὀρμῆι τοῖς πολλοῖς <sup>4)</sup>). Nempae nautae cum tempestate conflictantes cum ancoras demittunt, haud raro fit ut funes vi procellae et

fluctuum divellantur; una autem si superest incolumis, ἐπὶ ταύτης μόνῃς τῆς ἀγκύρας ἢ ναῦς ὀχεῖται sive ὀρμῆι, fortiter vel sic portum occupans. Nam est quidem ναῦς μῆς; ἐπ' ἀγκύρης | οὐκ ἀσφαλῆς ὀρμῆσα <sup>5)</sup>, sed una certe sic restat spes salutis. — Etiam hodie navis dicitur equitare in ancoris <sup>6)</sup>, et inde ab antiquissimis temporibus ἀλδς ἵπποις αὐδierunt naves, equis assimilati sunt fluctus, ἵπποις vocatus est maris deus, quodque ligneo equo Troia capta esse fertur, hanc quoque fabulam ex comparatione illa natam esse arbitrator. Aliena vero, licet cognata sint, Platonis hinc sunt verba, quibus σχεδὴ assimilatur argumentatio: ἐπὶ τούτου (τοῦ λόγου) ὀχοῦμενον ὡσπερ ἐπὶ σχεδίας κινδυνεύοντα διαπλευσαί τὸν βίον <sup>7)</sup>. Etiam Plutarchus a prisca imagine inter nautarum gentem orta aberravit, certe deflexit, sic scribens: νεῶς ἐκπεσῶν ἐπιβᾶτης διαλυθεῖσιν ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖται τις „ὡς γῆ προσέξων σῶμα“ <sup>8)</sup>.

1245. τοσοῦτον] hoc unum. Cf. vs. 420.

1246. ἐτεδὸν] vid. ad Vesp. 8.

1246 sq. ἐπὶ ταῖς πύλαις] item vs. 1398. Ante portam erat locus, πυλαία dictus <sup>9)</sup>, „ubi prostabant carnes putridae, pisces olentes, et quicquid vetustate collapsum, usu detritum, lacerum et

<sup>1)</sup> Item Eur. Phoen. 598 Suppl. 425 Ion. 594 Herodot. I 32 VIII 106 etc.; vid. etiam Av. 577. — <sup>2)</sup> Ach. 1185 et Vesp. 997. Praeterea cf. Ach. 681 Eccl. 144 Eurpol. fr. 221 οὐδέν ἐσμεν οἱ ἀσπροὶ et supra vs. 158. — <sup>3)</sup> Item Hecub. 79 sq. ὡ χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμὸν, | ὅς μόνος οἴκων ἄγκυρ' ἐτ' ἐμῶν. — <sup>4)</sup> Demosth. XVIII § 281. Sic nos: een plechtanker. — <sup>5)</sup> Ut ait Iona apud Herodam Mimiamb. I 41. — <sup>6)</sup> Hel schip rijdt op zijn ankers. — <sup>7)</sup> Phaedon. 85 d. Quibus verbis plectus est Casaubonus, ut τὴν ἐλπίδα non funem vel ancoram sed navigium nostro loco interpretaretur. — <sup>8)</sup> Mor. 1103 e. — <sup>9)</sup> Quod fabulae nomen indidit Alexis.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐπὶ ταῖς πύλαισιν, οὗ τὸ τάριχος ὄνιον.

## ΠΑΦΛΑΓΩΝ.

οἴμοι, πέπρακται τοῦ θεοῦ τὸ θέσφατον

κυλίνδετ' εἴσω τόνδε τὸν δυσδαίμονα.

1250

ὦ στέφανε, χαίρων ἄπιθι, καὶ σ' ἄκων ἐγὼ

λείπω „σὲ δ' ἄλλος τις λαβῶν κεκλήσεται,

1248. οἴμοι] οἴμοι κακοδαίμων R. || πέπρακται] πεπέρανται Meineke (ut Vesp. 800 Eur. Phoen. 1703 Cycl. 696), πέπρωται Pöckel, κέκρανται Kock (ut Aesch. Suppl. 943 Eur. Hipp. 1255 Andr. 1272 Ion. 1010); sed mutandi causam video nullam.

1249. κυλίνδετ'] κυλίνδετέ μ' R.

1250. καὶ Bergk] καὶ codd., Blaydes ἄπιθ', ἐπέι.

vile erat<sup>1)</sup>, et homines ibi degentes πωλαίσται vocabantur<sup>2)</sup>, quod nomen abiit in convicium<sup>3)</sup>, et iuvenibus probrosius etiam habebatur τὴν εἰς πωλαίαν ὁδὸν ἐπίστασθαι<sup>4)</sup> quam ἐν ἀγορῇ στωυύλλειν<sup>5)</sup>. De *salsamento* vid. ad Ach. 967. Aptē autem Willems confert Isaei locum: ἐν Κεραμικῷ, παρὰ τὴν πυλῖδα, οὗ ὁ οἶνος ὄνιος<sup>6)</sup>.

1248 sq. Posteriores versus ex Euripidis Bellerophonte esse dicit scholion, nisi quod primum verbum non κυλίνδετε illic fuerit sed κοιμίζετε. Quod redit verbum in simili Stheneboeae versiculo: κοιμίζετ' εἴσω τήνδε. πιστεύειν δὲ χρῆ | γυναικὶ μηδὲν, ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν<sup>7)</sup>. Probabilis autem est Kockii suspicio, etiam priores versus e Bellerophonte esse desumptum; cui similia sunt Philocleonis item παρατραγωδοῦντος verba: ὄρα τὸ χρῆμα τὰ λόγι' ὡς περαίνεται!<sup>8)</sup>. Stirpis autem πρακ- idem qui nostro loco est usus in verbis Darii Aesch. Pers. 739: φεῦ, ταχεῖα γ' ἤλθε χρησμῶν προῦξίς et coryphaei Eur. Hipp. 680 et 778: φεῦ, φεῦ, πέπρα-

κται. — Verbo κυλίνδειν iocose nobis in mentem revocatur tragicorum recens inventum ἐκκύκλημα. Sic etiam Ach. 407 Euripides in lectulo iucubatorio porrectus ἐκκυκλεῖται, quoniam καταβαίνειν οὐ σχολή, et postea se ipsum repetens comicus in Thesmophoriazasis ostendit Agathonem recubantem dum carmina pangit, qui ἐκκυκλεῖται illic<sup>9)</sup> rursusque εἰσοκκυλεῖται<sup>10)</sup>.

1250—1252. Nunc quoque Euripidis vestigiis inhaeret comicus; festivissimus autem est Paphlago Alcestidem Euripideam aemulatus et coronam suam tot mendaciorum furtorumque testem<sup>11)</sup> iis verbis allocutus quibus heroina illa mortem generose obiens toro iugali valedixit. Quae tunc in limine mortis „ὦ λέκτρον” inquit „χαῖρε”, et mox: „σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκλήσεται, | σὴν φρονῶν μὲν οὐκ ἄν μᾶλλον, εὐτυχῆς δ' ἴσως”<sup>12)</sup>. Cui loco similia sunt Aiacis ad filiolum verba: ὦ παῖ, γένοιο πατρός εὐτυχέστερος, | τὰ δ' ἄλλ' ὁμοῖος· καὶ γένοι' ἄν οὐ κακός<sup>13)</sup>.

<sup>1)</sup> Naber, qui primus vocem recte interpretatus est et luculenter illustravit Mnemos. 1900 p. 134—138. — <sup>2)</sup> Phot. s. v. — <sup>3)</sup> Perinde atque προῦνκοι (*bauli*), vid. Herod. Mimiamb. III 12 et 65. — <sup>4)</sup> Plut. Mor. 239 c. — <sup>5)</sup> Vid. ad Nub. 991. — <sup>6)</sup> Isae. VI § 20. „Athènes avait aussi son quartier de Bercy, où se faisait le commerce des vins”. — <sup>7)</sup> Eur. fr. 673. — <sup>8)</sup> Vesp. 799. Vid. etiam supra vs. 1050. — <sup>9)</sup> Thesm. 96. — <sup>10)</sup> Thesm. 265. — <sup>11)</sup> De corona vid. vs. 1227 et ad Nub. 624 sq. — <sup>12)</sup> Eur. Alc. 179—182. Non minus felix est huius tragoediae parodia Ach. 893 sq. — <sup>13)</sup> Soph. Ai. 550 sq.

κλέπτῃς μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχῆς δ' ἴσως.“  
(Coronam ponit, qua suum deinde caput ornat isiciarius.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

„Ελλάνιε Ζεῦ, σὸν τὸ νικητήριον.“

(Ex aedibus prodeunt Demi famuli.)

SCENA VIGESIMA.

Eidem, Servus (Demosthenes).

ΟΙΚΕΤΗΣ (Dem.).

ὦ χαῖρε καλλίνικε, καὶ μέμνησ' ὅτι

1255 ἀνὴρ γεγένησαι δι' ἐμέ' καί σ' αἰτῶ βραχύ,

1252. οὐκ ἂν] οὐχι (vel οὔτι) Porson et Blaydes cum Suida, non recte.

1254—1256. Demosthenis sunt in R<sup>2</sup> A, Demi in R<sup>1</sup>, Chori (Coryphaei) in ceteris. Actorum autem, qui fabulae initio servorum partes egerunt, quoniam alter Demum alter Paphlagonem nunc repraesentat, hos versus ab uno aliquo τῶν κωφῶν προσώπων recitatos esse statuamus oportet; nisi quis sumere mavult non tribus sed quatuor actoribus, perinde atque anno sequenti in Nubium fabula, nunc usum esse Aristophanem. In Coryphaei vero vel in Demi ore, cui tribui solent haec verba, ineptissima sunt. Nam ut de sene taceam, equitum iuvenum nobilissimorum non est huiuscemodi munera appetere, neque διὰ τὸν κορυφαῖον summam rerum capessivit isiciarius, sed διὰ Δημοσθένη, qui stimulante mero hanc viam salutis indicavit (vs. 108 sqq.). Id unum in dubium potest vocari, an Niciae potius, qui eodem fere iure sic potuit gloriari, quoniam Paphlagoni illud oraculum surripuit, haec verba tribuerit comicus.

1252. οὐκ ἂν] non suspectus sed insolitus tamen est hic usus particulae ἂν, non participio additae sed substantivo verbali. Nam alienus hinc est, licet sit subsimilis, locus Euripideus quem collatum invenio: εὐτυχέστερος | ἄλλου γέροιτ' ἂν ἄλλος, εὐδαίμων δ' ἂν οὔ<sup>1)</sup>, ubi γένοιτο e contextu iterari potest et debet<sup>2)</sup>. Neque consimile exemplum praebet Plat. Rep. 577b: βούλει οὖν προσποιήσασθε ἡμεῖς εἶναι τῶν δυνατῶν ἂν κρῖναι καὶ ἤδη ἐντυχόντων τοιοῦτοις, nam δυνατός adiectivum cum forma tum potestate participiis simillimum et tantum non verum participium est, altero autem

participio, quod additum est, fulciri possit, si opus sit.

1253. Cf. vs. 108. Hunc quoque verum comicus totum desumsisse videtur ex aliqua tragoedia, e. g. ex Euripidis Peleo. Iuppiter Ἑλλάνιος (-ήνιος) Aeginae cultus, cui templum consecrasse ferebatur Aeacus<sup>3)</sup>, etiam alibi apud poetas invocatur<sup>4)</sup>. Cf. Minerva Ἑλάνια<sup>5)</sup>.

1254. ὦ χαῖρε καλλίνικε] ne his quidem verbis, quibus victor salutatur, deest color poeticus; nam adiectivum καλλίνικος<sup>6)</sup> non est sermonis quotidiani sed carminum<sup>7)</sup>.

1255. ἀνὴρ] vid. ad Nub. 823.

<sup>1)</sup> Eur. Med. 1229 sq. — <sup>2)</sup> Cuiusmodi loci complures congesti sunt apud Kühnerum-Gerthium Ausf. Gramm. II 1 p. 243. — <sup>3)</sup> Isocr. IX § 14 sq.; cf. Preller Mythol. I<sup>4</sup> p. 126. — <sup>4)</sup> Pind. Nem. V 19 Herodot. IX 7. — <sup>5)</sup> Eur. Hipp. 1123. — <sup>6)</sup> Pind. Pyth. I 63 etc. — <sup>7)</sup> Cf. Ach. 1227 sq., 1231 Av. 1764.

ὅπως ἔδομαι σοι φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν.

ΔΗΜΟΣ.

ἐμοὶ δέ γ' ὅ τι σοι τοῦνομ' εἶπ'.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

Ἀγοράκιτος·

1256. ἔσομαι R] γένομαι V et plerique.

1256. φανός] proprie *splendidum* (λαμπρόν) vel *caulidum* (λευκόν) significat<sup>1)</sup>, ut recte observavit Phrynichus grammaticus<sup>2)</sup>. Dici autem solet de vestimentis καθαρῶς, καινοῖς; igitur aut νεοπλύτοις sive a fullone recentibus<sup>3)</sup>. Hinc potuit transferri ad hominum mores, perinde atque adiectivum quod ei oppositum est, τὸ ὑπαρόν *sordidum*<sup>4)</sup>. Itaque famulus nunc dicit: *me nunc novum purumque tibi sume scribam* — loco illius hominis, cuius sordidam avaritiam norunt omnes. Qui fueritne *Phanus* an alius homo, cuius nomen ignoremus, eundem re saepius perpensa pro certo statuere non ausim. Nam Φανοῦ quidem, qui Cleonis fuit sodalis<sup>5)</sup>, respici videtur nomen, ut solet noster nominibus propriis pro adiectivis uti<sup>6)</sup>, sed hinc non sequitur Phantum illum ὑπογραφεῦς munere tunc temporis esse functum<sup>7)</sup>.

— ὑπογραφεῦς] vid. ad Ran. 1084.

1257 sq. Hoc quoque ex tragicorum arte est desumptum. Nempe diserta esse solent Graecorum nomina propria, quae comici saepe pro adiectivis adhibuerunt ioculariter, ut modo vidimus, tragici autem heroum mores vel fata ipso nomine sono inde a cunis fuisse praedicta haud raro finxerunt. Sic Ἐλένη fatale fuisse in perniciem abripere na-

vesque virosque et urbes (ἐλείν) in gravissimis Aeschyli versibus dicit chorus<sup>8)</sup>, aliaque complura eiusmodi apud Aeschylum occurrunt; sic apud Sophoclem *Αἴας* in vitae demum fine intellegens τὸ αἰάζειν inde ab ipsis natalibus se mansisse nescio quo horrore spectatores percellit<sup>9)</sup>. Prae ceteris vero tragicis huiuscemodi artificiosis usus atque abusus est Euripides, qui Meleagri *μελέαν ἄγραν*<sup>10)</sup>, Penthei *πένθη*<sup>11)</sup>, Polnicis *νελη*<sup>12)</sup>, Aphrodites *ἀφροσύνην*<sup>13)</sup>, alia multa eiusmodi commemoravit, plus semel derisus ideo ab Aristophane, qui iocans de Amphione *Ἀμφόδον αἰτ' ἐχρήν αὐτῷ τίθεσθαι τοῦνομα*<sup>14)</sup>, — Euripides nimirum a matre sic appellatum finxerat *ὅτι ἀμφὶ δὸν αὐτὸν ἔτεκεν*<sup>15)</sup>, — in Lemniis autem de Thoante sic scripsit: *ἐνταῦθα δ' ἐτυράνευεν Ὑψιπύλης πατήρ | Θόας, βράδιος ὢν ἐν ἀνθρώποις ὄραμειν*<sup>16)</sup>, spectatoribus lepide in mentem revocans Euripidis nugas etymologicae: *οὐ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος | Θόας, ὃς ὠκὺν πόδα τιθεῖς ἴσον περσοῖς | εἰς τοῦνομ' ἦλθε τόδε ποδωκείας χάριν*<sup>17)</sup>. Vid. praeterea Philetaeri versus: *Πηλεὺς! ὁ Πηλεὺς δ' ἐστὶν ὄνομα κερμείως, | ... ἀλλ' οὐ τυράννου νῆ Αἴα*<sup>18)</sup>. Nostro autem loco subsimiles versus habet Thesmophoriazusae fabula, ubi de Euripide dicitur: ἄγρια

<sup>1)</sup> Cf. Aesch. Prom. 538 Plat. Conv. 197a etc. — <sup>2)</sup> Apud Photium s. v.; nam non comici opinor Phrynichi (fr. 93 Kock) hoc est verbum. — <sup>3)</sup> Schoon. Vid. Ach. 815 Eccl. 347. — <sup>4)</sup> E. g. Eupol. fr. 306. — <sup>5)</sup> Vesp. 1220. — <sup>6)</sup> E. g. supra vs. 1044; vid. ad Vesp. 84. — <sup>7)</sup> Alienum hinc est substantivum φανός (Lys. 308) *fax.* — <sup>8)</sup> Ag. 689. — <sup>9)</sup> Ai. 430 sq. — <sup>10)</sup> Eur. fr. 521. — <sup>11)</sup> Bacch. 367, 508. — <sup>12)</sup> Phoen. 636, 1493. — <sup>13)</sup> Troad. 990. — <sup>14)</sup> Ar. fr. 327. — <sup>15)</sup> Cf. Valcken. Diatrib. c. 7. — <sup>16)</sup> Ar. fr. 357. — <sup>17)</sup> Iph. Taur. 31 sqq. — <sup>18)</sup> Philetaer. fr. 4. Plura quae huc faciunt collegi in libello de Aristophane Euripidis censore 1876



ἐν τῇ ἀγορᾷ γὰρ κρινόμενος ἐβασκόμην.

ΔΗΜΟΣ.

1260

Ἀγορακρίτω τοίνυν ἑμαυτὸν ἐπιτρέπω,  
καὶ τὸν Παφλαγόνα παραδίδωμι τουτονί.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

καὶ μὴν ἐγὼ σ', ὦ Δῆμε, θεραπεύσω καλῶς,  
ὥσθ' ὁμολογεῖν σε μηδέν' ἀνθρώπων ἐμοῦ  
ἰδεῖν ἀμείνω ἐν τῇ Κεχηναίων πόλει.

(Demus, Agoracritus, Paphlago, servi domum intrant).

ΧΟΡΟΣ.

Oda sive stropha (vs. 1264—1273).

1265

„τί κάλλιον ἀρχομένοισιν  
„ἢ καταπαυομένοισιν

1263. ἐν] addidit Hirschig.

1265. ἦ] καὶ Bothe.

γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, δορεῖ κακά, | ἄτ' ἐν  
ἀγροῖσι τοῖς λαχάνοις αὐτοῖς τραφεῖς <sup>1)</sup>.  
Nec non Philyllii iocus est afferendus:  
σοὶ μὲν οὖν τήνδ' ἀμφορεῦ | δίδωμι τιμήν,  
πρῶτα μὲν τοῦτ' αὐτ' ἔχειν | ὄνομα μετρητήν,  
μετριοτήτος εἵνεκα <sup>2)</sup>. — Risum autem in  
Aristophanis versibus ideo praesertim  
mouet τραγικό; hic λῆρος, quod verbis est  
enunciatus quam maxime trivialibus.  
Nam *fori* mentio quid nunc sibi velit  
novimus <sup>3)</sup>, de participio autem κρινόμενον  
vid. ad Nub. 66, verbum denique βόσκει-  
σθαι de hominibus non nisi cum con-  
temptu dicitur <sup>4)</sup>.

1259. Singularem gravitatem his ver-  
bis addit repetitum nomen proprium.  
De verbo ἐπιτρέπειν vid. vs. 1098 et ad  
Ran. 529.

1263. τῇ Κεχηναίων πόλει] vid. ad vs.  
753—755.

1264 sqq. *Quid pulerius esse potest sive  
ineunte fabula sive sub exitum, quam si  
celerum equorum domitores... neque Lysi-  
stratum neque Thyantidem cantu laces-  
sant.* Ridicule sic in ἀπροσδόκητον abit  
enunciatum. Pindari autem carminis,  
quod ioculariter nunc imitatur chorus,  
in scholiis affertur exordium: τί κάλλιον  
ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν | ἦ βαθύω-  
νόν τε Λατῶ καὶ Θοῶν ἵππων ἐλάτειραν  
ἀεῖσαι <sup>5)</sup>. Subsímile autem initium habet  
Pythium carmen VII: κάλλιστον αἰ μεγα-  
λοπόλιες; ἄθῶναι | προοίμιον Ἀλκμανιδᾶν  
εὐρυσθενεῖ γενεᾷ | κρηπίδ' αἰοιδᾶν | ἵπποισι  
βαλίσθαι. Equites ἵππων ἐλατήρας etiam  
Aeschylus dixit <sup>6)</sup>.

p. 80 sqq.; vid. etiam Francken de antiquis Aeschylis interpr. p. 49 sqq., vHer-  
werden ad Ion. 830. — <sup>1)</sup> Thesm. 455 sq. — <sup>2)</sup> Philyll. fr. 7. — <sup>3)</sup> Vid. vs. 181  
et ad Nub. 991. — <sup>4)</sup> Vid. ad Ach. 678 Vesp. 313. — <sup>5)</sup> Pind. fr. 66. Apud Pin-  
darum igitur Λατῶ et ἐλάτειραν obiecti sunt accusativi, apud comicum vero ἐλατήρας  
est subiectum verbi ἀεῖδεν. — <sup>6)</sup> Pers. 32.

„ἢ θεῶν ἵππων ἑλατῆρας ἀείδειν“ . . .  
 μηδὲν εἰς Λυσίστρατον,  
 μηδὲ Θούμαντιν τὸν ἀνέστιον αὖ λυ-  
 πειῖν ἐκούσῃ καρδίᾳ;  
 καὶ γὰρ οὗτος, ὧ φίλ' Ἀπολλων, ἀεὶ  
 πεινῆ, θαλεροῖς δακρύοισιν  
 σᾶς ἀπτόμενος φαρέτρας

1270

1266. ἑλατῆρας] -ρος R.

1267. μηδὲν εἰς (ἐς codd.)] μηδ' ἀεὶ Kock, μὴ δάκνειν Kähler, vocem ἑλατῆρας obiectum, non subiectum verbi ἀείδειν esse rati.

1270. οὗτος Dindorf] οὗτοσι codd. || ἀεὶ] add. Dindorf, ἐκεῖ (Delphis) vVelsen, ὅλως Kähler.

1271. δακρύοισιν Brunck] -οις codd.; cf. vs. antistrophus 1297.

1267. *Nihil de Lysistrato*. Carminis argumentum praepositione εἰς indicatur etiam Lys. 1243: ἀείσω καλὸν | ἐς τὴν Ἰσσαναίω, item Pac. 740: εἰς τὰ ἄγκυρα σὺν πόντου. *Lysistratus* autem scurra fuit dicax et gulosus; qui Ach. 855 dicitur Χολαργέων ὄνειδος, | ὁ περιουλοργὸς τοῖς κακοῖς, | ἕργων τε καὶ πεινῶν ἀεὶ | πλεῖν ἢ τριτάκονθ' ἡμέρας | τοῦ μηγὸς ἐκάστου. Quo loco Cratino et Pausoni contentim sociatur <sup>1)</sup>. Phrynichi histrionis parasitus audit in Vespis <sup>2)</sup>, si recte illos versus interpretatus sum <sup>3)</sup>.

1268. *Neque Thymantidem illum propriis aedibus carentem denuo data opera laedere*. — Verba τὸν ἀνέστιον καὶ poetico fucio sunt infecta, festive autem pauperimus homuncio mensae alienae assidens, quippe qui propria careat, vocatur ἀνέστιος, quae vox *extorrem* et *exlegem* fere valet, ut in notissimis illis ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀφέστιος. Sic Diogenes cynicus ἄπολις, ἄκοικος, πατριδὸς ἐστερημένος, | οὐκ ὀβολόν, οὐ δραχμὴν ἔχων, οὐκ οἰκέτην | ἀλλ' οὐδὲ μᾶζαν audit apud comicum aliquem tragicis verbulis abutentem <sup>4)</sup>. Itaque non de nihilo suspiceris nostros versus ex eodem Pindari carmine atque praeco-

dentis esse desumptos. Ad *Thymantidem* quod attinet, proverbialem aliquando fuisse eius maciem docet Hermippi versiculus, ubi pauperum hostiae dicuntur *Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος* <sup>5)</sup>. Aliunde non est cognitus.

1271. *Θαλεροῖς δακρύοισιν*] vox poetica et in carminibus epicis frequenter adhibita de ubertim flentibus <sup>6)</sup> etiam apud Euripidem occurrit <sup>7)</sup>.

1272 sq. Haec quoque lyricam dictionem affectare quisvis videt; eandem autem cum praegressis habere originem veri simile duco, ne certum dicam <sup>8)</sup>. Infinitivus μὴ κακῶς πένεσθαι suspensus est a participio ἀπτόμενος, cui *supplicandi* notio non inest quidem sed subest, quoniam supplicantis est Apollinis arcum manu contingere *γούναζόμενον*. Sic apud Euripidem dicitur: *προσιπίνω σε μὴ θανεῖν* <sup>9)</sup> et *ἀπερι σοῖσι γούνασιν ὄδε πίνω, τέκνοις τάφον ξανύσασθαι* <sup>10)</sup>. — Sed cur *Thymantis* Delphos nuper adisse dicitur? Num de pane quotidiano oraculum consuluit? Noli credere, sed lyricis verbis, ex Pindaro desumptis, ioculariter sociantur *πεινῆν* et *κακῶς πένεσθαι*

<sup>1)</sup> Praeterea de eo vid. Vesp. 787 sqq. — <sup>2)</sup> Vesp. 1302 et 1308. — <sup>3)</sup> Vid. quae annotavi illic et ad Vesp. 1313. — <sup>4)</sup> Fr. adesp. 127. — <sup>5)</sup> Hermipp. fr. 35. — <sup>6)</sup> B 266 etc. — <sup>7)</sup> Iph. Aul. 39. — <sup>8)</sup> *Πυθῶνι δία* apud Pindarum legitur Pyth. VII 11. — <sup>9)</sup> El. 221. — <sup>10)</sup> Suppl. 284.

## Πυθῶνι δία μὴ κακῶς πένεσθαι.

Epirrhema.

- λοιδορήσαι τοὺς πονηροὺς οὐδέν ἐστ' ἐπίφθονον,  
 1275 ἀλλὰ τιμὴ τοῖσι χρηστοῖς, ὅστις εὖ λογίζεται.  
 εἰ μὲν οὖν ἄνθρωπος, ὃν δεῖ πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ κακά,  
 αὐτὸς ἦν ἐνδηλος, οὐκ ἂν ἀνδρὸς ἐμνήσθην φίλου.  
 νῦν δ' Ἀρίγνωτον γὰρ οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἐπίσταται,  
 ὅστις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν ἢ... τὸν ὄρθιον νόμον'  
 1280 ἔστιν οὖν ἀδελφὸς αὐτῶ, τοὺς τρόπους οὐ ξυγγενής,

1273. δία μὴ GHermann] ἐν δία μὴ P, ἐν δία (R) vel ἐν δία (V) codd. cett.,  
 Πυθῶν' ἰὼν δία τὸ κακῶς πένεσθαι Bentley (coll. Av. 188).

1274. λοιδορήσαι] -ρεῖσθαι Suidas s. v.

1275. ὅστις] εἴ τις Dawes coll. Soph. Ai. 816.

1276. ἄνθρωπος; Bernhardt] ἄνθρωπος codd.

1277. αὐτὸς] οὗτος V alii.

ipsumque Thumantidis nomen. Dicitur igitur Thumantis quotidie deos precari ut paupertatem a se depellant. Nescimus autem cur aut ipse aut Lysistrata dignus fuerit habitus qui describeretur et multa cum libertate traduceretur. Nam si nihil notabile hi homunciones habuerunt praeter paupertatem et famem et maciem, nae demiror comicos tot verbis eos lacessentes. Sed *scenae affines* fuisse suspicor, sive histriones fuerunt sive musici vel etiam poetae. Thymantidem ταμίαν τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας fuisse coniectura incerta neque me iudice probabili statuit Müller Strübing, ex auctoritate lapidis, in quo *μαντιο* litterae extant; idem ex inscriptionibus efficiebat Lysistratum nostrum fuisse scribam eiusdem collegii <sup>1)</sup>.

1275. ὅστις εὖ λογίζεται] *si quis recte iudicat*. Cf. e. g. Eur. Med. 221 sqq.: δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, | ὅστις, ποῖν ἀνδρῶ; σπλάγγνον ἐμαθεῖν

σαφῶς, | στυγεῖ δεδορκῶς, οὐδὲν ἠδικημένος

1276. πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ κακά] cf. Nub. 1329.

1278. Ἀρίγνωτον] citharoedum fuisse hic locus docet et disertis verbis dicit Aeschines Socraticus <sup>2)</sup>. Fieri autem non potest — chorus ait — quin homo „ἀρίγνωτος” <sup>3)</sup> cuivis sit bene cognitus <sup>4)</sup>.

1279. τὸν ὄρθιον νόμον] praeter expectationem hoc dicitur. Nam addendum erat „ἢ τὸ μέλαν”, ut recte observavit Aristarchus <sup>5)</sup>. Quisquis non plane caecus est, alba potest dignoscere nigris. Quo proverbio lepide adhibito Matron parodus sepiam solam inter pisces τὸ λευκὸν καὶ μέλαν εἰδέναι perhibuit <sup>6)</sup>. Itaque versus noster significat: *quisquis non mente captus est*. Iocose autem τοῦ ὄρθιου νόμον nunc fit mentio, quoniam musicae arti studebat Arignotus. Qui priscos et severos numeros <sup>7)</sup> aliquanto felicius fidibus cecinisse videtur quam Chaeris ille <sup>8)</sup>.

<sup>1)</sup> Aristoph. n. die hist. Kritik p. 338 et 342. — <sup>2)</sup> Athen. 220b. — <sup>3)</sup> N 72 etc. — <sup>4)</sup> Vid. ad Vesp. 84. — <sup>5)</sup> Vid. schol. — <sup>6)</sup> Athen. 135c; cf. Ach. 351. — <sup>7)</sup> Herodot. I 24 Aesch. Agam. 1153 etc.; cf. Hom. A 10 sq. tragicumque verbum ὀρθιάζειν *alla voce clamare* (Aesch. Pers. 693 etc., Ach. 1042). — <sup>8)</sup> Ach. 16.

1285 *Αριφράδης ἢ πονηρός. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ βούλεται ἢ ἔστι δ' οὐ μόνον πονηρός, — οὐ γὰρ οὐδ' ἂν ἡσθόμην, — οὐδὲ παμπόνηρος, ἀλλὰ καὶ προσεξηγούρηκέ τι. τὴν γὰρ αὐτοῦ γλώτταν αἰσχροῖς ἡδοναῖς λυμáινεται, καὶ μολύνων τὴν ὑπὴρην, καὶ κνκῶν τὰς ἐσχάρας, καὶ Πολυμνήστεια ποιῶν, καὶ ξυνῶν Οἰωνίχῳ. ὅστις οὖν τοιοῦτον ἄνδρα μὴ σφόδρα βδέλυτταται, οὔποτ' ἐκ ταυτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου.*

1281. καὶ βούλεται] hoc certe vitiosum; nam nihil prosunt collata Andocidis verba I § 95: ὁ πάντων πονηρότατος καὶ βουλόμενος εἶναι τοιοῦτος. Coniecit vHerwerden κάλλων μέτα (coll. Herodot. VI 68 § 3), Blaydes δὴ χῆτεροι vel καὶ μύριοι. Sed totum versum corruptum esse suspicor, expecto autem huiusmodi aliquid: \**Αριφράδης ὁ λευκός, ἀλλὰ τοῦ πονηροῦ κόμματος* vel \**ἀλλὰ θατέρου μῦλλον τρέπου* — quae nonnisi exempli gratia propono.

1282 sq. Verba οὐ γὰρ — *παμπόνηρος* om. V alii errore manifesto.

1282. ἡσθόμην] ἡχθόμην Bentley sine causa.

1283. προσεξηγούρηκε] -εὔρηκε codd.

1285. κασαυρείοισι] κασωρ(ε)ίοισι Steph. Byz. s. v. κασώριον, cf. κασωρίς vel κασωρίτις = πόρνη (Antiphan. fr. 320, Lycophron. 1385, Eustath. 741,28), cum verbo κασωρεύειν Lycophr. 772. Sed ionicam hanc esse formam, atticam autem sonum an habuisse, statuit Zacher coll. *θαῦμα τραῦμα αὔλαξ* — *θῶμα τρῶμα ὄλαξ*.

1287. -εἰα ποιῶν] -εἰ' αἰείδων Blaydes, ut Cratin. fr. 305 (vid. commentarius), sed neque attica haec verbi est forma (in parodia legitur vs. 1266 Thesm. 115) neque *canendi* verbum nostro loco aptum.

1281. *Αριφράδης*] eundem hominem eandem ob causam biennio post noster insectatus est <sup>1)</sup>. Quem tacite praetermisisset, opinor, nisi in sua arte eum habuisset aemulum. Quapropter satis certum mihi videtur Ariphradem illum nunc vellicari, quem Aristoteles <sup>2)</sup> τοῦ τραγωδοῦς κωμωδῆσαι dicit *ἔτι ἂ οὐδείς ἂν εἶποι ἐν τῇ διαλέκτῳ, τούτοις χροῦνται*.

1282. οὐ γὰρ οὐδ' ἂν ἡσθόμην] *hoc enim in tanto improborum numero ne animadvertissem quidem*.

1284. λυμáινεται] cf. Nub. 928.

1287. *Polymnestum* et *Oenichum* item *ἀρηγοποιοῦς* fuisse iure hinc efficiunt

scholia. Quod autem Polymnestus lascivorum carminum auctor dicitur ibidem collato Cratini versu καὶ Πολυμνήστει' αἰείδει(?) μουσικήν τε μανθάνει <sup>3)</sup>, Oenichi autem hominis ignoti apud Hesychium commemoratur μουσεῖον, quicquid fuit illud <sup>4)</sup>, inde veri etiam magis simile fit quod supra <sup>5)</sup> sumsimus, *poetam* fuisse Ariphradem et hanc praesertim ob causam propudio nunc haberi.

1288. Cf. Nub. 560 et de verbo βδέλυττασθαι vid. ad Ach. 586.

1289. *Is utinam ne δούσπονδος nobis fiat unquam!* Sic Athenienses olim, ne Oreste in craterae communionem recepto

<sup>1)</sup> Vesp. 1275 sqq. — <sup>2)</sup> Poet. 22. — <sup>3)</sup> Cratin. fr. 305. — <sup>4)</sup> Com. adesp. fr. 25. — <sup>5)</sup> Ad vs. 1281.

Antoda sive antistropha (vs. 1290—1299).

1290

ἦ πολλάκις ἐννυχίαισι  
φροντίσι συγγεγένημαι,  
καὶ διεξήτηχ' ὁπόθεν ποτὲ φαύλωσ  
ἔσθίει Κλεώνυμος.  
φασὶ γὰρ ποτ' αὐτὸν ἐρεπτόμενον τὰ  
τῶν ἐχόντων ἀνέρων

1295

1294. \*ποτ'] de meo addidi, nam in codd. deest syllaba teste metro; ad quod explendum Bentley scripsit φασὶ μὲν γὰρ. Weiske φασὶ γὰρ τῶν, Blaydes φασὶ αὐτοῦ μὲν, sed fugit eos requiri indicium *temporis praeterlapsi*, ποτε igitur aut πρὶν. Nam qui sequuntur infinitivi οὐκ ἂν ἐξελεθῆιν et ἀντιβολῆιν ἂν in orationem directam cum transferuntur, fiunt οὐκ ἂν ἐξήλθεν et ἠντεβόλουν ἂν. Vid. commentarius.

1295. ἀνέρων] post ἐχόντων molestum et propter formam epicam suspectum habens Meineke infelici coniectura proposuit οὐσίας (ut legitur Anaxil. fr. 33), Blaydes

ipsius piaculo inquinarentur, iusserunt singulis convivis suum praebere χάα <sup>1)</sup>, Oedipus autem edixit Laii interfectorem μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασιν | κοινὸν ποιεῖσθαι κτῆ. <sup>2)</sup>. Similes praeterea leguntur dirae Ach. 980: οὐδὲ παρ' ἐμοὶ ποτε τὸν Αἰρηόδιον ζῆσαι, Soph. Ant. 572 sq.: μήτ' ἐμοὶ παγίστιος γένοιτο μήτ' ἴσον φροτῶν δε τὰδ' ἔρδει <sup>3)</sup>.

1290 sqq. Lepide admodum chorus nunc imitatur Phaëdrum Euripideam de vitae humanae aerumnis conquerentem <sup>4)</sup>. *Insomnis* — ait — *longas noctes transigo, dum Cleonymi illius famem insatiabilem infinitasque epulas e mente dimittere nequeo* <sup>5)</sup>.

1291. Cf. γνώμαις καὶ λόγοις καὶ μερίμασις ζυνεῖναι <sup>6)</sup>, πράγμασις ζυνεῖναι <sup>7)</sup>, πράγμασις ὁμιλεῖν <sup>8)</sup>, et videatur supra vs. 806, praesertim autem, quoniam poetica dictione nunc utitur noster, Atossae verba πολλοῖς μὲν ἀεὶ νυκτέροις ὄνειρασιν |

ζυνεῖναι, ἀφ' οὐπερ παῖς ἐμὸς ... οἴχεται <sup>9)</sup>.

1292. ὁπόθεν ποτὲ φαύλωσ ἔσθίει] unde tandem facile victum suum invenial Cleonymus. Fide maius videtur quod istius hominis <sup>10)</sup> venter quotidie nunc impletur. — De adverbio φαύλωσ vid. ad Vesp. 656; adverbium ὁπόθεν etiam Vesp. 311 Plut. 534 sic usurpatum est.

1294. ποτε] nempe olim misere esuriebat, et ne μάκτρα quidem <sup>11)</sup> tunc erat homini, qui nunc cum ceteris Cleonis amicis e plebeculae latebris protractus taxiarchi munere fungitur <sup>12)</sup>.

— ἐρεπτόμενον] hoc non magis quam ἀνέρων illud quod sequitur et dictione quotidiana habet noster <sup>13)</sup>. Idem autem valet quod βόσκεισθαι <sup>14)</sup> vel χορτάζεσθαι <sup>15)</sup> vel νέμεισθαι <sup>16)</sup>, de homine igitur non nisi iocose vel contemtm potuit usurpari. Scilicet οἱ κόλαξις εἰσι τῶν ἐχόντων σκόληκες, ut festive dixit Anaxilas <sup>17)</sup>.

1295. τῶν ἐχόντων ἀνέρων] nisi lyricae

<sup>1)</sup> Vid. ad Ach. 961. — <sup>2)</sup> Oed. R. 238. — <sup>3)</sup> Item Aesch. fr. 309 Eur. 29, 848, 889 Hor. Carm. III 2, 26. Vid. etiam fr. com. adesp. 465 οἱ δ' ἐκ μιάς τῆδ' οἰοχόης πεπωκότες. — <sup>4)</sup> Eur. Hipp. 375 sq. — <sup>5)</sup> Euripidis ille locus respicitur etiam Ran. 931, ubi vid. — <sup>6)</sup> Nub. 1404 Vesp. 1460. — <sup>7)</sup> Ran. 959. — <sup>8)</sup> Nub. 1399. — <sup>9)</sup> Aesch. Pers. 176 sq. — <sup>10)</sup> Nub. 353. — <sup>11)</sup> Nub. 675 sq. — <sup>12)</sup> Vid. ad Nub. 353. — <sup>13)</sup> Vid. Hom. B 776 E 196 etc. — <sup>14)</sup> De quo verbo vid. vs. 1258 et ad Vesp. 313. — <sup>15)</sup> Cratin. fr. 142 Eubul. 75, 30 Ararot. 21 Nicostat. 20 Sophil. 6 Menandr. 465. Cf. Eur. Cycl. 507 cum vicinis. — <sup>16)</sup> Antiphan. fr. 196<sup>10)</sup>. — <sup>17)</sup> Anaxil. fr. 33.



οὐκ ἂν ἐξέλθεῖν ἀπὸ τῆς σιπύης·  
 τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἂν ὁμοίως·  
 „ἴθ', ὦ ἄνα, πρὸς γονάτων,  
 „ἔξελθε καὶ σύγγνωθι τῇ τραπέζῃ.“

Antepirrhema.

1300

φρασίην ἀλλήλαις ξυνελθεῖν τὰς τριήρεις εἰς λόγον,

χρήματα; multo melius vVelsen ἀνδρικόως (cf. Pac. 1307 Ehipp. fr. 8<sup>5</sup>), quod de ignavo hoc homine festive sane foret dictum; Zacher ἄλφια. Sed collata voce ὦ ἄνα vs. 1295 vulgatam iure tuitus est Kock.

1297. ἂν ὁμοίως] codd. quidam ἀλλ' ὅμως, alii olim ἐν ὁμοίως (1. ἂν ὁμοίως?). Bentley ἂν ὅμως, Zacher ἂν ὁμῶς, vVelsen ἐλεινῶς; vel ἂν ἐλεινῶς (coll. Thesm. 1063), Kock ἀνονήτως. De metro quicquid statuitur (vid. vs. 1271), particula ἂν non est abicienda. Vid. commentarius.

1299. ἐξελθε] εἰσελθε Bergk non recte.

dictionis amplitudinem iocose nunc noster imitaretur, substantivum omisisset. Nam οἱ ἔχοντες sunt οἱ πλούσιοι <sup>1)</sup>, quibus non est circumspiciendum unde sint victuri; oppositi igitur sunt τοῖς ἐφ' ἡμέραν ἔχουσιν <sup>2)</sup> sive τοῖς πενομένοις. Epicam autem vocis ἀνδρός figuram noster etiam Av. 687 et Ran. 706 admisit.

1296 sqq. *Tunc temporis οὐκ ἂν ἐξηλθεν ἀπὸ τῆς σιπύης; de panario depelli se non facile fuisset passus.* Homines autem, apud quos versabatur, veluti daemonem ἀλιτήριον eum supplices adire solebant, ἡντερόλου ἂν, an forte posset exorari, ut cenae tandem aliquando parceret ipsisque aliquid reliqui faceret. Sic de alio incredibilis voracitatis parasito apud Alexidem dicitur: πολλὰκις | αὐτὸν ὀ κεληκῶς; τὰ Σαμοθράκι' εὔχεται, | λῆζαι πνέοντα καὶ γαληνίσια ποτέ <sup>3)</sup>, saepe is qui eum vocavit edidit preces Samothracum ritu concepit, ut sedetur tandem aliquando procella. Nostro loco iteratam actionem particula ἂν indicat, ut passim apud Aristophanem <sup>4)</sup>. Festivissime autem enunciata haec

sunt, et melius etiam placerent fortasse si cognitus nobis esset locus, quem comicus nunc imitatur vel respicit. Echo vero quaedam horum versuum percipitur in verbis Andocidis: Ἰππόνικος δὲ ἦν πλουσιώτατος τῶν Ἑλλήνων· τότε μέντοι πάντες ἴστε ὅτι παρὰ τοῖς παιδαρίοις τοῖς μικροτάτοις καὶ τοῖς γυναῖσις κληθῶν ἦν καὶ ἐν ἀπάσῃ τῇ πόλει κατέσχευεν, ὅτι „ Ἰππόνικος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀλιτήριον τρέφει, ὃς αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἀνατρέπει“. μέμνησθε ταῦτα, ὦ ἄνδρες, πῶς οὖν ἢ φήμη ἢ τότε οὕσα δοκεῖ ὑμῖν ἀποβῆναι; οὐ μωπὸς γὰρ Ἰππόνικος υἱὸν τρέφειν ἀλιτήριον αὐτῷ ἔτρεφεν, ὃς ἀνατρέφουεν ἐκεῖνον τὸν πλοῦτον, τὴν σωφροσύνην, τὸν ἄλλον βίον ἅπαντα. οὕτως οὖν χρῆ περὶ τοῦτου γιγνώσκειν, ὡς ὄντος Ἰππόνικου ἀλιτηρίου <sup>5)</sup>.

1296. σιπύης] σιτηρόν ἀγγεῖον vocat Harpocratio s. v. <sup>6)</sup>.

1298. ὦ ἄνα] hoc quoque poeticum: Ζεῦ Φάνα <sup>7)</sup>, ὦ Φάνα <sup>8)</sup>.

1300. Conferri potest Cratini versiculus, ubi τράπεζαι dicuntur μείρακες <sup>9)</sup>.

— ξυνελθεῖν ... εἰς λόγον] vid. ad Nub. 470.

<sup>1)</sup> Die wohlhabenden, de bezitters. Vid. Plut. 596 Herodot. VI 22 Lys. XVI § 14 Xen. Ven. II § 1 Plat. Rep. 565a Demosth. XLV § 73 Soph. Ai. 157 Eur. Alc. 57 (= οἱ; πάροισι ibid. vs. 59). — <sup>2)</sup> Herodot. I 32 etc. — <sup>3)</sup> Alex. fr. 178. — <sup>4)</sup> Vid. ad Vesp. 269. — <sup>5)</sup> Andocid. I § 130 sq. — <sup>6)</sup> Cf. Plut. 806 fr. 541 Pherecr. fr. 142 Eupol. 302. — <sup>7)</sup> Hom. I 351 etc. — <sup>8)</sup> H. Ap. 179, 526. — <sup>9)</sup> Cratini. fr. 301. Praeterea vid. ad Ach. 95 sq.

καὶ μίαν λέξαι τιν' αὐτῶν, ἥτις ἦν γεραιτέρα  
 „οὐδὲ πυνθάνεσθε ταῦτ', ὃ παρθένοι, τὰν τῆ πόλει;  
 „φασὶν αἰτεῖσθαι τιν' ἡμῶν ἑκατὸν εἰς Καρχηδόνα  
 „ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὄξινην Ἰπέροβλον.“

1302. οὐδὲ πυνθάνεσθε] οὐδέπω πέπυσθε Blaydes (coll. Pac. 615 Av. 957 Thesm. 596 Aesch. Choeph. 526 Rhcs. 598), sed vid. commentarius.

1303. Καρχηδόνα] Καλχηδόνα (vel Χαλκ.) schol., et sic Casaubonus, male; vid. ad vs. 174.

1304. μοχθηρὸν V] πονηρὸν cett. metro invito, unde Blaydes ἄνδρα μοχθηρὸν πονηρὸν ὄξ. Γ., quod egregie languet. Quamquam et mihi displicere vocem πολίτην non nego.

1301. μίαν... τινά] vid. ad Ran. 911.

1302. *O puellae, ne rogatis quidem quid sibi velint ista quae in urbe aguntur? ἄρα λανθάνει ὑμᾶς πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά; ut Antigoniae Sophocleae verbis utar. Nostro loco comicus versum quendam ex Euripidis Alceone imitatur, teste scholio. — Praesens πυνθάνεσθαι, perinde atque ἀκούειν, aptissime dicitur de eo qui non hoc demum temporis articulo aliquid deprehendat sed dudum exploratum id habeat <sup>1)</sup>. Sic ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι significat: ut percontando inveni, ut exploratum habeo <sup>2)</sup>, item ὡς ἐγὼ ἀκοῇ αἰσθάνομαι <sup>3)</sup>.*

1303. ἑκατὸν] vid. ad Ach. 545.

— εἰς Καρχηδόνα] brevi post Equitum fabulam scenae commissam inducias inter se inierunt civitates Siculae, re autem infecta inde redierunt Atheniensium duces Pythodorus Sophocles Eurymedon; qui rei statim sunt facti, ὡς λέξον αὐτοῖς τὰ ἐν Σικελίᾳ καταστρέψασθαι δώροις πεισθέντες ἀποχωρήσειαν. Hoc vero tempore qui cum Cleone faciebant civibus persuadere conabantur ut multo

maior classis in Siciliam mitteretur et strenue magis illic bellum gereretur; brevi enim, si hoc agerent, rem illic — ut Pyli — confecturos et occidentalem maris mediterranei partem in dicionem suam redacturos <sup>4)</sup>. Propter temeraria haec, quae quidem multis videbantur, consilia Eupolis anno 421 in Maricante fabula de Hyperbolo ut de novo quodam Xerxe locutus choro haec tribuit verba: πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπολις ἦδη Μαριχᾶς <sup>5)</sup>.

1304. *Hyperbolus* strategii munere nunc fungitur <sup>6)</sup>. Verba μοχθηρὸν πολίτην in mentem nobis revocant iudicium, quod de mortuo tulit Thucydides: anno 411 Sami coniurati Ἰπέροβλόν τινα τῶν Ἀθηναίων, μοχθηρὸν <sup>7)</sup> ἄνθρωπον, ὡστρακισμῶν οὐ διὰ δυνάμειν καὶ ἐξιώματος φόβον ἀλλὰ διὰ πονηρίαν καὶ ἀσχύνην τῆς πόλεως, ἀποκτείνουσιν <sup>8)</sup>. Vini epitheton ὄξινης <sup>9)</sup> etiam Vesp. 1082 usurpatum est ad indicandum animum bellicosum. Sic ὄξος ἰχθυοειδὲς <sup>10)</sup> dicitur nescio quis ὄγγιλος καὶ ὀσμύς <sup>11)</sup>. Vid. praeterea Vesp. 151 et ad Ran. 1150. Est autem ὄξινης γαργα, de qua Plinius: *vitiū musto*

<sup>1)</sup> Item e. g. Thucyd. VI 76 § 2, VII 12 § 3. — <sup>2)</sup> Herodot. IV 95 VII 8 sq. VIII 38, 68 Thucyd. VII 12 § 2. — <sup>3)</sup> Thucyd. VI 17 § 6, 20 § 2. — <sup>4)</sup> Vid. Thucyd. IV 65 Prolegom. Vesp. p. XXXIII—XXXV et cf. supra vs. 174. — <sup>5)</sup> Eupol. fr. 192, cf. Aesch. Pers. 65. — <sup>6)</sup> Vid. de eo ad Nub. 624 sq., 1065 Vesp. 1007. — <sup>7)</sup> De adiectivo μοχθηρῶν vid. vs. 316. — <sup>8)</sup> Thucyd. VIII 73 § 3. — <sup>9)</sup> Hermipp. fr. 91 Philonid. 12 Diphil. 82 Theophr. H. Plant. IX 20 § 4. — <sup>10)</sup> Fr. com. adesp. 698. — <sup>11)</sup> *Die de azijn in pacht heeft*, ut loquuntur nostrates.

- 1305 ταῖς δὲ δόξαι δεινὸν εἶναι τοῦτο κοῦκ ἀνασχετόν,  
καί τιν' εἰπεῖν, ἥτις ἀνδρῶν ἄσσον οὐκ εἰληλύθει  
„ἀποτρόπαι', οὐ δῆτ' ἐμοῦ γ' ἄρξει ποτ', ἀλλ' ἔάν με χρῆ,  
„ὑπὸ τερηθόνων σαπειῶ' ἐνταῦθα καταγρηάσομαι.“ —  
„οὐδὲ Ναυφάντης γε τῆς Ναύσσωνος, οὐ δῆτ', ὦ θεοί,  
1310 „εἴπερ ἐκ πεύκης γε καὶ ἐγὼ καὶ ξύλων ἐπηγνύμην.  
„ἦν δ' ἀρέσκη ταῦτ' Ἀθηναίοις, καθῆσθαί μοι δοκεῖ

1306. εἰληλύθει] ελλ. codd.

1307. με χρῆ] με χρῆ codd.; Blaydes δέη (coll. Vesp. 221 Ran. 265).

1309. Ipsam Nauphanten hoc vs. et sequentibus induci loquentem vidit Reiske; cui assensus Vahlen contulit Pac. 1149.

1311. Ἀθηναίοις] -οιοι VR et fere omnes. || δοκεῖ Bentley] δοκῶ codd., quod vitiosum nisi sequatur futurum vel certe quod proposuit Dawes καθῆσθαι ἄν μοι

quibusdam in locis iterum fervere; qua calamitate deperit sapor, varraeque accipit nomen <sup>1)</sup>.

1306. Quae virgo erat adhuc, παρθένος ἁδμής, ἀνδρῶν ἄδικτος. Prisca sive poetica haec est locutio, ut in Aeschyli versu: Ἀντικλείας ἄσσον ἦλθε Σίφυρος <sup>2)</sup>; nam ab Atheniensium sermone quotidiano alienum erat ἄσσον. Cf. Herod. Mimambi. IV 82 sqq.: ἡ ἢ Παιήρον, εὐμενής εἴης, | καλοῖς ἐπ' ἰροῖς ταῖσδε κεί τινες τῶνδε | ἔασ' ὀπυηταί τε καὶ γενῆς ἄσσον, et de verbo Herodot. II 115: παρὰ τοῦ σσωτοῦ ζείνου τὴν γυναῖκα ἦλθες, VI 68: φασὶ σε εἰλεῖν παρὰ τῶν οἰκετῶν τὸν ὀνοφορῶν <sup>3)</sup>.

1307. ἀποτρόπαιε] sc. Ἀπολλων <sup>4)</sup>. Cf. ὦ ἀλεξίκακε Nub. 1372.

— χρῆ] sc. καταγρηάσκειν, quod e sequentibus mente est supplendum. Eadem orationis forma est Lys. 133: κῆν με χρῆ διὰ τοῦ πυρός; | ἐθέλω βασιλεῖν, Ran. 264 sq.: κερράζομαι γὰρ, | κῆν δέη δὲ ἡμέρας. Vid. etiam Vesp. 654: κῆν χρῆ σπλάγγων μ' ἀπέχεσθαι.

1309. Nauphanta Nausonis filia ad al-

terius virginis verba respondens nunc fingitur. Sic etiam in Pacis epirrhemate, postquam inductus est agricola vicinum Comarchidam ad convivium invitans, statim subiciuntur huius hominis verba: κἄξ ἐμοῦ δ' ἐνεγκάτω τις τὴν κίχλην καὶ τὸ σπῖνω κτέ. <sup>5)</sup>. Praeterea cf. Lys. 129 sq.: οὐκ ἂν ποιήσαιμι κτέ. — μὲν δὲ οὐδ' ἐγὼ γ' ἄν. — Ficta sunt navium haec nomina ad imitationem nominum quae ipsis triremibus Atticis erant propria; haec enim feminea erant, quod ipsa vox ναῦς esset generis feminini <sup>6)</sup>. Magnam autem Nauphantae orationi gravitatem addit ipsius nomen proprium in introitu collocatum <sup>7)</sup>.

1310. ἐκ πεύκης... καὶ ξύλων] ad naves pangendas prae ceteris necessaria erat ἡ ἐν νάπαισι Πηλίου Thraciaeve montibus — nam Attica huiusmodi arborum minus erat ferax — τμηθεῖσα πεύκη, sed et querna ligna aliaque ξύλα ναυπηγήματα requirebantur. Itaque eadem est horum verborum iunctura atque illorum ὦ Ζεῦ καὶ θεοί et similium <sup>8)</sup>.

1311. ἀρέσκη] vid. ad Ran. 103.

<sup>1)</sup> H. Nat. XIV 25. — <sup>2)</sup> Aesch. fr. 172. — <sup>3)</sup> Item φοιτῶν III 1 V 70. — <sup>4)</sup> Vid. Vesp. 161 Av. 61 Plut. 359, 854 Eur. Herc. 536 etc. — <sup>5)</sup> Pac. 1140 sqq. —

<sup>6)</sup> Qualia multa sunt cognita e lapide, de quo vid. Böckh Seurk. p. 81 sqq. —

<sup>7)</sup> Cf. Ach. 1028. — <sup>8)</sup> Vid. ad Nub. 413.

„εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσας ἢ ἐπὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν.  
 „οὐ γὰρ ἡμῶν γε στρατηγῶν ἐγγανεῖται τῇ πόλει  
 „ἀλλὰ πλείτω χωρὶς αὐτὸς εἰς κόρακας, εἰ βούλεται,  
 1315 „τὰς σκάφας, ἐν αἷς ἐπώλει τοὺς λύχνους, καθελκύσας.“

δοκῶ (vid. ad vs. 620) et πλεούσ' ἔν vs. 1312; sed praestat quod scripsit Bentley, non enim de se sola loquitur sed sententiam dicit in concione (vid. ἡμῶν vs. 1313 et cf. Av. 1578).

1312. πλεούσας Reiske] -σαι; codd. || ἐπι] εἰς τὸ Dawes (ut Thesm. 224); de crasi vid. Ran. 186 sq.

— καθῆσθαι κτέ.] *censeo in asylum nobis esse confugiendum.* Simillima est orationis forma Vesp. 270 sq. — Puella marina quoniam loquitur, non ἰούσας vel τρεχούσας dicit sed πλεούσας.

1312. Sanctissima Athenis erant templa Thesei et Semnarum <sup>1)</sup>. Et Theseum quidem mancipiorum praesertim erat perfrugium <sup>2)</sup>, in quos si inhumaniter saeviret dominus, προῖσιν poterant αἰτεῖν <sup>3)</sup>, illic „ναεῖντες“, ut de simili re dicebant olim Cretenses <sup>4)</sup>. Quam rem Pollux comprobavit allatis servi cuiusdam apud Aristophanem verbis: ἐμοὶ | κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον ὄραμειν, | ἐκεῖ δ' ἔως ἂν προῖσιν εὐρωμεν μένειν <sup>5)</sup>. Quales servos alibi Θησειότριβας comicus noster vocavit <sup>6)</sup>. Post ἐπι autem praepositionem mente supplendus est accusativus: τὸ ἱερὸν <sup>7)</sup>, et praepositio non ad verbum καθῆσθαι est referenda, licet recte dici possit καθίσειν vel -ζεσθαι εἰς, sed ad πλεούσας.

1313. ἐγγανεῖται] vid. ad Vesp. 721.

1314. Sed, si lubet, ipse (solus) seorsum

*navigato in Morboniam!* De adverbio χωρὶς seorsum, separatim vid. ad Ran. 1163 sq. <sup>8)</sup>, de voce εἰς κόρακας ad Ran. 187 et 607.

1315. *In mare deductis alveis, in quibus... lucernas suas venditare olim solebat* <sup>9)</sup>. — Hyperbolus „ὁ ἐκ τῶν λύχνων“ <sup>10)</sup> quoniam ἀνελάμψε τῆς τύχης χάριν, non iam ei opus est artis suae instrumento, quo olim utebatur cum lucernis suis in foro prostrans: quin igitur novos in usus „alveis“ istis adhibitis Siciliam invadit Poenosque subigit! — Lepidissimus profecto verborum hic est lusus; nam σκάφαι <sup>11)</sup> cum dicebantur receptacula in varios vitae quotidianae usus adhibita, tum genus quoddam lintrium. Cf. vocum vessel, vaisseau, schiff similitum usus hodiernus et cognatum substantivum τὸ σκάφος <sup>12)</sup>. Cernere nobis videtur indomitae virtutis Pyrgopolinicum istum, qui ex institorum tabernis in summum reip. locum nuper emicuit, conscensa scapha Africae bellum inferentem.

<sup>1)</sup> Soph. Oed. C. 89 sq. Thucyd. I 126 § 11 etc. — <sup>2)</sup> Plut. Thes. 36 Phot. s. v. — <sup>3)</sup> Cf. Eupol. fr. 225. — <sup>4)</sup> Leg. Gortyn. I<sup>39</sup>,42. — <sup>5)</sup> Poll. VII 13, Ar. fr. 567; cf. supra vs. 30. — <sup>6)</sup> Fr. 458, vid. etiam fr. 459. — <sup>7)</sup> Cf. Thesm. 224 et similis structura supra vs. 464. — <sup>8)</sup> Cf. Ach. 714 Thesm. 11 Eubul. fr. 65 Herodot. I 103 etc. — <sup>9)</sup> De verbo καθέλκειν vid. Ach. 544 Eccl. 197 Eur. Hel. 1531 etc. — <sup>10)</sup> Nub. 1065. — <sup>11)</sup> Alvei, scaphae, bakken. — <sup>12)</sup> Sic γαυλός et mulctram (Herodot. VI 119) et mutato accentu (γαυλος) navem onerariam (Herodot. III 186 Av. 598, 602) significat.



## EXODUS.

(vs. 1316—1408.)

(Foras procedit isiciarius coronatus et comtus.)

## SCENA VIGESIMA PRIMA.

Isiciarius, Chorus.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

εὐφημεῖν χορὴ καὶ στόμα κλῆειν, καὶ μαρτυριῶν ἀπέχεσθαι,  
καὶ τὰ δικαστήρια συγκλῆειν, οἷς ἡ πόλις ἦδε γέγηθεν,  
ἐπὶ καιναῖσιν δ' εὐτυχίαισιν παιωνίζειν τὸ θέατρον.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

1320 ὦ ταῖς ἱεραῖς φέγγος Ἀθήναις καὶ ταῖς νήσοις ἐπίκουρε,  
τὴν ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἤκεις, ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς

1316. κλῆειν] κλείειν codd.

1317. συγκλῆειν] συγκλείειν codd.

1319. Sic R, cett. codd. vitiose ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρε καὶ φέγγος Ἀθήναις.

1320. ἀγυιάς] ἀγυῖās (*Apollinis signa*) perperam interpretatur scholion, item Harpoer. s. v. ἀγυῖās.

1316. εὐφημεῖν] vid. Thesm. 39 et ad Ran. 354.

1317. Cf. Nub. 620.

— οἷς ἡ πόλις ἦδε γέγηθεν] *quibus urbs nostra gaudet*. Poetica haec formula ioculariter nunc adhibetur ad deridendam Atheniensium illam φιλοδικίαν.1318. *Et spectatores ob insperatum eventum gaudio exclamanto!* Verbum παιωνίσαι apud nostrum redit Pac. 555; vid. etiam supra vs. 408.1319. φέγγος] vox poetica, ut φάος supra<sup>1)</sup>, in carminibus redit Ran. 446 et 455; etiam Plut. 640 coryphaeus παρατραγοῦδων ea utitur, addito dativo, ut h. l.: ἀναβοᾶσθαι τὸν εὐπαιδα καὶ μέγα βροτοῖσι φέγγος Ἀσκληπιῶν. Idem valet φῶς (φάος); sic nescio quis apud Eubulum: νύμφα ἀπειρώγαμος τεύτλω· περὶ σῶμα κελυπτὴ λευκῆχος παρέσται, ἔγγελος, ἢ μὲγ'

ἐμοί, μέγα σοὶ φῶς <θήσει> ἐναργές<sup>2)</sup>. Cf. Eur. Hec. 841: ὦ δέσποτ', ὦ μέγιστον Ἑλληνῶν φάος, Herc. 531: ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ὦ φάος μοῶν πατρί, Ion. 1439: ὦ τέκνον, ὦ φῶς μητρὶ κρείττονον ἧλιον, et Homeric illa, quae recentioribus pro exemplis fuere: αἶ κέν τι φάος Λαναοῖσι γένηαι πατρὶ τε σῶ Τελαμῶνι<sup>3)</sup> aliaque multa<sup>4)</sup>.

— Ἀθήναις καὶ ταῖς νήσοις] nempe effrena illa quam iactant comici Atheniensium democratia πειθαρχεῖν οὐκέτι τοιμᾶ, ἀλλὰ δάνκει τὴν Εὐβοίαν καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾷ<sup>5)</sup>. Sic etiam postea Equitum fabulam respiciens in Pacis parabasi Aristophanes dixit: ὑπερ ὕμων πολεμίζων ἀντεῖχον ἀεὶ καὶ τῶν ἄλλων νήσον<sup>6)</sup>.

1320. Simillima sunt Oedipi ad Creontem Delphis reducem verba: τίγ' ἡμῖν ἤκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρον;<sup>7)</sup>.

— ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς] hoc quo-

<sup>1)</sup> Vs. 973. — <sup>2)</sup> Eubul. fr. 35; vid. ad Vesp. 510. — <sup>3)</sup> O 282. — <sup>4)</sup> Vid. etiam ad π 23. — <sup>5)</sup> Fr. adesp. 41. — <sup>6)</sup> Pac. 760. — <sup>7)</sup> Oed. R. 86.



## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὸν Δῆμον ἀφεψήσας ὑμῖν καλὸν ἐξ αἰσχροῦ πεποίημα.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ ποῦ ἔστιν νῦν, ᾧ θυμαστὰς ἐξευρίσκων ἐπινοίας;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐν ταῖσιν ἰοστεφάνοις οἰκέϊ, ταῖς ἀρχαίαισιν, Αἰθίνας.

que priscae sive poeticae est dictionis. Significat autem: *plateas nidore implere*. Nempe κνίση οὐρανὸν ἔκει cum diis sacrificatur. Cf. Iridis verba tragici tumoris plena: πρὸς ἀνθρώπους πέτομαι παρὰ τοῦ πατρὸς | φράσουσα θῦναι τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς | μηλοφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάταις | κνισᾶν τ' ἀγυιάς<sup>1)</sup>, vel Admeti gaudio exsultantis ob uxorem ab inferis recuperatam clamores: ἀστοῖς... ἐνέπω... | χοροῦς ἐπ' ἐσθλαῖς ξυμφοραῖσιν ἰσάναι | βωμοῦς τε κνισᾶν βουθύτοις προστροφαῖς<sup>2)</sup>, vel oraculum de instaurandis Dionysiis, quo κνισᾶν ἀγυιάς καὶ στεφανηφορεῖν ἰussi sunt Athenienses<sup>3)</sup>. Quod autem ἐφ' ὄτω nostro loco dicitur, non ἐφ' ἦτινι, constructio haec est ad sensum<sup>4)</sup>.

1321. Usus artificio, quod ab ipsius arte haud quaquam alienum erat, isicarius senem decoxit, perinde atque Medea patrem Iasonis. Haec enim Αἴσον' ἐθρηκε φίλον κόρον ἠβάνοντα, | γῆρας ἀποξύνουσα Σιδυήσι προπίδουσαι, | φάρμακα πόλλ' ἔβρουσα ἐπὶ χρυσέοισι λέρῃσι, ut in Νόστοις prisceus vates cecinerat a grammaticis allatus<sup>5)</sup>. Qui addit in Aeschyli dramate Dionysi Nutricibus<sup>6)</sup> Medeam etiam has feminas cum ipsarum maritis ἀνεψήσασαν νεποιῆσαι, Pherecydem autem et Simonidem finxisse Iasonem ab ea decoctum, nisi librariorum errori hoc debetur no-

mina Ἰάσωνα et Αἴσωνα confudentium; nam quid Medeae cum Iasone grandaevo? Notissimam autem hanc fabulam respiciens Socrates apud Platonem iocose sic loquitur: ἐγώ, ἐπειδὴ καὶ πρεσβύτης εἰμί, παρακινδυνεύειν ἔτοιμος καὶ παραδίδομι ἐμαυτὸν Λιουσοδώφω τοῦτω ὡσπερ τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ ἀπολλύτω με, καὶ εἰ μὲν βούλεται, ἐψέτω, εἰ δ' ὄτε βούλεται, τοῦτο ποιεῖτω μόνον χρηστὸν ἀποφηνάτω<sup>7)</sup>. — Verbum ἀφεψήσαι dicebatur etiam de auro<sup>8)</sup>, χρυσὸς autem ἄπ-εψθος erat aurum purum<sup>9)</sup>.

— ἐξ] cf. vs. 704.

1322. καὶ] vid. ad Nub. 210.

— θυμαστὰς... ἐπινοίας] cf. Ran. 1530 et vid. supra ad vs. 539.

1323. ἰοστεφάνοις] Athenarum hoc epitheton debetur Pindaro<sup>10)</sup>. Sunt autem violae inter veris primos flores, et libenter adhibebantur coronis. Quapropter Pindarus Olympios hic verbis vocat ad laetas mortalium choreas: ἴδε' ἐς χορόν, Ὀλύμπιοι, | ἐπὶ τε κλυτὸν πέμπετε χάριν θεοῖ, | πολύβατον οἷ τ' ἄστεος ὀμφαλὸν θυόνετα | ἐν ταῖς ἱεραῖς Αἰθίνας οἰχνεῖτε πανθαῖδάλον τ' εὐκλέ' ἀγοράν | ἰδοτέων λάχετε στεφάνων | τῶν λαριδρέπτων λιβάν<sup>11)</sup>. Etiam φαλλοφόροι hederaceas suas coronas violis ornabant<sup>12)</sup>, et mentio earum fiebat in prisca cantilena: ποῦ μοι τὰ

<sup>1)</sup> Av. 1230 sqq. — <sup>2)</sup> Eur. Alc. 1154 sqq. — <sup>3)</sup> Apud Demosth. XXI § 51 sq.; praeterea vid. Ach. 1044 sq. Hegesipp. fr. 120-27 adesp. fr. 608. — <sup>4)</sup> Subiunctivi usus est idem Pac. 522. — <sup>5)</sup> H. l. in scholiis et in argumento Medeae Euripidis. Cf. Ovid. Metam. VII 159-349. — <sup>6)</sup> Satyricon opinor. — <sup>7)</sup> Euthydem. 285 c. — <sup>8)</sup> Herodot. IV 166. — <sup>9)</sup> Fr. adesp. 423 Herodot. I 50 II 44. Euphoniae causa sic dicebatur pro ἄπ-εψθος, ut τεθῆναι pro θεθῆναι. — <sup>10)</sup> Vid. Ach. 637 et ad Nub. 300. — <sup>11)</sup> Pind. fr. 53. — <sup>12)</sup> Athen. 622; vid. ad Ach. 261.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

πῶς ἂν ἴδοιμεν; ποίαν τιν' ἔχει σκευήν; ποῖος γεγένηται;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

- 1325 οἷός περ Ἀριστείδη πρότερον καὶ Μιλτιάδην ξυνεσίτει.  
ὄψεσθε δέ' καὶ γὰρ ἀνοιγνυμένων ψόφος ἤδη τῶν προπυλαίων.  
ἀλλ' ὀλολύξατε φαινόμενασιν ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις  
καὶ θαναμασταῖς καὶ πολυύμοις, ἵν' ὁ κλεινὸς Δῆμος ἐνοικεῖ.  
(Aperitur ianua.)

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

- 1330 „ᾧ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰστέφανοι“ καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι,  
δεῖξατε τὸν τῆς Ἑλλάδος ἡμῖν καὶ τῆς γῆς τῆσδε μόναρχον.  
(Procedit Demus prisco ornatu et recuperato vigore iuvenili.)

## SCENA VIGESIMA SECUNDA.

Eidem, Demus.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ὄδ' ἐκεῖνος ὄρᾶν τετιγοφόρας, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός,

1324. Del. Bergk, quem fuit cum sequerer, scholion aliquod „ὡς ἂν ἴδοιμεν ποίαν ἔχει σκευήν καὶ ποῖος γεγένηται“ inter poetae verba se insinuasse ratus. Nunc tamen versum necessarium duco, quoniam verba οἷός περ... ξυνεσίτει vix habent quo referantur nisi antecedit id quod praebet textus traditus: ποῖος γεγένηται. Accedit quod scholion eiusmodi plane inutile fuisset. || ἴδοιμεν Brunck] ἴδοιμεν codd. || τιν'] addidit Porson. || ποῖος Reisi x ποῖος codd., καὶ ποῖος τις (deleto ποίαν) Brunck, καὶ τίς Porson (non recte).

1326. δέ] δέ γε V, γε nonnulli.

1328. καὶ θ.] ταῖς θ. Blaydes. || ἐνοικεῖ] οἰκεῖ V.

1331. τετιγοφόρας P] -ρος cett.; -ρας ex Hesychio restituit Porson metro duce. Simile codicum est vitium Ach. 570.

ἡδῶα; ποῦ μοι τὰ Ἴα; ποῦ μοι τὰ καλά σίλινα; <sup>1)</sup>. — Solebat autem in agrorum hortis esse ἰωνία <sup>2)</sup>).

1326. τῶν προπυλαίων] non est cogitandum de arcis propylaeis <sup>3)</sup>, nam tam difficile quam inutile fuisset civibus in scena ostendere aedificium, quod in ipso arcis culmine perpetuo ante oculos haberent; *Marathonomachorum* autem Athenae si fuissent obiciendae spectantium

oculis, ab arce abesse debebant propylaea nuper <sup>4)</sup> extracta. Sed vox προπύλαια aedium introitum nunc significat, qui in sermone quotidiano audiebat τὸ πρόθυρον <sup>5)</sup>).

1327. ὀλολύξατε] vid. vs. 616.

1328. πολυύμοις] adi. redit fortasse Ran. 323, ubi vid.

— ἴνα] cf. Nub. 1233.

1329. Vid. vs. 1323 et ad Nub. 300.

1331. Talis nunc procedit Demus, cui

<sup>1)</sup> Athen. 629e. — <sup>2)</sup> Pac. 577. — <sup>3)</sup> Lys. 265. — <sup>4)</sup> Annis 437 ad 431. — <sup>5)</sup> Cf. Vesp. 875 ibique v. l.

οὐ χοιρινῶν ὄζων, ἀλλὰ σπονδῶν, σμύρνη κατάλειπτος.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

χαῖρ' ὦ βασιλεῦ τῶν Ἑλλήνων· καί σοι ξυγγαίρομεν ἡμεῖς.  
τῆς γὰρ πόλεως ἄξια πράττεις καὶ τοῦ ἐν Μαραθῶνι τροπαίου.

ΔΗΜΟΣ.

1335 ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ἐλθὲ δεῦρ', Ἀγοράκριτε.

(Appropinquat isiciarius.)

ὄσα με δέδρακας ἀγάθ' ἀφεψήσας!

1334. ἐν] del. Bentley (ut vs. 781 Ach. 697 Thesm. 806 Eupol. fr. 90), item Vesp. 711; sed cf. supra vs. 785 et fr. 413.

laeti dies aevi Cimonei iam redierunt, qualem hostes suos aliquando propulsurum praedixerant vaticinia. Habet enim ἄλουγίδα καταπαστὴν et τεττίγων ἐνέρσει κρωφύλον ἀναδέεται<sup>1)</sup>.

— 3δ' ἐκεῖνος] vid. ad Nub. 1167 et Ran. 318.

— ὄρῶν] vid. ad Nub. 1172.

— τεττιγοφόρας] doricum — i. e. lyricum — huius nominis terminum, qui cernitur etiam in equorum quorundam nomine dorico σαμφόρα<sup>2)</sup>, noster adhibuit etiam in vocibus γοργολόφα<sup>3)</sup>, τειχομάχα<sup>4)</sup>, ἑκατοικεφάλα<sup>5)</sup>. Cf. Sophocleum ἐγρεμάχα<sup>6)</sup>, Euripidea λευκολόφα<sup>7)</sup>, εὐλύρα<sup>8)</sup>, μηλονόμα<sup>9)</sup>, ἱππονόμα<sup>10)</sup>, χρυσοκόμα<sup>11)</sup>, Bacchylidea ἀελλοδόμα<sup>12)</sup>, καλλιόμα<sup>13)</sup> etc. — Sed Ach. 181, ubi lyricae dictioni non est locus, μαραθωνομάχοι scribatur<sup>14)</sup>, non -μάχαι.

1332. Non lites putresque conchas iam redolet Demus, sed libamina et pacem. Simillimus locus est in Nubibus<sup>15)</sup>, ubi Iustus orator ad iuvenem: „μήτι ἀυρεμ σὶ πραιβυερὶς“, inquit „prisco more institutus sub divo cum sodalibus tuis decur-

res, σμίλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης<sup>16)</sup>. Nam qui ἀπραγμοσύνης ὄζει, is abhorret litigia et iudicia et calculos, qui voce χοιρινῆς nunc indicantur<sup>16)</sup>. Voci autem σπονδαῖς duplicem vini et induciarum sensum Aristophanes tribuerat anno proximo in fabula Acharnensium<sup>17)</sup>, needum spectatores oblitī sunt illarum facetiarum<sup>18)</sup>.

1334. Simillimus est Vespasum locus, ubi Bdelycleon „si revera“ ait „populo bene vellent demagogi, aliquanto largiora dona cives acciperent ex aerario publico, ἄξια τῆς γῆς ἀπολαύοντες καὶ τοῦ ἐν Μαραθῶνι τροπαίου“<sup>19)</sup>. Vid. etiam versus Holcadum, quae his annis acta est fabula: καὶ κολλύραν τοῖσι περῶσιν (?) διὰ τοῦν Μαραθῶνι τροπαίου<sup>20)</sup>, et Acharnensium senum querelae: οὐ γὰρ ἀξίως ἐκείνων ὦν ἐναυμαχῆσαμεν | γηροβοσκοῦμεσθ' ὑφ' ὁμῶν<sup>21)</sup>.

— ἄξια πράττεις] sorte uteris qua dignus es.

— τοῦ ἐν Μ. τροπαίου] vid. ad Nub. 986.

1335. ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν] vid. vs. 611 et ad Nub. 110.

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 967—969 et ad Nub. 984. — <sup>2)</sup> Nub. 122 sq. — <sup>3)</sup> Ach. 567. — <sup>4)</sup> Ach. 570. — <sup>5)</sup> Nub. 336. — <sup>6)</sup> Soph. Oed. C. 1054. — <sup>7)</sup> Phoen. 119. — <sup>8)</sup> Alc. 571. — <sup>9)</sup> Ibid. 573. — <sup>10)</sup> Hipp. 1399. — <sup>11)</sup> Iph. Aul. 549 etc., Valcken. ad Phoen. 120. — <sup>12)</sup> Bacchyl. V 39. — <sup>13)</sup> Ibid. XI 26. — <sup>14)</sup> Ut Nub. 986. — <sup>15)</sup> Nub. 1007. — <sup>16)</sup> De quibus vid. Vesp. 333. — <sup>17)</sup> Ach. 175—199. — <sup>18)</sup> Vid. mox vs. 1388. — <sup>19)</sup> Vesp. 711. — <sup>20)</sup> Fr. 413. — <sup>21)</sup> Ach. 677 sq.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἐγώ;

ἀλλ', ὦ μέλ', οὐκ οἶσθ' οἷος ἦσθ' αὐτὸς πάρος,  
οὐδ' οἶ' ἔδρας· ἐμὲ γὰρ νομίζοις ἄν θεόν.

## ΔΗΜΟΣ.

τί δ' ἔδρων πρὸ τοῦ, κάτειπε, καὶ ποῖός τις ἦ;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1340

πρῶτον μὲν, ὁπότ' εἴποι τις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ  
„ὦ Δῆμ', ἔραστῆς εἰμι σὸς φιλῶ τέ σε  
„καὶ κήδομαί σου καὶ προβουλεύω μόνος,“  
τούτοις ὁπότε χροῆσαιτό τις προοιμίους,  
ἀνωρτάλιζες καὶ ἐκερουτίας.

## ΔΗΜΟΣ.

ἐγώ;

1336. ἐγώ;] Bergk *ἰού* vel *νέον*, quod vix potuit dici pro *καταστήσας νέον*. Alii alia, Demo totum versum tribuentes; sed servandam esse vulgatam docet pronominum ἐγώ et αὐτός oppositio et verbum ὄραν repetitum, *ironice* autem dictum esse „ἐγώ;“ iure statuit Zacher.

1339. Sic R, cett. *κάτειπέ μοι πρὸ τοῦ*, qua lectione recepta Aldina dein omittit καὶ (cf. vs. 1324). || ἦ] ἦν V et plerique.

1341. εἰμι] τ' εἰμι V R P.

1343. τίς] τοῖς Lenting.

1336—1338. ἐγώ; κτέ.] *ilane vero? virum me dicis?* Magnum sane hoc videtur, nam antehac οὐκ ἰνομιζόμεν ἐν ἀνδράσιν <sup>1)</sup>; attamen ne sic quidem pro meritis me laudas. Quem deum diceres, si satis haberes perspectum quantum sis mutatus ab illo. — Versui 1337 similia dicit Dicaeopolis de Euripide: οὐπω μὲν Δί' οἶσθ' οἶ' αὐτὸς ἐργάζει κακά <sup>2)</sup>.

1337. πάρος;] adverbium a dictione pedestri alienum redit Vesp. 1536.

1340—1345. Simillima dicuntur in Acharnensium fabulae parabasi <sup>3)</sup>, ibi autem de legatis, hic de demagogis.

1341. ἔραστῆς εἰμι σὸς;] vid. ad vs. 732.

1344. ἀνωρτάλιζες καὶ ἐκερουτίας;] *lasciviebas et cornua sumebas* <sup>4)</sup>, aviculas hoedosque imitatus. Prius verbum idem valet quod *περουργεῖν* <sup>5)</sup> vel *περὺττεσθαι* <sup>6)</sup>, cf. etiam *ἀναπεροῦσθαι* <sup>7)</sup> et *πεποῆσθαι* <sup>8)</sup>; ductum enim est ab eadem stirpe cum voce *ὄρταλιχον pullo* <sup>9)</sup>, proprie igitur dictum indicat aves tenellas volitandi tentamina facientes. Alterum verbum significat “*κερούτην agere*”; voce autem *κερούτη*, quae non iam extat, designari debuit aliquando hoedus taurusve cornu petens <sup>10)</sup>, ut desiderativum *κερουτιᾶν* <sup>11)</sup> inde posset deduci; e stirpibus autem verborum *κέρας* et *οὐτᾶν* est com-

<sup>1)</sup> Vid. vs. 179 et ad Nub. 823. — <sup>2)</sup> Ach. 461. — <sup>3)</sup> Ach. 636—640. — <sup>4)</sup> Ovid. Art. Amat. I 239 (Hor. Carm. III 21,18 Ovid. Amor. III 11,6). — <sup>5)</sup> Plut. 575, cf. supra ad vs. 830. — <sup>6)</sup> Diphil. fr. 61<sup>6</sup>. — <sup>7)</sup> Av. 434 Herodot. II 115 etc. — <sup>8)</sup> Nub. 319. — <sup>9)</sup> Ach. 871 Aesch. Agam. 54 Theocrit. XIII 12. — <sup>10)</sup> *κερασβόλος* Plat. Leg. IX 853 d; Plutarchi hac de voce nugas sciens omitto. — <sup>11)</sup> Vid. ad Nub. 183.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1345 εἶτ' ἔξαπατήσας σ' ἀντι τούτων ὄχρητο.

## ΔΗΜΟΣ.

τί φής;

ταυτί μ' ἔδρων, ἐγὼ δὲ τοῦτ' οὐκ ἠσθόμην;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τὰ γὰρ ὄπτά σου, νῆ τὸν Δί', ἐξεπετάννυτο  
ὥσπερ σκιαδέιον καὶ πάλιν ξυνήγεται.

## ΔΗΜΟΣ.

οὕτως ἀνόητος ἐγεγενήμεν καὶ γέρων;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1350 καί, νῆ Δί', εἴ γε δύο λεγοίτην ὀήτορε,  
ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς μακράς, ὁ δ' ἕτερος αὖ  
καταμισθοφορήσαι τοῦθ', ὁ τὸν μισθὸν λέγων

1346. ταυτί] τοιαῦτα B Ald. || τοῦτ'] om. B Ald.; equidem malim \*πῶς. || ἠσθόμην B Ald.] ἠδεν cett., in quibus verba τί φής κτε. unum versum efficiunt, quem debebat vVelsen utpote versus 1349 paraphrasin, Reiske haud improbabiler rescribat τί φής; τοιαῦτ' ἔδρων μ', ἐγὼ δ' οὐκ ἠσθόμην; alii aliter.

1347. τὰ γὰρ ὄπτά σου νῆ τὸν Meineke] τὰ δ' ὄπτα γάρ (γ' ἂν R) σου νῆ codd., τὰ δ' ὄπτά σου νῆ τὸν Cobet, τὰ δ' ὄτ' ἄγαν (?) σου νῆ Kock.

1350. Δί' εἴ γε Person] Δί' εἰ V, Δία γ' εἰ codd. cett., metro invito; Reisis Δί' εἰ δύο γε.

9'

1352. τοῦθ' A] τοῦτο θ' (i. e. τοῦτο) pauci, τοῦτων R, τοῦτον V alii, unde -ρεῖν, τοῦτον coniecit Elmsley, -ρήσαι τῶνδ' Kock (sed pronomini ἴδε non est locus).

posita. Expectabatur igitur κερουτήγη; et κερουτηγῆν.

1345. *Et mox e concione abibat te pro istiusmodi verbis defraudato.* Vox ἀντι τούτων significat pretium, quo homini fallaci constitit fraus, qua credulum seminem deceptit. Si modo verba tibi darentur, o Deme, a quolibet nebulone decipi te patiebaris.

1346. Simillima Philocleonis resipiscantis sunt verba: ταυτί με ποιοῦσ'; οἴμοι, τί λέγεις; <sup>1)</sup>. — Ut nostro loco, sic Nub. 235 extra versus numeros positum est τί φής;

1347 sq. *Nimirum aures tuas modo ut umbraculum paudebas* <sup>2)</sup>, — si laudes et blandimenta insurrarentur, — *modo contrahebas* <sup>3)</sup>, — si quis vera tibi diceret sed ingrata. Non mirum igitur est quod te latebant istorum hominum fraudes et scelera <sup>4)</sup>.

1351. ποιεῖσθαι] *sibi parare.* — Idem consilium civibus in Daetalensium fabula dederat nescio quis: εἰς τὰς τριήρεις δεῖν ἀναλοῦν ταῦτα καὶ τὰ τείχη, | εἰς οἷ' ἀνάλουν οἱ πρὸ τοῦ τὰ χρήματα <sup>5)</sup>.

1352. καταμισθοφορήσαι τοῦτο] *illam pecuniam mercedibus diurnis (iudicium)*

<sup>1)</sup> Vesp. 696. — <sup>2)</sup> *Distendebas* Ovid. Art. Am. II 209. — <sup>3)</sup> Verbum *ξυνάγειν contrahendi* sensu usurpatum est etiam Nub. 582 Plut. 756 et de ipsis (canum) auribus Xen. de Venat. III 5. — <sup>4)</sup> Cf. vs. 720. — <sup>5)</sup> Fr. 220.



τὸν τὰς τριήρεις παραδραμῶν ἂν ὄχητο.  
(Recedit Demus pudoris manifesta edens signa.)  
οὔτος, τί κύπτεις; οὐχὶ κατὰ χάραν μενεῖς;

## ΔΗΜΟΣ.

1355 αἰσχύνομαι τοι ταῖς πρότερον ἀμαρτίας.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ἀλλ' οὐ σὺ τούτων αἴτιος, μὴ φροντίσης,  
ἀλλ' οἷ σε ταῦτ' ἐξηπάτων. νυνδὲ φράσον·  
ἐάν τις εἶπῃ βωμολόχος ξυνήγορος·  
„οὐκ ἔστιν ὑμῖν τοῖς δικασταῖς ἄλφιτα,  
1360 „εἰ μὴ καταγνώσεσθε ταύτην τὴν δίκην“,  
τοῦτον τί δράσεις, εἰπέ, τὸν ξυνήγορον;

## ΔΗΜΟΣ.

ἄρας μετέωρον εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ,

1353. ἂν] om. R.

1357. νυνδὲ Seidler] νῦν δὲ codd., νῦν δὲ Brunck, νῦν δ' αὖ Elmsley (νῦν αὖ Lenting). Vid. Eustath. 45,6 et ad Ran. 965.

*absumere* <sup>1)</sup>. Pronomen τοῦτο liberiore verborum structura nunc, ut vs. 572, est adhibitum, quae nulli tamen obscura esse potest.

1353. παραδραμῶν] cf. vs. 56.

1354. οὔτος] vid. ad Vesp. 1.

— τί κύπτεις;] cf. Socratis verba ad senem meditaculum intrare reformidantem: χάρει τί κυπτάεις ἔχων περὶ τὴν σύραν; <sup>2)</sup>.

— κατὰ χάραν] vid. ad Ran. 793.

1355. Cf. Plut. 774: αἰσχύνομαι δὲ τὰς ἐμυνοῦ ξυμφορὰς, — ubi verbo adiunctus est accusativus, utrumque enim recte dicitur. Praeterea vid. Eur. Herc. 1160: αἰσχύνομαι γὰρ τοῖς δεδραμένοις κακοῖς, Heracl. 541 sq.: οὐδ' αἰσχύνομαι | τοῖς σοῖς λόγοις, τῆ τύχῃ δ' ἀλγύνομαι.

1356. μὴ φροντίσης] *hac de re sollicitus ne sis* <sup>3)</sup>; vid. ad Ran. 493.

1357. νυνδὲ] vid. ad Ran. 965.

1358. βωμολόχος] vid. ad Ran. 358.

— ξυνήγορος] vid. ad Ach. 685.

1359 sq. De re vid. ad Vesp. 303 sq., et de usu vocis ἀλφίτων ad Nub. 176. Consimilia autem ad iudices dicuntur apud Lysiam: πολλάκις ἠκούσατε τούτων λεγόντων, ὅποτε βούλοιντό τινα ἀδίκως ἀπολέσαι, ὅτι εἰ μὴ καταψηφισῶθε ὧν αὐτοὶ κελύουσιν, ἐπιλείψει ἑμῶς ἡ μοσθοφορὰ <sup>4)</sup>.

1360. καταγνώσεσθε... τὴν δίκην] *reum damnabilis* <sup>5)</sup>.

1361. ξυνήγορον] vid. ad Ach. 685.

1362 sq. Similis est iocus Ran. 1437 sq.: εἰ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίε | αἴροιεν αὔραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα <sup>6)</sup>. Prae-

<sup>1)</sup> Vid. vs. 807 et de κατα- praepositionis usu in hoc aliisque compositis ad Nub. 857. — <sup>2)</sup> Nub. 509. — <sup>3)</sup> Item Vesp. 228 Lys. 915 Alex. fr. 124<sup>3</sup> etc. — <sup>4)</sup> Lys. XXVII § 1. — <sup>5)</sup> Item Antiphont. VI § 3 Demosth. XXX § 32. — <sup>6)</sup> Qui tamen corrupti sunt versus et ab illo loco alieni.

ἐκ τοῦ λάρυγγος ἐκκρεμάσας Ὑπέροβολον.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1365 τουτί μὲν ὀρθῶς καὶ φρονίμως ἤδη λέγεις·  
τὰ δ' ἄλλα, φέρ' ἴδω, πῶς πολιτεύσει; φράσον.

ΔΗΜΟΣ.

πρῶτον μὲν, ὅπόσοι ναῦς ἐλαύνουσιν μακράς,  
καταγομένοις τὸν μισθὸν ἀποδώσω ἐντελῆ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

πολλοῖς γ' ὑπολίσοις πυγιδίοισιν ἐχαρίσω.

ΔΗΜΟΣ.

ἐπειθ' ὀπλίτης ἐντεθεῖς ἐν καταλόγῳ

1363. ἐκκρεμάσας] κρεμάσας V.

1365. Interrogandi signum scripsit Blaydes; cf. vs. 119.

1368. ὑπολίσοις Brunck coll. Moeride s. v. λίσοις] -σοις; codd.; cf. Ran. 826.

1369. ὀπλίτης V] ὀ πολίτης R ceterique. || ἐντεθεῖς] ἐντεθεῖς V alii.

terea cf. Ach. 564 sq.: εἰ θενεῖς τὸν ἄν-  
δρα τοῦτον, αὐτὸς ἀρθῆσει τάχα, Antiphan.  
fr. 195: τοιουτοσί τις εἶμι, ... φέρειν τιν'  
ἄρας ἄνεμος, et Homericum ἢ πρὸς γῆν  
ἐλάσει κάρη ἄμφουδῖς ἀείρας<sup>1)</sup>. Alio igitur  
sensu participium ἄρας h. l. est usur-  
patum quam vs. 1130<sup>2)</sup>. De verbis εἰς  
τὸ βράραθρον ἱμβαλῶ vid. ad Ran. 574, de  
Hyperbolo supra vs. 1315 et saepius et  
ad Nub. 1065 Vesp. 1007.

1367. καταγομένοις] in urbem reducibus,  
recentibus ab expeditione.

— ἀποδώσω ἐντελῆ] integrum persolvam.  
De verbo vid. ad Ran. 1235 et de re  
supra ad vs. 1078 sq.

1368. ὑπολίσοις] attritis; vid. ad vs.  
784. Simplex λίσος laevis legitur Ran.  
826; cf. λίος, λισός et saxorum epi-  
theta poetica λίς, λισάς.

— ἐχαρίσω] cf. Ach. 437 Eccl. 1045.

1369—1371. Album armorum in foro

publice propositum erat<sup>3)</sup>. In qua re-  
ensione cives ordinabantur secundum  
tribus suas et annos quibus nati erant,  
ἐγίγνετο δὲ ἡ στρατεία ἐκ καταλόγου<sup>4)</sup>.  
Singulas igitur in expeditiones designa-  
bantur milites certorum annorum: ὅταν  
ἤλικίαν ἐκπέμπωσι, προγράφουσι ἀπὸ τίνος  
ἄρχοντος καὶ ἐπαυμένου μέχρι τίνων δεῖ στρα-  
τεῦσθαι, erant autem ἤλικία<sup>5)</sup> XLII,  
quarum primam efficiebant ephebi re-  
cens inscripti annorum duodeviginti,  
ultimam cives annum aetatis undesexa-  
gesimum agentes<sup>6)</sup>. Nunquam autem  
civis ἐκ τῆς πόλεως ἐστρατεύσατο πλεῖν ἢ  
τετραράκοντα ἔτη γεγονώς<sup>7)</sup>. Sed fieri po-  
tuit ut sive iure sive iniuria contende-  
ret quispiam nomen suum in alienum  
albi locum aberrasse; et delectus cum  
esset habendus, interdum fuisse qui  
malis artibus efficere studeret ut ipsius  
nomen a tribus taxiarcho transscribere-

<sup>1)</sup> c 237. — <sup>2)</sup> Sed concinit Antiphan. fr. 195<sup>5</sup>, item Menandr. 451. — <sup>3)</sup> Lys. XV § 5. — <sup>4)</sup> Thucyd. VI 31 § 3, 43 § 2 VII 16 § 1, 20 § 2 Xen. Memor. III 4 § 1 [Arist.] Rep. Ath. 26 § 1 etc.; cf. verbum καταλέγειν Ach. 1065 Lys. 394, καταλόγους ποιείσθαι Thuc. VI 26 § 2. — <sup>5)</sup> Lichtingen. — <sup>6)</sup> Vid. [Aristot.] Rep. Ath. 53 § 4—7, Demosth. Olynth. III § 4 etc. — <sup>7)</sup> Antiphont. VI § 46.

1370

οὐδείς κατὰ σπουδὰς μετεγγραφήσεται,  
ἀλλ' οὐπερ ἦν τὸ πρῶτον ἐγγεγράψεται.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

τοῦτ' ἔδακε τὸν πόρπακα τοῦ Κλεωνύμου.

ΔΗΜΟΣ.

οὐδ' † ἀγοράσει τ' † ἀγένειος οὐδείς ἐν ἀγορᾷ.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων;

1371. οὐπερ Blaydes] ὄπερ V R, ὥσπερ plerique.

1373. ἀγοράσει τ'] sic R, in ceteris codd. est γ' vel δ'. Particulam in ζ' mutabat Lenting (cf. vs. 667), delebat Dindorf. Equidem vitii aperti hoc vestigium delere aut mutare nolui, dubitans an futurum aliquod in -τ'(αι) desinens dederit poeta. Nam ipsum verbum ἀγοράσει errori deberi arbitror, e sequenti autem versu huc esse inductum. Recte haberet e. g. \*δείξει δ' ἀγένειος αὐτὸν οὐδείς ἐν ἀγορᾷ vel \*οὐδ' εἰς ἀγορᾷν ξῖσεισ' ἀγένειος οὐδὲ εἰς. Quod autem Lenting statuit multisque persuasit, duplici sensu concionandi et mercandi h. l. usurpatum esse verbum ἀγοράσαι, id de nihilo est fictum; neque enim in forō habebantur conciones, neque concionandi sensum huic verbo tribuebant Graeci (vid. ad vs. 410 Ach. 21 Nub. 1056 sq.). || οὐδείς ἐν ἀγορᾷ Ald.] ἐν τ' ἀγορᾷ οὐδείς R, οὐδείς ἐν τ' ἀγορᾷ codd. ceteri. GHermann οὐδ' ἐν τὰγορᾷ, Kock ἐν τὰγορᾷ τ' ἀγένειος οὐδείς ἀγοράσει, quod iure suo improbat Sobolewski Praep. p. 2; vVelsen pro ἀγορᾷ coniecit πόλει, infelicissime, in arce enim quid mercari poterat quispiam?

retur in ἡλικίαν aliquam quae expeditionis particeps non esset futura, facile nobis fingimus. Cuiusmodi fraudem nuper deprensam esse testatur chorus in Pace, Cleonymum ceterosque taxiarchos<sup>1)</sup> perinde atque nostro loco vellians: ἡνίκ' ἂν δ' οἴκοι γένωνται, δρώσιν οὐκ ἀνασχετά, | τοὺς μὲν ἐγγράφοντες ἡμῶν, τοὺς δ' ἄνω τε καὶ κάτω | ἐξελείφοντες οἷς ἢ τρίς<sup>2)</sup>. Et hanc potissimum ob causam, opinor, postea non εἰς λελευκαμένα γραμματεία, in quibus nomina delere et rescribere facillimum erat, sed εἰς στήλην χαλκῆν ἐνεγράφωντο nomina epheborum<sup>3)</sup>. Ἀστρατείας autem γραφή<sup>4)</sup> erat in eum cuius rationem non habuisset taxiarchus

in delectu habendo<sup>5)</sup>. Fabulam Ἀστρατεῦτους scripsit Eupolis.

1371. ἐγγεγράψεται] *inscriptus manebit*. Cf. τεθνήξεις Nub. 1436.

1372. *Istud decretum momordit Cleonymi...* addendum erat „τὴν καρδίαν”<sup>6)</sup>: dolore hoc affecit Cleonymum taxiarchum<sup>7)</sup>. Sed praeter expectatum subiungitur τὸν πόρπακα<sup>8)</sup>.

1373. Verborum, quae corrupta ad nos venerunt<sup>9)</sup>, sensus esse debet: *neque imberbis in foro versabitur cerneturve ullus*. Qua de re vid. ad Nub. 991.

1374. *At imberbidus si forum posthac vitandum erit, unde Clisthenes ille et Strato opsonia sua habebunt?* Nimirum

<sup>1)</sup> Vid. ad Nub. 353. — <sup>2)</sup> Pac. 1180 sq.; cf. etiam Lys. XVI § 7. — <sup>3)</sup> Vid. Rep. Ath. l. l. — <sup>4)</sup> Cf. vs. 443. — <sup>5)</sup> Lys. XIV § 7 XV § 5, cf. Poll. VIII § 15. — <sup>6)</sup> Ut Ach. 1 etc.; vid. ad Ran. 43. — <sup>7)</sup> Vid. ad Nub. 353. — <sup>8)</sup> Vid. ad vs. 849. — <sup>9)</sup> Vid. annot. critica.

## ΔΗΜΟΣ.

1375 τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω, τὰν τῷ μύρω,  
 ἃ τοιαδὶ στωμύλλεται καθήμενα  
 „σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανεν.

1375—1380. Demo tribuit Brunck; in codd. continuantur Isiciario.

1375. τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω] ὅπου τὰ μειράκια, λέγω (*ibi ubi pueri mercantur*) Meineke, ioco non agnito.

1376. τοιαδὶ στωμύλλεται vVelsen] στωμυλεῖται τοιαδὶ codd.; futurum hinc esse alienum observavit Kock.

1377. γ' τ' V. || ἀπέθανεν? \*ἀπέτυχεν? Codd. pauci ἐμάνθανε (om. τ' οὐκ), unde Dindorf τε κατέμαθεν (sed praepositio κατα- hinc aliena est). Blaydes et alia coniecit et δεξιός τε μανθάνειν vel μανθάνειν τὰ δεξιὰ (coll. Ran. 1114). — Etiam Thuc. VII 30 § 2 ἀπέθανον verbum vitio manifesto debetur.

molles hi homines τῶν ἀωρολείων erant quos dixit Cratinus<sup>1)</sup>, et pueritiae annos licet egressi essent, λειοὶ tamen etiamtum ὡσπερ ἐγγέλεις<sup>2)</sup> ambulabant barba feminibusque subvulsis<sup>3)</sup>; quapropter etiam in Holcasi fabula παιδάς ἀγενεῖους eos dixit noster<sup>4)</sup>.

1375 sq. *Istos nihil moror, sed veros dico pueros; quos frequentes hodie inter unguentiariorum tabernas videas desidentes, ubi garrindo diem terunt.* Cf. invalidi ad iudices verba: ἕκαστος ὁμῶν εἴθισται προσφοιτᾶν ὃ μὲν πρὸς μυροπαλεῖον, ὃ δὲ πρὸς κουρτεῖον, ὃ δὲ πρὸς σκυτομεῖον, ὃ δὲ ὅποι ἂν τύχη, καὶ πλείστοι μὲν ὡς τοὺς ἐγγυτάτω τῆς ἀγορᾶς κατεσκευασμένους, ἐλάχιστοι δὲ ὡς τοὺς πλείστον ἀπέχοντα; αὐτῆς<sup>5)</sup>. Voce τῷ μύρω fori pars ubi unguenta venibant indicatur<sup>6)</sup>. De verbo στωμύλλειν autem vel στωμύλλεσθαι vid. ad Ran. 92.

1377. σοφός γε] cf. Ran. 968: Θηραμένης; σοφός γ' ἀνὴρ<sup>7)</sup>.

— Φαίαξ] Phaeacem Erasistrati filium<sup>8)</sup> nobili loco natum, de quo iuvenes iam

in tonstrinis garrire ait senex, sophistarum discipulum eximum fuisse intellegimus, et in ornato dicendi genere, cuius auctor nuper extiterat Gorgias, plurimum valuisse. Quamquam Eupolidi, ut nostro, λαλεῖν ἄριστος ἀδυνατώτατος λέγειν videbatur<sup>9)</sup>. Remp. factitare nuper occiperat, et biennio post Equitum fabulam scenae commissam, cum Cleon in Thraciam proficisceretur, Phaeax cum navibus duabus in Italiam et Siciliam missus est legatus; ubi nihil tamen effecit quod operae esset pretium<sup>10)</sup>. Anno autem 417, cum in eo esset ut aut Nicias pacis fautor aut Alcibiades Lacedaemoniorum adversarius acerrimus ostracismo pelleretur, hi viri societate inter se inita callida fraude effecerunt ut in populi ducem Hyperbolium converteretur testarum illud suffragium<sup>11)</sup>, Phaeacis praesertim sodalicio adiuti<sup>12)</sup>. Quo tempore a Phaeace habita esse fingitur oratio in Alcibiadem, quarto fortasse saeculo in rhetorum scholis elucubrata, quae Andocidis nomine nescio quo errore cir-

<sup>1)</sup> Cratin. fr. 10. — <sup>2)</sup> Eupol. fr. 338 Aristoph. 218. — <sup>3)</sup> Gell. VI 12 § 5. — <sup>4)</sup> Fr. 407; praeterea vid. Ach. 117—122 Ran. 422 sqq. et ad Ran. 48. — <sup>5)</sup> Lys. XXIV § 20. — <sup>6)</sup> Item Pherecrat. fr. 2 Polyzel. 11; vid. supra vs. 254 et ad Nub. 1065 Ran. 1068. — <sup>7)</sup> Vid. etiam Nub. 1378 Ran. 776. — <sup>8)</sup> Thucyd. V 4 § 1. — <sup>9)</sup> Eupol. fr. 95. — <sup>10)</sup> Thucyd. V 4 sq. — <sup>11)</sup> Vid. ad Vesp. 1007. — <sup>12)</sup> Teste Theophrasto apud Plut. Nic. 11; cf. Alcib. 13.

1380 „ξυνεργτικός γάρ ἐστὶ καὶ περραντικός  
 „καὶ γνωμοτυπικός καὶ σαφής καὶ κρουστικός  
 „καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ.“

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὔκουν καταδακτυλικὸς σὺ τοῦ λαλητικοῦ;

ΔΗΜΟΣ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἀναγκάσω κυνηγετεῖν ἐγὼ

1378. ξυνεργτικός] *συνεργτικός* codd.; correxit Dindorf e scholio.

1379. γνωμοτυπικός] *γλωττοτυπικός* Meineke. || σαφής] ἀναφής; GHermann, συναφής; Meineke, σοφιστοκρουστικός; Kock ingeniose, solis adiectivis in -ικός hic locum esse non sine causa contendens.

1381. Isiciario dedit Brunck, in codd. est Chori.

1382. κυνηγετεῖν] *κυναγχεῖν* GHermann admodum infeliciter.

cumfertur hodie <sup>1)</sup>. Praeterea de Phaeace nihil habemus compertum, nisi quod praetura aliquando functum esse apparet <sup>2)</sup> et legationes complures obiisse dicitur in spuria, quam modo commemoravimus, oratione. Apud Eupolidem eius nomen etiam alibi occurrit <sup>3)</sup>.

— *δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανεν*] haec si sana sunt, rem nobis ignotam spectant. Sed durissima est verborum structura quaeque coll. Av. 139—141 non satis defendatur, verum autem iudicium vitaeque discrimen respici <sup>4)</sup> vix credibile duco, sed e versu 1383 efficio *psephisma* aliquod Phaeacem pertulisse nuper <sup>5)</sup>.

1378—1380. Similes laudes iuvenis e sophistarum scholis recentem leguntur in Nubibus <sup>6)</sup>. Est autem ξυνεργτικός is qui argumenta apte *conserit* <sup>7)</sup>, περραντικός qui *argumentationem* eo quo tendebat *deductam concludit* <sup>8)</sup>, id quod perhibuit demonstrans; γνωμοτυπικός vocatur orator *fertilis inventionis* <sup>9)</sup>, σαφής qui per-

*spicue* dicit, κρουστικός qui adversarium invictis quae quidem videantur argumentis *percellit* <sup>10)</sup>, καταληπτικός denique τοῦ θορυβητικοῦ est qui veloci ingenio *arripit quod plausum captet* <sup>11)</sup>. — Quippe adiectivorum in -ικός desinentium, qui terminus in prisca lingua vix frequentior erat quam suffixum -τικός, feracissimae fuere scholae sophistarum et disquisitiones philosophicae. Quapropter apud Platonem frequentia sunt, neque Thucydides Xenophon alii ea sunt aspernati. Simillimo ioco *ὑποκορισμοῦ* abusus risit noster in Babyloniiis; nam *σκόπτοντα* eum voces *χρυσιδάριον* *ματιδάριον* *λοιδορημάτιον* *ροσημάτιον* illic adhibuisse docet Aristoteles <sup>12)</sup>. Sic in lingua latina sero demum propullularunt adiectiva in -ulus, -bilis, alia eiusmodi.

1381. *Quin tu loquaculum iuveniculum subagitas* <sup>13)</sup>?

1382 sq. *Immo rusticari turbam illam imberbem iubebo missis rebus publicis*. In

<sup>1)</sup> Andocid. Or. IV. Cuius orationis cf. praesertim § 2 et 41, de commenticio autem hoc opere vid. Plut. Alcib. 13 et e recentioribus (qui post alios hanc quaestionem pertractavit) Blass Att. Beredsamkeit I<sup>2</sup> p. 332—339. — <sup>2)</sup> Diog. Laert. II 63. — <sup>3)</sup> In fr. 7; vid. Bergk Reliq. Com. Att. p. 337 sq. — <sup>4)</sup> Quod putat Zacher: „er ist auf schlaue weise der ihm drohenden todesstrafe entgangen“. — <sup>5)</sup> Vid. annot. crit. — <sup>6)</sup> Nub. 1172—1176. — <sup>7)</sup> *ζυνεργεί*. — <sup>8)</sup> *περαίνει*, Posidipp. fr. 14 etc. — <sup>9)</sup> Vid. Ran. 877. — <sup>10)</sup> Vid. vs. 859 et Nub. 318. — <sup>11)</sup> Cf. supra vs. 547, 666 Eccl. 431 Aristot. Rhetor. I 2 § 10 II 23 § 30. — <sup>12)</sup> Rhetor. III 2 (Aristoph. fr. 90). — <sup>13)</sup> *περαίνεις*.



τούτους ἅπαντας, παυσάμενους ψηφισμάτων.

(Sellam seni affert puer.)

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

1385 ἔχε νυν ἐπὶ τούτοις τουτονὶ τὸν ὀκλαδίαν,  
καὶ παῖδ' ἐνόρχην, ὅσπερ οἶσει τόνδε σοι  
κῆν που δοκῆ σοι, τούτον ὀκλαδίαν ποίει.

ΔΗΜΟΣ.

μακάριος εἰς τὰρχαῖα δὴ καθίσταμαι.

1386. κῆν] κῆν codd.

1387. τὰρχαῖα δὴ] τὰρχαῖον αὐ Blaydes coll. Nub. 593.

silvis lepores venentur, ne lepores in verbis! Nempe pax nunc instat et rus rediturus est Demus, ubi degere solebat olim <sup>1)</sup>. „*Pauperiorum civium filios arare et mercari iubebant proavi nostri*”, Isocrates ait, „*diliorum περὶ τὴν ἵπικὴν καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰ κυνηγέσια καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἠγάγκασαν διατρέβειν* <sup>2)</sup>.” Nam τῶν νεωτέρων ἢ ἡθονὴ μόνῃ αὐτῇ πλεῖστα ἀγαθὰ παρασκευάζει σώφρονας τε γιὰρ ποιεῖ καὶ δικαίους κτῆ. <sup>3)</sup>. In simili argumentatione a Teleclide adhibita sunt verba εὐχροεῖν ὀριθοθηρῶν σωφρονεῖν, quae ex eius Prytanesi fabula sunt servata; Themistocleae enim aetatis laudes illa fabula habebat <sup>4)</sup>.

1383. ψηφισμάτων] cf. Nub. 1429 Lys. 703 sq.

1384. Simillima sunt Mercurii ad Trygaeum verba: ἔθι νυν ἐπὶ τούτοις τῆν Ὀπώραν λάμβανε | γυναικα σάσωτῶ τήνδε <sup>5)</sup>. De imperativo ἔχε vid. ad vs. 51.

— ὀκλαδίαν] vox, quae inter verba obsoleta affertur a Luciano <sup>6)</sup>, ducta est a verbo ὀκλάσαι <sup>7)</sup>, i. e. ὀκλάξ καθῆσθαι <sup>8)</sup>,

*ingeniculare se, genibus flexis considerare*; significat autem *sellam humilem et plicatilem*. Qualis in Minervae Poliadis sanctissimo delubro asservabatur inter ἀναθήματα, Daedali opus <sup>9)</sup>. Quod autem Heraclides Ponticus dicit, priscis Atheniensibus praeter capillorum nodos artificiose comtos vestesque demissas et ornatas id quoque proprium fuisse ut pueros secum ducerent ὀκλαδίας δίφρους φέροντας, ἵνα μὴ καθίζοιεν ὡς ἔτυχεν <sup>10)</sup>, id nisi e nostro loco fluxit, ita est accipiendum, olim cives, cum veste picta et ad talos defluenti in festum coetum procedebant, — neque enim cuiuslibet hominis neque cuiuslibet diei erat ille ornatus, — sed sibi afferri iussisse, quoniam liberiolem artuum inflexionem praelongus ille chiton non admittebat.

1385. παῖδ' ἐνόρχην] cf. Herodot. VI 32. Iocose additur adiectivum de *hostiis* — quae ἐντελεῖς esse debebant — usurpari solitum <sup>11)</sup>. Πλακοῦντα ἐνόρχην ridicule commemorat Plato comicus <sup>12)</sup>.

1387. Cf. Nub. 594.

<sup>1)</sup> Cf. vs. 1394 sq. — <sup>2)</sup> Isocr. VII § 44 sq. — <sup>3)</sup> Xen. de Venat. XII § 7. Idem I § 18: ἐγὼ μὲν οὖν παραινῶ τοῖς νέοις μὴ καταφροεῖν κυνηγεσίῳ μηδὲ τῆς ἄλλης παιδείας· ἐκ τούτων γὰρ γίνονται εἰς τε τὸν πόλεμον ἀγαθοὶ εἰς τε τὰ ἄλλα, εἰς ὧν ἀνάγκη καλῶς νοεῖν καὶ λέγειν καὶ πράττειν. — <sup>4)</sup> Vid. supra ad vs. 814. — <sup>5)</sup> Pac. 706. — <sup>6)</sup> Luc. XXXIV § 6. — <sup>7)</sup> Soph. Oed. C. 176. — <sup>8)</sup> Pherecrat. fr. 75. — <sup>9)</sup> Pausan. I 27 § 1. — <sup>10)</sup> Athen. 512c = Ael. Var. Hist. IV 22. — <sup>11)</sup> Av. 569. Cf. Lys. 661. — <sup>12)</sup> Plat. fr. 174<sup>8</sup>.

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

φήσεις γ', ἐπειδὴν τὰς τριακοντούτιδας  
σπονδὰς παραδῶ σοι. δεῦρ' ἴθ' αἶ σπονδαὶ ταχύ.

(Affertur lagenam vini.)

## ΔΗΜΟΣ.

1390 ὦ Ζεῦ πολυτίμηθ', ὡς καλαί! πρὸς τῶν θεῶν,  
ἕξεστιν αὐτῶν κατατριακοντούτισαι;

(Lagenam seni praebet isiciarius.)

πῶς ἔλαβες αὐτὰς ἐτέον;

## ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐ γὰρ ὁ Παφλαγῶν

ἀπέκρυπτε ταύτας ἔνδον, ἵνα σὺ μὴ λάβοις;  
νῦν οὖν ἐγὼ σοι παραδίδωμι εἰς τοὺς ἀγροὺς  
αὐτὰς ἰένα λαβόντα.

1395

## ΔΗΜΟΣ.

τὸν δὲ Παφλαγῶνα,

1388. γ'] δ' R, γὰρ V<sup>1</sup>.

1392. ἔλαβες αὐτὰς Bentley] ἔλαβε(ς) ταύτας codd. || οὐ] εὐ Naber.

1393. ἀπέκρυπτε ταύτας] -τεν αὐτὰς Hirschig. || λάβοις Brunck] λάβης codd.

1388. φήσεις γ', ἐπειδὴν κτί.] item Pac. 916 et 1351<sup>1</sup>).

— τὰς τριακοντούτιδας | σπονδὰς] ut vs. 1332, ubi vid., sic h. l. spectatoribus in mentem revocatur Acharnensium fabula proximo anno plausu excepta. Foedus tricennale civibus et tunc suadebat noster<sup>2</sup>) et nunc suadet.

1390. πολυτίμηθε] vid. ad Ran. 337.

1391. Licetne in eas impetum facere? Verbum κατατριακοντούτισαι iocose fictum<sup>3</sup>) quid in hoc contextu sibi velit nemo non intellegit; loquitur enim senex de σπονδαῖς ut de formosis mulieribus, commentarii autem instar sunt Pac. 711 et Av. 1256<sup>4</sup>). Qualibus tamen locis collatis non recte, ni fallor, statueris, revera sub

specie puellarum prodire nunc τὰς σπονδὰς<sup>5</sup>), quod perhibent scholia. — Subsibili ioco verbum τριάζειν, quod *ter in certamine vincere* significat, comicus nescio quis ita adhibuit ut ἀποτριάζει valeret τρεῖς πληγὰς δοῦναι<sup>6</sup>).

1392. ἐτέον] vid. ad Vesp. 8.

— οὐ γὰρ...;] cf. Vesp. 682.

1393. Ut in proximis versibus comicus breviter indicavit argumentum quo in Acharnensium fabula lepide fuerat usus, sic ex hoc versu triennio post procrevit nova fabula: Pacem dico maligne absconditam, ne potiri ea possint cives<sup>7</sup>). Sic nostrae fabulae praenunciatus fuerat Acharnensium versus 301.

1394. εἰς τοὺς ἀγροὺς] vid. vs. 805.

<sup>1</sup>) Vid. praeterea ad Nub. 154. — <sup>2</sup>) Ach. 194 sqq. — <sup>3</sup>) Ut καταγιγαρτίσαι Ach. 275. — <sup>4</sup>) Praeterea vid. ad Ach. 994. — <sup>5</sup>) Quemadmodum alibi noster Εἰρήνην, Ὀπώραν, Θεωρίαν, Βασιλειαν exhibuit. — <sup>6</sup>) Fr. adesp. 948. — <sup>7</sup>) Vid. etiam supra ad vs. 511.

ὅς ταῦτ' ἔδρασεν, εἴφ' ὅ τι ποιήσεις κακόν.

ΑΛΛΑΝΤΟΠΩΛΗΣ.

οὐδὲν μέγ', ἀλλ' ἢ τὴν ἐμὴν ἔξει τέχνην  
ἐπὶ ταῖς πύλαις ἀλλαντοπωλήσει μόνος,  
1400 τὰ κύνεια μινγνὺς τοῖς ὄνειοις πράγμασιν,  
μεθύων τε ταῖς πόρλαισι λοιδορήσεται,  
καὶ ἐκ τῶν βαλανείων πίεται τὸ λούτριον.

ΔΗΜΟΣ.

εἷ γ' ἐπενόησας οὐπὲρ ἔστιν ἄξιος,  
πόρλαισι καὶ βαλανεῦσι διακεκραγένοι.  
καὶ σ' ἀντὶ τούτων εἰς τὸ πρυτανεῖον καλῶ  
1405 εἰς τὴν ἔδραν θ' ἵν' ἐκεῖνος ἦν ὁ φαρμακός.  
ἔπου δὲ ταυτηνὴ λαβὼν τὴν βατραχίδα.  
(Splendidam vestem praebet Agoracrito.)

1398. μόνος] μόνον Reiske, μένων vVelsen; sed vid. commentarius.

1399. πράγμασιν] non intellego; vid. commentarius.

1401. λούτριον Elmsley] λούτρον codd., αὐτὸ τὸ λούτρον πίεται Ald.

1405. ἦν] ἦσθ' male Meineke (coll. Ran. 778), nam simplex hoc non est dicti-  
onis comicae vel pedestris (Cratini fr. 142 hinc alienum).

1397. ἀλλ' ἢ] vid. Ran. 928.

1398. ἐπὶ ταῖς πύλαις] illic enim mer-  
ces suas venditare solebat isiciarius <sup>1)</sup>).

— μόνος] procul a foro institorumque  
tabernis inter plebis faeculam oberrans.

1399. Ne genuinos quidem botulos  
venditabit, sed turpi fraude usus et  
sacculo suo melius quam civium ilibus  
consulens ex iumentorum canumque  
cadaveribus minutal faciet. Hodie caro  
asinorum et equorum fumo praesertim  
siccata minime spernitur, sed veteribus  
vix magis placebat quam *canina*, quam  
etiannunc pleraeque gentes abominan-  
tur. Nam iocatus est is qui ὄνειος ματτίασ  
sive delicias nescio quas ex asinina pa-  
ratas commemorabat apud Sophilum co-  
micum <sup>2)</sup>). Vox πράγμασιν si sana est,  
pro κρέασιν ioculariter nunc dictam esse

statuamus necesse est <sup>3)</sup>; sed qualis  
tandem hic sit iocus me fugit.

1400. ταῖς πόρλαισι] dativi idem est  
usus Eccl. 248 Plut. 457.

1401. τὸ λούτριον] aquam sordidam; cf.  
fr. 306: μήτε ποδάνιπτρον θύρασ' ἐκχεῖτε  
μήτε λούτριον <sup>4)</sup>). Quam *διδερε* ultimi sane  
opprobrii et teterrimae spurcitiæ erat,  
siquidem vel ἀπολούεσθαι ἐν λουτρῶν erat  
turpe <sup>5)</sup>).

1403. διακεκραγένοι] cf. vs. 781.

1404-sq. Paphlagonis loco isiciarius  
invitatur in Prytaneum, ubi in ipsa sede,  
quam iste obtinuit hactenus, colloca-  
bitur <sup>6)</sup>).

1405. ὁ φαρμακός] vid. ad Ran. 733.

1406. ἔπου] in Prytaneum ad cenam me  
comitare.

— λαβὼν τὴν βατραχίδα] isiciarius ne

<sup>1)</sup> Vid. vs. 1247. — <sup>2)</sup> Sophil. fr. 4. — <sup>3)</sup> Cum Brunckio. — <sup>4)</sup> Vid. ad Ach.  
616. — <sup>5)</sup> Lucian. XXXIV § 4. — <sup>6)</sup> Vid. ad vs. 280 sq.

καὶ ἐκείνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην,  
ἵν' ἴδωσιν αὐτὸν οἷς ἔλωβᾷθ' οἱ ξένοι.

(Accurrunt servi, Paphlagonem manibus pedibusque comprehensum secum trahentes. Qui pristina veste isiciarii indutus huiusque supellectile onustus foras abripitur. Agoracritus autem nova veste ornatus Demum sequitur comitante choro.)

1408. οἷς] οὐδ' nonnulli.

In fine aliquot versus Chori (Coryphaei) excidisse statuit Bergk; Demi ultima verba mutila esse totumque adeo fabulae exitum periisse Kirchhoffii est opinio. Unus certe versus sufficebat, qualis in exitu Nubium legitur; sed neque ille tetrameter necessarius erat ad fabulam explendam neque nostro loco desiderari quidquam censeo equidem. Motu et gestu et clamoribus, non verbis ultima transiguntur.

sordidam istam quam novimus vestem<sup>1)</sup> in publicum convivium inferat, nova splendidaque palla induitur, qualis regum tragicorum esse solebat, prisco igitur ornatu insigni, perinde atque ipse Demus<sup>2)</sup>.

1407. ἐκφερέτω τις] *heus pueri, efferte ex aedibus*<sup>3)</sup>. Paphlagonis fit ἐκφορὰ — qua voce defunctorum funus designari solet<sup>4)</sup>. Nempe Paphlago ἀπόλωλεν οἴχετ' οὐδέν ἐστ' ἔτι. — Simillimum exitum habet Acharnensium fabula, ubi ἐκφέρεται Lamachus vulneratus, saltans autem et effrenae laetitiae indulgens abit victor Dicaeopolis comitante choro. Etiam Vespae Pax Aves — ut ceteras fabulas nunc mittam — clauduntur *pompa*.

— ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην] *et ita quidem ut claro appareat quamnam artem posthac sit*

*exerciturus*. Ex his verbis apparet in fabulae exitu Paphlagonem spectatoribus ostendi mensula cultris botulis cetero isiciarii instrumento munitum atque onustum<sup>5)</sup>.

1408. *Ut cernant eum socii, quos solebat vexare*. Verbo sonoro et poetico λωβᾶσθαι<sup>6)</sup>, quod in comoedia nusquam alias reperitur, — nam λυμᾶίνεσθαι eo sensu dici solebat, — aptissime clauditur fabula. Hunc enim versum secum domum deferent spectatores, ut id quod de philosophis dicitur in fine Nubium: „deos isti contemnunt”. Cleon maligne hactenus vexavit socios, quorum tributa auxit et vi coegit. Posthac autem cum urbem intrabunt illi, ἐπὶ ταῖς πόλαις eum cernent in coenum, unde malo omine emerasset, denuo detrusum.

<sup>1)</sup> Cf. vs. 488. — <sup>2)</sup> Cf. vs. 967 et Nub. 70. — <sup>3)</sup> Vid. ad Ach. 805. — <sup>4)</sup> Cf. verborum lusus inde ducti Plut. 1008 et in Lysiae loco qui apud Athenaeum 612d est servatus. — <sup>5)</sup> Qua de re quod dubitarunt recentiores, magnopere miror. Recte scholion: αἰρόμενος ἐκφέρεται ὁ Κλέων. — <sup>6)</sup> Hom. A 232 etc.





# INDEX

## RERUM ET NOMINUM

QUAE IN ANNOTATIONIBUS TANGUNTUR.

- ἀγένειος 1373.  
 ἀγκυλοχήλης 197.  
 ἀγκυρίζειν in lucta 262.  
 Ἀγοραῖος Iuppiter 410.  
 — Mercurius 297.  
 Ἀγοράκριτος nomen diser-  
 tum 1257.  
 Ἀγροτέρα Diana 660.  
 Ἀγύρριος (?) 969.  
 ἄθάρη 1026.  
 αἰκάλλειν τινά 48.  
 αἶμα ταυρεῖον pro veneno  
 habitum 83 sq.  
 αἱματοπάτης 208.  
 αἰμύλος 687.  
 αἰρεῖν de piscatoribus di-  
 ctum 867.  
 Αἰτωλοὶ 79.  
 ἀκαλήφη 422.  
 ἄκατος 762.  
 ἀκράχολος 41.  
 ἀλιτήριος 445.  
 Ἀλκμειωνίδαὶ ἀλιτήριοι 445.  
 ἀλλότριον (τὸ... θέρως) ἀμῶν  
 392.  
 ἄλουγίς 967.  
 ἀμῶν τὸ ἀλλότριον θέρως 392.  
 ἀμαξουργός 464.  
 ἀμέργειν 326.  
 ἀμφιβεβηκώς 767.  
 ἀμνοκῶν 264.  
 ἀναβαίνειν *scenam conscen-  
 dere* 148 sq.  
 ἀναλαμβάνειν τινά 682.  
 ἀναπόνητος 357.  
 ἀνατηρβάζειν 311.  
 ἀναστλεγγίζειν (?) 580.  
 ἀνδρείως (εὖ καὶ) 379.  
 ἀνδρικόως (εὖ καὶ) 379.  
 ἀνδρὸς ἕσσον ἵναί 1306.  
 ἀνθρακιά 780.  
 ἀνορταλίζειν 1344.  
 ἀντιλέγειν ὡς 980.  
 Ἀντιλέων 1044.  
 ἀντιφερίζειν 813.  
 ἀντίλια 434.  
 -αῖ terminus exclamatio-  
 num 1.  
 -αῖ terminus substantivo-  
 rum 361.  
 ἄξιος 645.  
 ἀπάγειν εἰς μακαρίαν 1151.  
 ἀπαρῦτειν 921.  
 ἀπό de sumtibus 538.  
 ἀποδημῖν de mente dictum  
 1120.  
 ἀπόκινος 20.  
 ἀπολείπεσθαι τινος 525.  
 ἀπόλλυται *periturus est* (prae-  
 sens de rebus futuris ad-  
 hibitum) 127.  
 Ἀπόλλων ἀποτρόπαιος 1307.  
 ἀπομαγαλιά 414.  
 ἀπομάττεσθαι 414.  
 ἀπουχίζειν 709.  
 ἀποπυθάρζειν 697.  
 ἀπόρητον ποιέσθαι τι 648.  
 ἀποστλεγγίζειν (?) 580.  
 ἀποσυκάζειν 259.  
 ἀποτρόπαιος Apollo 1307.  
 ἀπύειν 1023.  
 ἄρα... γε 616.  
 ἄρας *brachio sublato* 1130.  
 Ἀργεῖοι 465.  
 Ἄργος 465.  
 ἀργυρολόγοι νῆες 1071.  
 ἄρδειν transl. 96.  
 Ἀρίγνωτος 1278.  
 Ἀριφράδης 1281.  
 Ἀρκαδία 798.  
 Ἀρμόδιος 786.  
 ἄρμονια 533.  
 ἀρόμττεσθαι 1236.  
 ἀρῖεσθαι 572.  
 Ἄρτεμις Ἀγροτέρα 660.  
 ἀρύβαλλος 1094.  
 ἀρύταινα 1091.  
 ἀρχέλας 164.  
 Ἀρχεπτόλεμος 327.  
 -αῖ terminus doricus 1331.  
 ἀσκαρδαμυκτί 292.  
 Ἀσπασία Lysiclis uxor 132.  
 ἕσσον ἵναί ἀνδρὸς 1306.

ἀτράραξυς 630.  
 ἀντο- in adverbiorum com-  
 positione 78.  
 αὐτόθεν *ilico* 330.  
 αὐτόχρομα 78.  
 ἀφαύειν 394.  
 ἀφελής 527.  
 ἀφένθειν 1321.  
 ἀριεῖνα senatum vel iudi-  
 cium 674.  
 ἀφύαι 645.  
 ἀχιλλεῖοι μᾶσαι 819.

Βάνις 123.  
 Βακχέβακχος 408.  
 βαρυδαιμονεῖν (?) 558.  
 βάσκανος 103.  
 βατραχίς 1406.  
 βδύλλειν 224.  
 Βερέσθησι 635.  
 βλαυτόν 889.  
 βλέπειν εἰς τινα 292.  
 — ἐναντίον 1289.  
 βλίττειν 794.  
 Βοιωτοί 479.  
 βορβοροτάραξις 309.  
 βουλή *consilium* (poet.) 3.  
 βοῦς μοχθηρός 316.  
 βρέτας 31 sq.  
 βριμᾶσθαι 855.  
 βρύλλειν 1126.  
 βύρσα de cute humana di-  
 etum 369.  
 βυρσαίετος 197.  
 βυρσίνη 59.  
 Βυρσίνη 449.

γαμφηλή 198.  
 γαστριζειν 273.  
 γε post ἄρα 616.  
 — post δεινά et similia 609.  
 — post εἰ μή 186.  
 — post ἐπειδή 671.  
 — post οὐκουν 465.  
 — post πλὴν 27.  
 γενικός 457.  
 γερονταγωγεῖν 1099.  
 Γλάνις 1004.  
 γνομωτυπικός 1379.  
 γομοφούν 463.

Γοργόλαρα 1181.  
 γοῦν ironice adhibitum 87.  
 γροπός 877.  
 γυπάριον 793.

δάκτυλοι pedum 874.  
 δάκτυλος Minervae 1170.  
 Δεῖγμα 979.  
 δεινά γε 609.  
 δεκάπαλαι 1154.  
 δελφίνες *machinae bellicae*  
 762.  
 δέρειν 370.  
 Δημακίδιον 823.  
 δημιόπρατα 103.  
 Δήμος nomen proprium 42.  
 δῆμος τύραννος 1114.  
 δημόσιοι *victimae publicae*  
 1136.  
 δῆτα urgentis 726.  
 διαλαμβάνειν in lucta 262.  
 διαζημιώσθαι 781.  
 διαπαταλεύειν 371.  
 διαπίπτειν 695.  
 διαπράττειν 93.  
 διασκανδικίζειν 19.  
 διαστρέφειν 175.  
 διατειγίζειν 818.  
 διατέμνειν 768.  
 διαφορεῖν 294.  
 διδόναι ἑαυτὸν τινα 740.  
 δίκας νικᾶν 93.  
 δίκηνοχmentesupplenda 50.  
 δίκην καταγιγνώσκειν 1360.  
 Διοπεύθης 1085.  
 δῶκεν verbum ambiguum  
 969.  
 δοῦνξ 984.  
 δόρπον 52.  
 δορυφόροι Pisistrati 448.  
 δρομύς 808.  
 δροῦ τοῦτο vel ταῦτα 111.  
 δωριστί 989.  
 δωροδοκιστί 996.  
 Δωρῶ 529.

ἑαυτὸν τινα διδόναι 740.  
 ἑαυτοῦ νενομικίαι 714.  
 ἐγγλωτοτυπεῖν 782.  
 ἐγκανάξαι 105.

ἐγκουφιάζειν 822.  
 εἰ cum optativo post opta-  
 tivum purum 694 sq.  
 εἰ μή... γε *immo* 186.  
 εἴ που *si quando* 347.  
 εἰδῆ(ς) (ἴνα) in minis 729.  
 εἰκῆ 431.  
 εἰκότως (οὐκ...;) 34.  
 Ἐλλωτες fabula satyrica 1225.  
 εἰμι omissum 343.  
 εἶναι τοῦ λέγοντος 860.  
 εἰς quod *adinet ad* 90.  
 — λόγον ἵένα τι translatum  
 806.  
 — μακαρίαν ἀπάγειν 1151.  
 — τὸ πρόσθε 751.  
 εἰσερρεῖν 4.  
 εἰσπηδᾶν translatum 545.  
 εἰσφορά 924.  
 εἶτα τότε 1036.  
 ἐκβάλλειν comicum 525.  
 Ἐκβάτανα 1089.  
 ἐκδικάζειν 50.  
 ἐκείνοι... τινες 1196.  
 ἐκέλευε in ore ministrorum  
*iussa perferentium* 1181.  
 ἐκκαυλίζειν 825.  
 ἐκκωφοῦν 312.  
 ἐκπεριᾶσθαι 1234.  
 ἐκπὸν *consulto* 1045.  
 ἐλασιβρογτος 626.  
 ἐλατήρ 1182.  
 ἐλαύνειν 243, 603.  
 ἐλεαίρειν 793.  
 ἐλεόν 152.  
 ἔλκειν *trahere pocula* 107.  
 — τινά de suggestu 665.  
 ἐλκύδιον 907.  
 Ἐλλάγιος Iuppiter 1253.  
 ἐμποδίζειν (?) 755.  
 ἐναντιον βλέπειν 1239.  
 ἔνδεκα (ἐφ'... κώπαις) 546.  
 ἐν διὰ δυοῖν figura 803.  
 ἐνθεσις 404.  
 ἐνόρχης 1385.  
 ἐντρονεῖα 1185.  
 ἐντεῦθεν *dein* 543.  
 ἐντρώγειν 51.  
 ἐξπατύλλειν 1144.  
 ἐξείρειν 378.

ἐπαναβαίνειν 169.  
 ἐπανθρακίδες 645.  
 ἐπεγκάπτειν 493.  
 ἐπειδὴ γε 671.  
 ἐπέτειος 518.  
 ἐπίεμαι τινά 459.  
 ἐπί cum gen. de tempore 524.  
 ἐπί πολλοῖς (πολλά) 411.  
 ἐπιδοικνύειν 349.  
 ἐπιζειν 919.  
 ἐπικαττύνειν 314.  
 ἐπίκεισθαι τι 252.  
 ἐπίνοια 539.  
 ἐπίζηρον 152.  
 ἐπίπαστον 103.  
 ἐπιπέροσθαι 639.  
 ἐπιστομίζειν 845.  
 ἐπιφέρειν 837.  
 ἐπιχειλῆς 814.  
 ἐπολολύζειν 616.  
 ἐραστής transl. 732.  
 ἐργάζεσθαι χρήματα 840.  
 ἐρείδειν 627.  
 ἐρέπεσθαι de homine dictum 1294.  
 Ἐρηῆς Ἰγγοραῖος 297.  
 ἔρπειν 673.  
 Ἐρωθρὰ θάλασσα 1088.  
 ἔσοροδισμένοις 494.  
 ἐστὶ περί cum gen. *agitur* de 87.  
 ἔσχατον θεῖσθαι 704.  
 ἔτιος 1171.  
 εὐαγγέλια θύειν 656.  
 — στεφανοῦν τινα 647.  
 Εὐκράτης 129.  
 εὐπαράγωγος 1115.  
 εὐρὺν καὶ στενὸν ποιεῖν τινα 720.  
 εὐστρα 1236.  
 ἐφ' ἑνδέκα κόπαις 546.  
 ἐφροσάται de cibis dictum 930.  
 ἔχε tene (*en accipe*) 51.  
 ἔχειν τὰ πράγματα *summam in rep. obtinere* 130.  
 ἔχοντες (οἱ) 1295.  
 ἔως cum opt. post tempus *primarium* 134 sq.

Ζεὺς Ἰγγοραῖος 410.  
 — Ἑλλάνιος 1253.  
 ζῆν *vigere* 395.  
 ζύγωμα *navium* 279.  
 ζώμευμα 279.  
 ἡγεῖσθαι absolute *usurpatum* 32.  
 ἡλεκτροὶ *tibiae* 532.  
 ἡλιάζεσθαι 798.  
 ἡλιθιάζειν 1124.  
 ἡμέραν (τὸ καθ') 1126.  
 ἦν *en* 26.  
 ἦνία *civitatis* 1109.  
 ἦνυστρον 356.  
 θαλαττοκοπεῖν 830.  
 θαλερὰ δάκρυα 1271.  
 θάλλπειν 210.  
 θεάσαι post ἰδοῦ 997.  
 Θεμιστοκλῆς 813 sq.; *quam mortem habuerit* 83 sq.  
 Θέωρος 608.  
 Θεσιον 1312.  
 θρανεύειν 369.  
 θρέττε 17.  
 θρυλεῖν 348.  
 θεῖσθαι ἔσχατον 704.  
 θεόν (κατὰ) 147.  
 θερμοτέρως πυρός 382.  
 θέρος (τὸ ἄλλοτριον) ἄμῃν 392.  
 θηρίον de homine dictum 273.  
 θορυβητικός 1380.  
 θόρυβος 547.  
 Θούμαντι 1268.  
 θούμος 757.  
 Θουφάνης 1103.  
 θρύπτεσθαι 1163.  
 θύειν *iugulare* 1140.  
 — εὐαγγέλια 656.  
 θύννηα 354.  
 θυννοσκοπεῖν 313.  
 θύραζε 607.  
 ἱατταταιάξ 1.  
 ἰδοῦ θεάσαι 997.  
 ἰεῖναι πάσας φωνάς 522.  
 ἱερός *ingens* 1017.  
 ἱππαιωνίζειν 408.

-ικός (*adiectiva in*) 1378.  
 ἴν' εἰδῆ(ς) 729.  
 ἰοστήφανος 1323.  
 ἰποῦν 924.  
 ἰππαγωγοὶ *naves* 599.  
 Ἴππίας 449.  
 Ἴππιος *Neptunus* 551.  
 Ἴπποδάμου *filii Archeptolemus* 327.  
 ἴσχειν 724.  
 ἰχνεύειν 808.  
 καθαρπάζειν *arma* 856.  
 καθέλκειν *naves* 1315.  
 καὶ in *interrogatione verbo praemissum* 342.  
 — *lian* 1231.  
 καικίας *ventus* 437.  
 κάλλαια 497.  
 καλλίνικος 1254.  
 καλῶς γ' ἐποίησε cum *part.* 1180.  
 παραδοκεῖν 663.  
 παροκοποιεῖν 343.  
 παρχαρόδους 1017.  
 Καρχηδῶν 174, 1303.  
 κασαλβάζειν 355.  
 κατὰ cum gen. de *sacrificiis dictum* 660.  
 — θεόν 147.  
 μεταφροσφίξει 357.  
 καταγωνώσκειν *dixem* 1360.  
 καταγλωττίζειν 352.  
 κατακλίνεσθαι 98.  
 κατακράζειν 287.  
 κατακρῶζειν 1020.  
 καταληπτικός 1380.  
 κατάλογος *militum* 1369.  
 καταμηλοῦν 1150.  
 καταμισθοφορεῖν 1352.  
 κατάπαστος 502, 968.  
 καταρρήγνυσθαι de *bello dictum* 644.  
 κατατέμνειν 769.  
 κατατρακοντοτίζειν 1391.  
 καταφανῶς 943.  
 καταχειν 1091.  
 καταργάζεσθαι 933.  
 καττύνειν 314.  
 καυλός *laserpitii* 894.

- κεκασμέιος 685.  
 κεικμάκτης 137.  
 κέρας (πρός τὸ δεξιὸν...) 243.  
 Κέρβερος 1030.  
 κερδῶ 1068.  
 κερουτιῶν 1344.  
 -κίφῆλος 416.  
 Κεχηναῖοι 1263.  
 κεχηνέαι 651.  
 κινύρεσθαι 11.  
 κίστη 1211.  
 κλαστάζειν 166.  
 Κλεαίνετος 574.  
 κλέπτειν τινός *alicui furari* 436.  
 Κλέων *clamosus* 137.  
 κλονεῖν 361.  
 Κλωπίδα 79.  
 κνισᾶν ἀγυιάς 1320.  
 κοάλεμος 198.  
 κοιλία 160.  
 κοιλοπῶλης 200.  
 κολλᾶν 463.  
 κολόκυμα 692.  
 κομψευροπικῶς 18.  
 Κονῆς (Κόννος) 534.  
 Κόπρηος 899.  
 κοπροφορεῖν τινα 295.  
 κορακῖνος 1053.  
 κοσκυλμάτιον 49.  
 κοχώνη 424.  
 κράγος 487.  
 κράκτης 137.  
 κραιμβότατος (?) 539.  
 Κράτης 537.  
 Κρατῖνος 526.  
 κράτιστα 30.  
 κρηνοὶ transl. 628.  
 κριθαί *cibus vilis* 1101.  
 κρουνοχυτρολήθριον (?) 89.  
 κρουσιδημεῖν 859.  
 κρουστικός 1379.  
 κυμαστρώξ 41.  
 κύβδα 365.  
 κυκᾶν 251.  
 Κυκλοβόρος 137.  
 κύλιξ *vox mente supplenda* 107.  
 κυλχηιον 906.  
 Κυλλήνη 1081.
- κυλλός 1083.  
 κυναλώπηξ 1067.  
 κύνεια 1399.  
 κυνηγετεῖν 1382.  
 Κύννα 765.  
 κυνοκέφαλος 416.  
 κυνοκοπεῖν τινα 289.  
 κυρηθάζειν 272.  
 κυρήθρια 254.  
 κώπαις (ἐφ' ἑνδεκά) 546.  
 κώθων 600.
- λάβραξ 361.  
 λαίθαργος 1068.  
 λαικάζειν 167.  
 λάμπων μέτωπον 549.  
 λαμπρός *ventus* 430.  
 λάρος 956.  
 λαρυγγίζειν 358.  
 λαῶν στίχες 163.  
 λέγοντος (τοῦ) εἶναι 860.  
 λέπαδνα 768.  
 λέων transl. 1037.  
 λογίων ὁδός 1015.  
 λοπάς 1034.  
 λούτριον 1401.  
 λύειν *concionem* 674.  
 Λυσικλῆς 132.  
 Λυσιστρατος 1267.
- μαγειρικῶς 216.  
 Μάγνης 520.  
 μαζίσκη 1105.  
 μακαρία 1151.  
 μακκοῦν 62.  
 μαλάττειν τινά 389.  
 μάχεσθαι *differre ab alio* 14.  
 μεδέων 560.  
 μεθήκειν 605.  
 μεθίστασθαι 398.  
 μεῖζων *cum dativo mensurae* 318.  
 μεμβράδες 645.  
 μέντοι *affirmativum* 168, 189.  
 μετατεῖν 775.  
 μετέναι 605.  
 μή (εἰ...γε) 186.  
 Μηδική ποία 606.
- μήλη 1150.  
 μαρῶς 218.  
 μακροπολίτης 817.  
 Μιλήσιοι 361.  
 μινύρεσθαι 11.  
 μισθοῦ τρυβλίον 905.  
 μισθοφόρος (?) 555.  
 Μόθων 635.  
 μόθων 697.  
 μολγός 963.  
 μονότατος 352.  
 μουσική 188 sq.  
 μοχθηρός *bos* 316.  
 μύρινον 964.  
 Μυρσίνη *Hippiæ uxor* 449.  
 μυστιλᾶσθαι 827.  
 μυστιλή 1168.  
 Μυτιλήνη 834.  
 μυττωτός 771.
- Ναυφάντη *navis nomen* 1309.  
 ναύφαρκτος 567.  
 νεανικός 611.  
 νεῖν *in calceis* 321.  
 νῆες ἀργυρολόγοι 1071.  
 νικᾶν δίκας 93.  
 Νίκη 589.  
 νικόβουλος 615.  
 νομίζειν ἑαυτοῦ 714.  
 νόμος ἠρθιος 1279.  
 νομηγία 43.  
 νοῦς ἀποδημῶν 1120.
- ξυγγίγεσθαι φροντίαι 1291.  
 ξυλλαμβάνειν *adiuvare* 229.  
 ξυμφέρειν *intrans.* 1233.  
 ξυμφοιτᾶν 988.  
 ξυμφορά 406.  
 ξυναυλία 9.  
 ξυνδιαφέρειν *bellum* 597.  
 ξυνεπείχεσθαι 266.  
 ξυνερητικός 1378.  
 ξυνοικία 1001.  
 ξυνωμάται 628.
- ὀβολοῦ (οἱ πολλοὶ τοῦ) 945.  
 Ὄβριμόπατρα 1178.  
 ὁδός λογίων 1015.  
 οἰ ἐκ Πύλου 1201.  
 οἶνος πολυφόρος 1188.

ὄιον *ut*...! 367.  
 ὄιος *cum superl.* 978.  
 οἶσθ' ὁ ὄρασον; 1158.  
 Οἰώνυχος 1287.  
 οἰωνός 28.  
 ὀκλαδίας δῖφρος 1384.  
 ὀλαι 1167.  
 Ὀλυμπος *musicus* 9.  
 ὀμόσπονδος 1289.  
 ὀμοῦ 214, 245.  
 ὀμως *participio praemis-*  
*sum* 391.  
 ὄνεια 1399.  
 ὄξινος 1304.  
 ὀπάτιον 1033.  
 ὀπτός 1106.  
 ὄργη *stadium* 41.  
 ὄρθιος νόμος 1279.  
 ὀστρακινδα 855.  
 οὐ χεῖρον 37.  
 οὐδέεις  *nihili homo* 158.  
 οὐδὲν εἶναι 1243.  
 — λέγειν  *nihilsignificare* 334.  
 — σεμνόν 777.  
 οὐκ ἄν *cum nomine* 1252.  
 οὐκ εἰκότως; 34.  
 οὐκ ἐστὶ πω ταύτη 843.  
 οὐκουν... *ye* 465.  
 Οὐλύμπος 9.  
 οὐριος 433.  
 οὐχ ὥσπερ κτέ. 784.  
 ὀχεῖσθαι ἐπ' ἐλπίδος 1244.  
  
 Παναίτιος 243.  
 παραβαίνειν 56, 508.  
 παραληρεῖν 531.  
 παραπέμπειν 546.  
 παραστορενύνα 481.  
 παρατιθέναι *cibum* 52.  
 παρατρέχειν 56.  
 παραφρορεῖν 1215.  
 παρνεῖναι εἰς...  *certo quodam*  
 *loco adesse* 751.  
 παροσθεῖν 1026.  
 παροστώς (*πρός τό*) 564.  
 παριέναι 56.  
 παριέναι *remittere* 340.  
 — τοῦ ποδός 436.  
 πάρος 1337.  
 πάσας φωνὰς ἱέναι 522.

παύειν τινά 330.  
 Παφλαγών 2.  
 παφλάζειν 919.  
 παχός *de homine dictum*  
 1139.  
 πειρᾶν 517.  
 πεντεσύριγγον ξύλον 1049.  
 πέπλος *Minervae* 566.  
 πέπρακται *tragicum* 1248.  
 περαντικός 1378.  
 Περγασῆσι 321.  
 περὶ σπονδῶν *adesse* 669.  
 περιελαύνειν 290.  
 περιμοκκάζειν 697.  
 περικόμμα 372.  
 περνάνα 176.  
 περιμβρίζειν 729.  
 πιέζειν 259.  
 πιθάκη 792.  
 πιθανός 629.  
 πλατυγίζειν 830.  
 πλεῖν *cum emphasi dictum*  
 743.  
 πλῆν *ye* 27.  
 ποία *Μηθδική* 606.  
 ποιεῖν τινά *εὐρὺν καὶ στενόν*  
 720.  
 ποιεῖσθαι *τι τέχνην* 63.  
 ποικίλως 196.  
 πολλὰ ἐπὶ πολλοῖς 411.  
 πολλοὶ (οἱ) τοῦ ὀβολοῦ 945.  
 Πολύμητος 1287.  
 πολὺς *vehemens* 760.  
 πολύνυμος 1328.  
 πολυφόρος οἶνος 1188.  
 πόρος 759.  
 πόρπας *clipei* 849.  
 Ποσειδῶν Ἴππιος 551.  
 Ποτιεύατα *capta* 438.  
 πούς *pes veli* 436.  
 πράγματα *res publicae* 130.  
 Πράμν(ε)ιος οἶνος 107.  
 πρηγορῶν 374.  
 προβατοπώλης 132.  
 προεδρία *Cleoni decreta* 327.  
 προνοήσασθαι 421.  
 προτύλαια 1326.  
 πρὸς *cum gen.* 191.  
 — *cum acc.*... ἐστὶ *ad*...  
*pertinet* 202.

πρὸς τὰδε 622.  
 — τί; *quorsum?* 206.  
 — τὸ δεξιὸν κέρας *dextror-*  
*sum* 243.  
 — τὸ παρεστώς 564.  
 προσφθεῖν 401.  
 προστριβάζειν 35.  
 προστιδόναι 1222.  
 πρόσκεισθαι τινί 245.  
 προσμάττειν 815.  
 προσποιεῖσθαι 215.  
 προστάται τοῦ δήμου 1128.  
 προστριβεσθαι τινί *ti* 5.  
 προτετραίτερος 1165.  
 πρωκτοτηρεῖν 878.  
 πρωρατεύειν 543.  
 πύλος 55.  
 Πυθικόν 220.  
 Πυκνίτης 42.  
 πυκνότης 1132.  
 πυλαία 1246.  
 Πυλαίμειχος 1172.  
 πύλαις (*ἐπὶ ταῖς*) *forum* 1246.  
 Πύλος (πύλος?) 1059.  
 Πύλου (οἱ ἐκ) 1201.  
 πυνθάνεσθαι *exploratum ha-*  
*bere* 1302.  
 πυραμοῦς 277.  
 πυργίδιον 793.  
 πυρός θερμότερος 382.  
 Πύρανος 901.  
 πυροπίπης (?) 407.  
 πώλης *vox iocose ficta* 131.  
 πῶς *quanti* 480.  
 — ἄν *cum opt.* = *uti-*  
*nam!* 16.  
  
 ῥαθραπυγίζειν 796.  
 ῥέγκεται *iocosa verbi for-*  
*ma* 115.  
 ῥόδιον 546.  
  
 σαίνειν τινά 48.  
 Σαλαβακχῶ 765.  
 σείειν *transl.* 840.  
 σεμνόν (οὐδέν) 777.  
 Σεμνῶν *delubrum* 1312.  
 σιβυλλεῖν 61.  
 σίζειν 930.  
 σίλφιον 895.



Σίμων 242.  
 σιπύη 1296.  
 σκάνδιξ 19.  
 σκάφη 1315.  
 σκερβάλλειν 821.  
 Σκίταλοι 634.  
 σκόμβροι 1008.  
 σκοροδάμνη 199.  
 σκοροδίζειν 494.  
 Σμικύθης 969.  
 σός *iste quem in ore habes* 97.  
 στίμφυλον 806.  
 στεφανή 968.  
 στεφανοῦν τινα εὐαγγέλια 647.  
 στίχες λαῶν 163.  
 στλεγγίς 580.  
 στροβέιν 386.  
 στυππειοπόλης 129.  
 συγκύπτειν 854.  
 συκοπέδιλος 529.  
 συκοφαντίας ventus 437.  
 συμφορά 406.  
 συμφυσᾶν 468.  
 συντυροῦν 479.  
 συστίλλειν vela 432.  
 σφε 1020.  
 σχελὶς 362.  
 ταγός 159.  
 ταραξιπλόστρατος 247.  
 ταράττειν 251.  
 ταυρεῖον αἶμα pro veneno habitum 83 sq.  
 ταῦτα obsequentis vox 111.  
 — δρῶ 111.  
 ταύτη (οὐκ ἐστὶ πω) 843.  
 τεκταίνεσθαι 462.  
 τελώνης 248.  
 τέροθριος 440.  
 τεττιγοφόρας 1331.  
 τευθίς 929.  
 τέχνην ποιῆσθαι τι 68.  
 τήνελλα 276.  
 τί δ' ἄλλο γ' εἰ μὴ 615.  
 — οὐ *quin cum praesenti vel aoristo* 1207.

τί τῷ α' καὶ τῷ β' 1022.  
 — χρήσομαι; 1183.  
 τίμιος 645.  
 τις post demonstrativa 1196.  
 τὸ καθ' ἡμέραν 1126.  
 τόνος 532.  
 τορῦνη 984.  
 τοσοῦτος 420.  
 τότε postεῖτα abundans 1036.  
 τοῦ λέγοντος εἶναι 860.  
 τοῦτο δρῶ 111.  
 τρία καὶ δύο de vini mixtura dictum 1187.  
 τρίαίνα 839.  
 τριπαλαι 1153.  
 Τριτογενής 1189.  
 τριχίδες 645.  
 τριωρόλου (φράστερες...) 255.  
 τρυβλίον μισθοῦ 905.  
 τύραννος populus 1114.  
 Ὑλας 67.  
 ὑπεκκλίνειν 272.  
 ὑπερξεῖν 920.  
 ὑπερακοντίζειν 56.  
 ὑπερβαίνειν 56.  
 ὑπερβάλλειν 56.  
 ὑπερπαλεῖν 56.  
 ὑπερπυπάζειν 680.  
 ὑπερτοξεύειν 56.  
 ὑπερῶν 1001.  
 ὑπεύθυνος 259.  
 ὑπηρεσίον 784.  
 ὑπο- in verborum compositione 47.  
 ὑπογλυκαίνειν 216.  
 ὑπόζωμα navium 279.  
 ὑποθεῖν 676.  
 ὑπόχωφος 43.  
 ὑπόλιφος 1368.  
 ὑποπίπτειν τινά 47.  
 ὑποτέμνουν 316.  
 ὑποτέμνεσθαι viam 291.  
 ὑποτρέχειν 676.  
 Φαλαξ 177.

φαιδρός 549.  
 φανός (Φανός) 1256.  
 φάος 973.  
 φάραγξ 248.  
 φάυλος (?) 385.  
 φέγγος 1319.  
 φενακισμός 633.  
 φέρειν de vino dictum 1188.  
 φθόρος 1151.  
 Φιλόστρατος 1069.  
 φλαῦρος (?) 385.  
 φροεῖν transl. 757.  
 Φορμίων 562, 569.  
 φράστερες τριωρόλου 255.  
 φροντίς συγγίγνεσθαι 1291.  
 φωνάς πάσας λέναι 522.  
 χαλαζῶν de porcis dictum 381.  
 χαλκεύειν 469.  
 Χαλκιδικά pocula 237.  
 χαλκόκροτος 552.  
 Χάονες 78.  
 χαρίζεσθαι 517.  
 Χάρυβδις 248.  
 χάσκειν 651.  
 χασμασθαι 824.  
 χελιδών 419.  
 χίδρα 806.  
 χορδεύειν 214.  
 χρεῶν 138.  
 χρήματα ἐργάζεσθαι 840.  
 χρήσιμοι 61.  
 — *Bacidae* 123.  
 χρήσομαι (τί) 1183.  
 χρόνον *diutum* 944.  
 χωρία 1077.  
 χωρίς seorsum 1314.  
 ψευδατράφαυς 630.  
 ψολοκομπία 696.  
 ψομίζειν 715.  
 ὦ vocativo postpositum 726.  
 ὦμοσπάρακτος 345.  
 ὡς ἔχω 488.

## ADDENDA.

---

Ex iis quae addi possunt haec commemoratu digna videntur:

- Ad vs. 274] particulae καί idem usus est Plut. 454: γρούζειν δὲ καὶ τολμᾶτον;  
Ad vs. 537] eadem verborum structura est Eur. Andr. 624: πρὸς τοῖσδε δ' εἰς  
ἀδελφὸν οἶ' ἐφύβρισας!  
Ad vs. 580] verbum ἀποστλεγγίζεσθαι legitur etiam Xen. Oecon. XI § 18, ubi omni  
suspicione vacat.  
Ad vs. 729] prae ceteris conferendus erat Euripidis versus Or. 1628: (*huc ades*)  
Ὅρεσθ', Ἴν' εἰδῆς οὖς φέρων ἤκω λόγους.  
Ad vs. 1158] add. Eur. Heracl. 451: οἶσθ' ὅ μοι ζῦμπραξον;

Vitia typographica praeter levissima quaedam non deprehendi.

---









ARISTOPHANIS

N U B E S.



ARISTOPHANIS  
N U B E S.

---

CUM PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. ORD.

---

LUGDUNI BATAVORUM  
APUD A. W. SIJTHOFF

MDCCCXCVIII



AMICO  
MAURITIO BENIAMIN MENDES DA COSTA

S. P. D.

J. VAN LEEUWEN J. F.

Nuper cum Senatus Universitatis Amstelædamensis litterarum bonarum Doctorem honoris causa Te creavit, et omnes qui aulam Academiae celeberrimo coetu implebant laeto plausu significarunt quam impense gauderent summos illos honores collatos in virum quem scirent iis esse dignissimum, mecum reputabam quid strenae loco offerre Tibi possem haud plane Te et optatissima ea occasione indignum, non nummis igitur paratum sed ex ipsa nostra disciplina expromptum. Iamque de Homero aliquid Tuum in honorem conscribere in animo erat: sed ne de Tuo sic fierem benignus — quid enim de illo argumento proferre poteram quod non Tuum eodem iure posset dici atque meum! — abiecto hoc consilio alium mox poetam tractandum mihi elegi, de quo multo rarius quam de Homero confabulati sumus: Aristophanem dico. Quamquam et hunc olim communi studio tractare solebamus iuventutis tempore, quo bonarum litterarum fecimus tirocinia et iuncti sumus amicitia illa, quae per sex iam lustra inter nos permansit intacta atque intemerata.

Itaque de Aristophanis Nubibus pauca quaedam tunc observavi in epistula critica publicè ad Te missa, quae Mnemosynae nostrae (1898 p. 205—236) inserta est. Nunc cum ipsa quam parabam Nubium editio in lucem prodeat, Tibi eam dedico, sperans fore ut haud ingratum Tibi sit hoc munusculum.

Scripsi medio mense Octobri anni MDCCEXCVIII.





## PROLEGOMENA <sup>1)</sup>.

---

### I.

Ludendo dicere verum ecquid prodest? Risu iocoque possuntne pravae opiniones devinci et prava consilia ex hominum mente expelli? Aristophanes quam diu intemerata floruit vi ingenii, nunquam dubitavit quin pauci certe mortales felici sidere nati

<sup>1)</sup> In Prolegomenis scribendis totoque hoc libro concinnando me Nubium editiones, quas Reisig Hermann Meineke Dindorf Bergk Teuffel Kock Blaydes alii in lucem emisierunt, sedulo consuluisse multaue, quae apud eos observata inveniebam, meum in usum convertisse, per se intellegitur.

Ex iis autem, qui de fabulae compositione scripserunt, prae ceteris hoc loco afferendi videntur:

W. Esser, de prima et altera quae fertur Nubium Aristophanis editione, Bonnae 1823.

G. Hermann, in praefatione editionis alterius, Lipsiae 1830.

F. V. Fritzsche, Quaestiones Aristophaneae, 1835 et de fabulis ab Aristophane retractatis, Rostock 1849—1852.

W. S. Teuffel, in Philologo 1852 p. 325—345, Jahrb. f. Philologie 1856 p. 549 sqq., et in praefationibus editionum, quarum altera anno 1856 latino sermone, altera anno 1857 germanico sermone perscripta Lipsiae prodit.

Hanc anno 1887 Otto Köhler docte et prudenter retractatam iterum edidit.

H. Köchly, Akademische Vorträge und Reden, Zürich 1859.

F. Bücheler, über Aristophanes Wolken, Jahrb. f. Philologie 1861 p. 657—689.

Th. Kock, die Wolken, Berlin 1862 (4<sup>e</sup> Aufl. 1894), Einleitung.

E. Brentano, Untersuchungen über das griechische Drama, Frankf. a. M. 1871.

Fr. Ritter, über die Wolken des Aristophanes, Philologus 1876 p. 447—464.

S. A. Naber, de Aristophanis Nubibus, Mnemosyne 1883 p. 161—189 et 303—323.

Th. Zielinski, die Gliederung der altattischen Komödie, Leipzig 1885 p. 34—52.

A. Römer, zur Kritik und Exegese der Wolken des Aristophanes, Sitzungsber. d. Akad. z. München 1896 p. 219—256.

B. Heidhüs, über die Wolken des Aristophanes (Programm), Köln 1897.

hoc haberent a Musa procaci comoediae sibi concessum. Et Equitum fabula, in qua Cleonem demagogum potentissimum acerbè perstrinxerat, postquam ingenti plausu est accepta primoque praemio ornata, quidlibet in sua arte pervium licitumque sibi duxit. Ξενίας autem γοαφήν nuper vix fugerat in iudicium a senatu vocatus<sup>1)</sup>, novaque ne sibi negotia facerent Cleonis asseclae, a rebus publicis partiumque contentionibus mentem aliquantisper avertit. Itaque argumentum nunc arripuit aliquanto minus periculosum, nihilo tamen minoris ponderis, immo μείζονος ἢ ἐπὶ τρυφῶδοις. Nempe videbat, ut in re publica administranda, sic in hominum moribus effingendis vitaeque quotidianae institutis ea quae patribus placuerant multis iam sordere, obsoletam iam dici vitae rationem illam, quae τοὺς Μαραθωνομάχους in lucem tulerat, in dies crescere numerum civium rerum novarum studio abreptorum, verborum lenociniis pellici mentes incultae plebeculae infirmaeque iuventutis, quaecumque hactenus certa indubitataque fide steterant labascere et ruinam minari. Oderat sophistas illos nihil non tentantes atrectantes percellentes, de quavis re in diversa disputare paratos, et aliquanto magis etiam contemnebat eos quam oderat, non minus ridiculos habens quam rei publicae civiumque moribus perniciosos. Itaque suum duxit in scena comica exagitare gentem illam, laetissime nuper propullulantem et Athenas undique confluentem.

Scilicet opibus urbis florentissimae istiusmodi horumcuniones allici, nummis adolescentium Atticorum inhiare, facilem aliquam auroque parabilem scientiam venditare lucro unice intentos, mussitabant prisca viri; qui tempora se pueris acta unice laudantes et admirantes ne sentiebant quidem quam iniqui essent erga magistros illos varia doctrina iuventutem imbuentes, cunctosque sophistas — quod nomen sensim in infamiam abibat — una sententia damnabant. Quin si per ipsos stetisset, pestiferam illam gentem non diu in urbe tolerassent, et saepe „utinam“ exclamabant „Ξενιασίαις institutum hic, ut Spartaee, vigeret!“

<sup>1)</sup> Vid. Vesp. 1284—1291.

Interim spernebant ridebantque quae non callebant, ipsaque derisione perimere conabantur quae absurda et flagitiosa ducebant. Quid mirum autem, comicis praesertim poetis homines istos quaelibet speculantes et pervestigantes dignissimos esse visos qui in scena perstringerentur. Quapropter Cratinus in *Πανόπταις* fabula oculatissimam sophistarum gentem risit <sup>1)</sup>, et eodem anno, quo Aristophanes *Nubes* suas scenae commisit, Amipsias chorum *Conni* fabulae e *φροντισταῖς* composuit, biennio autem post Eupolis in *Κόλαξιν* exhibuit chorum sophistarum Calliae illi praediviti turpiter adulantium.

Aristophanes vero non chorum *μετεωρολεσχῶν τινῶν* exhibere volebat: unum requirebat huiusemodi nugatorem, cui magnas aliquas in scena partes tribuere posset. Itaque circumspiciebat virum prae ceteris aptum qui iocose traduceretur: ecce menti eius obtulit se imago civis cuiusdam Atheniensis, quem quotidie videre erat per urbis plateas circumspatiantem, interdum consistentem ut in media turba aliquid secum meditaretur; hominem victus tenuissimi, facie turpi vultuque insolito risum moventem, at eundem iuvenum nobilissimorum animos sibi conciliantem et devincientem. Hic vir, qui ferebatur laborum aerumnarumque esse patientissimus, vitae illecebras spernere, paupertatem aequissime tolerare, disputando autem homines eo adducere ut confiterentur ea quae tradita accepissent incerto niti vanarum opinionum fundamento, nihil diversus videbatur comico ab istis novarum artium disciplinarumque praeceptoribus, e Sicilia Thraciave Athenas nuper devectis. Ferebatur quidem mercedem nullam aut poscere aut accipere, — sed quid si gratis perniciosam suam doctrinam vel inscitiam effutiebatur! Ferebatur quid pulcrum, quid honestum, quid pium esset quaerere potius quam siderum cursum terraeve penetralia pervestigaret, — sed quid si hisce de rebus disputans instituta patria ipsumque cultum deorum nihilo segnius evertibat quam exteri isti homines, qui *Νοῦν* suum vel *Δίωην* aliquam substitutum ibant numinibus Olympiis! Ferebatur

<sup>1)</sup> Vid. Schol. *Nub.* 96, 985.

sophistae nomen refugere, nihil enim se scire aliosve docere posse, philosophum potius se nuncupans, — sed quid si ficta illa ignorantia et humilitas superbiae plena eodem tendebat quo Thrasymachorum Euthydemorumque tumida arrogantia et inania verbula! Σοφιστής comico erat Socrates, ut diu post nobile letum Aeschini illi fuit σοφιστής <sup>1)</sup>. Non Protagoram igitur Gorgiamve, non Prodicum aut Hippiam aut alium e turba sophistarum Athenas identidem visentium, sed huncce civem, qui quotidiano usu omnibus Atheniensibus erat notissimus, unice aptum duxit Aristophanes qui in scena perstringeretur.

In hunc igitur novam suam fabulam scripsit, et quaecunque recentes illi multiplicis doctrinae venditores habebant ridicula, quicquid insulse vel prave moliri videbantur, in Socratem eiusque sodales ea omnia contulit. Sic autem fieri non poterat quin a vero longius aberraret sciensve discederet <sup>2)</sup>, eumque in scena exhiberet sophistam, qui vultu quidem et habitu, qui vocis fortasse sono ipsisque dicteris <sup>3)</sup> referret Socratem illum spectatoribus e vita quotidiana bene notum et nunc fortasse in theatro assidentem <sup>4)</sup>, sed re vera cuivis rabulae vel ardelioni magis similis esset quam Sophronisci filio. Itaque modestam huius aediculam, in qua nulli molestus multis carus degebat cum uxore et liberis, Speculatorium quoddam esse finxit comicus larvis vepallidis oppletum; finxit eum naturae arcana illic cum discipulis suis scrutari et artificia oratoria praesentibus nummis docere, quin ipsam Iniquitatem apud eum habitare; in fine autem fabulae ostendit rusticum quendam ab urbanis nugis alienum Socraticorum umbraculum istud comburentem ipsosque veluti *σφηκιάν τινα ἐκτύφοντα*. Sic scilicet nuper — nam nuper id accidisse ut statuam ipsa Nubium fabula me movet —

<sup>1)</sup> Aeschin. I § 173.

<sup>2)</sup> Cf. A. Römer, Sitzungsber. d. Akad. zu München 1896, p. 229.

<sup>3)</sup> Vid. infra Proleg. pars V.

<sup>4)</sup> Socratem comicorum iocos aequo animo tulisse libenter credimus, et Platonem certe Aristophani postea non succensuisse testatur eius Convivium. Ipsum autem Socratem Nubes spectasse posteriorum ferebat fabella sublestae sane fidei, de qua vid. Aelian. Var. Hist. II 13.



Pythagoreorum gens lucifuga, quae vulgi mores aspernata arcana quandam doctrinam affectabat, in aedibus suis a Crotoniatis combusta esse ferebatur.

Chorum autem huius fabulae, quae in studiis τῶν μετεωροσοφιστῶν deridendis versabatur, finxit e *Nubibus* compositum. Quod non admodum felix fuit inventum. Nam ipsis nubibus quoniam certa species est nulla, dearum iis figuram tribuit, quae iocosi nihil poterat habere <sup>1)</sup>. Quanto festivius aliquot annis postea chorum comoediae, quae in ipsis nubibus agi fingebatur, ex *Avibus* composuit <sup>2)</sup>!

Fabulam postquam elaboravit, ne in nova ξενίας crimina incideret alii poetae dedit in certamen proponendam, perinde atque primos ingenii sui foetus. Philonidem autem fuisse huius comoediae patrem adoptivum, quamquam nusquam disertis verbis est traditum, probabiliter tamen effecisse videtur Bergk <sup>3)</sup> e verbis biographi: „Aristophanem quae in Socratem Euripidemque scripsit „διὰ Φιλωνίδου docuisse”; nam si iocos quosdam in transitu iactos <sup>4)</sup> neglegimus, nonnisi in *Nubibus* Socratem noster petivit.

Accepta est fabula ab archonte, acta est Magnis Liberalibus Ol. 89, 1 (mense Martio a. 423), — sed spectatoribus cum non admodum placuisset, tertium praemium reportavit. Quod quam aegre tulerit poeta iuvenis praecedentiumque annorum victoriis elatus, facile nobis fingeremus, etiamsi nihil ea de re haberemus compertum; sed nullis coniecturis est opus, nam anno sequenti apertis verbis prolocutus est ipse, iniquissimam sibi videri illam

<sup>1)</sup> Nam ingentibus nasibus insignes fuisse Nubes e versu 344 perperam, nisi egregie fallor, effecere viri docti. Fac vero nasibus deformibus fuisse conspicuas, parum hoc valebat opinor ad cachinnos excitandos; certe prudentiores inter spectatores non potuerunt non multo magis delectari choro e senibus Acharnensibus vel ex heliastis aculeatis composito.

<sup>2)</sup> Hoc quoque incommodum habebat chorus e deabus compositus, quod inconstantia illa vere Aristophanea, qua Nubes prius incitant rusticum eiusque consilia laudant, dein vero duris verbis eius improbitatem et stultitiam circa fabulae finem increpant, Socrati prius faventes nunc infestae, ab animis coelestibus magis etiam quam ab humanis aliena videtur.

<sup>3)</sup> Apud Meinekium in *Fragm. Com.* II p. 914.

<sup>4)</sup> Av. 1282, 1553 sqq., Ran. 1491 sqq.

sententiam, qua Cratinus senex decrepitus et Amipsias securra insulsissimus sibi essent praelati. Nempe in parabasi Vesparum, quae anno 422 acta est fabula, coryphaeum graviter conqueri fecit de iniuria poetae illata, qui Cleone profligato novam pestem adortus anno proximo a spectatoribus derelictus esset argumentum ingeniosum non satis intellegendibus:

*καίτοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς ὄμνυσιν τὸν Διόνυσον,  
μὴ πρόποτ' ἐμείνον' ἔπη τούτων κωμωδικὰ μηδὲν ἀκούσαι.  
τοῦτο μὲν οὖν ἐστ' ὑμῶν αἰσχρόν, τοῖς μὴ γνοῦσιν παραχρημα'  
ὁ δὲ ποιητῆς οὐδὲν χείρων παρὰ τοῖσι σοφοῖς νερόμισται,  
εἰ παρελαύνων τοὺς ἀντιπάλους τὴν ἐπίνοιαν ξυνέτριψεν.*

Videmus comici menti alte inhaesisse spretae fabulae iniuriam; anno autem sequenti multo etiam magis urere coepit hoc ulcus, tunc enim Eupolidis Adulatores, quae de simillimo argumento conscripta erat fabula, vicerunt Pacem Aristophanis. Itaque novam hanc repulsam gravissime ferens noster aemuloque vehementer invidens, Nubes suas e scriniis protraxit et denuo in certamen proponere iuvenili sane audacia secum constituit. Non refinxit autem opus, quod non suo pretio aestimatum esse persuasissimum habebat, non delendo addendoque ita mutavit ut pro novo posset dari, sed qualis a Philonide anno 423 scenae commissa fuerat fabula, talem suo nomine triennio quadrienniove post iterum propositurus erat — si chorum dare sibi vellet archon. Mortuus scilicet tunc temporis erat Cleon multaque in re publica erant mutata, itaque aliqua certe spes erat fore ut nunc per leges nihil obstare videretur quominus ipse suas fabulas doceret poeta.

Insolitum autem consilium ut spectatoribus commendaret, in parabasi ipse eos erat allocuturus, ne cramben recoctam sibi offerri cum indignatione clamarent; inseruit igitur versus quadraginta fere, novo metro, quod in Eupolidis Adulatoribus nuper egregie placuerat, compositos <sup>1)</sup>, quibus eadem perhibuit quae in parabasi Vesparum coryphaeum dicere fecerat antea: Nubium

<sup>1)</sup> Vs. 518—562.

fabulam σοφώτατ' ἔχειν e cunctis suis operibus summaque cura a se esse elaboratam, immerito autem anno 423 esse victam comoediis ἀνδρῶν φορτικῶν τινῶν, itaque succensere se τοῖς σοφοῖς τῶν πολιτῶν, ὧν ἕνεκα ταῦτα ἐπραγματεύσατο, noluisse tamen sua opera eos destituere, sed iterum nunc eam iis offerre, ut prudentius eam diiudicare primoque praemio ornare possent.

Sed haec quoque spes ad irritum est redacta. Nam Nubium iterum scenae commissarum nullam mentionem in monumentis publicis esse inventam deserto Callimachi et Eratosthenis testimonio constat <sup>1)</sup>, itaque suo iure vetus quidam grammaticus scripsit poetam πολὺ μᾶλλον nunc ἀποτυχεῖν quam antea. Tunc enim in certamen certe admissus fuerat, nunc ne chorum quidem potuit impetrare <sup>2)</sup>.

Chorum igitur magistratus anno 420 vel 419 Aristophani denegavit, et optimo quidem iure denegavit viro peregrino opus iam antea spectatum in certamen proponenti. Quae cum reputo, identidem mihi, ut olim Rittero <sup>3)</sup> et aliis, subit suspicio, non serio nunc egisse Aristophanem, sed eo tantum consilio iterum magistratui obtulisse Nubes ut fabulam talem, qualem nunc eam proposuerat, scripto evulgare posset, auctam igitur versibus quibus de iniuria sibi illata expostulavit et questus est.

Nam a spectatoribus imperitis, iudicibus iniquis, magistratibus nimis severis provocare licebat ad lectores, ad omnes igitur quibus cordi erant bonae litterae, omnes qui iocos urbanos a scurrilibus nugis discernere possent et probe scirent quid inter facetias Aristophaneas et Amipsiarum σκώμματα Μεγαρικά interesset; licebat fabulam ab aequalibus spretam posteritati et ἀντὶ τῷ χρόνῳ ἀναθεῖναι.

<sup>1)</sup> Vid. ad vs. 553 sqq. et infra pag. IX sq.

<sup>2)</sup> E coniectura hunc grammaticum, cuius verba vid. in Argumento V<sup>o</sup>, sic scripsisse certum est; nam documenta, unde talia efficerentur, Alexandrinis recentioribusve nulla praesto erant. Sed cur e versu 523 male intellecto hanc opinionem natam esse cum Kockio (Einl.<sup>4</sup> p. 28 annot.) sumamus, causam nullam video.

<sup>3)</sup> Philolog. 1876 p. 458,8: „ob er an eine zweite aufführung jemals in ernst „gedacht hat, ist mir zweifelhaft.“

Bibliopolarum igitur opera fabulam, quam haecenus in scriniis retinuerat <sup>1)</sup>, nunc in lucem emisit. Et hac certe spe non est frustratus; nam omnium mox in manibus fuit fabula, saepe autem in scena est acta, non publicis quidem certaminibus, sed aliis occasionibus, cum in urbe opinor tum in Piraeo aliisque fortasse in demis. Itaque viginti annis post Socrates, cum causam suam oravit ἀσεβείας insimulatus, optimo iure dixit ad iudices: „non ei, qui nunc impietatis illud crimen in me coniciunt, „maxime mihi sunt metuendi, sed dudum in hanc infamiam „adductus sum a comicis; οἷτοι γὰρ ὑμῶν τοὺς πολλοὺς ἐκ παίδων „παραλαμβάνοντες ἔπειθον ὡς ἔστι τις Σωκράτης, σοφὸς ἀνὴρ, τὰ τε „μετέωρα φροντιστῆς καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ἅπαντα ἀνεξήγηκώς καὶ τὸν „ἦττω λόγον κρείττω ποιῶν <sup>2)</sup>, . . . ταῦτα γὰρ ἔωρᾶτε <sup>3)</sup> καὶ αὐτοὶ ἐν

<sup>1)</sup> Hoc nisi fecisset, consilium fabulam denuo magistratui in certamen offerendi ne potuisset quidem inire.

<sup>2)</sup> Plat. Apolog. 18 b, item 19 b. — Ter quoniam Socratem Aristophaneum τὸν ἦττω λόγον κρείττω ποιεῖν dixit Plato in Apologia, apparet hoc in paucis grave ei visum esse crimen. Itaque ultro concidit suspicio eorum, qui in animum sibi inducere priorem tantum Nubium editionem, quae anno 423 est spectata, Platoni fuisse cognitam, eam autem non habuisse nobilè illud utriusque λόγου certamen, cui nostrae fabulae pondus totum fere inest. Si quis autem observet in prologo tamen dici duos illos λόγους „παρὰ Σωκράτει εἶναι“, illuc igitur respicere potuisse Platonem, primo respondeamus, pauca illa Strepsiadis verba in fabulae introitu iacta non tanti momenti potuisse videri Platoni, ut post viginti annos ea iudiciibus in memoriam revocaret. Dein vero, si perstet in sententia sua, addamus, comicum ne potuisse quidem ea verba scribere in fabulae prologo, nisi ipsam certamen τῶν λόγων esset in scena exhibiturus. Nam illud „εἶναι παρ' αὐτοῖς“ ineptum est nisi oratores illi e Meditaculo dein prosiliunt, et ipsam hanc locutionem maligne perversam, de qua videantur quae ad vs. 112 sq. annotavi, Aristophanes non alio consilio tribuit seni quam ut λόγων certamen praepararet.

Platonis igitur diserto testimonio constat oratores ambos non postmodo additos esse fabulae sed anno 423 in scena spectatos. Id quod Naberum certe, pro ingenii acumine et interiore linguae Graecae scientia, non fugit. Qui cum diversas veterum recentiorumque opiniones de Nubium sorte prolatas inter se componere conaretur, tandem eo adductum se sensit ut verba illa apud Platonem ter lecta „καὶ τὸν ἦττω λόγον κρείττω ποιῶν“ pro spuris haberet. Oblocuti sunt et alii et Zielinski, et suo quidem iure, ut arbitrator, sunt oblocuti; attamen quisquis perhibet priorem Nubium editionem non habuisse oratorum certamen, Nabero assentiatur necesse est verba illa e Platonis textu removenti.

<sup>3)</sup> Imperfectum si genuinum est, luculenter sane testatur iudices saepius Nubes vidisse (certe videre potuisse) in scena actas. Sed probabilis est Naberum coniectura ἐωράκατε, quod tempus aptius est contextui, idem autem h. l. significat; vid. Nub. 556 et v. 1. vs. 767.

„τῆ Ἀριστοφάνους κωμῳδία, Σωκράτη τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον, φάσ-  
 „κοντά τε ἀεροβατεῖν καὶ ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα, ὧν ἐγὼ  
 „οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν πέρι ἐπαῖω <sup>1)</sup>.”

*Spectare* igitur solebant Athenienses Aristophanis Nubes, et cives, qui anno 399 in Socratem sederunt iudices, fabulam illam inde ab ineunte aetate saepius lectitaverant, vel in scena actae plauserant. Neque postea oblivione pressa est unquam, sed multis, qui Socratem e Platone diligere et admirari didicissent, bilem movit eosque incitavit ut vehementer comicum vituperarent de perfecto sapiente iniquissime iudicantem; multis, qui mentis essent hilarioris et aliquid libertati scenae comicae concedendum esse sentirent, impense placuit, etiamsi sanctissimum illum sapientiae magistrum haudquaquam dignum ducerent qui populo deridendus propinaretur.

---

 II.

Quae de studiis ipsius Aristophanis eiusque aemulorum leguntur in Nubium parabasi <sup>2)</sup> non potuisse scribi eo tempore quo nata est fabula, quivis statim sentit qui eam perlegit; itaque hanc rem mentem grammaticorum Alexandrinorum in se convertisse per se intellegimus. Specie autem deceptus est Callimachus, qui cum videret versu 553 Eupolidis fabulam Maricam commemorari, inspectis autem Fastis Scenicis invenisset hanc fabulam biennio post Nubes datam ferri, erroris incusavit τὰς *Διδασκαλίας*. Quo aliquanto sagacior Eratosthenes, qui post Calli-

<sup>1)</sup> Ibid. 19 c, vid. etiam 23 d. — Graviora quae Nubibus insunt crimina *impicitatis* et *corruptae iuventutis* Socrates apud Platonem prudenti consilio reticuit, ut solos Meletum Anytum Lyconem commemoraret eorum auctores. Nam si iudiciis in memoriam revocasset iam viginti annis antea non ridiculum tantum sed etiam impium scelestumque hominem se civibus suis esse visum, corroborasset potius quam elevasset pondus accusationis qua premebatur. Itaque ex hoc argumento minime sequitur eas Nubes, quas hodie legimus, Platoni Socraticique fuisse ignotas.

<sup>2)</sup> Vs. 518—562.



machum bibliothecae Musei praefuit, intellexit neque in monumentis publicis mendacia de Nubibus vel Maricante fuisse exarata, neque Aristotelem in hac certe Fastorum Scenicorum parte errorem commisisse, sed Nubium locum, in quo Maricantis fabulae fit mentio, postmodo a comico esse insertum. Quod ut intellexeretur, non singulari profecto mentis acumine reconditave doctrina opus erat, neque vero requirebatur exempliar aliquod Nubium „priorum” quod cum vulgata editione compararetur. Quale exemplar si extitisset Alexandriae, Callimachum, hominem multorum librorum, qui in bibliothecarum catalogis conficiendis aetatem trivit, non fugisset opinor; Eratostheni autem si praesto fuisset, dubitari vix potest quin hic unum alterumque inde versum allaturus fuerit ad Callimachi errorem magis etiam aperte confutandum. Sed sufficiebat sana mens; nam poetam non tum, cum scripsit fabulam, cum spectatoribus expostulasse quod Nubibus primum praemium non tribuissent, nemo non ultro sentit. Itaque „quid mirum” ait Eratosthenes „si in versibus postmodo insertis poeta mentionem fecit rerum quae aliquot annis post fabulam scenae commissam acciderunt.” Neque Callimachum id potuisset fugere, si totam parabasim uno tenore perlegisset; sed hic dum inhaeret versui quo Maricantis fit mentio, neglexit versus vicinos, qui Eratostheni hoc agenti statim solutionem ridiculae huius ἀπορίας praeberunt.

Multo vero gravior error sensim mentes grammaticorum obrepit. Constat ea legi in Nubibus quae post fabulam scenae commissam essent scripta: hinc nata est opinio poetam opus suum cum denuo scenae commissurus esset ita mutasse ut pro novo offerri posset, deletis igitur quae minus olim spectatoribus placuissent nova melioraque substituisse, in parabasi autem haec indicasse, ut fabulam retractatam spectantibus commendaret; ita denique — nam eo res redit — cives suos esse allocutum ut solent pueri, qui a ludimagistro vituperati iussique opus nimis perfunctorie confectum emendare „en melius feci!” aiunt ad eum redeuntes: „vide quam bene nunc cesserit! nonne „iam placet?” — Quod autem ipse poeta ne uno quidem

verbulo innuit mutasse se quae antea scripsisset, sed iis verbis utitur quae contrarium luculenter testentur, id nihil ad suspicacissimum commentatorum genus. Qui e verbis comici: „*ζαυρὸς* „*καὶ ἰδέας* offero spectatoribus neque fraudulento consilio usus bis „terve eadem scenae committo” <sup>1)</sup> efficiebant eum opus suum ita retractasse ut novum iam posset appellari. „*Σώφρονα*” quoniam vocat suam fabulam <sup>2)</sup>, illi opinati sunt Nubes priores spectatoribus, libertatis fescenninae oblitis scilicet et in severos morum magistros conversis, non satis *modestas* vel etiam non satis *prudicas* — nam sic multi illud adiectivum perperam interpretati sunt — esse visas; quapropter si quid in nostris Nubibus parum caste dictum est, non poterat non iis videri e priore recensione in exemplaria hodierna irrepsisse. „Faces nullas comoediam „suam quassare neque vae! vae! clamare” comicus dixit <sup>3)</sup>, — at is qui primarum est partium voce *vae! vae!* nostram fabulam aperit et in fine domum philosophorum face accensa adoritur: „ergo e priore editione” (sic illi) „supersunt versus ubi *ἰού* „legitur <sup>4)</sup>, supersunt faces Socraticis exitiosae <sup>5)</sup>.” Et sic sensim eo deducta est res ut comicus hocce dixisse crederetur: „o spectatores, graviter vobis succenseo, quoniam praestantissimam „hanc meam fabulam non satis laudastis, . . . itaque passim „eam mutavi et removi quae parum placuerunt, iamque videte „quanto melior sit quam tunc erat.” — Satisne haec absurda? Audire autem mihi videor emunctae naris spectatores comicum haec nugas fundentem sic increpantes: „ohe, quid tandem est „quod succenseas? Opus mutando ultro confessus es vitiosum „tibi ipsi visum esse, quae autem scurrilia et insulsa inerant „modo enumerasti <sup>6)</sup>: haec erant quae olim parum probavimus.”

1) Vs. 547.

2) Vs. 537.

3) Vs. 543.

4) Vs. 1, 1170, 1321, 1493.

5) Vid. Schol. vs. 542 sq.

6) „Jedenfalls ungläublich ist es dasz der Dichter, wenn er unter dem prügelnden Alten den Strepsiades seiner frühern Wolken 1296 f. verstand, einen so strengen Tadel gegen sich selbst ausgesprochen hätte wie ihn die Worte *ἀφανίσων πονηρὰ σκώμματα* enthalten.” Bücheler Jahrb. f. Philol. 1861 p. 680.

Videmus, nisi delirasse putemus comicum vel delirantibus scripsisse, stare non posse hanc rationem eius verba interpretandi. Ipsi autem veteres verum perspexerunt: inepta et impura inventa, quae a comico cum contemptu commemorantur, non olim in Nubibus sed nuper in Eupolidis aliorumve aemulorum fabulis fuisse spectata. Ex asse autem verum est id quod prudens aliquis commentator scripsit <sup>1)</sup>: „τοῦτο ταύτόν' ἐστὶ τῷ προτέρω”, *fabula nostra ea ipsa est quam anno 423 scenae commisit Aristophanes*, „διεσχεύασται δὲ ἐπὶ μέρος”, *sed pars quaedam (parabasis nimirum) mutata est*, „ὡς ἂν ἀναδιδάξαι μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προθυμηθέντος, οὐκέτι δὲ τοῦτο δι' ἣν ποτε αἰτίαν ποιήσαντος”, *ita ut dixeris poetae consilium fuisse denuo in certamen eam proponendi.*

Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Postquam semel grammaticorum mentes invasit prava illa de fabula funditus mutata opinio, verba quibus comicus Electram fratris cincinnum agnoscentem commemorat, ad Daetalenses fabulam suam alludens <sup>2)</sup>, ita sunt interpretati ut inde efficerent secundas Nubes partem aliquam habuisse cum Daetalensibus communem, a prioribus autem Nubibus alienam: nempe Iusti Iniustique oratorum altercationem e Daetalensibus in Nubes nunc transsumsisse Aristophanem. At poeta quamquam illo loco utitur imagine non ab omni parte bene concinnata, id tamen aperte dicit, meliora se Nubibus ideo praesertim sperasse quod cives favere sibi suaeque arti sciret inde a prima fabula sua benigne accepta, *fratrum igitur cincinnum* dicens pristinum spectatorum favorem <sup>3)</sup>.

Fuerunt autem qui non semel sed *identidem* poetam ad Nubium fabulam refigendam se accinxisse autumarent, pellecti versibus epirrhematicis, quibus vivi Cleonis fit mentio <sup>4)</sup>. Nam *Thracicam*

<sup>1)</sup> Vid. Hypothesis VII<sup>a</sup>.

<sup>2)</sup> Vs. 534 sqq.

<sup>3)</sup> Sic recte Bücheler Jahrb. f. Philol. 1861 p. 681 et Heidhüs über die Wolken des Ar. p. 5.

<sup>4)</sup> Vs. 581—594.

huius expeditionem anno 422 susceptam illic tangi putabant homines doctiores quam sagaciores, scripta igitur haec esse post actas Nubes, sed antequam scenae commissa est Eupolidis fabula Maricas, cuius mentio fit in vs. 553<sup>1)</sup>. Atqui versus, quibus Cleon vellicatur, anno 423 sunt scripti, huius enim anni res spectant<sup>2)</sup>, post mortem autem Cleonis ferri vix poterant; itaque si comico, quo tempore novam parabasim (vs. 518—562) fabulae inseruit, in animo fuisset totam *retractare* fabulam, nihil profecto prius delevisset quam illud epirrhema. Quapropter ea, quae de Cleone et de Hyperbolo<sup>3)</sup> a choro dicuntur, luculenter testantur poetam, qui ne hos quidem versus mutaverit, fabulam noluisse refingere, sed talem, qualis anno 423 fuerat data, spectatoribus denuo propositurum fuisse.

Sed interpretes, quibus semel erat persuasum Aristophanem Nubes suas saepius retractasse nec tamen novam fabulae editionem ad finem perduxisse, sponte ad eam pervenerunt opinionem, ut sumerent exemplar ex parte correctum in poetae scriniis usque ad eius mortem delituisse, dein a filio Ararote aliove homine esse in lucem emissum. Duas igitur exinde exitisse fabulae editiones, alteram integram, alteram imperfectam talemque ut scenae ne potuisset quidem committi; hanc autem ita placuisse ut prior illa, licet multo melius cohaereret aptiusque esset disposita, prae ea sorderet et sensim evanesceret. Utramque tamen „diu etiam post Aristophanis aevum in hominum manibus esse versatam”<sup>4)</sup>.

At ut cetera mittamus quae haec opinio habet incommoda: quis credat Aristophanem versus, quibus spectatores criminatus

<sup>1)</sup> Schol. vs. 591.

<sup>2)</sup> Vid. quae ad vs. 581—594 sunt observata.

<sup>3)</sup> Vs. 623—626.

<sup>4)</sup> Sic G. Hermann Praef.<sup>2</sup> p. XX, fallacibus Athenaei praesertim testimoniis (p. 171 c, 299 b, 345 f) permotus. Quanto prudentius Fr. Ritter in Philologo a. 1876 demonstravit nullo argumento cogi nos ut Alexandrinorum recentiorumve grammaticorum quemquam exemplar Nubium „priorum” manibus tenuisse statuamus, immo *nostras* Nubes inde a Callimachi certe aetate innotuisse solas. Vid. supra pag. IX sq.

est propter iniuriam nuper sibi illatam, usque ad vitae finem in scriniis abdidisse? Immo evulgatos esse ut primum sunt scripti, cum sana ratio ipsaque mentis humanae fert indoles, tum vero certo quodam argumento demonstrari posse videtur. Nempe Cratinus propter Equitum parabasi Aristophani stomachatus in *Pytine* fabula dixit eum τὰ Εὐπόλιδος λέγειν <sup>1)</sup>: quod crimen tunc cum Nubes scenae sunt commissae diluere nondum potuit noster, quoniam Nubes iisdem ludis publicis atque Pytine sunt actae; in nova vero Nubium parabasi Cratino respondens perhibuit contrariam potius rationem obtinere, Eupolim enim ipsius Equites ἐκστρέψαντα κακὸν κακῶς *Maricam* fabulam inde effinxisse. Nunc inspiciamus fragmenta quae ex Eupolidis *Baptis* supersunt: nonne ad hunc ipsum Aristophanis versum respexisse videtur Eupolis hisce verbis <sup>2)</sup>:

καὶ ἐκείνους τοὺς Ἰππέας

ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ καὶ ἐδωρησάμην,

*quam calvus ille crepat Equitum fabulam, eam non surripui ei — nam sic mentem poetae reddere mihi videor — sed dono olim dedi; mea igitur quod inde postea repetivi, quis est qui vitio mihi vertat* <sup>3)</sup>.

Sed redeamus ad interpretum errores. Qui postquam in Nubium fabula agnoscere sibi visi sunt quae inter se conciliari posse non viderentur, deducti sunt ad suspicionem a Godofredo Hermanno <sup>4)</sup> prius quam nata est iure damnata: nostras Nubes ex utraque editione misere esse concinnatas; *tertias* igitur quasdam Nubes nos manibus tenere, quas a Byzantino magistello arte invita esse consutas fuit qui contenderet. Qualia cum lego,

<sup>1)</sup> Schol. Eq. 531.

<sup>2)</sup> Schol. Nub. 554.

<sup>3)</sup> Bapтарum fabula si prius esset data quam novam Nubium parabasi scripsit noster, reiiciendum esset argumentum quod supra attuli; sic enim inversa ratione statuendus esset Aristophanes in Nubibus refutasse crimen, quo Eupolis in *Baptis* ipsum petiisset. Sed Eupolidis fabula anno 415 scenae commissa esse videtur, Nubium autem nova parabasi scripta est ante annum 417, quo anno in exilium pulsus est Hyperbolus.

<sup>4)</sup> Praef.<sup>2</sup> p. XXI.



demirari incipio quod non *quartus* Nubes easque aliquanto melius cohaerentes inde confecerit homo aliquis. qui rerum scenicarum non nimis esset imperitus. Nam temere in vetustae artis opere grassari si religioni non ducebatur et impune licebat. sine nimio hercle labore ea quae prorsus essent dissociabilia adversisque frontibus inter se pugnarent — nam sic de nostrae fabulae condicione loqui solent οἱ χαρῆζοντες illi — aptius potuissent componi; id vero haud facile quisquam sibi potuit in animum inducere, ut unius eiusdemque scenae editionem utramque — nam id quoque severi illi iudices perhibent — in opus suum musivum reciperet et deinceps scilicet poneret.

At quam gravia sunt compositionis vitia, quae prorsus intolerabilia esse credere nos iubent illi! En quod omnium molestissimum esse perhibetur. Duo „motiva” — sic enim loquuntur, e Wagneri credo arte musica desumpto vocabulo — circa mediam fabulam adhibita agnoverunt <sup>1)</sup>, „das πένος-motiv und das νόσεις-motiv”, et versus, in quibus cum cimicibus deproeliatur rusticus, negant potuisse ferri in ea fabulae editione, quae lodice involutum inque lectulo recubantem eum exhiberet et πένος suum commemorantem <sup>2)</sup>. Hòc igitur est quod ante omnia lectoris mentem percutere et percellere post Fritzschiium et Teuffelium multi dixerunt <sup>3)</sup>, hòc satis valere videtur ad evincendum fabulam nostram non bene cohaerere; itaque cimices creduntur postmodo a poeta esse investiti, phalli vero mentio nulla esse facta in altera fabulae editione, quam σόφρονα ipse comicus nuncupaverit <sup>4)</sup>. Exortus est etiam qui contrariam viam ingressus cimices priori, πένος vero illud posteriori editioni vindicaret.

Dixerit quispiam satis esse ad talia subridere; nam hòc si longe sit gravissimum inter omnia quae prolata sunt argumenta. cetera impune posse neglegi; in somniorum igitur inanium

<sup>1)</sup> Vs. 694—745.

<sup>2)</sup> Nam quod *ostendisse* suum veretram perhibetur, id certe comico, vel sic satis spurco ioco indulgenti, non est imputandum.

<sup>3)</sup> „Die auffallendste und weitgreifendste Inkonsequenz” Teufel Wolken<sup>2</sup> p. 32 sq.

<sup>4)</sup> Vid. supra pag. XI.

regionem releganda esse quae Köchly, vir ingeniosissimus, recens fortasse a quaestione Homericâ, hariolatus est de Phidippidis persona a priore Nubium editione aliena, neque serio refutandam videri Reisingii coniecturam de Euripide et Chaerephonte satis amplas in ea partes agentibus, vel Brentanonis commentum de Protagora Prodicoque spectatorum oculis in ea obiectis; nam Cassiani illi iudices quin aliquanto meliores comoedias scribere potuerint ipsi, minime videri dubium, sed Aristophani suam esse relinquendam, non optimam fortasse <sup>1)</sup> nec prodigialiter unam, sed Aristophaneam.

Sed praestat fortasse *διὰ τοῦ βεελξεβονὺ τὰ δαιμόνια ἐκβάλλειν*. Itaque laude dignissimus mihi videtur Bernhardus Heidhüs vir doctissimus, qui non ridens sed seria voce nuper <sup>2)</sup> data opera demonstravit et me quidem iudice haud difficulter evicit „dass „das *πέος*-motiv in der handlung begründet, also verständig „angewendet ist und sich aus dem *κόρεις*-motiv ganz folgerichtig „und natürlich entwickelt“.

Dudum autem verum dixerat Guilielmus Esser; qui in dissertatione Bonnae anno 1823 evulgata <sup>3)</sup> demonstrandum sibi sumsit „secundam Nubium editionem, sive perfectam sive imperfectam, „nusquam nisi in cerebro scholiastarum exitisse, hanc autem, „quam nos habemus, pristinam esse et genuinam, non retracta- „tam a poeta aut alia quacunq[ue] ratione constructam.“

Sed duae res obstiterunt quominus aut ei aut vetusto illi grammatico, qui *τοῦτο τὸ αὐτὸ εἶναι τῷ προτέρῳ δράματι* ante multa saecula statuit <sup>4)</sup>, assentirentur philologi. Primo verbis veterum, duas Nubium editiones commemorantium, fides videbatur non deneganda, deinde vero ipsa fabula non satis apte decurrere credebatur. Qui error — nam error mihi quidem videtur — aut

<sup>1)</sup> Minime de nihilo fictum est id quod G. Hermann in elegantissima editionis suae praefatione claris verbis significavit, non optimam sibi videri fabulam aliisque poetae operibus longe posthabendam; cui assensi sunt Teuffel aliiq[ue]. Vid. ad vs. 889 sqq.

<sup>2)</sup> Über die Wolken des Ar., 1897.

<sup>3)</sup> De prima et altera quae fertur Nubium Aristophanis editione.

<sup>4)</sup> Vid. Hypothesis VII<sup>a</sup> et supra pag. XII.

nunquam natus esset aut dudum intermortuus, si philologi, dum Aristophanem perlegunt, non ad verba tantum quae scripta extant animum solerent advertere, sed eadem cura perpenderent ea quae oculis, non auribus spectatorum poeta obtulit; qualia licet scripto a veteribus non fuerint expressa, ad multos locos recte interpretandos ipsamque fabulae compositionem suo pretio aestimandam quam maxime sunt necessaria. Nam nisi menti nostrae ea ipsa obversantur quae in scena aguntur, nisi vultum gestumque colloquentium cernere eorumque vocem auribus percipere nobis videtur, non vivit nobis fabula meliorque eius pars nos fugit. Quapropter editoris hodierni officium id ferre arbitror ut non textum solum quam possit emendatissimum in lucem emittat, sed etiam hic illic verbis nonnullis de suo adscriptis indicet quo corporis motu atque habitu, quali vocis sono actores usos esse, quo temporis articulo singulos prodiisse in scenam et inde discessisse, quid praeter ipsos in scena oculis spectatorum obiectum fuisse aut pro certo statuatur aut sibi persuaserit poetae verbis diu et accurate perpensis; nam quaedam quae sunt de genere hoc non posse non dubia manere quivis intellegit.

Si quis autem fabulam aliquam sedulo quidem perlegit plus semel et identidem illuc redit, sed non — quod editoris est — per multos menses continuos huic uni operi mentis acumen intendit totum, fieri non potest quin nonnulla eum fugiant quae ad poetae verba bene intellegenda quam maxime sint necessaria. Felix quem faciunt aliena pericula cautum: Callimachus doctissimus fuit homo et praestantissimus olim habitus est poeta, et tamen ridicule erravit in Nubium quodam loco interpretando, cum non vidisset quomodo verba illa cum vicinis cohaerent <sup>1)</sup>.

Itaque, ut in ipsa vita, sic in poetae scenici opere edendo *κρείττω νομίζειν τῶν λόγων τὰ πράγματα* nos decet; praestat autem verbis Graecis incerta nonnumquam vel etiam falsa — nam errare humanum — de nostro adscribere, quam dum docto silentio cavemus ne in criticorum reprehensionem incidat nostra

<sup>1)</sup> Vid. supra pag. IX sq.

tēmeritas, id denegare lectoribus, quibus studiorum nostrorum fructum offerimus, quod utilissimum iis futurum erat, id quod artis opere perfrui cupientibus maxime est appetendum, ipsam denique illorum studiorum medullam, — interiorē dico mentis poetae notitiā, ad quam nemo nisi post diuturnum improbumque laborem potest pervenire.

Equidem, — nam de meis ipsius studiis ut aliquid nunc dicam res fert, — olim faciebam cum severis iudicibus Nubes nostras male cohaerere, imperfectas e poetae scriniis esse protractas, e duabus editionibus imperite conflatas esse libere proloquentibus. Tantum scilicet valebat praeconcep̄ta opinio, qua cum omnibus fere huius aetatis philologis inde a pueritia fueram imbutus, quam a doctissimis sagacissimisque viris acute defensam novisque identidem argumentis corroboratam esse videbam. Tandem fabulam illam in lectionibus meis eram tractaturus. Mirum quid tum mihi accidit. Nam sola poetae verba dum perpendebam, consulto omittens quaecumque veterum recentiorumve doctrina et ingenium ad ea illustranda attulerunt, identidem animum meum subibat dubitatio, quid tandem in verbis traditis usque adeo displiceret, ut fabularum diversarum lacinias male consutas, non unam integramque fabulam ad nos pervenisse necessario esset statuendum? Denuo legebam, exemplari nihil praeter textum continenti adscribere coeperam quae in scena acta et adspecta esse putabam: magis magisque evanescere mihi videbantur crimina illa, quae toties audiveram contra Nubes nostras prolata, quin et ipse protuleram. Iamque creverat mihi persuasio et οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος exclamabam: stabat sententia, nihilo gravius quam Equites Ranasve culpandas esse Nubes, exceptis autem versibus 518—562 tales ad nos pervenisse quales anno 423 scenae sunt commissae: — ecce commentationem supra saepius laudatam insigni comitate mihi dono misit vir doctissimus Heidhūs. Denuo tum miratus sum mentium humanarum commune illud vinculum, quicquid id est, quo quotidie fere effici videmus ut ea quae per multa saecula omnes latuerint uno eodemque temporis articulo complurium feriant



animos. Id quod non in splendidissimis tantum inventis illis, quibus huius saeculi exitus inclaruit, usu venire solet, sed etiam in rebus levioris aliquanto momenti, quae ad philologorum artem pertinent, quotidie accidit. Dabo exempla. Acharnensium initio Cleon dicitur quinque nuper talenta evomuisse; quae verba multas turbas moverunt, Müller Strübing autem vir ab omni superstitione alienissimus paucis annis abhinc ita de eo disputavit ut appareret eum ne dubitare quidem quin verum aliquod Cleonis iudicium illic respiceretur: — Babyloniorum fabulae argumentum significari intellexi anno 1884, dum Acharnenses in lectionibus meis interpretabar, moxque in fabulae editione mea patrio sermone perscripta demonstravi<sup>1)</sup>, — dein vidi Lübkiū virum doctum in Observationibus criticis anno 1883 editis idem perhibuisse, et mox Merry Acharnensium editor Britannus idem docuit, qui neque meum neque Lübkiī librum oculis usurpaverat, nisi fallor. En igitur ter eodem fere tempore verum repertum. Alterum exemplum hoc esto. Quamdiu lecta est Vesparum fabula, omnes aequo animo ferebant versum 1309, ubi scurra senem νεοπλούτη τρογύ assimilasse dicitur; ego quoque mirificam illam comparisonem saepe legeram, tandem dum Vespas denuo in scholis interpretor animum feriit verum, litteram *T* e littera *Φ* prisco more scripta esse decurtatam; nam νεόπλουτος Φρούξ quid sit quisvis intellegit. Gaudebam invento et in Mnemosyne anni 1892, dein in editione Vesparum anno 1893 eam emendationem proposui: — postea intellexi iisdem fere diebus Kockium idem observasse, cui nunc ea lectio a criticis tribuitur sive iure sive iniuria, nam uter nostrum prior dixerit nescio neque multum referre arbitror. Et tamen per alteram fere saeculi partem Kockius in Aristophane habitaverat priusquam repperiret id quod quemquam fugere unquam potuisse nunc miramur.

Duo haec exempla, quibus facile possent alia addi, nunc sufficient. Idem igitur expertus sum dum Heidhüsii commentationem

<sup>1)</sup> De Acharniërs, Leiden 1885.



perlegebam; nam sententiam, quam propositurus eram, ibi inveni propositam idoneisque argumentis defensam.

Cur haec omnia? Quia ad fidem faciendam aliquid valere videtur concursus duorum hominum sponte eodem simul pervenientium.

Et dudum opinor multi idem vidissent, nisi philologos in errorem abduxisset Argumentum VII<sup>um</sup>. Quod si quis ita ut infra extat excusum perlegit, non potest non perspicere duorum commentatorum verba ibi extare, alterum autem alteri aperte obloqui, utrique igitur neminem qui sanae sit mentis posse credere. Sed uno tenore haec perscribi solent et, neglecta — quod mireris sane — vi particularum *μὲν οὖν* <sup>1)</sup> et oppositione verborum *ἐπὶ μέρους* et *καθόλου*, *διεσκευάσται* et *διόρθωσις*, pro unius grammatici annotatione haberi. Priora autem verba, quae Didymi esse suspicor equidem, fidem faciunt, et sic eo adducti sunt homines ut cuncta, quae in hoc argumento leguntur, a docto aliquo vetustoque grammatico, cui fides minime esset deneganda, scripta esse sibi persuaderent; quin fuere qui contenderent verba haec esse Eratosthenis, quem utrasque Nubes inter se comparare potuisse credebant.

Semel autem postquam constare visum est, nostras Nubes imperfectas esse vel contaminatas, in infinitum crevit numerus librorum libellorumque de iis conscriptorum, et sexcenta contra eas prolata sunt crimina. Scilicet non admodum est difficile in comoediis Aristophaneis deprehendere quae minus bene cohaereant vel etiam magis minusve aperte inter se conflictentur. Nam si ne soli quidem desunt maculae, quid possumus debemusque expectare in operibus musae iocosae, quae calamo currente non seris nepotibus sed aequalibus, non ut legerentur sed ut audirentur et spectarentur, non ut multo labore a viris doctis investigarentur sed ut civibus ludos agentibus placerent sunt scripta; quae non verum probabilitatemve sectantur neque ad leges artis dialecticae anxie sunt composita directaque, sed dum

<sup>1)</sup> Verum dixit Heidehüs l.l. p. 48.

vivos et mortuos, terram coelumque, homines et deos, seria iocularia, honesta spurca, summa libertate permiscent et extra fines, quos natura miseris mortalibus posuit, felicissima audacia evagantur, absurdissima quaevis admittunt, si modo satis valeant ad delectandum risumque extorquendum.

Singula autem crimina, quae contra fabulam nostram prolata sunt, in hisce Prolegomenis si vellem respicere, demens essem profecto; nam nullos opinor lectores inveniret commentatio nimis ponderosa, quae ea omnia complecteretur. Sed perpetuo ea respexi dum commentarios meos conscribebam. Et si mihi contigerit ut lectori, qui ad finem pervenerit, persuaserim fabulam non omnis quidem vitii esse immunem — si vitia vocanda sunt quaecunque negligentius sunt constructa aut minus elaborata <sup>1)</sup> — sed satis bene cohaerere apteque decurrere, textum autem nihilo gravius esse affectum quam cetera comici opera, nomen meum solvisse me putavero, satisque responsum erit iis qui perhibuerunt sive fabulam retractatam sive duarum fabularum particulas imperite permixtas et conflatas ad nos pervenisse. Nam verissimum est id quod Theodorus Kock vir de Aristophane optime meritis observavit, non id potissimum esse rogandum quid veteres recen-  
tioresve de Nubibus statuerint, sed quid ex ipsa fabula possit effici <sup>2)</sup>.

Multine autem statim mihi assentientur? Vix credo, *χαλεπὸν γὰρ καὶ δεινῆς γνώμης ἰάσασθαι νόσον ἀρχαίαν ἐν ταῖς φρεσὶν ἐντεταυῖαν*. Attamen spes est fore ut aliquid certe haec editio conferat ad mentem consilia verba poetae melius intellegenda; neque dubito quin ii, qui plane intellegant fabulam, redituri sint a vetusto errore, in quo et ego diu haesi, et tandem aliquando agnoscant id quod oculos ferire nunc quidem mihi videtur: fabulam integram ad nos pervenisse, — nam pauci

<sup>1)</sup> Mihi recte iudicasse videtur Römer Sitzungs- b. d. Akad. z. München 1896 p. 253: „eine ästhetische Kritik, welche deswegen den Dichter verurteilen und „hier mit dem strengen Maasstab der Tragödie messen würde, würde den Lebens- „nerv der ausgelassenen alten Komödie unterbinden.“

<sup>2)</sup> Einleitung<sup>4</sup> p. 28 annot.

versus qui corrupti sunt non debent nos retinere quominus integram eam dicamus, — neque unquam a poeta esse retractatam, sed solos versus 518—562 postmodo ab eo esse insertos deletis quae antea illic de arte studiisque suis scripserat.

## III.

Nunc dicendum est de veterum locis, ubi e Nubium editione priore aliquid superesse persuasere sibi philologi.

E quibus longe gravissimum olim visum est fragmentum apud Diogenem Laertium loco manifeste corrupto sic allatum:

ἔδόκει δὲ (Σωκράτης) συμποιεῖν Εὐριπίδῃ. ὅθεν Μνησίλοχος οὕτω φησί·

Φρύγες ἐστὶ καινὸν δράμα τοῦτ' Εὐριπίδου,  
ὃ καὶ Σωκράτης τὰ φρύγαν' ὑποτίθησι.

καὶ πάλιν·

Εὐριπίδης σωκρατογόμφους.

καὶ Καλλίας Πεδήγαις·

ἤδη σὺ σεμνὴ καὶ φρονεῖς οὕτω μέγα.  
ἔξεστι γὰρ μοι Σωκράτης γὰρ αἴτιος.

Λισιοφράνης Νεφέλαις·

Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν  
τὰς περιλαλούσας οὕτως ἐστὶ τὰς σοφάς.

Ex hisce verbis Diogenis, cui utramque Nubium editionem (III<sup>o</sup> igitur post Christum saeculo) prae manibus fuisse olim viri docti credebant, Reisis efficiebat in priore illa fabulae editione *Euripidem* partes aliquas egisse. At ita si res se habuisset, non potuissent hi versus grammaticis utiles videri ad demonstrandum Euripidem in tragoediis scribendis a Socrate esse adiutum. Quod qui optime olim perspexit Valckenaer Diatrib. p. 14 corrigebat *Εὐριπίδου*, eumque secutus est Fritzsche; etiam *Εὐριπίδῃ* scribi potuisse observarunt ipse Reisis praef. Nub. p. XXI et G. Hermann<sup>2</sup> p. XVIII, dein id restituit Cobet, et sic etiam Kock scripsit in Fragmentorum Comicorum editione:

Εὐριπίδῃ δ' ὁ τὰς τραγωδίας ποιῶν  
τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι, τὰς σοφάς.

*Teleclidis* autem, non Aristophanis hos esse versus, sic scribendos: *Εὐριπίδῃ δ' κτέ.* | τὰς σωκρατογόμενους οὗτός ἐστι, τὰς σοφάς, statuerunt Dindorf Hermann Bergk collata vita Euripidis, ubi *Teleclides* commemoratur.

Res dubia; sed id quidem apertum est, e loco tam flagitiose corrupto nullum sine temeritate deduci posse argumentum.

Itaque cum olim Teuffel et Bücheler hoc praesertim loco confisi statuissent Diogenem Nubes priores oculis suis usurpasse, Kähler in libri Teuffeliani nova editione quae hac de re ipse Teuffel scripserat optimo iure reiecit (Einl.<sup>2</sup> p. 30, 13 et 14), Fr. Ritteri et P. Weylandi praesertim observationibus permotus.

Venio nunc ad versus festivissimos 412 sqq.:

ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμίας σοφίας ἄνθρωπε παρ' ἡμῶν,  
ὡς εὐδαίμων ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἑλλησι γενήσει,  
εἰ μνήμων εἶ καὶ φροντιστής, καὶ τὸ ταλαίπωρον ἐνεστίν  
ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ κάμνεις μῆθ' ἐστὼς μῆτε βαδίζων,  
μηδὲ ὄϊων ἄχθει λίαν μηδ' ἀριστῶν ἐπιθυμεῖς,  
οἴνου τ' ἀπέχει καὶ γυμνασίων καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων,  
καὶ βέλτιστον τοῦτο νομίζεις, ὅπερ εἰκὸς δεξιὸν ἄνδρα,  
νικᾶν πράττων καὶ βουλευῶν καὶ τῇ γλώττῃ πολεμίζων.

Qui versus choro — id est coryphaeo — tribuuntur in codicibus Veneto Ravennate aliis, sed Socrati me iudice sunt tribuendi, quoniam nulla est causa cur chori nunc dux interrupto philosophi et rustici colloquio versus aliquot proferat, non a *Nubibus* autem sed a *philosophis* magnam illam sapientiam petiturus huc venit *Strepsiades*. Ad hos igitur pronomen *ἡμεῖς* versu 412 (ut mox vs. 423) refero, neque deterret vox *ἄνθρωπε*, quae in Socratis ore nihilo minus est apta quam *ἐφήμερε* illud, quo rusticum se visentem primo allocutus est vs. 223.

Quicquid id est, non ad *Socratem* sed ad *Strepsiadem* haec dici certum est. Quapropter non potest non miros nos habere Diogenis Laertii locus II 5 § 27, qui ut demonstret ὅτι οἱ κομφο-

δοποιοὶ λανθάνουσιν ἑαυτοὺς δι' ὧν σκώπτουσιν Σωκράτην ἐπαινοῦντες, hos affert Aristophanis versus:

ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμίας σοφίας ἄνθρωπε δικαίως,  
ὡς εὐδαίμων παρ' Ἀθηναίους καὶ τοῖς ἄλλοισι διαζῆς·  
εἶ γὰρ μνήμων καὶ φροντιστής, καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν  
ἐν τῇ γνώμῃ, κοῦκέτι κάμνεις οὔθ' ἔστως οὔτε βαδίζων,  
οὔτε ξιγῶν ἄχθει λίαν οὔτ' ἀρίστων ἐπιθυμεῖς,  
οἴνου τ' ἀπέχει καὶ ἀδηφάγίας καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων.

„En certissimum tenemus indicium duplicis Nubium recensionis,” — sic fere Bücheler olim in docta et acuta disputatione, qua multis persuasit, — „affert enim Laertius quae et similia sint textui nostro et dissimilia; e priore igitur fabulae recensione haec excerpfit, in qua ad Socratem dicebantur.”

Diogenes igitur, sero natus homo, manibus tenuerit priscam illam recensionem, quae ne Callimacho quidem innotuisset olim? An alios secutus fuerit scriptores, qui tenuissent? Crederem fortasse, quamquam invitus, sed crederem, si alia nulla huius discrepantiae indicari posset causa. At potest, opinor. Nostro enim loco Socratis imago quaedam pingitur facete et ridicule, verum autem est id quod dicit Diogenes, comicum his versibus philosophum collaudasse potius videri quam deridendum propinasse. Quid igitur? nonne menti omnium, qui Socratem admirabantur, inde a Platonis aetate hunc praesertim Nubium locum inhaesisse putamus? Diogenem autem hoc de argumento scribentem nonne memoriter eos versus attulisse credibile est, leviter autem eos mutasse, ut suis ipsius verbis apte possent annecti? Hanc ob causam non *de Socraticis* in universum hic sermonem esse sed *ad ipsum Socratem* haec dici aut lapsu memoriae deceptus tradit aut consulto finxit; hanc ob causam futuro γενήσει substituit praesens non Aristophani quidem sed sibi usitatum διαζῆς, et hypotheticam voculam εἰ mutavit in γὰρ, quae particula deinde secum trahebat negationem οὐ quater negationi μή substitutam.

„Credibile esto”, sic lectorem quempiam interpellantem me fingo, „at certum quominus ducam multum abest.” En igitur quod fidem faciat. Cetera quae discrepant eiusmodi sunt omnia,



ut appareat hominem ab Aristophanis leporibus longe distantem *in deterius mutasse* versus, quorum non satis accurate meminisset. Nam aptissimum in textu tradito est *παρ' ἡμῶν*, insulsum vero est adverbium quod apud Diogenem legitur *δικαίως*. Dein qui aliquem *ἐν Ἀθηναίοις καὶ Ἑλλησι* clarum fore dicit, eo loquendi genere usus quod e verbis *ὦ Ζεῦ καὶ θεοί* et similibus notum est, gradationem quandam constituit, prius partem dein totum nominando; at exquisitum hoc *Ἑλλησι* muta in *ἄλλοισι* et habes ieiunae importunaeque loquacitatis verbulum Aristophane indignum. Tum versu 414 sq. comicus dicit *τὸ ταλαίπωρον* requiri *ἐν τῇ ψυχῇ* hominis qui verus Socraticus fieri velit, vocem autem *ψυχὴν* non ad *mentis* nunc sed ad *corporis* potius facultates ipsamque *vim vitalem* esse referendam, vertendum igitur esse *een taai gestel*, ut multis verbis demonstrare non est opus, novimus enim illud *περὶ τῆς ψυχῆς τρέχειν* multaque alia quae sunt huiuscemodi, novimus versum huius comoediae 712 *τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσιν*, videmus autem propter verba vicina aliam huius substantivi versionem ne admitti quidem posse: — quid Laertius? scribit *γνώμη*, quod primo aspectu fortasse magis videtur perspicuum, revera verti nequit. Denique *οἶνον καὶ γυμνασίων* rustico abstinendum fore dicit textus traditus, apud Diogenem legitur *οἶνον καὶ ἀδηφαγίας*: et Aristophaneum hoc esse credimus? Athenienses igitur *οἱ ὀλιγόσιστοι* ita gulae erant dediti ut cohortandus esset novus discipulus ne in communi illo luto haereret? et si quam maxime hoc morbo Aristophanis aequales laborabant, parcene nostro *γεροντίῳ* eum vultum eum corporis habitum fuisse credimus, ut ille quoque admonendus videretur ne voracitati indulgeret? I nunc et hisce testimoniis fretus crede Diogeni prae manibus fuisse Nubium recensionem nescio quam a nostra diversam!

Mitto nunc leviora illa et dubia *παρ'* et *ἀρόστων*. Sed de voce *γυμνασίων*, quam praebet textus receptus, aliquid videtur esse addendum, quo magis fidem faciam. Nam fortasse respondebitur Diogenis quidem illas lectiones nullius esse pretii, at ne vulgatam quidem videri integram, a multis autem esse tentatam,

βαλαυείων vel συμποσίων concientibus. Libere igitur proloquor, id quod codices nostri praebent et sanum esse me iudice et aptissimum. Nam quod Socrates ipse a corporis exercitatione non erat alienus, id argumento esse nunc non debet; nonne etiam praesentibus nummis docere quomodo causa deterior superior possit fieri in fabula nostra fertur? nonne rebus sublimibus invigilare artisque grammaticae esse curiosissimus? quae tamen neutiquam in eum cadere ne ipse quidem Aristophanes nesciebat, opinor. Sed scribarum turbam pallidam e sophistarum umbraculis prodire, non marathonomachis dignam sobolem, neglegi enim corporis exercitationem solaque lingua uti iam discere iuvenes, cum in Nubibus passim conquestus est comicus tum postea in Ranis, ubi videantur praesertim vs. 1083 sqq.:

καὶ τ' ἐκ τούτων ἢ πόλις ἡμῶν  
 ὑπογραμμάτων ἀνεμεστώθη  
 καὶ βωμολόγων δημοπιθήγων,  
 λαμπάδα δ' οὐδείς οἶός τε τρέχειν  
 ὑπ' ἀγυμνασίας ἔτι νυνί.

*Iloc* nunc una voce γυμνασίων breviter et in transitu notatur, dein voce ἀνόητα non amoris illecebrae significantur, ut statui cum admiratione vidi, — quid enim seni et rustico cum metreticulis? — sed si omnino accuratius definienda videtur huius substantivi vis, dixerim τὸ θερμολουτεῖν potissimum eo indicari, τὴν ἀλουσίαν igitur καὶ τὸ ἀύχμηρόν Socraticorum nunc respici. Vox vero συμποσίων si in textu tradito extaret, coniectura eam remove conarer, quoniam post οἶνον mentionem prorsus mihi videtur supervacanea.

Cetera quae e prioribus Nubibus aetatem tulisse creduntur iam consideremus.

Apud Photium et Suidam s. v. πηνίον legitur: ζῶν ὅμοιον κώνωπι Ἀριστοφάνη Νεφέλαις: „κείσεσθον ὥσπερ πηνίω βινουμένω”, ἀντὶ τοῦ ξηροῦ. σκόπτει γὰρ τοὺς περὶ Χαιρεφῶντα εἰς ξηρότητα καὶ ἀσθένειαν.

Sed ipsum *Chaerephontis* nomen effecisse videri ut Nubibus

hic versus per errorem tribueretur, nullam autem Nubium fabulae fieri mentionem in vetusto scholio ad Platonis Apologiam (vid. infra ad vs. 104), cuius auctor studiosè conquisivit quae comici in Chaerephontem dicteria iccissent, prudenter observarunt Dindorf et Ritter.

Idem valet de tetrametro e Nubibus apud Photium s. v. *Πάρουης* allato:

*εἰς τὴν Πάρουηθ' ὀγοισθεῖσαι φροῦδαι καὶ ἴ) τὸν Ἀνκάβηττον*  
*Ἀριστοφάνης Νεφέλαις καὶ ἐξῆς.*

Quem versum si constaret in Nubibus revera olim fuisse lectum, locum — id quod suavit G. Hermann — ei assignare possemus in prioris editionis parabasi, cui versus 518—562 postea sunt substituti; nam illam anapaestico metro more solito fuisse compositam veri est simillimum. Sed multo magis probabilis, immo certa videtur Ritteri opinio, vocem *πρὸς τὴν Πάρουηθα* in Nubium versu tetrametro 323 obviam erroris causam extitisse. Et fortasse gravius etiam vitium aliquod apud Photium latitat, nam illud *καὶ ἐξῆς* quid sibi velit dictu difficile.

Idem valet de verbis quae apud Athenaeum p. 479 c „e Nubibus” afferuntur:

*μηδὲ στέψω κοτυλίσκον.*

Quae cum versu nostrae fabulae 426:

*οὐδ' ἂν θύσαιμ' οὐδὲ σπείσαιμ' οὐδ' ἐπιθείην λιβανωτόν*

memoriae errore a grammaticis permutata esse probabiliter admodum statuit Ritter.

*Phormionis* quod in Nubibus mentionem factam esse dicit scholiasta ad Pac. 347, *Lysistratae* fabulae nomen illic scribendum fuerat; vid. Lys. 804.

Et pro Nubibus *Ecclesiazusae* commemorandae fuere apud Suidam s. v. *οὐ μετὸν ἀντῶ*, quod ad Eccl. 667 probabiliter ad-

<sup>1)</sup> Sic recte Dindorf, cod. *κατὰ* (x).

modum rettulit Dindorf. Nisi assentiendum est Bernhardyo, Aristophanis mentionem ad glossam vicinam οὐ μὴ ληρήσεις (Nub. 367) pertinere statuenti.

Nascentem autem huiuscemodi errorem videre est in scholiis ad Vesp. 1038: τοῖς ἠπιάλοις] ἠπιάλος τὸ πρὸ τοῦ πυρετοῦ κρῖνος. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις καὶ Θεσμοφοριαζούσαις „ἄμα δ' ἠπιάλος πυρετοῦ πρόδρομος". Et nonnullis interiectis: πέρουσι] πέρουσι γὰρ τὰς Νεφέλας ἐδίδαξαν, ἐν αἷς τούτοις περὶ Σωκράτην ἐκωμώδησεν. ἠπιάλους δὲ αὐτούς ὠνόμασεν ὡς (l. εἰς) ὠχρότητα παρασκώπτων. Nam e posteriore annotatione homo parum doctus effecit id quod nunc in priorie legitur: Aristophanem sophistas ἐν ταῖς Νεφέλαις ἠπιάλους ὠνόμασαι.

Vix autem vitiosum dici potest scholion codicis Veneti ad Pac. 92: ἔφη δὲ καὶ ἐν ταῖς Νεφέλαις μετεωρολέσχας τοὺς φιλοσόφους, ὅτι τὰ οὐράνια μετανοοῦσιν. Ubi *res* potius in Nubibus tractatae respiciuntur quam ipsa vox μετεωρολέσχης. Si quis autem mavult statuere errore describentium decurtatam esse hanc annotationem, olim enim in ea allatas fuisse voces μετεωροφέννας Nub. 333, μετεωροσοφίστας Nub. 360, μετεωρολέσχας Plat. Rep. 489 c aliaque eiusmodi, ne sic quidem habeo quod obloquar.

Vox ζυμῆσασθαι, quae ne Graeca quidem est, e Nubibus affertur in Bekkeri Anecdotis p. 98. Latetne in ea verbum ζυρωθῆσαι Nub. 745 obvium? Suspicio. Sed quicquid id est, huius grammatici verbis non temere credendum esse dudum docuit Dindorf, saepius enim eum errasse in nominibus comoediarum Aristophanearum afferendis, verbum ἐκπεριδικῆσαι (Av. 768) ex Ecclesiastus citasse, verbum ἐπανορθώσασθαι (Lys. 528?) e Thesmophoriazasis, verbum καταλαλεῖν (Ran. 752) e Senectute.

Itaque ne voci quidem κόλασμα, ibidem p. 105 e Nubibus allatae, quicquam tribuendum esse patet.

## IV.

Aristophanes quanto iure stomachatus fuerit iudicibus, qui Cratini Pytinen et Amipsiae Connum magis laudassent quam ipsius Nubes, et utramque fabulam sua multo deteriore vocaverit, quis hodie dicat.

Et de Amipsiae quidem arte, cuius opera parum fuere vitalia, omnino non possumus iudicare. Cratini vero fabula quale fere argumentum habuerit scimus, et fragmenta certe nonnulla ex ea aetatem tulere.

Nempe Aristophanes in Equitum fabula de Cratino, quem aemulum quam maxime metuendum et tum habebat et in Acharnensium commissione habuerat, cum ficta quadam commiseratione benignoque contentu locutus fuerat, senem, qui per multos annos in ludis Bacchicis regnaverat, spectatoribus deridendum propinans: inique de eo actum esse, otium enim cum dignitate homini annis oppresso dudum fuisse concedendum; in prytaneo vesceretur cum aliis viris de civitate optime aliquando meritis, non iocos seniles nugasque effeti ingenii in certamina scenica etiam afferre cogeretur. — „Hem, δείξω αὐτοῖς ἔτι ζῶν!“ sic ταυροφάγος ille secum; et quoniam

„στέφανον μὲν ἔχων αὖτον δίψῃ δ' ἀπολωλὼς

per urbem oberrare” a petulanti iuvene fuerat dictus <sup>1)</sup>, nunc meliora edoctum se bibulum ex arido, utrem ἐκ ταρίχου factum esse iocose finxit, a comoediis autem scribendis abstinere, quam insulsa essent sua a iunioribus scilicet poetis admonitum; itaque Musam suam relinquere se, utpote lagenae unice nunc deditum, μεμφομένην αὐτῷ ὅτι μὴ κωμωδοίῃ μηκέτι, σχολάζοι δὲ τῇ μέθῃ <sup>2)</sup>, tandem tamen in gratiam cum eo redire, et ne in pristinum errorem relabi posset cuncta per totam domum vasa confringere, οὐδ' ὄξύβαφον οἰνηρὸν ἔτι καταλιποῦσαν <sup>3)</sup>.

<sup>1)</sup> Eq. 534.

<sup>2)</sup> Schol. Eq. 400.

<sup>3)</sup> Fr. 187.



Quae quomodo tractaverit poeta ingeniosissimus nescimus, neque dicere possumus hodie cur Aristophanes de Cratino in Equitibus loquens „Comni” illius mentionem fecerit. curve Amipsias in ipsum Connum mox scripserit comoediam. Sed id quidem certum duco. Cratini consilium parum perspexisse eos qui statuerunt eum revera fuisse hominem vinosum suumque ipsius vitium in scena exhibuisse deridendum. Quale fabulae argumentum si cui festivum videtur, *τοῖς ἐμοῖς μὴ χαίρω!* Immo, — quod gravius est aliquanto, — vereor ut Aristophanis salibus satis frui possit is cuius palato talia placeant. Et eam Pytines fabulae partem, in qua Comoedia omnem Cratini supellectilem frangebat, si poeta eo consilio scripsisse creditur, ut ad sanio-rem iam mentem se rediisse testaretur et in posterum sine vino vitam se transacturum civibus promitteret, — nae nostrae aetati, qua temulentia publice coercenda est, et conventui alicui hominum aequalibus suis sobrietatem commendantium, quam Atheniensium theatro Dionysiaco aptius erat eiusmodi spectaculum. „Furore Bacchico” per totam sane vitam Cratinus fuerat correptus, eo nimirum furore quo ante eum arserat Aeschylus ille, qui *δράματα Διονύσου πλήρη* scribebat teste Gorgia <sup>1)</sup>, eo furore quo omnes arserunt qui celso poetarum nomine digni fuerunt unquam; sed vinum quoque quod Bacchi donum esse in Pytine fabula dixit <sup>2)</sup>, titubanti eum gressu nasoque rubicundo per plateas oberrasse ne ex eiusmodi iocis efficiamus cavendum est. Quod si quis credere tamen talia nos iubeat, sic enim traditum nos accepisse, ipsumque Cratini *κόδιον* commaculatum ex Equitum parabasi protrahat <sup>3)</sup>, is etiam Aeschylum ebrium scripsisse credat Callistheni vel Chamaeleonti vel Athenaeo <sup>4)</sup>, et Alcaeam ipsumque Aristophanem vino deditos fuisse credat, ipsas denique Musas Heliconias non e Iovis Memoriaeque felici

<sup>1)</sup> Vid. Plut. Mor. 715 e et cf. Pausan. I 21 § 2.

<sup>2)</sup> Notis verbis ab Horatio Epist. I 19 initio allatis: „carmina quae ab aquae potioribus scribantur neque placere diu neque vivere posse”; cf. fr. 199.

<sup>3)</sup> Eq. 400.

<sup>4)</sup> Vid. Lucian. Encom. Demosth. 15, Plutarch. II., Athen. X p. 428.

conubio procreatas esse sibi persuadeat, sed e dolio aliquo prorupisse perinde atque mortis mille figuras illas, quas Pandorae *πίθοσ* in lucem emisit.

## V.

Denique aliquid videtur dicendum de quaestione a praecedentibus longe diversa et gravioris aliquanto argumenti. Nam illi quoque litterarum antiquarum studiosi, quibus aut minus acceptae sunt fabulae Aristophanae aut — quod eodem redit — minus notae, Nubibus tamen singularem aliquam curam impendere solent propter ea quae de Socrate et a Socrate in ea fabula dicuntur. Nempe e Platone Socratem admirari et veluti aequalem aliquem virum amare quisquis didicit, non potest non rogare interdum quam fidelis veritatis interpretes Plato fuerit in depingenda magistri dilectissimi imagine. Quapropter Xenophonteus ille Socrates a multis comparatus est cum Platónico, Judumque apparuit inter utrumque tantum interesse discrimen quantum interfuit inter ipsum Platonem, cuius divinum ingenium altissima quaeque appetens etiam humiliora splendido quodam lumine perfundit, et Xenophontem, militem fortem mentisque acutae satis, sed tenuissimae et veluti glebae adscriptae. Hinc multi in eam sensim opinionem abierunt ut Platonem suam potius ipsius imaginem quam Socratis pinxisse opinarentur, parum igitur tuta via incedere qui Socrati ea omnia tribuat quae in Platonis dialogis ex eius ore percipiuntur. Quae licet nunquam fortasse finem habitura sit lis, aliquid tamen prodest Nubium lectio sedula et assidua ad verum Socratem melius cognoscendum Platonisque fidem in referendis magistri dictis et cogitatis confirmandam. Nam multa apud Aristophanem leguntur, quae cum verbis Socratis Platonici congruunt, ita ut operibus utriusque poetae inter se comparatis — nam poetam Platonem vocare soleo — luculenter appareat ipsius Socratis dicta quaedam ab altero deridenda propinari spectatoribus, ab altero pia memoria recoli dotibusque sui ingenii exornari.

Quae non nova profecto est observatio. Nam ne veteres quidem fugere nonnulla quae sunt de genere hoc. Sic ad versum 137, ubi Socratis ianitor rusticum ianuam vehementius pulsantem iratis verbis increpat, quod novum Socraticorum inventum ipsius culpa „abortum modo fecerit”, in scholiis observatur, rideri nobile illud Socratis dictum: „matris suae se artem facitare, esse enim mentis quoque et cogitatorum *μαίενσιν*”, quod a Platone quam eleganter fuerit expositum in Theaeteto dialogo, omnes sciunt.

Eadem autem via progressus Theodorus Kock multis plaudentibus statuit, versibus vicinis, ubi pulicis saltum miro artificio permensus esse dicitur Chaerephon, alludi ad Protagorae famosum illud placitum, *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι*.

Etiam perridiculis verbis Socratis Aristophanei, quibus mortalem se compellantem primum affatur in machina suspensus, inest quod e Platone illustrari possit et inversa ratione ad Platonem intellegendum Socratemque melius cognoscendum adhiberi. Nam cum vs. 227 sqq.

οὐ γὰρ ἄν ποτε  
 ἐξηῦρον ὀρθῶς τὰ μετέωρα πράγματα,  
 εἰ μὴ κρεμάσας τὸ νόημα, καὶ τὴν φροντίδα  
 λεπτήν καταμείξας εἰς τὸν ὅμοιον ἄερα  
 εἰ δ' ὢν χαμαὶ τάνω κάτωθεν ἐκόπουν,  
 οὐκ ἄν ποθ' ἠῦρον

componenda sunt quae Socrates in Theaeteto dialogo p. 172 sqq. disputat de studiis τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβόντων, quorum qui sunt praestantissimi, horum τῶ ὄντι τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται καὶ ἐπιδημεῖ, ἢ δὲ διάνοια, ταῦτα πάντα ἡγήσαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν, ἀτιμάσασα πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον τὰ τε γᾶς ὑπένεοθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα οὐρανοῦ θ' ὑπὲρ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντη φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἐκάστου ὅλου, εἰς τῶν ἐγγύς οὐδέν αὐτὴν συγκαθειῖσα, — in quas regiones si quem harum rerum imperitum parumque curiosum secum ascendere cogit philosophus, istiusmodi homo εἰλιγγῶν βλέπων μετέωρος ridiculum in modum oberrat et titubat.

Nihilominus autem huc pertinet Phaedri dialogi locus insignis et magnificentissimis verbis exornatus, ubi describitur ἡ πτέρωσις τῶν ψυχῶν (p. 246 sqq.); quam non ex suo ingenio Platonem expromsisse totam, testari mihi videtur Socratis Aristophanei illa κρεμάθρα.

Et quam maxime huc referenda sunt quae Socrates ultimis vitae horis cum sodalibus disputasse fertur de anima corpori veluti carceri cuidam immorante et inde relictis terrenis hisce sordibus ad deos evolare gestiente (Phaedon. p. 80 sqq.). Qui locus etiam cum versibus fabulae nostrae 761 sqq. est componendus, ubi Socrates haec iubet senem veteranosum:

μή νυν περὶ σαυτὸν ἔλλε τὴν γνώμην ἀεί,  
ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' εἰς τὸν ἄερα,  
λινόδετον ὥσπερ μηλολόνην τοῦ ποδός.

Quid enim haec verba habent nisi derisionem philosophi, qui caelestis patriae appetens hanc vitae rationem, hunc exitum unice laudabat ἐὰν ἡ ψυχὴ καθαρὰ ἀπαλλάττηται, μηδὲν τοῦ σώματος ξυμφέλικονσα, ἅτε οὐδὲν κοινωνοῦσα αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ ἐκοῦσα εἶναι, ἀλλὰ φεύγουσα αὐτὸ καὶ συνηθροισμένη αὐτῇ εἰς ἑαυτήν. ἅτε μελετῶσα ἀεὶ τοῦτο — τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα. Quam Socratis Platonici sententiam non discipulo sed ipsi magistro deberi e comici verbis iure meo efficere mihi videor.

In paucis autem notatu digna sunt verba, quae Socrates Aristophaneus ἀπὸ ταρροῦ τοὺς θεοὺς περιφρονῶν subiungit versui unde digressi sumus 232:

οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίῃ  
ἔλκει πρὸς αὐτὴν τὴν ἰμάδα τῆς φροντίδος.  
πάσχει δὲ ταῦτο τοῦτο καὶ τὰ κάρδαμα.

Nam hic quoque e vita quotidiana Socrates more suo petit exemplum ad quaestiones difficiles, de quibus disputat, elucidandas idoneum, et quae cerni nequeunt rebus quae oculis subiectae sunt per imaginem illustrare studet; agnoscimus autem in iocosis hisce comici verbis veluti echo quandam splendidae comparationis, qua Socrates Platonicus utitur in fine Phaedri

dialogi. „Ut laeta seges ex hominis animo possit surgere”, sic fere ibi loquitur philosophus, „prius multo labore parandus est ager, dein conserendus, dein per longos menses patienter expectandum dum germinent grana, procrecant, efflorescant, maturas tandem ferant aristas, quae in horrea possint cogi, panem salubrem praebiturae. *Adonidis* vero *hortulos* videre est post paucos dies laete virentes: scilicet non ut victus inde quaeratur eiusmodi patinae parantur, sed ut die festo ornamenti causa exhibeantur”. — En comparatio Socratica, qua animi humani vis et indoles illustratur exemplo petito a seminibus herbarum celeriter germinantium, quale praesertim est *nasturtium*.

Itaque comici hic locus testatur, Platonem hanc quoque comparisonem, perinde atque *μείνειν* illam et *πέρωσιν* quaeque cum iis cohaerent, non ipsum excogitasse sed e magistri ore sublegisse.

Vid. etiam infra ad vs. 1358 et 1430 sq.



ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ  
ΝΕΦΕΛΑΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

Στρεψιάδης γέρον.

Φειδιππίδης νεανίας, υἱὸς Στρεψιάδου.

Ξανθίας θεράπων Στρεψιάδου <sup>1)</sup>.

Μαθητῆς Σωκράτους <sup>2)</sup>.

Σωκράτης.

Χορὸς Νεφελῶν.

<sup>c</sup> Ο δίκαιος λόγος.

Ὁ ἄδικος λόγος.

Πασίας γέρον.

Ἀμννίας νεανίας.

Χαιρεφῶν <sup>3)</sup>.

Personae tacitae: Discipuli Socratis <sup>4)</sup>. Testis a Pasia adductus.

Ipsae poeta spectatores alloquitur vs. 518—562 <sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> Nomen legitur vs. 1485.

<sup>2)</sup> Plures discipuli in fine fabulae foras excurrunt clamitantes; cf. ann. 4.

<sup>3)</sup> Huius num quae partes essent in fabulae exitu multi dubitarunt; vid. ad vs. 1505.

<sup>4)</sup> Quamquam duo ex hisce discipulis clamores aliquos edunt vs. 1493 et 1495, non tamen inter veros actores sunt recensendi.

<sup>5)</sup> Hos versus poeta addidit postquam acta est fabula; neque est cur dubitemus quin ipse eos recitaturus fuerit, si iterum in certamen publicum admissa esset. Quapropter vocem ΠΟΙΗΤΗΝ his versibus, qui extra dramatis contextum sunt positi, de meo superscripsi.

Actor primus *Strepsiadem* agit,  
 secundus *Socratem*, dein *Iniustum oratorem*, tandem *Pasiam*,  
 tertius *Phidippidem*, *Discipulum Socratis*, *Amyniam*,  
 quartus *Iustum Oratorem* <sup>1)</sup>.

Praeterea *Xanthiam* et *Chacrophontem*, quorum nullius momenti sunt partes, aut quartus actor aut alius quis homo egit.

Fabula agitur Athenis, ante domos Strepsiadis et Socratis.

---

<sup>1)</sup> Quatuor actoribus quoniam veteres uti non solebant, multi hoc argumento sunt usi ut fabulam nunquam talem, qualis ad nos pervenit, scenae commissam esse perhiberent; alii conati sunt ita distribuere partes, ut a tribus tamen actoribus fabula peragi potuisse videretur. Sed hos ingenio suo frustra abusos esse puto, illorum autem opinionem eam potissimum ob causam reicio quod oratorum colloquium coram Phidippide eiusque patre habitum esse cum Heidhusio arbitrator. Itaque quicquid de fabulae sorte et condicione hodierna statuimus, concedendum videtur colloquium illud in scena apte peragi non potuisse nisi quartum actorem adhibuerit noster non pauca quaedam verba proferentem — id quod minime erat insolitum — sed amplas magnique momenti partes praeter morem agentem.

## ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ <sup>1)</sup>).

### I.

φασὶ τὸν Ἀριστοφάνην γράψαι τὰς Νεφέλας ἀναγκασθέντα ὑπὸ Ἀνύτου καὶ Μελήτου, ἵνα προδιασκέψαιτο ποῖοί τινες εἶεν Ἀθηναῖοι κατὰ Σωκράτους ἀκούοντες <sup>2)</sup>. ἠύλαβοῦντο γάρ, ὅτι πολλοὺς εἶχεν ἐραστίας, καὶ μάλιστα τοὺς περὶ Ἀλκιβιάδην, οὗ καὶ ἐπὶ τοῦ δράματος τούτου μηδὲ νικῆσαι ἐποίησαν τὸν ποιητὴν. ὁ δὲ πρόλογός ἐστι τῶν Νεφελῶν ἀρμοδιώτατα καὶ δεξιώτατα συγκείμενος. προσβύτης γάρ ἐστιν ἄγροικος ἀχθόμενος παιδὶ ἀστικοῦ φρονήματος γέμοντι καὶ τῆς εὐγενείας εἰς πολυτέλειαν ἀπολεκανότι. ἡ γὰρ τῶν Ἀλκμαωνιδῶν οἰκία, ὅθεν ἦν τὸ πρὸς μητρὸς γένος ὁ μειρακίσκος, ἐξ ἀρχῆς, ὡς φησιν Ἡρόδοτος, τεθροιστοτρόφος ἦν καὶ πολλὰς ἀνηρημένῃ νίκας, τὰς μὲν Ὀλυμπίασι, τὰς δὲ Πυθοῖ, ἐνίας δὲ Ἴσθμοῖ καὶ Νεμέε καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς ἀγῶσιν. εὐδοκιμοῦσαν οὖν ὄρων ὁ νεανίσκος ἀπέκλινε πρὸς τὸ ἦθος τῶν πρὸς μητρὸς προγόνων.

### II.

πατὴρ τὸν υἱὸν σωκρατίζειν βούλεται  
καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ψυχρολογίας διατριβῆ  
ἱκανή, λόγων τ' ἀπόνεια πρὸς τούναντιόν.

<sup>1)</sup> Argumenta exhibui eo ordine disposita quo leguntur in codice Veneto; sola autem Argumenta V—VII sunt notae melioris et utilitatis aliquid habent. Omisi vero Argumenta nullius omnino pretii recentiorum grammaticorum (VIII—X).

<sup>2)</sup> Easdem nugae mirifice exornatas praebet Aelianus Var. Hist. II 13. Quanto rectius iudicat ipse Socrates apud Plutarchum de ed. lib. 14: ὡς ἐν συμποσίῳ με-  
γάλῳ θιάτρῳ σκώπτομαι. Cf. Aelian. II. V 8.

χορός δὲ Νεφέλων ὡς ἐπωφελῆ λέγων,  
καὶ τὴν ἀσέβειαν Σωκράτους διεξιῶν.  
ἄλλαι δ' ὑπ' ἀνέρος κατηγορίαί πικραί,  
καὶ τῶν μαθητῶν εἰς πατραλοίας ἐκτόπως.  
εἴτ' ἐμπυρισμὸς τῆς σχολῆς τοῦ Σωκράτους.

## III.

προσβύτης τις Στρεψιάδης ὑπὸ δανείων καταπονούμενος διὰ τὴν ἱπποτροφίαν τοῦ παιδός, δεῖται τούτου, φοιτήσαντα ὡς τὸν Σωκράτην μαθεῖν τὸν ἥτινα λόγον, εἴ πως δύναιτο τὰ ἄδικα λέγων ἐν τῷ δικαστηρίῳ τοὺς χρήστας νικᾶν καὶ μηδενὶ τῶν δανειστῶν μηδὲν ἀποδοῦναι. οὐ βουλομένου δὲ τοῦ μειρακίσκου, διαγνοὺς αὐτὸς ἐλθὼν μαθάνειν, μαθητὴν τοῦ Σωκράτους ἐκκαλέσας τινὰ διαλέγεται. ἐκκυκληθείσης <sup>1)</sup> δὲ τῆς διατριβῆς οἱ τε μαθηταὶ καθημένοι πιναροὶ συνορῶνται, καὶ αὐτὸς ὁ Σωκράτης ἐπὶ κρεμάθρας αἰωρούμενος καὶ ἀποσκοπῶν τὰ μετέωρα θεωρεῖται. μετὰ ταῦτα τελεῖ παραλαβὼν τὸν προσβύτην, καὶ τοὺς νομιζομένους παρ' αὐτῷ θεούς, Μέρα, προσέτι δὲ καὶ Αἰθέρα καὶ Νεφέλας, ἀνακαλεῖται <sup>2)</sup>. πρὸς δὲ τὴν εὐχὴν εἰσέρχονται Νεφέλαι ἐν σχήματι χοροῦ, καὶ φυσιολογήσαντος οὐκ ἀπιθάνως τοῦ Σωκράτους ἀποκαταστᾶσαι πρὸς τοὺς θεατὰς περὶ πλειόνων διαλέγονται. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν προσβύτης διδασκόμενος ἐν τῷ φανερωῷ τινὰ τῶν μαθημάτων γελωτοποιεῖ· καὶ ἐπειδὴ διὰ τὴν ἀμαθίαν ἐκ τοῦ φροντιστηρίου ἐκβάλλεται, ἄγων πρὸς βίαν τὸν υἱὸν συνίστησι τῷ Σωκράτει. τούτου δὲ ἐξαγαγόντος αὐτῷ ἐν τῷ θεάτρῳ τὸν ἄδικον καὶ τὸν δίκαιον λόγον, διαγωνισθεὶς ὁ ἄδικος πρὸς τὸν δίκαιον λόγον, καὶ παραλαβὼν αὐτὸν ὁ ἄδικος λόγος ἐκιδιδάσκει. κομισάμενος δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐκπεπονημένον ἐπηρεάζει τοῖς χρήσταις, καὶ ὡς κατωρθωκῶς εὐωχεῖ παραλαβόν. γενομένης δὲ περὶ τὴν εὐωχίαν ἀντιλογίας πληγὰς λαβὼν ὑπὸ τοῦ παιδός

<sup>1)</sup> ἐκκυκληθείσης Fritzsche Thesmoph. p. 95] ἐκλυθείσης codd., qui deinde post μαθηταὶ habent κύκλω, quod delevi. In archetypo fuit

·|· κυκλῆ ἐκλυθείσης δὲ τῆς διατριβῆς οἱ τε μαθηταὶ  
καθημένοι.

Simile vitium infra est in V: προσκαλούμενος pro προσκαταλαλούμενος

<sup>2)</sup> ἀνακαλεῖται Mut.] κατακ. cett.

βοὴν ἴσθησι, καὶ προσκαταλαλούμενος ὑπὸ τοῦ παιδὸς ὅτι δίκαιον τοὺς πατέρας ὑπὸ τῶν υἱῶν ἀντιτύπτεσθαι, ὑπεραλγῶν διὰ τὴν πρὸς τὸν υἱὸν σύγκρουσιν ὁ γέρον κατασκάπτει καὶ ἐμπύμπρησι τὸ φροντιστήριον τῶν Σωκρατικῶν. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πάνυ δυνατῶς πεπονημένων.

## IV.

τὴν μὲν κωμωδίαν καθῆκε κατὰ Σωκράτους ὡς τοιαῦτα νομίζοντας καὶ Νεφέλας καὶ Λέρα καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ ξένους εἰσάγοντος δαίμονας· χορῶ δὲ ἐχρήσατο Νεφελῶν πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς κατηγορίαν, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐπεγράφη τὸ δρᾶμα. διτταὶ δὲ φέρονται <sup>1)</sup> Νεφέλαι.

οἱ δὲ κατηγορήσαντες Σωκράτους Ἄνυτος καὶ Μέλητος.

τὸ δὲ δρᾶμα τῆς ὅλης ποιήσεως κάλλιστόν φασι καὶ τεχνικώτατον.

## V.

αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάροχου <sup>2)</sup>, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνη, Ἀμειψίας δὲ Κόνυρ. διόπερ Χριστοφάνης ἀπορριφθεὶς παραλόγως ᾤθηθῃ δεῖν ἀναδιδάξαι τὰς Νεφέλας τὰς δευτέρας, <καὶ> ἀπομέμφεσθαι τὸ θέατρον. ἀποτυχῶν δὲ πολὺ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν <sup>3)</sup>.

αἱ δὲ δευτέρα Νεφέλαι ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος <sup>4)</sup>.

<sup>1)</sup> Huic verbo hominis ignoti nihil est tribuendum; nam eum certe qui inutiles haece observatiunculas scripto mandavit duplicem fabulae recensionem numquam vidisse nemo non intellegit.

<sup>2)</sup> Medio mense Elaphebolione Ol. 89,1, mense igitur Martio anni 423. — Disertum hoc testimonium confirmatur ipsius poetae verbis Vesp. 1044.

<sup>3)</sup> Ultima verba significant: „poeta cum fabulam denuo scenae committere secum constituisset, magis etiam quam antea spe excidit.” Tunc autem tertium sive ultimum praemium tulerat, nunc igitur ne admissus quidem est ad certamen. „Frustra autem cum chorum petiisset, ne postea quidem comoediam retractatam docuit”. Quae prudenter sunt observata aliisque quae in hisce Argumentis leguntur commentis longe praefereunda. Vid. Mnemos. 1888 p. 278 sq.

<sup>4)</sup> Stulti hominis observatio manifeste falsa — nam Aminia archonte datae sunt *Proagon* et *Vespaie* Aristophanis fabulae — et cum verbis proximis disertoque Eratosthenis testimonio (vid. ad vs. 553 sqq.) aperte pugnans. Concinit autem cum scholio absurdo ad vs. 31: τότε γὰρ ἤρχεν Ἀμειψίας τοῦ Προνάπου υἱός. ἐπεὶ οὖν τοὺς Ἀθηναίους πρότερον κωμωδεῖν τὸν ἄρχοντα ὁ νόμος ἐκώλυεν, ἀφαρίσει μὲν τοῦ ἰ. προστε-



## VI.

τὸ δράμα κατὰ Σωκράτους γέγραπται τοῦ φιλοσόφου ἐπίτηδες ὡς κακοδιδασκαλοῦντος τοὺς νέους Ἀθήνησι, τῶν κωμικῶν πρὸς τοὺς φιλοσόφους ἐχούτων τινὰ ἀντιλογία· οὐχ, ὡς τινες, δι' Ἀρχέλαον τὸν Μακεδόνων βασιλέα, ὅτι προύκρινεν αὐτὸν <sup>1)</sup> Ἀριστοφάνους.

VII <sup>2)</sup>.

τοῦτο ταῦτόν ἐστι τῷ προτέρῳ, διεσκευάσται δὲ ἐπὶ μέρους, ὡς ἂν

θίντος δὲ τοῦ ν παρατρέψας ὀλίγον Ἀμυνίαν αὐτὸν εἶπεν ἀντὶ τοῦ Ἀμεινίαν, et ex ipsis hisce verbis natum esse errorem statuit Ritter. Sed mihi repetendus videtur ex annotatione commentatoris vetusti ad vs. 549, in quo commemoratur mors Cleonis: ὁ Κλέων ἀποθνήσκει ἐπ' Ἀμεινίου (anni prioris archon nominatur errore pervulgato). πρὸ τούτου δὲ ἐστὶν Ἰσαρχος, ἐφ' οὗ αὐ πρώται Νεφέλαι εἰσήχθησαν, quae si quis semisopitus legeret, poterat inde efficere nostras igitur Nubes ἐπ' Ἀμεινίου esse datas.

Itaque huic annotatiunculae nihil est tribuendum, reicienda autem est Petiti Clintonis aliorum opinio, qui solum archontis nomen vitiosum ducentes aliquando tamen alteras Nubes scenae commissas esse hinc effecerunt.

<sup>1)</sup> Pronomen om. V. De re vid. Aristot. Rhet. II 23 § 8, Diogen. Laert. II § 25, Zeller Philos. II<sup>3</sup> p. 54,6.

<sup>2)</sup> Prima huius argumenti periodus nihil habet quod suspicionem admirationemve moveat. „Haec ipsa est fabula quam scenae commisit poeta, ex parte tamen ita est mutata ut appareat comicum eam denuo docere voluisse; quod cur non fecerit nescimus”.

Sic qui scribit ostendit se scire

a) nullam in Didascaliis extare mentionem Nubium iterum scenae commissarum, ex Aristotelis igitur Eratosthenisque schola sapit;

b) in quadam Nubium parte — Parabasi nimirum — ea legi quae non nisi postquam acta est fabula potuerint scribi.

Huic vero grammatico prudenti atque erudito alius quis homo obloquitur, sero opinor natus. „Immo (μὴν οὖν) nulla fere fabulae pars non est mutata” inquit, dein addit nonnulla, quae testantur eum — perinde atque multos interpretes recentiores — ipsius poetae verba male intellexisse: „ita nunc mutatam esse fabulam ut „pro nova dari posset (vs. 546), alteram autem hanc editionem σωφρονεσιόραν „esse (vs. 537), oratorum altercationem e Daetalensium fabula in eam esse transsumtam (vs. 534-536),” ultima denique eius verba sunt echo scholii insulsi quod ad vs. 543 legitur: ἴσως παρονειδίξει ἑαυτῷ, ἐπεὶ πεποίηκεν ἐν τῷ τέλει τοῦ δράματος καιομένην τὴν διατριβὴν Σωκράτους καὶ τινὰς τῶν φιλοσόφων λέγοντας τοῦ ἰοῦ. ἐν δὲ ταῖς πρώταις Νεφέλαις τοῦτο οὐ πεποίηκε.

Immerito igitur observationibus verbosi huius hominis tantam vim tribuerunt multi ut illud ipsum discrimen, quod perhibet ille, inter Nubes priores et posteriores obtinuisse statuerent.

Simillimus autem est error grammatici sive eiusdem sive nihilo prudentioris

δὴ ἀναδιδάξαι μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προθυμηθέντος, οὐκ ἐτι δὲ τοῦτο δι' ἣν ποτε αἰτίαν ποιήσαντος.

καθόλου μὲν οὖν σχεδὸν παρὰ πᾶν μέρος γεγενημένη <sup>1)</sup> διόρθωσις. τὰ μὲν γὰρ περιήρηται, τὰ δὲ παραπέπλεται καὶ ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται, τὰ δὲ ἢ ὄλοσχερῆς τῆς διασκευῆς τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν ἢ <sup>2)</sup>. αὐτίκα μάλιστα ἢ παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται, καὶ ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λαλεῖ <sup>3)</sup>, καὶ τελευταῖον ὅπου καλεῖται ἢ διατριβὴ Σωκράτους.

---

quī V<sup>o</sup> Argumento allevit verba: „archonte Aminia Nubes iterum sunt actae.” Quod quoniam falsum esse scimus, constat unum certe errorem e cerebro grammaticorum poetae verba perperam interpretantium irrepisse in Argumenta nostra; quos autem modo tetigimus errores item inde prognatos esse certum duco equidem cum Essero Rittero Heidhusio aliis.

<sup>1)</sup> γεγενημένη <ή> Bücheler.

<sup>2)</sup> Sic V, quae corrupta esse patet, sed quomodo sint corrigenda incertum. Aldina α δὲ ὄλοσχερῆ, Dindorf τὰ δὲ ὄλοσχεροῦς, quem secutus Bergk nimis audacter delet verba τοιαῦτα ὄντα, Fritzsche α δὲ ὄλοσχερῶς διασκευάσται τοιαῦτα ὄντα τετύχηκε, Bücheler τὰ δὲ ὄλοσχερῶς τῆς διασκευῆς τετυχηκότα τοιαῦτα, quod aptum esset si non sequeretur αὐτίκα, ante quam particulam quin clausum fuerit enunciatum, dubium non videtur.

<sup>3)</sup> Hoc certe non prisci grammatici est verbum.



# N U B E S.

## PROLOGUS.

(vs. 1—262).

(Scena repraesentat plateam publicam ante domus vicinas Strepsiadis et Socratis. Nox est sub diluculum.

Ante domum suam deambulat *Strepsiades*.)

## SCENA PRIMA.

Strepsiades, mox Servus, deinde Phidippides.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἰού, ἰού.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χροῖμα τῶν νυκτῶν ὄσον!

ἀπέραντον! οὐδέποθ' ἡμέρα γενήσεται;

---

2. In fine versus interpunctionem om. R, non recte, sic enim ἀπέραντον ὄσον dicendum fuisse (vid. Ran. 1135 Plut. 750) observavit Reisig.

3. ἀπέραντον] interrogandi signum subiciebat Reisig.

---

1. Scholia si sequimur, senex recubat in lecto, dein reiectis stragulis surgit. At e versu 19 (ἐκπερε) patet foris nos versari; id quod vel sic intellegitur, nam nisi ita esset, fabula agi ne potuisset quidem, et assentiendum esset Kockio scribenti: „die Frage, wie sich die Handlung bald in bald vor den Häusern des Streps. und des Sokrates im einzelnen abgespielt hat, scheint unlösbar.“ Sed id quod fieri non potuit cur factum tamen esse credamus scholiastis, causa iusta non adest. Immo statuamus senem nunc ante suam domum deambulare, lunam decrescentem (vs. 17) spectantem; vid. Menandri fragmentum ad vs. 36

allatum. Simile exordium habet Vesparrum fabula, et nunc quoque, ut illa ineunte, est ὄσθρος βαθύς (Vesp. 216). Etiam Lysistrata et Ecclesiazusae ante solis ortum incipiunt, item Sophoclis Antigona et Euripidis Electra.

— ἰού, ἰού] cf. Pac. 1191.

2. τὸ χροῖμα τῶν νυκτῶν] vid. Ran. 1278 et ad Vesp. 266.

— τῶν νυκτῶν] *noctis*; pluralis numerus sic adhibitus est etiam Vesp. 218 Eccl. 668 etc.

3. ἀπέραντον] ut hic, sic etiam Pac. 525 novo adiectivo adiuncto instauratur sententia. Vertatur *infinitum est (infinitae sunt noctes)!*

καὶ μὴν πάλαι γ' ἀλεκτρούονος ἤκουσ' ἐγώ.  
 5 οἶ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν· ἀλλ' οὐκ ἂν πρὸ τοῦ.  
 ἀπόλοιο δῆτ', ὦ πόλεμε, πολλῶν οὔνεκα,  
 ὅτ' οὐδὲ κολάσαι ἕξεστί μοι τοὺς οἰκέτας.

(Domum designans:)

ἀλλ' οὐδ' ὁ χρηστός οὔτοσ' νεανίας  
 ἐγείρεται τῆς νυκτός, ἀλλὰ πέρδεται  
 10 ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος.  
 ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι.

(Veste sua involutus decumbit ianuae acelinis. — Denuo surgens:)

6 sq. πολλῶν... | ὅτ' ] πολλῶν ὄ... | χῶτ' Kähler, sic tamen non ὅτε sed ὅτι (Brunck ὅτι τ' οὐδὲ) erat dicendum.

6. οὔνεκα] vid. ad Ran. 189.

7. κολάσαι ἕξεσσι] sic recte V R, alii codd. κολάσ' ἕξεσσι. Certa omnino res est Vesp. 501, caesura autem, ut nostro loco, sic etiam infra vs. 42 Av. 976 Thesm. 217 testatur aphaeresim, non elisionem, esse statuendam; itaque etiam Eq. 751 Ran. 692 verba ita pronuntianda esse apparet. Certa vero est elisio syllabae -σαι Nub. 523, 550 Eq. 1175; vid. etiam infra ad vs. 998 et cf. Enchir. Dict. Ep. p. 67 de versu Homeri Φ 323. Corruptus est Av. 1340.

5. ῥέγκουσιν] *stertunt*. Redit verbum vs. 11 Eq. 104, 115 (?) Eur. Rhés. 785.

— ἀλλ' οὐκ ἂν] sc. ἔρρεγκον. Eadem est ellipsis Pac. 908 Soph. Trach. 462; vid. etiam Ach. 137 et infra vs. 913. De *optativo* post οὐκ ἂν mente supplendo vid. ad vs. 108. — Quod ad rem attinet, belli tempore magis quam antea parandum fuisse mancipiis, quibus apud hostes paratus esset receptus, facile intellegitur; aliquot certe annis post ἀνδραπέδων πλεῖν ἢ δύο μυριάδες ἠτομόλησαν ex urbe ad Peloponnesios Deceleam occupantes, teste Thuc. VII 27. — Etiam Eq. 20 et Pac. 451 ad hunc rerum statum alluditur.

8. χρηστός] ironice adhibitum, item Plat. Theaet. 166 a Rep. V 479 a Herod. Mimiamb. III 26. Idem est usus adiectivi ἀγαθός infra vs. 61 Soph. Ant. 31 Philoct. 871, cf. βέλτιστος Plat. Conviv. 177 b.

9. πέρδεται] cf. Eq. 115. Etiam Plut. 176 supina insolentia et securitas hoc verbo designatur.

10. σισύραις] cf. Ran. 1459 (Av. 122 Eccl. 347, 840).

— ἐγκεκορδυλημένος] i. e. ἐγκεκαλυμμένος. Verbum alibi non obvium; cf. ἐντετυλιγμένος vs. 987, ἐντεθρωμένος Lys. 664. — Apud Platonem Prodicus dicitur κατὰ κείσθαι ἐγκεκαλυμμένος ἐν κωδίοις τισὶ [καὶ στρώμασι] καὶ μάλα πολλοῖς Protag. 315 d.

11. εἰ δοκεῖ] „als 't u beliebt". Per ironiam sic usurpatur εἰ δοκεῖ (*quandoquidem sic visum est*); cf. Vesp. 1008.

— ῥέγκωμεν] cf. vs. 5.

— ἐγκεκαλυμμένοι] non lodice aliqua, quae nulla ei praesto est sub dio deambulanti, sed sua veste (*ἱματίῳ*) se involvit (ut vs. 735, 740 etc.). Itaque non est cur cum Zielinsko sumamus senem querulum versu 11 domum intrare ubi somnum in lecto suo appetat, mox vs. 12 denuo prorucere; quod aut absurdum foret, si nullus fere temporis articulus intermitteretur, aut taedium moveret spectatoribus scenam vacuum et tacitam intuentibus.



ἀλλ' οὐ δύναμαι δειλῆαιος εὐδαιμονεῖν, δακνόμενος...  
 ὑπὸ τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης καὶ τῶν χροῶν,  
 διὰ τουτονὶ τὸν νιόν. ὃ δὲ κόμην ἔχων  
 15 ἱππάζεται τε καὶ ξυνωρικεύεται  
 ὄνειροπολεῖ θ' ἵππους. ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι,  
 ὄρῳ ἄγουσαν τὴν σελήην εἰκάδας.  
 οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν.

(Ad servum alta voce:)

ἄπτε, παῖ, λύχρον,  
 καὶ ἔκφερε τὸ γραμματεῖον, ἵν' ἀναγνῶ λαβῶν  
 20 ὁπόσοις ὀφείλω, καὶ λογίσωμαι τοὺς τόκους.

15. ξυνωρικεύεται] -δύεται vHerwerden.

12. δακνόμενος] *vexatus*, sc. τὴν καρδίαν, ut Ach. 1; vid. ad Ran. 43. Sed per iocum nunc hoc verbo utitur senex, ad pulicem culicum cimicum morsus alludens, quibus e somno excitari solent homines; cf. vs. 37 et 710.

13. φάτνης] sic Iuvenalis I 59 eum qui equis alendis bona perdidit *praeseperibus* sua *donasse* dicit. Ceterum assonantia quaedam his verbis inest, quaecum conferri possunt Ach. 269 Ran. 463.

14. κόμην ἔχων] utpote eques. Cf. Eq. 580 Vesp. 466, 1069. Agatho apud Athen. 528 d (fr. 3) κόμας dicit μάστρας τρυφῆς (cf. infra vs. 1100), hinc κομῶν dicuntur homines elati; vid. vs. 545 et ad Vesp. 475 sq. et 1317.

15. Non modicarum fuisse opum equos alere, his praesertim temporibus, cum cives intra urbis moenia se suaque continere cogerentur, per se intellegitur; itaque ad fabulam nostram recte interpretandam nihil conferunt veterum loci ubi ἱπποτροφίας fit mentio (Herod. VI 125, Thucyd. VI 16, Isocrat. XVI § 33, Hyperid. II § 16, Xenoph. Hipparch. I § 11, Dem. XLII § 24, Böckh Staatsh. I<sup>3</sup> p. 92). Erraverit autem qui propter *Megaclis* Alcmeonidae nomen infra saepius commemoratum (vid. ad vs. 46)

putaverit ad *Alcibiadem* sive solum sive potissimum nunc alludi. Sed statuendum est Alcibiadis aliorumque iuvenum divitum exemplum effecisse nuper ut magis quam antea efferveret studium illud equorum et certaminum, quod nunc a comico tangitur; Phidippidem igitur fingi *Megaclis* affinem non quod sub Phidippidis persona rideatur Alcibiades, sed quod is, qui equis alendis opes paternas liberius quam alii hoc tempore insumeret, *Megaclis* esset nepos.

16. ὄνειροπολεῖ] καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις | πᾶσα κύων ἄρτον μαντεύεται (Theocrit. XXI 45). Verbum redit vs. 27 et Eq. 809.

17. εἰκάδας] tertiam mensis partem, qua elapsa venient *tristes calendae* (Hor. Sat. I 3, 87) et fenora menstrua erunt solvenda. Luna *εἰκάδας ἄγουσα* (id est *afferens*) est luna quae vigesimum agit diem sui cursus; spatium igitur *quinque* fere dierum ante fabulae finem praeterlabi fingit poeta, vid. vs. 1131 sqq.

18. χωροῦσιν] *procedunt* (*crescunt*, cf. vs. 1287). Vid. ad Ran. 1018.

19. ἔκφερε] ἐκ τῆς οἰκίας. Sub dio senem versari hinc claro patet.

— τὸ γραμματεῖον] ἐν ᾧ τὰ αὐτῷ βεβιωμένα ἐνεστιν, ut loquitur Dem. XXII § 23. Tabulas poscit senex ut „subducatur

(*Servus affert tabulas et lucernam ardentem, quam tenens adstat deinde domino legenti et meditati.*)

φέρῳ ἴδω, τί ὀφείλω;

(Tabulas inspici.)

„δῶδεκα μνᾶς Πασία.“

τοῦ δῶδεκα μνᾶς Πασία; τί ἐχρησάμην;

„ὅτ' ἐπριάμην τὸν κοππατίαν.“ οἷμοι τάλας·

εἴθ' ἐξεκόπη πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθω.

24. ἐξεκόπη Kuster (et sic Thomas Mag. in lemmate)] ἐξεκόπην codd.; quod licet per se spectatum optime habeat, quoniam etiam apud Latinos in imprecationibus est *oculum mihi eripiat vel effodiat aliquis* (Hor. Sat. II 5, 35, Plaut. Menaechm. 152), in hunc tamen locum parum quadrare videtur, quoniam lusus verborum minus sic fit concinnus quam si ipse *κοππατίας ἐκκόπτεσθαι* dicitur, senis autem oculus elisus non prohibuisset quominus equos aut ipse emeret aut eius filius.

ratiunculam quantum aeris sibi sit quantumque alieni siet" (Plaut. Curcul. 371 sq.).

21. φέρῳ ἴδω] sic etiam Dicaeopolis secum reputandi initium facit Ach. 4.

— δῶδεκα μνᾶς] tribus minis idoneum equum haberi potuisse docet Isaeus V 43 (ἀλλὰ μὴν οὐδὲ καθιπποτρόφικας, οὐ γάρ πώποτε ἐκτίσω ἵππον πλείονος ἄξιον ἢ τριῶν μνῶν); nec tamen insanæ prodigalitatis fuisse uni equo tantum pecuniae insumere apparet collato loco Lysiae VIII § 10, ubi duodecim minas mutuas accepisse dicitur aliquis equo pro pignore interposito.

— Πασία] senem hunc esse, Strepsiadis δημότην, infra vs. 1214 sqq. apparet. Veteri sodali ut opitularetur duodecim minas mutuas dedit; minime de trapezita aliquo est cogitandum.

23. κοππατίαν] qui ψαρὸς ἵππος dicitur vs. 1225. Equorum κοππατιῶν mentio fit etiam vs. 438 et fr. 42 (ψῆχ' ἡρέμα τὸν βουκίφαλον καὶ τὸν κοππατίαν), analogia autem (de qua vid. ad Ran. 494) fert ut intellegamus equum κοππαφόρον, quem admodum interpretatur Aristophanis simia Lucianus LVIII 5, equum qui κορρα signum coxae habet inustum (ἐν ἰσχίῳ τὸ κόρρα πυρὸς χάραγι' ἔχοντα, ut loquar

cum Anacreonte 28<sup>1</sup>). Sed quid significaverit illa nota nescimus; idoneo enim fundamento caret quod fuit qui perhiberet, *Corinthios* equos sic fuisse designatos. Infra vs. 123, 1298 et Eq. 603 commemorantur equi σαμφόραι, dorico igitur signo *san* (M, cf. Herodot. I 139) notati, quos *Sicyone* oriundos fuisse hariolantur; in *Anagyro* autem fabula βουκεφάλων equorum Aristophanes bis fecit mentionem (cf. fr. 41 et 42 supra allatum), quos *caput bovinum* inustus habuisse recte opinor statuit grammaticus in lexico Luciano apud Bachmannum Anecd. II p. 335, addens alia equorum nomina Νησαῖον (i. e. *Medum*) et Κενταυρίδην (*Larisaeum*).

24. Simillimo ioco Ach. 92 sq. Dicaeopolis regis legatum deridens, qui βασιλέως ὀφθαλμὸς more persico vocatur, ἐκκόψει γε — inquit — κόραξ πατάζας τὸν γε σὸν τοῦ πρεσβέως.

— ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν] articulus sic de altero utro oculo usurpatur etiam Ach. 1.1. et Av. 1613 ὁ κόραξ παρελθὼν τοῦ ἐπιροκοῦντος λάθρα | προσπτόμενος ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμὸν θενῶν, item de altero utro supercilio dicitur ἢ ὀφρύς infra vs. 146. De locutione ἐκκόπει τὸν ὀφθαλμὸν vid. praeterea Av. 342, 583.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΑΗΣ.

(Dormitantis e domo auditur vox.)

25 Φίλων, ἀδικεῖς ἔλαυνε τὸν σαντοῦ δρόμον.

ΣΤΡΕΨΙΑΛΗΣ.

τοῦτ' ἔστι τουτί τὸ κακόν, ὃ μ' ἀπολώλεκεν  
ὄνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἵππικὴν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΑΗΣ.

(item:)

πόσους δρόμους ἔλας τὰ πολεμιστήρια;

ΣΤΡΕΨΙΑΛΗΣ.

ἐμὲ μὲν σὺ πολλοὺς τὸν πατέρ' ἐλαύνεις δρόμους.

30 ἀτὰρ „τί χρέος ἔβα με“ μετὰ τὸν Πασίαν;

(Iterum inspicit tabulas.)

26. τουτί R] τοῦτο cett.; Blaydes dubitanter τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο coll. Ran. 318.

27. Del. vHerwerden.

28. ἔλας GHer mann] ἔλα codd., sed ἔλας legit fortasse qui adscripsit scholion quod est in R: πόσους καμπτοῦς πεποιήκας. — Vulgatam qui tuentur, sumant necesse est iuvenem secum ipso in somno loqui: „quot tandem cursus iste peracturus est!“ Nam obiectum esse τὰ πολεμιστήρια, non subiectum, sequens versus docet.

30. τὸν Πασίαν] τὸ Πασίου Blaydes.

25. In somno videt iuvenis quae nuper expertus est, cum equos sibi agenti sodalis aliquis Philo cum bigis incurrit, ἐπίδραμεν (cf. Soph. El. 727 sqq., Hom. Ψ 426 sqq., Ar. Eq. 1161). Vox δρόμος de recto tramite, concessio singulis curribus spatio, etiam Aesch. Ag. 1245 Choeph. 514 etc. usurpatur; cf. Aeschin. I § 176 ὅσπερ ἐν ταῖς ἵπποδρομίαις εἰς τὸν τοῦ πράγματος αὐτὸν δρόμον εἰσελαύνετε (imperat.). Vid. etiam ad Ran. 995.

26. τοῦτ' ἔστι τουτί] item Pac. 64; vid. ad Ran. 318.

27. ὄνειροπολεῖ] vid. vs. 16.

28. ἔλας] nunc quoque ἀδικεῖν Philonem saepius quam licebat equos circa metam agentem, in somno putat iuvenis. Reprehendentis igitur hic est futuri usus.

— τὰ πολεμιστήρια] sc. ἄματα (Herod. V 113, Xenoph. Cyrop. VI 1 § 20, Plat. Crit. 119 a), i. e. currum cum duobus equis πολεμισταῖς (Theocrit. XV 51) vel πολεμιστηρίοις (Herod. I 192, Xenoph. de

Re Eq. I 2 III 7). In inscriptionibus saepius fit mentio ἄματος πολεμιστηρίου, συνωφίδος πολεμιστηρίας, ἵππον κέλητος πολεμιστηρίου sive πολεμιστοῦ (CIA. II 968 sq.), certaminis enim genus quoddam illis nominibus designabatur (cf. Photius et Bekk. Anecd. 289 s. v. πολεμιστής ἵππος). Praemia, quae Panathenaeorum ludis tributa sunt iis qui in certamine τῶν πολεμιστηρίων vicerant, commemorantur CIA. II 965 (Dittenb. Syll. 395<sup>56</sup> sqq.). — Proprio sensu adi. πολεμιστήριος adhibitum est Ach. 1132 et alibi.

29. ἐλαύνεις] ad nummos petendos et ad creditores pacandos. Quadamtenus cum hoc lusu verborum conferri potest nostrum een loopje met iemand nemen.

30. τί χρέος ἔβα με] tragicis his verbis, quae ex Euripide desumpta esse perhibet scholion (cf. Homericum τί σε χρεῖν ἔκει β 28 ε 189), iocose nunc utitur senex, vocem χρέος, quae in dictione cothurnata rem, negotium in universum significat,

„τροεῖς μναῖ διαφορίσκου καὶ τροχοῖν Μυνηία.“

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

(item:)

ἄπαγε τὸν ἵππον ἐξαλλίας οἴναδε.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἀλλ', ὦ μέλ', ἐξήλικας ἐμέ γ' ἐκ τῶν ἐμῶν,

ὅτε καὶ δίκας ὠφληκα, καὶ ἕτεροι τόκου

35

ἐνεχυράσεσθαι φασιν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

(foras procedens:)

ἔτεόν, ὦ πάτερ,

τί δυσκολαίνεις καὶ στρέφει τὴν νύχθ' ὄλην;

34. καί] om. R.

35. ἐνεχυράσεσθαι] -σασθαι VR et plerique; vitium redit vs. 1141. || φασιν] φασί μ' Blaydes coll. vs. 241.

35-38. Fieri potuit quod sumit Zielinski, ut Phidippides e lecto haec clamaret et versu demum 80 spectatoribus se ostenderet primum. Malo tamen statuere eum nunc mussitantem prorupere ut videat quid tandem pater nocte intempesta foris agat, mox autem cum contemptu hunc derelinquere.

36. στρέφει] -φῆ VR.

sensu *aeris alieni*, *debiti* usurpans; qui sensus in vita quotidiana numero plurali τὰ χρέα solet tribui (vs. 39 alibi). Verbo βαινει additur accusativus Eur. Hipp. 1371 Bacch. 527; cf. Pind. Ol. II 95 αἶνον ἔφα κόρος. Similis est versus Eur. Herc. 530 τί καινὸν ἦλθε τοῖσδε δώμασιν χρέος.

31. διαφορίσκου καὶ τροχοῖν] quae separatim fabricabantur, servabantur, emebantur. Vid. quae ad Hom.<sup>2</sup> B 777 E 722 @ 441 Ω 266 annotavimus.

— Μυνηία] filii hic amicus vs. 1259 sqq. deridetur, idem opinor qui vs. 686 sqq. vellicatur, Pronapis filius.

32. Servum suum ἵπποκόμον in somno alloquens iuvenis iubet equum — νίλητι igitur ἵππῳ modo inequitasse sibi videtur — post cursum citatum in ἀλινόγηθραν (Ran. 904) sive κυλιστραν, (Xen. de Re Eq. V § 3) deduci, ubi libertate sua aliquantisper usus per siccum pulverem volutetur, ne sudore perfusus domi sit alligandus praesepi. Cf. Xen. Oecon. XI

§ 18 (*postquam equo vectus sum*) ὁ παῖς ἐξαλλίας τὸν ἵππον οἴναδε ἀπάγει.

33. ἐξήλικας] hoc quoque filii verbum senex morosus corripens ita usurpat ut *bonis evolvi* dicitur latine, Sen. Ep. 74 § 3. Cf. Plaut. Menaechm. V 5, 5 *quem ego hominem, si quidem vivo, vita devolvam sua*, Tac. Annal. XIII 15 *evolutum sede patria*, VI 17 *fortunis provolvebantur*, Liv. VI 15 *istos e praeda clandestina evolvas*.

34. καὶ δίκας] etiam lites.

— ἕτεροι] i. e. ἄλλοι τινές, ut in singulari ἕτερός τις Eq. 949.

34 sq. τόκου | ἐνεχυράσεσθαι] pignora se esse capturos non solum ad caput sed ad ipsum fenus recuperandum. Verbo ἐνεχυράσεσθαι etiam vs. 241 et Eccl. 567 noster utitur; oppositum est ἐνέχυρα θεῖναι (Eccl. 755 Plut. 451).

35. ἐτεόν] vid. ad Vesp. 8.

36. Cf. Menander in *Dyscolo* vel in *Misumeno* (fr. 137 et 341): ὦ δυστυχής, | τί οὐ καθεύδεις; σύ μ' ἀποκναίεις περιπατῶν.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

δάκνει με... δῆμαρχός τις ἐκ τῶν στρωμάτων.

## ΦΕΙΛΙΠΠΙΑΔΗΣ.

ἕασον, ὦ δαιμόνιε, καταδαρθεῖν τί με.

(Domum denuo intrat.)

## SCENA SECUNDA.

Strepsiades, Servus.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

σὺ δ' οὖν κάθειυδε τὰ δὲ χρέα ταυτ' ἴσθ' ὅτι

40 εἰς τὴν κεφαλὴν ἅπαντα τὴν σὴν τρέψεται.

(Paulisper silet.)

φεῦ.

εἴθ' ὄφελ' ἢ προμνήστρι' ἀπολέσθαι κακῶς,

37. δῆμαρχός τις] sic R, τις δῆμαρχος V alii.

39. δ'] μὲν V.

40. τρέψεται] στρέψεται V, στρέψαι R.

— δυσκολαίνας] verbum redit Lys. 887; vid. ad Ran. 82.

— στρέψει τὴν νύχθ' ἄλλην] item Amph. fr. 20 στρέφοιθ' ἄλλην τὴν νύκτα, μηδὲ ἐν πλέον | ὧν βούλεται θεῶν, Menandr. fr. 281 ὄμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία, | οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσσετιν, οὐ στέγειν | τὰς νύκτας οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω | οἴμοι λέγειν.

37. δάκνει] vid. ad vs. 12.

— δῆμαρχος] ὅτι ἠνεχύραζον οἱ δῆμαρχοι noster locus claro docet; eiusdem rei in Σκηνὰς λαμβανούσαις mentionem fecit noster, si fides Harpocrationi s. v. — De demarchis a Clisthene creatis vid. Aristot. Rep. Ath. c. 21.

— τις ἐκ τῶν στρωμάτων] cf. vs. 709. Simile est ὁ ἐκ τῶν λύχων vs. 1065, vid. etiam Vesp. 266, 526 Av. 13 Eccl. 491 Plut. 435.

39. Subsimitia sunt verba Dicaeopolidis Ach. 186 οἱ δ' οὖν βούντων ἄλλα κτέ.

40. εἰς τὴν κεφαλὴν... τὴν σὴν τρ.] cf. Ach. 833 εἰς κεφαλὴν τράποιτ' ἐμοί, Demosth. XIX § 130 ἂ νῦν εἰς κεφαλὴν ὑμᾶς

αὐτῶ δεῖ τρέψαι, item XVIII § 290, et omisso τράποιτο (quod mente est splendendum) εἰς κεφαλὴν σοί Pac. 1063 Plut. 526 Plat. Euthyd. 283 c. Quae loquendi formula materiem iocandi praebet Plut. 651. Cf. etiam Lys. 915 εἰς ἐμὲ τράποιτο.

41. Simillimum est exordium Medeae Euripidis εἴθ' ὄφελ' Ἄργους μὴ διάπιασθαι σκάφος κτέ. (cf. Ran. 1382). Etiam versus unde altera huius expositionis pars incipit (vs. 60) tragici quid habet fortasse.

— προμνήστρια] ἢ συνιστάσα πρὸς ἀλλήλους τοὺς γαμοῦντας (Hesych.). Minime inhonestum hoc erat officium, quamquam periculum erat semper ne προαγωγίς (vid. Vesp. 1028) assimilarentur, itaque διὰ τὴν ἄδικόν τε καὶ ἄτεχρον ξυναγωγὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικός, ἢ δὴ προαγωγεία ὄνομα, φεύγουσι καὶ τὴν προμνηστικὴν ἕτε σεμναὶ οὔσαι αἱ μαῖαι, φοβούμεναι μὴ εἰς ἐκείνην τὴν αἰτίαν διὰ ταύτην ἐμπέσωσιν ἐπεὶ ταῖς γε ὄντως μαίαις μόναις που προσήκει καὶ προμνησασθαι καλῶς (Plat. Theaet. 150 a, cf. Xen. Mem. II 6 § 36). — Voce προμνήστρια utitur etiam Eur. Hipp. 589.



ἦτις με γῆμαι ἐπῆρε τὴν σὴν μητέρα.  
 ἐμοὶ γὰρ ἦν ἄγροικος ἠδιστος βίος,  
 εὐρωτιῶν, ἀκόρητος, εἰκῆ κείμενος,  
 45 βρώων μελίτταις καὶ προβάτοις καὶ στεμφύλοις·  
 ἔπειτ' ἔγγραμμα Μεγακλέους — τοῦ Μεγακλέους! —

42. γῆμαι (ε)πῆρε Brunck] γῆμ' ἐπῆρε codd.; vid. ad vs. 7.

43. ἠδιστος] ἴσουχος Naber.

46. Verba τοῦ Μεγακλέους a praecedentibus iure secernit schol.; vix enim est credibile poetam finxisse filium eiusdem atque patrem nominis, cum omnes scirent in Alcmeonidarum gente alternis vicibus illud nomen usurpatum fuisse. Scholiastae oblocutus est Boeckh in annot. ad Pind. Pyth. VII, assensus GHermann.


42. γῆμαι ἐπῆρε] cf. Pherecrat. fr. 146 εἰκῆ μ' ἐπῆρας ὄντα τηλικουτονὶ | πολλοῖς ἐμαντὸν ἐγκυλίσσαι πράγμασιν, Herodot. I 87 αἴτιος δὲ τούτων ἐγένετο ὁ Ἑλλήνων θεός· ἐπαίριος ἐμὲ (Croesum) στρατεύεσθαι, praeterea vid. vs. 810 etc. et ad vs. 800.

44. ἀκόρητος] *incomptus*, a verbo κορεῖν (-ῆσαι) *purigare* (cf. Pac. 59 Eup. fr. 157), minime igitur confundendum cum epico adiectivo ἀκόρητος *insatiabilis* a verbo κορέσσαι. Praeterea ad cimices alludi Holzingeri est opinio parum probabilis.

— εἰκῆ] *sic temere* (Hor. Od. II 11, 13), item εἰκῆ καταδαρθόντα Plut. 300. Facile illic vivebatur, sine situs pulverisve nimio metu.

45. στεμφύλοις] *olivis siccatis*. Commemorantur etiam Eq. 806 fr. 392.

46. *Megaclis* alicuius nomen hic commemoratur, utpote commune in familia Alcmeonidarum, qui stirpem suam deducebant ab Alcmeone *Megaclis* filio. Hic πρότος· τῶν πολιτῶν Ὀλυμπιασιν ἐνίκησε ludis equestribus (Ol. XLVII), cf. Herod. VI 125 Isocr. XVI § 25. Prae ceteris autem inclaruit *Megaclis* Clisthenis legislatoris filius, Alcibiadis πάππος· πρός μητρός, quem Pindarus in Pythio carmine VII<sup>o</sup> celebravit propter quinque victorias equestres ab ipso eiusque proavis reportatas. Hoc autem nomen ut nunc commemoraret, comicum movit Alcibiades iuvenis equis alendis opes paternas absumens. Alcibiadis igitur consobrini fingitur Phidippides. — Stemma Alcmeonidarum hoc est (cf. Herod. VI 131):



ἀδελφιδῆν, ἄγροικος ὦν, ἐξ ἄστεως  
 σεμνήν. τρουφῶσαν, ἐγκεκοισρωμένην.  
 ταύτην ὅτ' ἐγάμου, ξυγκατεκλινόμενην ἐγώ,  
 ὄζων τρουγός, τρασιᾶς, ἐρίων, περιουσίας·  
 ἦ δ' αὖ μύθου, κρόκου, καταγλωτισμάτων,

47. ἄστεως; Dindorf] -ος codd.

50. ἐρίων, περιουσίας; Reiske] virgula in codd. abest. Naber σιρῶν, ἐριουργίας, hinc Blaydes ὄζων τρουγός, τρουφῶσαν, ἐριουργίας. Sed *lanificii*, quod mulierum est, mentio hinc aliena mihi videtur, neque placet τρουφῶσαν; hoc loco, cuius compositio fert ut post singula vocabula incidatur oratio. Nimiae vero est rusticitatis quod excogitavit Palmer τρουγός, τραγῶν, ἐρίων, ἀλουσίας. Vulgata verba quin sana sint equidem nullus dubito; vid. commentarius.

Vix opus est addi, Megacles illum, qui Phidippidis dicitur avunculus, fictum esse hominem; id quod cum per se intellegi potest, tum ex temporum ratione efficitur; vivere enim non iam potuit Megacles ille quem celebravit Pindarus, noster autem Megacles vivere dicitur vs. 124.

48. Erat Strepsiadis uxor *procaz magnifica sumptuosa nobilis* (Terent. Heaut. II 1, 15).

— ἐγκεκοισρωμένην] novum verbum a Κοισύρας (vs. 800 Ach. 614) nomine ductum. Coesyram autem esse Megaclis illam filiam, quae Pisistrato nupsit et ab eo contumeliose est tractata (vid. Herod. I 60, Arist. Rep. Ath. 14), prohibent scholia h. l. et ad vs. 800, cf. Hesych. s. v.; sed huic opinioni, quae ad locos Aristophaneos illustrandos minime sufficit, — nam δ Κοισύρας quomodo Ach. l. l. dici potuerit homo aliquis tempore belli Peloponnesiaci vivens parum sic intellegitur, — quantum sit tribuendum nescimus, praestat igitur fateri alludi h. l. ad rem aliquam nobis ignotam. *Servam* fuisse Coesyram fuere qui perhiberent, vid. schol. ad vs. 800 et Pac. 451; *Eretria* oriundam, Megaclis autem *matrem* fuisse aliud dicit scholion.

49 sqq. Neglexit igitur rusticus veterum illud praeceptum ὥς τὸ κηδεύσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεῖν μακρῶ (Aesch. Prom.

890). Similia autem sunt Menandr. fr. 10 ἐγὼ δ' ἄγροικος, ἐργάτης, σκυθρός, πιχρός, | φειδωλός, Terent. Heaut. V, 4, 12 *ego ille agrestis saevus tristis parcus truculentulus tenax | duxi uxorem*.

49. *Epulis nuptialibus accumbebamus* etc.

50 περιουσίας] *copiae, abundantiae*. Vox apud Ar. non redit, apud alios plerumque additum habet genitivum, nec tamen raro absolute, ut hoc loco, usurpatur. Sic Xen. Oecon. I 4 *utilissimum se praestabit aliquis* — Critobulus ait — εἰ δὲ νοῖται οἶνον παραλαβὼν τελεῖν τε ὕσα δεῖ καὶ περιουσίαν ποιῶν αὐξάνει τὸν οἶκον (item II 10 XI 13), Menandr. fr. 382 *στρατεία δ' οὐ φέρει περιουσίαν | οὐδεμίαν*, ἐφήμερον δὲ καὶ προσητὴ βίον, Thucyd. VIII 45 § 2 οἱ ναῦται ἐκ περιουσίας ὑβρίζοντες, Isocr. XI § 15 *τὰ ἀναγκαῖα καὶ τὰς περιουσίας* sibi opponit etc.; nostro autem loco voce *περιουσία* senex quae de suis studiis haecenus rettulit complectitur omnia, quemadmodum Vesp. 677 in fine longae seriei deliciarum et eduliorum collocatur vox *πλουθυγία*, ut cuncta quae enumerata sunt quaeque plura eiusmodi potuissent afferri coniunctim indicentur. „Non dulcis quidem odor erat meis faecibus et cratibus et lanae, at enata „inde erat mihi abundantia.”

51. κρόκου] non ad croceum *olorem* alluditur — quod fortasse putaverit quispiam propter verbum ὄζων — sed

δαπάνης, λαφυγμοῦ, Κωλιάδος, Γενετυλλίδος.  
 οὐ μὴν ἐγὼ γ' ὡς ἀργὸς ἦν, ἀλλ' ἐσάθαι.  
 ἐγὼ δ' ἄν, αὐτῇ θοιμίαιον δεικνὺς τοδὶ  
 55 πρόφασιν, ἔφασκον „ὦ γύναι, λίαν σπαθῆς.“  
 (Restinguitur lucerna.)

## ΘΕΡΑΠΙΩΝ.

ἔλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λύχνῳ.

56-59] post vs. 20 collocat Zielinski; at vid. commentarius.

56. οὐκ ἔνεστ'] οὐκίτ' ἔστ' ne legamus dehortantur loci in commentario allati.

ad *colorem* τοῦ χροκοτοῦ, quo induta incedebat mulier urbanis moribus assueta. Verborum similis est structura infra vs. 1007, ubi vid.; de crocota vid. ad Ran. 46.

— καταγλωτισμάτων] *suaviorum*, cf. *κατεγλωτισμένος* Thesm. 131.

52. λαφυγμοῦ] a verbo λαφύσσειν *vorare*, *deglutire* (= καταπίνειν), apud Ar. non obvio; cf. Hom. *A* 176 P 64 Σ 583 Eupol. fr. 148 λαφύσσεται λαφυγμὸν ἀνδρείον πάνυ.

— Κωλιάδος] hic et Lys. 2 *Veneris* est epitheton, cuius templum erat in Phaleri portus promunturio Coliade prope Athenas (Strab. IX p. 398, Pausan. I 1 § 5). Notum est vaticinium quod de pugna Salamina post eventum innotuit: Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρούρουσι (Herodot. VIII 96).

— Γενετυλλίδος] hoc quoque *Veneris* cognomen Lys. 2 redit. Pluralis *πότνια* Γενετυλλίδες; legitur Thesm. 130, quibuscum Preller Mythol. I<sup>4</sup> p. 377 componit τὰς Γενναΐδας Phocaeae cultas.

53—55. Iocandi materiem praebet duplex verbi σπαθῆν *sensus*; quod proprie significat *densare subtemen* (τῆν κρόκην) *inter legendum*, fila enim transversa, quae ope radii textorii (κερκίδος) traiecta sunt per stamina, dein τῇ σπάθῃ (Aesch. Choeph. 232, Plat. Lys. 208 *d* etc.) adiunguntur sive coercentur; vid. Philyll. fr. 12 σπαθῆν τὸν ἰστόν οὐκ ἔσται σπάθη. Translato vero sensu, ut alia pulsandi verba, adhibetur de iis quae nimio impetu, nimio studio fiunt, significat autem *pes-*

*summare, dilapidare*; vid. Demosth. XIX § 43, Diphil. fr. 43<sup>27</sup> τὰ πατρώα βρῦκει καὶ σπαθῆ, Lucian. VII 19 etc.; apud Menandrum (fr. 347) quam recte Photius interpretatus fuerit ἀλαζονεύεσθαι dictu difficile. — Vernacule hic lusus verborum quadamtenus sic reddi potest: *vrouwlief, je lapt maar steeds... er alles door*.

53. οὐ μὴν... γε] *non sane*. Item Vesp. 268 Pac. 41.

54. τοδὶ] vestem suam ab uxore confectam (*homesum*). — Similis est iocus Acharn. 435 ὦ Ζεῦ διόπτα.

55. πρόφασιν] *argumenti loco*. Non de vera causa (ut saepe apud veteres, Thuc. I 23 § 5 III 9 § 2 VI 6 § 1 etc.) nunc adhibitum sed de ficta; item Eq. 465 Eccl. 1111. — Tecte ut exprobrare posset nobili uxori prodigalitem, vestem ei ostendens „λίαν σπαθῆς“ saepius dicebat senex, quasi nimis densam esse perhiberet cum revera esset lacera.

56—59. Hinc alienos esse facile suspicetur quispiam, non tamen iure; apte enim nunc pingitur senis ille animus, quem modo testatus est ipse, ad *κυνιστοπρασίαν* propensior (cf. vs. 421) et τῷ σπαθῆν quam maxime infestus, nec non colaphorum ille amor, quem nunc compescere eum cogit bellum; praeterea sic cavet poeta ne nimis longa fieret eius monologia. Post versum autem 20 collocari omnino nequeunt, — quod fuit qui putaret, — nam oleum si non est in lucerna, deinde ad eius lucem tabulas

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

οἰμοὶ τί γάρ μοι τὸν πότην ἦπτες λύχνον;  
 δεῦρ' ἔλθ', ἵνα κλάης.

## ΘΕΡΑΠΩΝ.

διὰ τί δῆτα κλαύσομαι;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὅτι τῶν παχειῶν ἐντιθεῖς θρουαλλίδων.

(Servus se proripit cum lucerna et tabellis.)

60 μετὰ ταῦθ', ὅπως νῶν ἐγένεθ' υἱὸς οὐτοσί,

57. μοι] om. R.

58. ἔλθ' om. V, ἔθ' codd. complures. Cf. Eq. 150. || τί δῆτα] τί δὴ codd. complures, τί δὴ γὰρ Bentley, sic aut δὲ δὴ τί Blaydes (coll. vs. 1178 Lys. 599 Ran. 158, 805, 865 Plut. 264).

59. \*ἐντιθεῖς] ἐνετίθεις codd., quod imperfectum neque per se satis expedito neque quomodo genitivum partitivum plur. admittere possit video.

60. ὅπως] vid. commentarius.

suas inspicere non poterit senex; alapa certe, quae puero intentatur, non multum prodesse poterit ad lumen excitandum.

56. Cf. Av. 1589 ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληγύθῳ, Plut. 763 ἄλφιτ' οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θυλάκῳ.

— ἡμῖν] non de conservis loquitur puer sed, quasi heri sui sit sodalis, ipsum seque pronomine nobis impudenter admodum indicat.

57. Etiam cives, qui neque rustici essent neque avari, his tamen temporibus oleo parcebant, in urbe enim hominibus propter hostium invasiones oppleta ea quoque ἐσπάνειν quae pacis tempore gratis fere in Attica haberi poterant, ficus, oleum; vid. Ach. 34—36 et praesertim Vesp. 251 sq., 302.

— πότην... λύχνον] *bibulam lucernam*, multum olei comburentem. Cf. alterius cuiusdam Strepsiadis verba Plat. com. fr. 190: φεῖδεσθε τοῦδ' αἰὸν σφόδρ' ἐξ ἀγοῶς δ' ἐγὼ | ὀνήσομαι στίλβην τιν' ἦτις μὴ πότις (στίλβη est simplex quaedam lucernarum species, cf. Hermipp. fr. 28), Alcaeus autem comicus in fabula aliqua ἀδηφάγους dixit τοὺς πότας λύχνους (fr. 21).

Imitatur Lucianus XLV 29 διηρώσαν θρουαλλίδα commemorans, non tamen *bibulum* sed *paene siccum* ellychnium sic significans. Cf. etiam Verg. Cir. 344 *bibulum lumen*. Adi. πότης proprio sensu adhibitum est Thesm. 735 ὃ θεμύταται γυναῖκες, ὃ ποτίσται.

— ἦπτες] i. e. ἡμῖνον εἶχεσ; *accensum mihi tenebas*. Imperfecti εἶχον hic usus est Vesp. 855 Pac. 142, 522 Lys. 753, 1184, cf. ἦν Av. 1051 Plut. 971. Nisi praestat interpretari: *cur accendere conatus es, accendere voluisti*; revera enim non peregit consilium, frustra accendit lucernam quae brevi post ultro sit restincta.

59. τῶν παχειῶν... θρουαλλίδων] i. e. *παχειάς τινὰς θρουαλλίδας*. De articulo hoc usu e lingua francogallica notissimo vid. ad Ran. 1263 et ad Vesp. 199. Mente suppleendum εἰς τοὺς λύχνους.

60. ὅπως] nisi ἐπεὶ rescribimus sine iusta causa (vid. tamen Hom. II.<sup>2</sup> ad A 459), parodia dictionis tragicæ in hoc versu, ut in versu 41, est agnoscenda. Nam particula ὅπως, quae apud tragicos nonnumquam idem quod ἐπεὶ valet (vid. Soph. Ant. 253 etc.), apud

ἔμοί τε δὴ καὶ τῇ γυναικὶ τῇ ἀγαθῇ,  
 περὶ τοῦ ὀνόματος δὴ ἐνταῦθ' ἔλοιδορούμεθα.  
 ἢ μὲν γὰρ ἵππον προσετίθει πρὸς τοῦνομα,  
 Ξάνθιππον, ἢ Χάριππον, ἢ Καλλιπιδίην·  
 65 ἐγὼ δὲ τὸ τοῦ πάππου ἐτιθέμην Φειδωνίδην.  
 τέως μὲν οὖν ἐκρινόμεθ'· εἶτα τῷ χρόνῳ  
 κοινῇ ξυνέβημεν, καὶ ἐθέμεθα Φειδιπιδίην.  
 τοῦτον τὸν υἱὸν λαμβάνουσ' ἐκορίζετο·  
 „ὅταν σὺ μέγας ὢν ἄρμ' ἐλαύνῃς πρὸς πόλιν,

61. δὴ] om. R, hinc ἔμοί τε καὶ τῆμῃ Blaydes perperam (non *meae* enim sed *isti* requiritur).

62. δὴ (ε)νταῦθ' Reoisig] δὴν ἐντεῦθεν V, δ' ἠντεῦθεν R, δὴ ντεῦθεν codd. alii caesura in anapaestis suspecta (cf. tamen Ach. 400 Lys. 768), δὴ ταῦθ' multi. Male Koek δὴ νθένθ', nam huic adverbio locus non est.

64. Χάριππον] Χαίριππον V fortasse recte (vid. Menandr. fr. 491), Κάλλιππον R vitio manifesto.

65. τὸ τοῦ Cobet] sic aut ἀπὸ τοῦ Meineke; τοῦ mss.

Aristophanem ceteris locis cunctis in fabulis superstitibus proprium suum sensum (*quomodo*, hinc = ἴνα) servavit; legitur autem locis fere 180.

— υἱὸς οὐτοσί] substantivum articulo carens huic pronomini saepius adiungitur: Ach. 130, 187, 960, 1049 Eq. 1177, 1181, vid. etiam Vesp. 262; idem valet de pronomine ὀδί (Ach. 908 Vesp. 1132 Lys. 1072 Eccl. 27) vel ὄδε (Ach. 336, (454), 810, 985 Eq. 1166). Cf. reflexivum postpositivum articulo carens (vs. 515 etc.).

61. ἀγαθῇ] vid. ad vs. 8.

64. Χανθίππον Periclis pater habuerat nomen (vid. ad vs. 46).

65. Phidonidis sive Phidonis nomen etiam vs. 134 occurrit, de pervulgato autem more pueris nomen avi dandi vid. Av. 283 Thuc. VI 54 § 6 Plat. Lach. 179 a Parmenid. 126 c etc.

66. ἐκρινόμεθ'] *inter nos certabamus, altercabamur*, cf. Eq. 1258 ἐν τῇ ἀγορῇ γὰρ κρινόμενος ἐπιστάμεν, Hom. B 385 ὡς κε πανημέριοι στυγερῶ κρινόμεθ' Ἄρηι, Hes. Theog. 535 καὶ γὰρ ὄτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοὶ τ' ἄνθρωποι | Μηκόνῃ, Herod. III

120 κρινόμενον δὲ περὶ ἀρετῆς κτέ., Eur. Med. 609 ὡς οὐ κρινόμεναι τῶνδ' ἐσοὶ τὰ πλείονα etc.

67. ξυνέβημεν] vid. ad Ran. 175.

— ἐθέμεθα] decimo die post natum puerum, τῇ δεκάτῃ (Av. 494, 922), advocatis cum marito tum uxoris cognatis.

— Φειδιπιδίην] nomen quod sibi ipsum adversari dici potest, quoniam τὸ μὲν φείδεσθαι est rusticorum, οἱ δὲ ἵπποι víorum nobilium et praedivitem. Quamquam minime inauditum inter Graecos fuit *Phidippi* vel *-ppidís* nomen, vid. Hom. B 678 Herod. VI 105 (?) etc.; proprie enim significat eum qui φείδεται τῶν ἵππων, *suís equis parcat*. Recensendus igitur est hic versus inter locos ubi notis nominibus novus sensus iocose tribuitur (vid. ad Vesp. 84 Ran. 427).

68. ἐκορίζετο] cf. ὑπεκορίζετο Plut. 1011.

69. ἄρμ' ἐλαύνῃς] pompam Panathenaeam cogitare potuit mulier gloriosa, huius enim particeps futurus erat filius si victor e Panathenaeorum ludis equestribus evasisset (vid. ad vs. 28). Sed credibile est eam maius quid ei sperare, nempe victoriam Olympiacam vel Pythi-



- 70 ὥσπερ Μεγακλήης, ξυστίδ' ἔχων.“ ἐγὼ δ' ἔφην  
 „ὅταν μὲν οὖν τὰς αἴγας ἐκ τοῦ φελλέως,  
 ὥσπερ ὁ πατήρ σου, διφθέραν ἐνημμένους.“  
 ἀλλ' οὐκ ἐπίθετο τοῖς ἔμοις οὐδὲν λόγοις,  
 ἵλλ' ἔπερόν μου κατέχευεν τῶν χρημάτων.  
 75 νῦν οὖν ὄλην τὴν νύκτα φροντίζων μόλις

73. ἐπίθετο] ἐπίθετο V R alii.

74. ἔπερον] ἔπερον Dindorf cum Photio.

75. μόλις (quod supra μίαν scriptum est in Cant. 3) Blaydes] ὁδοῦ codd.; quod quoniam cum voce ἀτραπὸν iungi nequit, φροντίζων ὁδοῦ interpretandum esset φροντίζων περὶ ὁδοῦ auctore Reiz, qui confert Xen. Mem. IV 8 § 5 ἦδη μου ἐπιχειροῦντος φροντίσαι τῆς πρὸς τοὺς δικαστὰς ἀπολογία; ἠναντιώθη τὸ δαιμόνιον (et Soph. Oed. R. 67). Qualis genitivus verbo φροντίζειν additur aptissime o. g. Xen. Mem. I 4 § 11

eam, qualem reportaverat olim Megacles ille a Pindaro celebratus. Nam ludis illis vicisse apud Graecos prope maius et gloriosius erat quam Romae triumphasse (Cic. Flacc. § 31), victores autem domum suam cum summo honore deducebantur et urbem natalem intrabant quadrigis vecti et purpurea chlamyde ornati, adibant autem templum ubi coronam suam dedicarent. Sic igitur etiam Megacles ille Delphis redux olim victor ascendebat acropolim et προσεδρία καὶ αἰτήσει τῇ ἐν τῷ προταναίῳ fuerat honoratus. — Triennio post Nubium fabulam scenae commissam Alcibiades (vid. ad vs. 15 et 46) ludis Olympiis praemia tulit septem curribus certans; vid. Thuc. VI 16 § 2, Isocrat. XVI § 32—34 (\*Andocid. IV § 25 sqq., Euripides apud Plutarchum in vita Alcib. 11).

— πρὸς πόλιν] i. e. πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, item Lys. 288. Scilicet antiquitus ἡ ἀκρόπολις νῦν οὐσα πόλις ἦν, ut loquitur Thucyd. II 15 § 3. Vid. εἰς πόλιν Lys. 302, 912 Thesm. 812, ἐν πόλει Eq. 267 Lys. 245, 317, 754, 758, 1183, ἐκ πόλεως; Eq. 1093, τὴν πόλιν Lys. 487.

70. Μεγακλήης] vid. ad vs. 46.

— ξυστίδ' ] ποδήρης ἔνδυμα, paludamentum purpureum. Pretiosi huius et splendidissimi vestimenti mentio fit etiam Lys.

1189, Theocr. II 74, Plat. Rep. 420 e, Eubul. fr. 90 etc. — Perinde atque *crocolota* (vid. ad Ran. 46) proprie feminarum hoc tempore erat vestimentum.

71. ἐκ τοῦ φελλέως] apud nostrum redit vox Aesch. 272, *pratium montanum* (*Almwöide* germ.) significans; τὰ γὰρ πετροῦ καὶ αἰγίστα χωρία φελλία; ἐκάλουν, Harpocrat. s. v., qui addit etiam apud Cratinum repertam esse hanc vocem; cf. Steph. Byz., Phot., Suid., Ruhken. ad Tim. p. 269, Leake Demea pag. 7. Probabiliter Sauppe statuit non certi alicuius tractus nomen fuisse Φελλία, sed loca saxosa sive salcrosa quaelibet ita esse designata; sic enim usurpatum est vocabulum apud Platonem (Critiae 111 c) et Xenophontem (de Venat. V § 18). Apud Clem. Alex. *φελλατῆς λίθος* dicitur lapidis quoddam genus (Protrept. p. 40 Klotz).

72. διφθέραν] vid. Vesp. 444 (et Eccl. 80).

— ἐνημμένους] vid. ad Ran. 430.

74. ἔπερον] novi morbi nomen, ad similitudinem vocis e medicorum arte desumtae ἕκπερος confictum; cf. etiam vox ὑδερως. Vs. 243 dicitur νόσος ἰππική.

— κατέχευεν] cf. Vesp. 7, Plat. Leg. 800 d ἐνίοτε πᾶσαν βλασφημίαν τῶν ἱερῶν καταχέουσι.

75 sq. Haec quomodo cum praecedentibus cohaereant ut bene intellega-

μίαν ἡῦρον ἀτραπὸν δαυμονίως ὑπερφυᾶ,  
 ἦν ἦν ἀναπέισω τουτονί, σωθήσομαι.  
 ἀλλ' ἐξεργεῖραι προῶτον αὐτὸν βούλομαι.  
 πῶς δῆτ' ἂν ἦδιστ' αὐτὸν ἐπεγείραμι; πῶς;  
 80 Φειδιππίδη! — Φειδιππίδιον!  
 (Denuo prodit Phidippides.)

## SCENA TERTIA.

Strepesades, Phidippides.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

τί, ὦ πάτερ;

ΣΤΡΕΨΙΔΑΔΗΣ.

κύσον με, καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

(Reluctanter patrem amplectitur manumque ei porrigit.)

ἰδοῦ. τί ἔστιν;

Plat. Phaedon. 91 c Eur. Or. 801, ubi accedit *τι* vel *σμιχρόν* vel *οὐδέν*; sed hoc loco etiamsi possit defendi, ipsa tamen vox *δδός* mire languet, nihil enim ad eam tuendam prodest collatus versus Av. 22. Meineke *ἰδοῦ*, nisi exciderit versus huiusce-modi: (*ἰδοῦ*) ἦν ἂν τραπόμενος ἐκκυλισθεῖην κακοῦ.

76. ἡῦρον ἀτραπὸν] ἀτραπὸν εὔρον V. || ἡῦρον] εὔρον codd.

77. τουτονί] οὔτοι V.

79. ἐπεγείραμι] ἀνεγείραμι V Cant., hinc Cobet ἂν ἐγείραμι.

mus, tenendum est hoc loco, ut saepe apud Graecos (praesertim apud Thucydidem), notionem primariam non verbo finito inesse sed participio quod ei est adiunctum (cf. vs. 521 sq.). Soluta igitur oratione haec ita possunt reddi: *διὰ τοῦτο οὖν ὄλην τὴν νύκτα φροντίζω. νῦν δὲ μόλιςμίαν ἡῦρον ἀτραπὸν κτέ.*

76. *ὑπερφυᾶ*] *admirabilem, incredibilem.* Laudantis igitur est h. l. et alibi, nec raro tamen vituperantis; vid. ad Ran. 611.

77. *τουτονί*] *istunc.* Domum manu indicat.

79. *πῶς*] iteratur etiam vs. 66† Vesp. 166 et Cratin. fr. 187 *πῶς τις αὐτόν, πῶς τις ἂν | ἀπό τοῦ πότον παύσειε.* Vid. praeterea ad Ran. 120.

— *ἐπεγείραμι*] idem compositum apud nostrum legitur Av. 83 sq. Plut. 539, cf. Theogn. 469 *μηδ' εὔδοντ' ἐπέγεραι Σιμωνίδη* (quae verba repetuntur a Phercrate fr. 153<sup>9</sup>).

80. Cf. Ach. 404 *Εὐριπίδης!* — *Εὐριπίδιον!* et infra vs. 222 *ὦ Σώκρατες!* — *ὦ Σωκρατίδιον!* Vid. praeterea vs. 132 *παί!* — *παιδίον!*

81. Cf. Ran. 754 sq.; etiam Soph. Trach. 1181 sqq. digni sunt qui conferantur.

82. *ἰδοῦ*] notetur in hoc versu et sequentibus impatiens impudensque filii brevitatis; qui voculis *οὖν, δῆ, δῆτα* urget patrem, ut quam celerrime finis fiat colloquii ipsi molesti.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

εἰπέ μοι, φιλεῖς ἐμέ;

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

νῆ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν Ἴππιον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

μή μοι γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν Ἴππιον  
οὔτος γὰρ ὁ θεὸς αἰτιός μοι τῶν κακῶν.  
ἀλλ' εἵπερ ἐν τῆς καρδίας μ' ὄντως φιλεῖς,  
ᾧ παῖ, πιθοῦ.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

τί οὖν πίθωμαι δῆτά σοι;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἔκστρεψον ὧς τάχιστα τοὺς σαυτοῦ τρόπους,  
καὶ μάνθαν' ἐλθὼν ἅ ἂν ἐγὼ παραινέσω.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

λέγε δῆ, τί κελεύεις;

85

90

82. εἰπέ μοι] filio continuat R. || ἐμέ] τί με Cobet.

87. πιθοῦ] πιθου μοι R, hinc πιθοῦ μοι. — καὶ τί Dobree, πιθοῦ τί μοι. — τί Reisig (ut Soph. Oed. R. 1134 Eur. Or. 92) versus numeris invitis, multo melius CFHermann πιθοῦ μοι. — τί δέ. || πίθωμαι Dawes cum Bodl. 6] πείθομαι R alii, πιθοῦμαι V multi.

90. λέγε] καὶ λέγε V. || καὶ τι] κῆρα Elmsley Cobet, καὶ σὺ FWSchmidt.

83. τουτονί] nisi alicubi nunc cernitur Neptuni equestris signum (filii studia testans), absurdum est hoc pronomen. Quod negare non debebat Dindorf; nam qui contrarium demonstrare creduntur loci Ach. 427 [Nub. 1473] Ran. 429 nihil probant, ibi enim οὔτοις significat *istum tuum* vel *istum quem nosti*, id quod in nostrum locum minime quadrat. Cf. Vesp. 875 Thesm. 748 ad Apollinem ἀγυῖα dicti, Nub. 1478 ad Mercurium, Herod. Mimiamb. III 97 de Musarum simulacris.

— Ἴππιον] etiam Eq. 551 sqq. huius dei fit mentio, qui et alibi per Graeciam crebra habebat templa et prope Athenas in colle Coloneo colebatur. Ipsam

equi originem a Neptuno repeti nota res est; cf. Preller Myth.<sup>4</sup> p. 588-593.

84. μή μοι γε τοῦτον] sc. λέγε. Eadem est ellipsis Eq. 19 Nub. 433 (ubi vid.) Vesp. 1179, 1400 Lys. 922 Ran. 1407; vid. ad Vesp. 231 et cf. Ach. 345 Av. 146 Ran. 841, Soph. Ant. 577, Eur. Med. 964, Plat. Hipparch. 229 e.

87. Similis est verborum structura Vesp. 760 sq. Av. 164 Thesm. 939.

— τί] vid. ad vs. 1000.

88. ἔκστρεψον] *mula*; transfertur etiam vs. 554, suam potestatem obtinet Plut. 721 Hom. P 58. Cf. gallicum *faire peau neuve*; subsimile est nostrum *hij heeft een rokje uitgetrokken* de iis qui e gravi morbo convalescunt dictum.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

καί τι πείσει;

ΦΕΙΛΙΠΠΙΛΛΗΣ.

πείθεται.

νῆ τὸν Διόνυσον.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

δεῦρό νυν ἀπόβλεπε.

ὄρας τὸ θύριον τοῦτο καὶ τῶκίδιον;

ΦΕΙΛΙΠΠΙΛΛΗΣ.

ὄρα. τί οὖν τοῦτ' ἐστὶν ἐτεόν, ὦ πάτερ;

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

ψυχῶν σοφῶν τοῦτ' ἐστὶ φροντιστήριον.

95

ἐνταῦθ' ἐνοικοῦσ' ἄνδρες, οἱ τὸν οὐρανὸν  
λέγοντες ἀναπέιθουσιν ὡς ἔστιν πνιγείς,

92. θύριον] θυρίδιον VR alii metro invito.

94 sq. E scholii verbis ψυχῶν σοφῶν τοῦτ' ἐστὶ ἢ σύνδοξ τις καὶ θᾶκος σοφῶν θᾶκος δὲ καλεῖται ἀττικῶς τόπος ἐνθα πολλοὶ συνέχρονται σκεψόμενοι temere Lening efficiebat vs. 95 legendum esse ἐνταῦθα θακοῦσ', Kock vs. 94 ψυχῶν σύνδοξ τοῦτ' ἐστὶ καὶ θᾶκος σοφῶν. Multo probabilior est Rutherfordi sententia, vocem θᾶκος non poetae (ut Nub. 993 Ran. 1515) sed commentatori deberi, scholion autem sic esse corrigendum: ψυχῶν σοφῶν κτλ.: τουτέστι σύνδοξ τις καὶ θᾶκος σοφῶν. — φροντιστήριον: φροντιστήριον καλεῖται ἀττικῶς τόπος ἐνθα [πολλοὶ] συνέχρονται σκεψόμενοι. Ipsa tamen verba equidem potius sic constituerim: τουτέστι σύνδοξ τις καὶ θᾶκος σοφῶν οὕτως δὲ καλεῖται κομικῶς τόπος ἐνθα πολλοὶ συνέχρονται σκεψόμενοι.

95. ἐνοικοῦσ'] ἐνοικοῦσιν R.

92. Idem est hemistichium Thesm. 26.

93. ἐτεόν] vid. ad Vesp. 8.

94. Quod ψυχὰς illic habitare dicit senex, utitur verbo e requisita poetarum oratorumque dictione desumpto, simulque sic innuit non vivos vegetosque illic habitare homines sed mera εἰδωλα καμόντων, νεκρῶν quaedam ἀμένηνα κάρηνα, quibus φρένες οὐκ ἔμπεδοὶ εἰσιν, Socrati ψυχαγωγῶν (Av. 1555, qui locus omnino est conferendus) obtemperantia. Cf. infra vs. 504, ubi unus ex eorum numero dicitur ἡμιθνήξ. Domicilium autem grex hic inanis habere dicitur in quodam φροντιστηρίῳ, quae vox nunc a comico

fingitur ad instar notorum verborum βουλευτήριον, ἐργαστήριον, δικαστήριον, ducta a nomine φροντιστής. Hoc autem nomine, quod legitur vs. 101, 266, 456, 1039, illis annis sophistae coepti sunt cum contemptu designari, Amipsias autem comicus fabulae Conni, qua cum Aristophanis Nubibus certavit, chorum e φροντισταῖς composuit (vid. Athen. V 218c). Cf. Xen. Conv. VI 6 ἄρα σύ, ὦ Σώκρατες, ὁ φροντιστής ἐπικαλούμενος, item VII 2 Mem. IV 7 § 6. Ex Aristophane vocem φροντιστής desumpsit Plato Apolog. 18 b.

96 sq. Conferenda sunt Metonis verba Av. 1000 ἀήρ ἐστι τὴν ἰδέαν ὄλος | κατὰ

καὶ ἔστιν περὶ ἡμᾶς οὗτος, ἡμεῖς δ' ἀνθρώποις.  
οὗτοι διδάσκουσ', ἀργύριον ἦν τις διδώ,  
λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια καὶ ἄδικα.

## ΦΕΙΔΙΠΠΙΑΔΗΣ.

100

εἰσὶν δὲ τίνες;

97. ἀνθρώποις Meineke] ἀνθρώποις codd.

πνιγία μάλιστα. Praeierat autem Cratinus in Panoptis teste scholio ad nostrum locum, περὶ Ἰππῶνος τοῦ φιλοσόφου κωμωδῶν. Quod vero Aristophanem in Anagyro fabula — quae quam multa cum Nubibus habuerit communia vel in hac fragmentorum inopia patet — τὸν πνιγία ἐπὶ Ἰππου dixisse refert Pollux X 54, id quin ἐπὶ Ἰππῶνος sit legendum non dubito. Itaque Hipponem Samium aut Reginum aut Metapontium, philosophum physicum, circa initium belli Peloponnesiaci vixisse hi loci videntur testari; sed quo tandem placito tantos eiverit cachinnos, ex comicorum iocis non satis apparet.

96. πνιγύς] est una ex crebris iis vocibus in -εύς vel -τήρ desinentibus quae *instrumentum* indicant (cf. Enchirid. dict. ep. p. 327). Significat autem vas in quo suffocantur carbones (*doofpot*).

98 sq. Praesentibus nummis quod artem dicendi docere hic et infra saepius perhibetur Socrates, falsissimum id est profecto, non tamen calumniose dictum. Nam nihil eiusmodi quadrare in virum, qui nihil se scire profiteretur, qui non docere alios sed interrogare, non disertos reddere sodales sed ad incitas redigere soleret, nullam autem a quocumque aut poposcisset mercedem aut accepisset unquam, id et in vulgus erat notum et ipsi comico notissimum. Itaque nemo non intellexit de Socrate nunc dici quae ad Gorgiam potissimum et Protagoram et Prodicum et Hippiam aliosque essent referenda. Quam ob rem quin imaginem philosophi non satis ad

vivum expressam esse iudicaverint spectatores fabulamque minus probarint, non est dubium; sed minime malignus inde apparet comici animus turpissime eius inscitia; id quod optime perspexit Brunck. Quapropter postea Plato minime succensuit comico, quem sciret non serio talia imputasse sanctissimo philosopho.

98. ἀργύριον ἦν τις διδώ] idem est hemistichium Thesm. 937.

99. Dicebant sophistae ὅτι οὐδὲν ἀληθιῆς μετέχει δόσι δικαίων ἢ ἀγαθῶν περὶ πραγματέων τὸν μάλιστα ἰκανῶς ἠγνομενῶν ἔσεσθαι (Plat. Phaedr. 272 d); itaque non quid verum sed quid veri simile esset quaerere solebant (cf. ibid. 267 a), τὴν ἀντιλογικὴν τέχνην potissimum docentes (Sophist. p. 232), nihil enim non esse ἀμφισβητήσιμον, sed de omni re in utramque partem disputari posse (vid. ad vs. 112 sq.), esse autem περὶ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην (Eur. Hecub. 816). Comicus vero nunc τὸ κοινῇ τοῖς φιλοσόφοις ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπιτιμώμενον ἐπιφέρει Σωκράτει (Xen. Mem. I 2 § 31). Scilicet a minus peritis hominibus Socrates facile cum Protagoris vel Euthydemis poterat confundi, quoniam inquam rogando et confabulando ille quoque auditores eo deducebat ut permulta addubitare inciperent quae certa hactenus essent visa.

— νικᾶν καὶ δίκαια καὶ ἄδικα] haec iungenda sunt, item vs. 115 et 1211; cf. vs. 432, 1335 Eq. 93 Vesp. 581, 594. — Locutio καὶ δίκαια καὶ ἄδικα reddit Ach. 373 Eq. 256, item adv. καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως Plut. 233 Andocid. I 135. Vid. etiam Plat. Leg. 937 e.



## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

οὐκ οἶδ' ἀκριβῶς τοῦνομα  
μεριμοφροντισταὶ καλοὶ τε καὶ ἀγαθοί.

## ΦΕΙΛΙΠΠΙΑΗΣ.

αἰβοῦ' πονηροὶ γ'. οἶδα τοὺς ἀλαζόνας,  
τοὺς ὠχρῶντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις,  
ᾧν ὁ κακοδαίμων Σωκράτης καὶ Χαιρεφῶν.

101. μεριμοφροντισταὶ] μετεωροφροντισταὶ Nauck.

102. Sic interpunxit Blaydes, vulgo γ', οἶδα. τοὺς ἄλ.

104. Om. R.

101. μεριμοφροντισταὶ] novum nomen e duabus stirpibus, quae et ipsae exquisitionis sunt dictionis, compositum: μεριμνᾶν (Xen. Mem. I 1 § 14), μέριμνα (vid. vs. 952), μεριμνητής (Eur. Med. 1226) et φροντιστής (vid. ad vs. 94).

— καλοὶ τε καὶ ἀγαθοί] „Aristokratie des Geistes, Rittern vom Geist- und Tugendbund“ (A. Römer).

102. οἶδα] scio quos dicas, item Ach. 430.

— ἀλαζόνας] vid. vs. 1492 et ad Ran. 909.

103. Pallidos cum dicit, *Chaerephontem* potissimum cogitat; *discalceatus* autem per plateas incedere solebat *Socrates* (cf. vs. 363). Per chiasmum igitur qui dicitur haec nomina in versu sequenti sunt collocata. — Ad rem quod attinet, cf. Theocritus XIV 5 aequalem aliquem sic irridens: *πρῶαν τις ἀφίκετο Πυθαγορικτᾶς | ὠχρὸς καὶ ἀνυπόδητος Ἀθηναῖος δ' ἔφατ' ἤμεν. | ἤρατο μὲν καὶ τῆνος, ἐμὶν ὀκει, ὀπτῶ ἄλευρον.*

104. *Chaerephon* Sphettius (vs. 156), qui Socrati ab intimis fuit inde ab ineunte aetate, et cum fratre suo Chaerecrate ab eo est reconciliatus (Xen. Mem. II 3), infra saepius ridetur (vs. 144 sqq., 503 sq.) et circa fabulae exitum in scenam prodit. Vehemens erat (Plat. Charmid. 153 b Apol. 21 a, φιλότιμος Xen. Mem. II 3 § 16, vid. etiam Plat. Gorg. 447 a, b), oraculum autem Delphicum eum consuluisse, equis Socrate esset sapien-

tior, referunt Plat. Apol. 21 a Xen. Apol. 14 (quamquam fictam a Socraticis hanc esse fabellam perhibet Apollonius Molo in scholiis ad vs. 144, item Athenaeus 218 f; vid. Cobet Prosopogr. Xen. p. 62). Anno 404 in exilium cessit, sequenti cum Thrasibulo rediit, sed brevi post, vivo etiam tum Socrate, morte est extinctus (Plat. Apol. 1. l.). Infirmo eum fuisse corpore, studiis intabuisse, libris impalluisse intellegimus; vetus autem commentator ad Plat. Apol. 20 a testatur etiam Cratinum in Pytine fabula risisse eius pauperiem et squallorem, addens eum inter Calliae adulatores ab Eupolide in *Κόλαξιν* relatum esse, ab eodem in *Πόλειον* dictum esse *πύζιον* a colore lurido, apud Aristophanem autem *κλέπτην* audivisse in Dramatis, *συκοφάντην* in Telmessensibus, *νυκτὸς παιδα* in Horis. Ultimum cognomentum quid sibi velit intellegitur coll. Av. 1296 et 1564, ubi *vesperilio* vocatur, in annotatione autem ad Vesp. 1408 ego id repetivi a more eius — quem ille locus testari videtur — noctu deambulandi per urbis plateas desertas; cf. festivum Menandri fr. 364, ubi narratur aliquando, cum ad coenam esset ab amico quodam invitatus, nocte intempesta huius hominis ianuam pulsasse, *πρὸς τὴν σελήνην τὴν σκιάν* (solarii) *ιδών*, noctem igitur pro die habens; praeterea vid. Aristophontis fr. 10<sup>9</sup>, ubi Pythagoristarum discipulus aliquis alacerrimus dicitur

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

105

ἦ, ἦ, σιώπα μηδὲν εἶπης νήπιον.  
ἀλλ' εἴ τι κήθει τῶν πατρῶων ἀλφίτων,  
τούτων γενοῦ μοι, σχασάμενος τὴν ἴπικήν.

## ΦΕΙΛΙΠΠΙΔΗΣ.

οὐκ ἂν μὰ τὸν Διόνυσον, εἰ δοίης γέ μοι

105. ἦ, ἦ] ἠή Dindorf.

107. μοι, σχασάμενος τήν] σύ μοι, σχασάμενος; Dobree, articulum enim voci ἴπικῆ alias apud nostrum non addi (vid. vs. 27, 107, 1226, 1401 Lys. 676). At neque vitiose hoc loco additur (vert. *istam tuam*, cf. autem Eupol. fr. 268), neque in versu ita mutato placet diaeresis post 3<sup>um</sup> pedem.

108—120. A prima fabulae editione afuisse Köchly aliique multi sibi persuaserunt.

108. γέ μοι V] γ' ἐμοί plerique.

καθεύδειν μηδὲ μικρὸν νυκτερίς. Nam nihil esse id quod in scholiis ad nostrum versum dicitur, vespertilionem vocatum esse διὰ τὸ μέλας εἶναι καὶ λεπτόφωνος, id nemini obscurum esse arbitror. Hunc igitur hominem potissimum petit comicus vs. 198 sq., ubi Socratici dicuntur lucis aerisque esse impatientissimi.

105. μηδὲν εἶπης νήπιον] cf. vs. 834.

106. ἀλλ' εἴ τι κήθει] idem hemistichium est Ach. 1028.

— ἀλφίτων] ab inexpectato dici nunc pro ἀλγέων ingeniosa est suspicio Tenfeldi, qui si verum vidit, ἀλ...φίτων excendendum est. Sed collato Ach. 332 ὅστις ἄνθρωπῶων τι κήθεται certum duco nihil eiusmodi in mentem venisse comico, cum praesertim vox τὰ ἀλφίτα etiam infra vs. 176 (ubi vid.) et 648 usurpata sit ad victum quotidianum cum contemptu quodam indicandum.

107. σχασάμενος] verbum σχάσαι proprie significat incidere, et hoc sensu usurpatur infra vs. 409 et 740; medicis autem σχάσαι φλέβα dicitur *venam secare*, vid. Xen. Hell. V 4 § 58 (alios locos e medicorum operibus collegit Lobeck ad Phrynich. p. 219). Hinc poetae saepius hoc verbum adhibuere sensu *finem faciendi, sistendi, cohibendi* (nostrum *staken*),

quoniam cursus tum inciditur (cf. Horatianum *incidere ludum*). Sic Pind. Pyth. X 51 κώπαν σχάσων dixit *siste navis cursum*, item Eur. Troad. 810 de classe appellenti ἔσχασε πλάταν, Pind. Nem. IV 64 Peleus dicitur σχάσαι λέοντων ὄνυχας ἀκυάν τε δδόντων, Bacchylid. XVII 121 Theseus Minoem σχάσαι ἐν φροντίαι (i. e. *stupore perculisse*), Eur. Phoen. 960 τί αιγῆς, γῆρον ἄφθογγον σχάσας, ibid. vs. 454 σχάσων δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς, quod in comicorum linguam translatum habes apud Platonem fr. 32 καὶ τὰς ὄφροδες σχάσασθε καὶ τὰς ὄμφακας, i. e. „desinite dormiὺ βλέπειν” (de voce ὄμφαδες vid. ad Ran. 925, de voce ὄμφακας fr. adesp. com. 877); quo loco medium adhibitum videmus, ut apud nostrum. Praesentis forma antiqua videtur fuisse σχᾶν (infra vs. 409), cf. σπᾶν-σπάσαι, recens σχάζειν, Platone tamen comico non recentior (fr. 127). Parum prosunt — certe mihi profuerunt — ad verbi vim melius intellegendam Cratet. fr. 41, [Soph.] fr. 1027 Nauck<sup>2</sup>, Xen. de Venat. III 5.

108. οὐκ ἂν] sc. γενομένην vel potius σχασαίμην. Eadem est ellipsis Ach. 966 οὐκ ἂν μὰ Δι' εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἄσπίδα, Vesp. 298 οὐκ ἂν μὰ Δι' εἰ κρέμαισθε γ' ὑμεῖς, Plut. 924 οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι

τοὺς φασιανούς, οἷς τρέφει Λεωγόρας.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

110 ἴθ', ἀντιβολῶ σ', ὧ φίλτατ' ἀνθρώπων ἐμοί,  
 ἰλθῶν διδάσκου.

ΦΕΙΛΙΠΠΙΔΗΣ.

καὶ τί σοι μαθήσομαι;

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

εἶναι παρ' αὐτοῖς φασιν ἄμφω τῷ λόγῳ,

τὸν Πλοῦτον αὐτόν. — Cf. τί δῆτ' ἄν  
 omisso εἴποις infra vs. 154. De locis,  
 ubi post οὐκ ἄν mente supplendus est  
*indicativus*, vid. ad vs. 5.

109. φασιανούς] equine essent intellegendi an *aves*, grammatici dubitabant; vid. Herodianus apud Phrynichum (p. 459 Lob.), Athenaeus IX 387 a, scholia. Et foret sane festivus iuvenis, si iussus equos mittere ut sophistarum disciplinae totum se daret, id ne tum quidem facturum se clamaret si pretiosissimi quidam et clarissimi equi sibi darentur. Sed quoniam equorum phasianorum alibi nec vola est nec vestigium, non licet hunc iocum obtrudere comico, sed *aves* intellegendae sunt nobis, ut olim statuit Athenaeus l l., postea Brunck. Illa autem aetate phasianos Athenis non minus raros minusve pretiosos fuisse quam pavones (Ach. 63), quos Pylilampes eiusque filius Demus alebant (vid. Athen. IX 397), facile intellegimus, cum reputamus quod scribit Athenaeus XIV 654 c, ne Ptolemaeum quidem Euergeten phasianorum carnes edisse unquam, sed aliquot harum avium peregre advectas ὥσπερ κειμήλιον asservasse.

— Λεωγόρας] mollis huius et ditissimi hominis etiam Vesp. 1269 Eupol. fr. 44 Plat. fr. 106 fit mentio. Aliquot annis post profanatorum mysteriorum insimulatus incolumis evasit (Andocid. de Myst. § 19 sqq., 68); tunc autem filium pueritiae annos egressum habebat Andocidem. Unde efficitur Alcibiadis eum sodalem

fuisse aetate aliquanto proveciorem.

110. ὧ φίλτατ' ἀνθρώπων ἐμοί] tragicæe gravitatis aliquid habet haec allocutio; cf. Av. 627 ὧ φίλτατ' ἐμοί πολὺ προσβυτῶν. Similia leguntur Aesch. Suppl. 602 Choeph. 1051, Soph. El. 1126, Eur. Hipp. 1333.

112 sq. Quod hic primum de Socrate eiusque asseclis — i. e. de sophistis in universum — perhibetur, id infra vel ad oculos demonstratur, cum ipsi ἄδικος et δίκαιος in scenam λόγοι procedunt altercantes. Spectant autem haec ad praeceptum illud Protagoræ, vel potius omnium qui artem oratoriam aut tunc temporis docebant aut postea docuerunt, quod versibus inclusit Euripides (fr. 189): ἐκ παντός ἄν τις πράγματος δισοῶν λόγων | ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λῆγειν εἴη σοφός, de omni re in utramque partem disputari posse (vid. Senecæ epist. 88 sub finem, supra ad vs. 99, Isocrat. X § 1 sq., Diog. Laert. IX § 52), sectanda igitur esse *probabilia* (τὰ εἰκότα), oratoris autem esse τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν (Plat. Apol. 18 b, 19 b, c, 23 d, Xenoph. Oecon. XI § 25), id est causam dubiam vel infirmam ita exornare dicendo ut apud iudices vincat, quemadmodum optime exposuit Aristoteles Rhetor. II 24 § 11 (cf. Cic. Brut. 8 § 30, Gell. V 3, Zeller Philos. d. Gr. I<sup>4</sup> p. 1017, 2). At comicus ludens nunc detorquet vocis λόγος et adiectivorum κρείττων et ἥττων sensum. Quae verba qui hac de re primus u-rupavit, sive is fuit Protagoras sive Corax sive alius

τὸν κρείττον', ὅστις ἐστί, καὶ τὸν ἥττονα.  
 τοῦτοι τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιν, τὸν ἥττονα,  
 115 νικᾶν λέγοντά φασι τὰδικώτατα.  
 ἦν οὖν μάθης μοι τὸν ἄδικον τοῦτον λόγον,  
 ἂ νῦν ὀφείλω διὰ σέ, τούτων τῶν χρεῶν  
 οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί.

ΦΕΙΛΙΠΠΙΔΗΣ.

οὐκ ἂν πιθοίμην οὐ γὰρ ἂν τλαίην ἰδεῖν  
 120 τοὺς ἐππέας τὸ χροῶμα διακεκναισμένους.

ΣΤΡΕΨΙΔΗΣ.

οὐκ ἄρα, μὰ τὴν Δήμητρα, τῶν γ' ἐμῶν ἔδει,  
 οὔτ' αὐτός, οὔθ' ὁ ζύγιος, οὔθ' ὁ σαμφόρας  
 ἀλλ' ἐξελῶ σ' εἰς κόρακας ἐκ τῆς οἰκίας.

114. Om. V R, cuius erroris causa fuit versum 113 sq. exitus consimilis; cf. vs. 1100.

115. τὰδικώτατα] -τερα V R alii, quod nihil est nisi participio λέγοντα iungitur, sic vero languidum fit additamentum et post ea quae dicta sunt prorsus inutile. Cf. vs. 657 Ran. 989.

119 sq. ἰδεῖν... διακεκναισμένους] μ' ἰδεῖν...-μένον Meineke.

120. χροῶμα] σῶμα Meineke.

121. οὐκ ἄρα] οὐτ' ἄρα Cobet.

123. ἐξελῶ] ἐξολῶ V.

quis magister dicendi, τὸν ἥττω λόγον | intellegebat *partem debiliorem*, quam qui obtinet, causa non cadere non potest, nisi verborum artificis eam protegat; Strepsiades vero interpretatur *deteriorum* sive *iniustam argumentationem*, artis igitur oratoriae praeceptores sibi fingens iniquitatis patronos quosdam et defensores. Et sic rusticus paucarum litterarum, stolidus, ab urbana facundia alienus perabsurde nunc filio τὸν ἥττω λόγον commendat addiscendum, item vs. 883 sq., vid. etiam vs. 1038 sqq., 1336, 1444, 1451, — id quod non improbi est hominis sed insani; nam ὁ κρείττων semper λόγος; est appetendus, nisi quis causa cadere cupiat (cf. Eur. Suppl. 487).

113. ὅστις ἐστί] quisquis est ille, item Ach. 1050 Pac. 1058 etc.; hunc scilicet

λόγον nihil curat rusticus lucro unice intentus.

115. νικᾶν...τὰδικώτατα] haec iungenda; vid. ad vs. 99. „Iniustissima quaeque causa superior fieri dicitur illa ratione defensa”.

120. διακεκναισμένους] *perditus*; vid. ad Ran. 1228 et cf. usus verborum gallofrancorum *abimer* et *ruiner*.

122. ζύγιος] *iugalis*. Sic dicuntur equi iugo subiecti; in quadrigis autem latus utrinque iis tegunt equi *funales*, *σειραφόροι* (Hom. *παρήφοροι*); vid. Eur. Iph. Aul. 221 sqq. *τοὺς μὲν μέσους; ζυγίους... τοὺς δ' ἔξω σειραφόρους*, et infra ad vs. 1300.

— *σαμφόρας*] vid. ad vs. 23.

123. ἐξελῶ] nempe *nisi dicto audientem te mihi praestiteris*. Non nunc ipsum domo filium expellit, sed minatur ei se, nisi

## ΦΕΙΛΙΠΠΙΑΔΗΣ.

125 ἀλλ' οὐ περιόψεται μ' ὁ θεὸς Μεγακλῆς  
ἄνιππον. ἀλλ' εἴσειμι, σοῦ δ' οὐ φροντιῶ.  
(Domum intrat).

## SCENA QUARTA.

Strepsiades solus.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πεσὼν γε κείσομαι  
ἀλλ' εὐξάμενος τοῖσιν θεοῖς διδάξομαι  
αὐτός, βαδίζων εἰς τὸ φροντιστήριον.  
(Surgit, dein accedit ad Socratis domum.  
Post gressus aliquot consistens:)  
130 πῶς οἶν γέρον ὦν, καὶ ἐπιλήσμων, καὶ βραδύς,  
λόγων ἀκριβῶν σχινδαλάμους μαθήσομαι;

125. ἀλλ' εἴσειμι] ὄντ' ἀλλ' εἶμι (ut Eq. 488 Pac. 232 Ran. 577 Eccl. 477, 946) Cobet, εἶμι autem habet Bodl. 7, εἶμι Mut. 2. Sed εἰσιέναι (domum intrare) requiri videtur verbum; cf. commentarius. Blaydes ὄντ'. εἴσειμι.

130. σχινδαλάμους Brunck] σχινδάμους; R, σινδαλμούς; V, σινδαλάμους; codd. multi (et sic Fritzsche Thesm. p. 611). Cf. Ran. 819.

mox ad saniolem mentem redeat, ἀποκλήροκτον eum facturum; sic enim (teste Ammonio s. v.) dicebatur ὁ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκβλήθεις ἐκ τῆς οἰκίας. — Vs. 802 huc respicitur.

— εἰς κόρακας] vid. ad Ran. 187 et 607.

124 sq. οὐ περιόψεται... ἄνιππον] de hoc verbi περιόρᾶν usu vid. ad Ran. 509. Insolite vero et vix recte nunc omittitur participium ὄντα; nam versus Ach. 55, ubi abest etiam adiectivum, alia est ratio, item locorum apud oratores inventorum: Hyperid. III § 38 καὶ μὴ περιόδητε αὐτὸν ἐπὶ πράγματι οὐδένος ἄξιον, Demosth. XXVIII § 20 XXXIII § 12, Isocr. VI § 70 XIV § 55; illic enim περιόρᾶν τινα est spernere, negligere aliquem.

— ὁ θεὸς Μεγακλῆς] avunculus ille ex Alcmeonidarum gente, de quo vid. ad vs. 46. — Voce θεῖος; utuntur e. g. Isaeus I § 9 Aeschines I § 13 II § 78.

125. εἴσειμι] domum igitur intraturum

se dicit filius, unde pater vs. 801 sqq. eum evocat.

126. πεσὼν... κείσομαι] prostratus iacebo. Proprio sensu haec verba adhibita sunt de aegrotο Eur. Or. 35; hic vero imagine e palaestra desumpta utitur senex (vid. ad Ran. 689), item Eccl. 962. Est autem δειλὸς ἀνδρὸς καταπεσόντα μὴ ἀναστῆναι, ἀνδρείου δὲ ταχὺ ἀποψήσασθαι καὶ εἴτ' ἀρνεῖσθαι μὴ πεπτωκῆναι, vid. Ran. 489 sq. Eq. 571 sq. Plut. Per. 8 (de Thucydide Melesiae filio).

130. σχινδαλάμους] vox redit Ran. 819, cf. σμιλέματα (ibid.), παραπίσματα (Ran. 881), σκαριφημοί (Ran. 1497), σκαλαθυρμάτια (infra vs. 630) eodem sensu adhibita, et vid. Plat. Hipp. Mai. 304a, ubi Socrates dicitur κνήματα καὶ περιτιμήματα τῶν λόγων sectari (cf. ibid. 301b); Alexid. fr. 221 Pythagoristae dicuntur vesci πωθειρομοί; καὶ λόγοις λεπτοῖς διεσμιλευμέναις τε φροντίαι.



ἰτητέον. τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι,  
ἀλλ' οὐχὶ κόπτω τὴν θύραν;

(Denuo procedit. — Ianuam pulsans:)

παῖ! — παιδίον!

### SCENA QUINTA.

Strepsiades, Discipulus ianitor.

ΜΑΘΗΤΗΣ.

(ianuam aperiens:)

βάλλ' εἰς κόρακας. τίς ἔσθ' ὁ κόψας τὴν θύραν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Φείδωνος υἱὸς Στρεψιάδης Κικυννόθεν.

ΜΑΘΗΤΗΣ.

135 ἀμαθής γε, νῆ Δί', ὅστις οὕτωςι σφόδρα  
ἀπεριμερίμωως τὴν θύραν κελάκτικας,  
καὶ φροντίδ' ἐξήμβλωκας ἐξηυρημένην.

131. στραγγεύομαι] στραγεύομαι V R.

135. οὕτωςι] οὐτωςί V.

137. ἐξηυρημένην] ἐξευρ. codd. (Pac. 129 verum est in codd.); εὖ κευρημένην lusit vHerwerden.

131. τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι] iungenda sunt ταῦτα (obi. internum) στραγγεύομαι, ut Ach. 385 τί ταῦτα στρέφει et Thesm. 473 τί ταῦτ' ἔχουσαι ἐκείνον αἰτιώμεθα. De locutione τί ἔχων vid. ad Ran.

202. Verbo στραγγεύομαι cunctor noster etiam Ach. 126 utitur, item Plato Rep. V 472 a (Herodot. III 139 et IV 28 fuere qui e coniectura ita scriberent pro στρατεύομαι). Cognatum est Homericum στρέψασθαι (O 512 μ 351), ab eadem autem stirpe ductum est morbi nomen στραγγουρία (Vesp. 810, ubi vid.), quo morbo qui laborat στραγγουριᾶν dicitur sive ὕδατος στράγγα ἔχειν (Menandr. fr. 238).

132. (τί) οὐχὶ κόπτω] *quini pulso*. Alias idem fortius etiam significatur aoristo (τί οὐκ ἔκοψα τὴν θύραν;), e. g. Ach. 592 Vesp. 213 (ubi vid.) Lys. 1161.

— παῖ! — παιδίον!] vid. ad vs. 80, et cf. Ach. 404 Ran. 37.

133. βάλλ' εἰς κόρακας] vid. ad Ran.

607. Ceterum conferri potest Calliae ille ianitor, qui Socratem et Apollodorum primo mane heri ianuam pulsantes facessere iubet καὶ ἅμα ἄμφοῖν τοῖν χερσῶν τὴν θύραν [πάνυ προθύμως] ὡς οἴος τ' ἦν ἐπήραζε (Plat. Protag. 314 d), nec non Euripidis in Acharnensium fabula ianitor vs. 402.

134. Patris mentio supra vs. 65 est iniecta, demus commemoratur etiam vs. 210. Erat tribus Acamantidis.

136. Vid. ad Ran. 98.

137. Recte in scholiis observatur, verbo ἐξαμβλίσκεν h. l. et vs. 139 alludi ad Socratis illud dictum, quod egregie exornavit Plato in Theaeteto dialogo (148 e—151 e), se matris suae artem, τὴν μειυτικὴν, facitare. Cf. etiam Conv. 210 a Phaedr. 278 a, b. Comici igitur verba testantur Platonem hanc comparisonem magistro non de suo tribuisse. Vid. Proleg. p. XXXI sqq.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ξύγνωθί μοι „τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν.“  
ἀλλ' εἰπέ μοι τὸ πᾶγμα τὸ „ἐξημβλωμένον.“

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

140 ἀλλ' οὐ θέμις πλὴν τοῖς μαθηταῖσιν λέγειν.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

λέγε νυν ἐμοὶ θαρρῶν ἐγὼ γὰρ οὐτοσί  
ἦνω μαθητῆς εἰς τὸ φροντιστήριον.

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

λέξω νομίσαι δὲ ταῦτα χοῦ μυστήρια.  
ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης  
145 φύλλαν ὀπόσους ἔλλοιτο τοῦς αὐτῆς πόδας.

143. δὲ V R] δέ σε codd. multi; cf. vs. 1340.

144. Χαιρεφῶντα Σωκράτης] Χαιρεφῶν τὸν Σωκράτη Piccolomini, verbi ἐμέτησε vs. 148 *Socratem* subiectum esse ratus; non male, at vid. vs. 831.

145. ἔλλοιτο] ἔλλοιτο V R alii. || τοῦς... πόδας] τῶν... ποδῶν Blaydes, ne incommodus sit articulus.

138. τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν] agnoscit scholiasta imitationem versus Euripidei τηλοῦ γὰρ οἰκῶν βίον ἐξιδουράμην (fr. 877); cf. eiusdem fr. 894 σοφὸν γὰρ ἀνδρα, κῆν ἐκὼς ναίη χθονός, | κῆν μήποτ' ὄσσοις εἰσίδω, κρινῶ φιλῶν. Certum est a dictione quotidiana discrepare adverbium τηλοῦ alibi apud nostrum non obvium. — Rusticum se dicit senex, qui nunc quidem propter belli pericula cum suis in urbe degit, sed ruri praedium habet, ubi habitare solet.

141. ἐγὼ... οὐτοσί] *iste ego, is quem nunc tu adspicis*. Item Eq. 1098 Plut. 868, cf. Ach. 367 ἀνήρ οὐτοσί, *quem quaeritis adsum*.

143. Cf. Socratis verba iocosa Plat. Theaet. 155e ἄθροε δὴ περισκοπῶν, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούη. Similia leguntur Enthyd. 277e.

145. Recte, ut arbitrator, viri docti Kock Teuffel Merry in festiva narratiuncula, quae sequitur, percipere sibi visi sunt echo quandam dicti Protagorae πάντων χοη-

μάτων μέτρον ἀνθρώπων εἶναι (Plat. Theaet. 152a). Quae verba obscuriora licet minime digna essent quae plebeculae deridenda propinarentur, hominibus a philosophia alienis non poterant non absurda videri, quin ab ipso Socrate Platónico scurrilibus fere iocis proscinduntur in Theaeteto dialogo 161c: τεθαύμαξα ὅτι οὐκ εἶπε Πρωταγόρας ὅτι πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν ὁ; ἢ κυνοκέφαλος; ἢ τι ἄλλο ἀτοπώτερον τῶν ἐχόντων αἰσθῆσαι, ἵνα μεγαλοπρεπῶς καὶ πάνυ καταφρονητικῶς ἤρξατο ἡμῖν λέγειν („*pour élever les bourgeois*“), ἐνδεινύμενος ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ὡσπερ θεὸν ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ, ὁ δ' ἄρ' ἐτύγχανεν ὢν εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων [βατράχου] γυγίνου, μὴ ὅτι ἄλλου τοῦ ἀνθρώπου. — Ad Aristophanis iocum, quem claris cachinnis a spectatoribus exceptum esse libenter credimus, alludit Philippus scurra in Xenophontis Convivio VI § 8, *dic mihi, Socrates, πόσους φύλλας πόδας ἐμοῦ ἀπέχει ταῦτα γὰρ σε φασὶ γυμμετερεῖν*.

δακοῦσα γὰρ τοῦ Χαιρεφῶντος τὴν ὄφρον  
ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τὴν Σωκράτους ἀφίλατο.

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

πῶς δῆτα τοῦτ' ἐμέτρησε;

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

δεξιότατα.

κηρὸν διατήξας, εἶτα τὴν ψύλλαν λαβὼν  
ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τῷ πόδε·  
κῆρα ψυχέντος περιέφυσαν περσικαί.  
ταύτας ὑπολύσας ἀνεμέτριε τὸ χωρίον.

150

146. τοῦ] \*τις? Parum enim commode in lectione vulgata fit transitus a quaestione generali ad certum quendam casum.

147. τὴν Σωκ. R] τοῦ Σωκ. V alii.

148. δῆτα τοῦτ' ἐμέτρησε] τοῦτο διεμέτρησε R, δῆτα διεμέτρησε codd. nonnulli, τοῦτο δὲ 'μέτρησε Cobet, τοῦτο διεμέτρησε alii (compositum legit Lucianus, quem vide Prom. 6).

151. ψυχέντος (-γέντος) vHerwerden] ψυγισσῆ codd. (ψυγισσῆ Elmsley cum Cant. 3), ψυγισσῆ Blaydes infelicissime (cuius coniecturae ipse rationem nullam habuit in commentario), ψυγισσαι (proleptice) Kähler.

146 sq. Ex hirtio Chaerephontis supercilio in Socratis calvam transsiluit, relicta nimirum silvula campum petens apertum.

146. τὴν] nempe τὴν ἐτέραν. Vid. ad vs. 24.

148. ἐμέτρησε] nempe *Chaerephon*, qui hanc quaestionem solvere iussus erat. Cf. vs. 831.

150. τῷ πόδε] posticorum tantum crurum, quae ceteris multo longiora habent pulices et sola ad saliendum valentia, a poeta rationem nunc haberi et — in illa praesertim historiae naturalis infantia — haberi potuisse aptissime, quivis intellegit. Cf. Pac. 7 et 35 τοῖν ποδοῖν et τῷ χεῖρε de canthari cruribus anticis dicta.

151. κῆρα ψυχέντος] non satis accurate haec sunt enunciata, sive librariorum sive ipsius comici culpa. Non enim postquam cera refriguit pulicis plantis acceverunt calcei, sed postquam immersi

sunt eius pedes statim extracti calceos habuerunt adhaerentes.

— περιέφυσαν] cf. Hom. § 477 περιτρέφωτο κρύσταλλος.

— περσικαί] sic novum hoc calceamentum dicitur, quoniam candidum et nitidum est totumque pedem includit, perinde atque feminarum περσικαί (cf. Thesm. 734 Lys. 229 Eccles. 319) sive εὐμαρσίδε; (sic apud tragicos dicuntur).

152. ὑπολύσας] cf. Vesp. 1157 Thesm. 1183 etc. — Quod eiusmodi quid ne potuit quidem fieri, id egregie valet ad augendam huius loci vim comicam.

— ἀνεμέτριε] in eo erat ut meliretur. Communitine sunt tenerrimi illi calceoli, humi proiecti a Chaerephonte perterrito cum rusticus ianua[m] τοῦ φροντιστηρίου primo mane inconsiderate pulsavit? Nihil amplius de gravissima hac quaestione e ianitoris ore inaudimus, sed nisi hac fere ratione, quae commendatur imperfecto ἀνεμέτριε, rem nobis

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ. τῆς λεπτότητος τῶν φρεσῶν.

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

τί δῆτ' ἄν, ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους  
φρόντισμα;

155

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

ποῖον; ἀντιβολῶ, κάτειπέ μοι.

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

ἀνήρετ' αὐτὸν Χαιρεφῶν ὁ Σφήτιος,  
ὁπότερα τὴν γνώμην ἔχοι, τὰς ἐμπίδας  
κατὰ τὸ στόμ' ἄδειν ἢ κατὰ τοῦροσπύγιον.

156. ἀνήρετ' ἀνήρετ' Reiske.

informamus, non habeo quomodo explicem illud ἐξήμβλωται de novo invento supra dictum. Cf. Hirtzel in Herma XI p. 121 sq.

153. τῆς λεπτότητος] frequens apud nostrum hic est genitivi usus in exclamationibus admirantium vel indignantium; vid. vs. 364, 818 et ad Vesp. 161. Substantivo aut articulus praemittitur: *qualis est haec, quam video, tenuitas!* aut adiectivum, e. g. δεινῆς λεπτότητος *egregia scilicet tenuitas!* Sed hoc rarius est (vid. Plat. Protag. 341b Euth. 303 a) neque apud Aristophanem obvium.

154 sq. τί δῆτ' ἄν... εἰ πύθοιο] post ἄν mente supplendum est εἴποις: *quid (igitur diceret) si audires*, item vs. 769 et Lys. 399 et post τί δ' ἄν (sine particula δῆτα) Thesm. 773. — Cf. particularum οὐκ ἄν usus ellipticus supra vs. 108. Praeterea hic sunt afferendi loci ubi legitur τί δῆτα (sc. λέξεις) ἐπειδὴν vel ὕταν: *quid igitur dices cum audieris*, Ach. 1011 Pac. 859, 863. Sine ellipsi ita locutus est Pherecrates fr. 108<sup>22</sup> τί δῆτα λέξεις τὰπῆλοιπ' ἤνπερ πύθῃ; — Idem valet φῆσεις γ' ἐπειδὴν vel ὕταν Pac. 916 et 1351: *tum demum probe id senties cum etc.*

154 sq. ἕτερον... Σωκράτους φρόντισμα]

vert. *alterum inventum, idque ab ipso Socratico prolatum*. Vid. ad vs. 148.

156. ὁ Σφήτιος] est cur mireris demoticum nunc additum nomini viri cuius iam saepius in praecedentibus iniecta fuerit mentio. Quapropter fuere qui putarent non serio sed iocose Sphettium dici virum tristem et severum (vid. Eust. ad Il. 741,24), memores fortasse τοῦ Σφητῆίου ὄζους (Plut. 720, ubi vid. schol.). Quae tamen reicienda mihi videtur explicandi ratio, nulla enim apparet causa cur ianitor nunc potissimum τὸ ἄγριον ἢ τὸ δῶδ' indolis Chaerephontis veluti digito indicet, placidam admodum disquisitionem de rebus naturalibus referens. Vix autem melius placet quae aliquando mihi in mentem venit suspicio, demoticum nunc commemorari quod σφηκῶν nomen sono in memoriam revocet, virum scilicet illinc oriundum vesparum culicumque indolem et vitam cognoscere magis quam alios cupivisse, affinitate quadam cum iis coniunctum.

158. κατὰ] *per*, item Vesp. 141, 398 Av. 1208 (G. Sobolewski Praepos. p. 122).

— τὸ ὄροσπύγιον] vox redit vs. 162 et Vesp. 1075; de re vid. Arist. Hist. An. IV 9 § 2 τὰ ἔντομα οὔτε φωνεῖ οὔτε διαλέγεται, ψοφεῖ δὲ τῷ ἔσω πνεύματι.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τί δ' ἦν ἐκεῖνος εἶπε περὶ τῆς ἐμπίδος;

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

- 160 ἔφρασκεν εἶναι τοῦντερον τῆς ἐμπίδος  
στενόν, διὰ λεπτοῦ δ' ὄντος αὐτοῦ τὴν προήν  
βία βαδίζειν εὐθὺ τοῦ ὄροσπυγίου  
ἔπειτα κοῖλον πρὸς στενῶ προσκείμενον  
τὸν προκτὸν ἰχθεῖν ὑπὸ βίας τοῦ πνεύματος.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

- 165 σάλπιγξ δ' προκτός ἐστιν ἄρα τῶν ἐμπίδων.  
ὧ τρισμακάριος τοῦ διεντερεύματος.  
ἦ ἔγδίδως φεύγων ἄν' ἀποφύγοι δίκην  
ὅστις δίοιδε τοῦντερον τῆς ἐμπίδος.

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

- 170 πρόην δέ γε γνώμην μεγάλην ἀφρηέθη  
ὑπ' ἀσκαλαβώτου.

161. διὰ λεπτοῦ VR] διαλέπτου codd. plerique (quod ne extat quidem adiectivum). || ὄντος] ὀδόντος V.

166. τρισμακάριος] -oi codd. nonnulli.

οὐ τῶ θύραζε (dicit insectis non esse *pulmones*). — Studium enascens historiae naturalis talia tetigisse nos minus miramur quam Aristophanes et aliquanto aequius ferimus; semper autem in derisionem popelli inciderunt qui exiguorum animalculorum vitam mores structuram pervestigabant. Ad Socratem quod adinet, hunc minus etiam quam vulgus hominum illuc animum advertisse satis certum est, siquidem τὰ χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδὲν αὐτὸν ἤθελε διδάσκειν (Plat. Phaedr. 230 d), absurdum autem censebat priusquam te ipsum noveris τὰ ἀλλότρια σκοπεῖν (ibid. 229 e).

162. εὐθὺ] accedente genitivo legitur etiam Eq. 254 Pac. 68, 77, 301, 819 Av. 1421 Ecol. 835 fr. 161, 656 Eupol. fr. 183, 304.

166. διεντερεύματος] vox iocose ficta. Ducī enim non potuit nisi a verbo ἐντερεύειν, quod est propolarum pisces (vel

aves) *purgantium*, vid. Archipp. fr. 25, sed sono verba philosophica διαφεῖν (vid. ad vs. 742) et (δι)φευγῶν (Epicrat. fr. 11 Plat. Apol. 23 b 41 b etc.) in mentem revocat.

167. φεύγων ἄν' ἀποφύγοι] cf. Vesp. 579 κῆν Οἶαρος εἰσέλθῃ φεύγων, οὐκ ἀποφεύγει πρὶν ἄν κτέ., Ach. 178 δεῖ γὰρ με φεύγοντ' ἐκφυγεῖν Μαχρονίας.

168. Qui penitus perscrutatus est culicis intestina (in *de ingewandsgheheimnissen ingewijl*), huic nihil non pervium est et facillimum.

170. ἀσκαλαβώτου] *stellionis*, qui mox *γαλεώτης* dicitur vs. 173 sq. — Prorsus hinc sunt aliena quae de maligno scilicet *stellionum* erga homines animo scribit Plinius Hist. Nat. XXX 27, nisi forte putet quispiam id ipsum egisse *stellionem* ut in Socratis os apertum merdam demitteret! — Consimilis vero est illa de Thalete narratiuncula, quam refert



ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τίνα τρόπον; κάτειπέ μοι.

ΜΑΘΗΤΗΣ.

ζητοῦντος αὐτοῦ τῆς σελήνης τὰς ὁδοὺς  
καὶ τὰς περιφοράς, εἶτ' ἄνω κερηνότος  
ἀπὸ τῆς ὀροφῆς νύκτωρ γαλεώτης κατέχεσεν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἦσθην γαλεώτη καταχέσαντι Σωκράτους.

ΜΑΘΗΤΗΣ.

175 ἐχθρὸς δέ γ' ἡμῖν δεῖπνον οὐκ ἦν ἐσπέρας.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

εἶεν τί οὖν πρὸς τάλφιτ' ἐπαλαμήσατο;

Socrates apud Platonem Theaet. 174 a (cf. Diog. Laert. I 34 etc., Crusius in Babrii editione p. 203): Θαλὴν ἀστρονομούντα καὶ ἄνω βλέποντα πεσόντα εἰς φρέσιν Θρηῆτά τις ἐμμελής καὶ χαρῆσσα θεραπαινὶς ἀποσκάψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. Scilicet, ut addit Socrates, ταυτὸν ἀρκεῖ σκῶμμα ἐπὶ πάντας ὅσοι ἐν φιλοσοφίᾳ διάγουσι.

171. Astronomiae studiosus Socrates hic et infra saepius fingitur, quamquam revera τοὺς συνόντας ἀπέτρεπε τῶν οὐρανίων φροντιστάς γίνεσθαι (Xen. Mem. IV 7 § 5 sq.). Prae ceteris vero hanc artem tunc temporis excolebat Hippias Eleus, vid. Plat. Protag. 318 e Hipp. Mai. 285 b, c.

172. περιφοράς] *circumvectiones* (Cic. Tim. 9); cf. Plat. Leg. X 898 c.

173 sq. Dicitur καταχέσαι τινός, ut κατατιλῶν Ran. 366 (ubi vid.) etc.; cf. fr. 152 σου κατεκοττάριζον ἄν, | νυνὶ δέ σου κατεμοῦσι, τάχα δ' εὐ οἶδ' ὅτι | καὶ καταχέσονται. Vid. etiam Alcaei com. fr. 4.

174. ἦσθην] idem aoristi ἦσθην usus est vs. 1240 Eq. 696 Pac. 1066 Av. 570, 880, cf. ἐθαύμασα vs. 185, ἐγέλασα vs. 820, ἐχάρην Av. 1743 et vid. ad vs. 1036. Praesenti tempore ἦδομαι in eiusmodi enunciatis significat aliquis *se laetari ob*

*rem relatam*, aoristo vero ἦσθην *se ipsa verba quae modo audivisti cum voluistate quadam acceperisse*.

175. Paupertatem Socratis risit etiam Eupolis fr. 352 μισθὸν δὲ καὶ τὸν Σωκράτη, τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην, | ὅς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν, | ὁπόθεν δὲ καταφαγεῖν ἔχει, τοῦτου κατημέληγεν.

— δέ γε] *at contra*. Rem cum praecedentibus quodammodo pugnantem narratum iri hae particulae nunc quoque indicant; item supra vs. 169 et alibi passim. „Socrates non mores hominum tantum novit sed et animalculorum quorumlibet: — attamen nuper bestiola quaedam ridicule ei imposuit: — attamen heri non ridiculum sed quam maxime sollertem se praestitit ille”.

176. πρὸς τάλφιτα] *ad victum quotidianum*. Etiam vs. 106, 648 Pac. 477 sic per iocum vel cum contentu aliquo haec vox usurpatur, ubi expectatur τάλπιτῆεα vel τὸ δεῖπνον. Vid. etiam Eq. 1359 Pac. 636 et cf. βύσκειν pro verbo τρέφειν adhibitum vs. 331 Vesp. 313 (ubi vid.) etc.

— ἐπαλαμήσατο] = *ἐμμηχανήσατο*. Canorum hoc poetarum verbum ridicule discrepat a tenui voce τὰ ἄλφιτα. Redit apud nostrum in tragicorum imitatione Ach.

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτήν τέφραν,  
καύψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβών...

178. διαβήτην] dubito an glossemati haec vox debeatur.

659 Pac. 94, vid. etiam παλάμαι = μηχαναί Vesp. 645.

177—179. Locus ni fallor conclamatus: quid non dixerit comicus demonstratu haud difficile, sed quid dixerit nescio. Egregie quidem errarunt qui id, quod narrat nunc ianitor, in palaestra aliqua, quo Socrates more solito venisset, accidisse sibi persuaserunt; *sacram* igitur *mensam* (Plut. 678, Dittenb. Syll. 379<sup>20</sup> etc., Böckh ad CIG. I p. 751) illic collocatam cogitantes, in qua et hostia et quibus ad sacra opus est instrumenta iacerent; *veru* inde desumptum, *θυμῶτιον* denique — haec enim ingeniosissima est GHermanni coniectura — ex illa mensa surreptum; conferunt autem Plat. Lys. 206 d, ubi pueri Hermaea agentes in palaestra quadam *τεθυμῶται* dicuntur et *ἑσπεριων* fit mentio. Sed nihil haec omnia, si quid video, ad nostrum locum. Neque enim festi nunc diei in palaestra celebrati mentio fit ulla; — nam quotidie illic nescio quas hecatombas diis fuisse oblatas nemo opinor contendet! — neque hostiae in tradito certe textu vestigium est ullum; neque post solis occasum (*ἑσπερας*) aut pueros (vid. Aeschin. I § 10) aut Socratem palaestras frequentasse credibile est; neque omnes suos discipulos potuisset ille secum illuc deducere; neque vox *ἡ τράπεζα*, nisi ipsi linguae vis fiat, aliam nunc mensam potest indicare quam eam quae in Socraticorum domo erat collocata, frustra autem Thiersch coniectura sagaci sed tamen falsissima (vid. ann. crit. et cf. Reisig praef. p. XXIV) huic incommode subvenire conatus est. Itaque hoc dicit ianitor: heri cum incolae τοῦ φροντιστηρίου more solito sub vesperam convenissent coenatum, mensam reperiebant

vacuam, nihil scilicet erat intus quod posset comedi. Quid tunc fecerit magister sollertissimus, ut latrantem sodalium stomachum falleret, optime perspexit grammaticus nescio quis (vid. schol.); mensam, in qua apponi non iam possent dapes quae nullae praesto essent, conspersit pulvere, ut in eo scriberet (cf. Philonid. fr. 7, Cic. Tusc. V 23 § 64, Senec. Ep. 88, Pers. Sat. I 131); dein veru, cuius non iam esset usus ad assandas carnes, circini in modum incurvato circulos ducere coepit, et tum... Quid nunc sequi debet? quid unum sequi potuit? Hoc opinor, discipulos magistro res intellectu difficillimas acute demonstranti attendisse animum, et aliquot demum horis praeterlapsis, cum et tempus et ipse amor edendi dudum praeteriisset, recordatos esse se hodie non coenavisse. „Ova” igitur „philosophica” iis comedenda praebuit magister. — Quae si probabiliter sunt disputata, sequitur ut ferri, certe cum praecedentibus coniungi nequeat id quod versu 179 ab inexpectato narrari creditur, a Demetrio autem *περὶ ἐμνηνείας* c. 152 tanquam exemplum τοῦ ἀπροσδοκίτου affertur: Socratem „e palaestra” — cuius nulladum iniecta est mentio! — „surripuisse vestem”. Hoc enim non festivum est sed tam egregie absurdum ut comico tale quid tribuere sit nefas; vix autem praestat Hermanni coniectura quantumvis ingeniosa, quoniam non sic quidem verba in tolerabilem aliquem sensum possunt cogi. Itaque statuendum est, nisi fallor, nonnulla hic intercidisse; suspicor autem versum 179 ex alia fabula adscriptum e margine in textum irrepisse.

178. διαβήτην] cf. Av. 1003.

ἴεκ τῆς παλαιστρας θοιμάτιον ὑφείλετο.†

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

180

τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαναμάζομεν;  
ἄνοιγ', ἄνοιγ' ἀνύσας τὸ φροντιστήριον,  
καὶ δεῖξον ὡς τάχιστά μοι τὸν Σωκράτη.  
μαθητιῶ γάρ. ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν.

(Discipulus aperit ianuam, unde statim foras proruit  
aliorum discipulorum turba satis magna pallentium, squalientium,  
tribonibus indutorum.)

ὦ Ἡράκλεις, ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία;

179. παλαιστρας] τραπέζης R<sup>1</sup>, hinc παλαίστρας... τραπέζης vs. 177-179 Thiersch male, neque enim κατὰ τῆς παλαιστρας καταπάσαι Graecum est neque ἐκ τῆς τραπέζης ὑφείλεσθαι. || θοιμάτιον] ἱμάτιον Brunck, θοιμάτιον G Hermann ingeniosissime coll. Plat. Lys. 206 d, Bergk infeliciter ἐκ τῆς πάλης; θοιμημάτων „clam e cineribus ferulum protraxit”, θυλάκιον v Herwerden. Locum, ubi excidisse aliquid probabiliter statuit Kock, conclamatum duco; vid. commentarius.

182. Σωκράτη] -την codd. tantum non omnes (cf. vs. 355).

179. Furti Socratem insimulavit etiam Eupolis (fr. 361) in scholiis allatus: σεξαιμενος δὲ Σωκράτης; [τὴν ἐπίδειξιν] Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν οἰνοχόρην ἔκλεψεν. — Socratem autem, qui ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ palastrarum καθῆσθαι soleret (Euthyd. 272 c), illine vestem abstulisse aliquanto aptius et salsius fingere potuit Aristophanes (vel quisquis huius versus est auctor) quam carnes eum surreptas in manibus suis domum absportasse. Quod autem minime clementes erant leges erga eos qui vestes e palaestris surripuissent (Aristot. Problem. XXIX 14, Dem. XXIV § 114) et in universum erga τοὺς λωποδύτας, id hac de re nobis disputantibus argumento esse non potest, meminimus enim quid de *cerri* illo *Oresta* maximo cum risu audientium in Avibus sit narratum (vs. 712, 1491). Articulus vocis ἱμάτιον addi non potuit nisi praecesserit mentio certi cuiusdam hominis, cuius vestis surrepta esse nunc dicatur. Vestis amissa etiam vs. 856, 1103, 1498 commemoratur, in Amipsiae autem fabula Conno sic interrogabatur Socrates: πόθεν ἄν σοι χλαῖνα γένοιτο (Amips. fr. 9).

180. ἐκεῖνον] alter iam exortus est Thales, vetere illo multo sapientior! *Eugeras: Thalem talento non emam Milesium: | nam pol ad sapientiam huius nimis nugator fuit* (Plaut. Capt. II 2, 24). Cf. Av. 1009 ἄνθρωπος Θαλῆς, Plaut. Rud. IV 3, 64 *salve, Thales*, Bacch. II 1, 13 sq. *hem, quam non lude es barbarus, | quem ego sapere nimio censui plus quam Thalem*. Vid. etiam *Palamedis* nomen in laudem sic adhibitum Ran. 1451.

181. ἀνύσας] vid. ad Vesp. 30 et ad Ran. 606.

183. μαθητιῶ] verbum comice fictum, ut *σιβυλλῶν* Eq. 61, ad instar multorum aliorum, quae morbum aliquem indicant, e. g. *εἰλιγγῶν*, *σκοτοδινηῶν*, *ὠρακιῶν* (Ach. 581, 1219 Ran. 481 etc.), quorum nonnulla congestit Lobeck ad Phryn. p. 79—82, multo plura Rutherford ad eundem p. 153; vid. etiam Kühner-Blass Gramm. II p. 264 et <sup>o</sup>laydes ad nostrum locum.

184. In verbis, quae huic versui praemittenda curavi, secutus sum virum doctum Heiðhūs. Domus interiora comicus spectatoribus vix et ne vix quidem potuit

ΜΑΘΗΤΗΣ.

185

τί ἐθαύμασας; τῷ σοι δοκοῦσιν εἰκέναι;

ΣΤΡΕΨΙΔΑΗΣ.

τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι, τοῖς Λακωνικοῖς.  
ἀτὰρ τί ποτ' εἰς τὴν γῆν βλέπουσιν οὔτοι;

ΜΑΘΗΤΗΣ.

ζητοῦσιν οὔτοι τὰ κατὰ γῆς.

ΣΤΡΕΨΙΔΑΗΣ.

βολβὸς ἄρα

185. εἰκέναι Brunc] εἰκέναι codd., cf. Eccl. 1161. Vitium redit Vesp. 1142.  
186. τοῖς Λακωνικοῖς] sic V R, τῆς Λακωνικῆς codd. nonnulli, quod mire languet.

ostendere; itaque statuo instrumenta astronomica vel geographica, de quibus mox fit sermo, oculis eorum non esse obiecta, sufficit autem Strepsiades ante ianuam apertam de iis ita confabulans cum ianitore ut revera ea omnia eum adspicere credamus. Quid quod haec fabulae pars sic acta facilius plausum ferre potuit quam si poeta τὸν σκευοποιὸν iussisset inanem operam collocare in imaginibus quibusdam coeli et terrarum effingendis, quae festivi nihil potuissent habere nullumque risum spectatoribus movere. Accedit quod Socrates usque ad versum 217 oculis rustici et spectatorum est subducendus (vid. vs. 195); quod probabiliter quomodo possit fieri non video, nisi ianua tum demum prorsus aperiatur ex parte tantum nunc patens. — Versu demum 509 senex τὸ φροντιστήριον intrat.

— Sic Av. 93 Enelpides adspecto avium rege ridiculum in modum ornato ὦ Ἡράκλεις — exclamat — τοῦτι τί ποτ' ἐστὶ τὸ θηρίον; (ubi aut ἐστὶ aut τὸ delendum esse e metro apparet). Vid. etiam Pac. 180 ὦναξ Ἡράκλεις, τοῦτι τί ἐστὶ τὸ κακόν; quae Mercurii sunt verba hominem hippocantharo vectum stupentis. Etiam Ach. 156 Vesp. 1136 Av. 1036, 1207 (Pac. 322, 1213 Thesm. 1080, 1085) legitur τοῦτι τί ἐστὶ τὸ κακόν; cf.

verba τοῦτι τί ἦν τὸ πρᾶγμα Ach. 767 Ran. 438 fr. 125.

186. Lacedaemonii, qui expugnata Sphacteria a Cleone ante menses duodeviginti (mense Augusto anni 425, vid. Thuc. IV 38-40) Athenas fuerant deducti, triste praebuerant spectaculum, cum e triremibus egressi Piraei solum conscenderunt pudore suffusi, fame enecti, vulneribus laborantes, catenis onusti, barba hirsuta, squallido vestitu. Captivi autem etiantunc ἐν τῷ δημοσίῳ asservabantur δεσμοῖς φυλαττόμενοι (Thuc. l. l. 41), et biennio demum post, cum foedus iniissent Athenienses cum Lacedaemoniis, libertatem recuperarunt (Thuc. V 15, 18 § 7, 24 § 2). His igitur Strepsiades assimilat tenebriones pallidos macilentos squallidos tribonibus indutos, qui foras veluti e carcere proruerunt ut primum adepti sunt occasionem quo rariorem eo magis gratam aliquantisper sub dio commorandi.

— Λακωνικοῖς] nominis haec forma (pro Λακεδαιμονίοις) redit Pac. 212 Lys. 628, 1115, 1226 Eccl. 356 Xen. Hell. II 4 § 10 IV 8 § 35 et 37. Cf. Ἀχαρνικοί pro Ἀχαρνῆς Ach. 324, 329, Μεγαρικοί pro Μεγαροῦς Ach. 830.

188. Hoc quoque a Socratis studiis revera erat quam maxime alienum; cf. Plat. Apol. 18 b, 19 b, 23 d.

ζητοῦσι.

(Ad discipulos meditantes:)

μή νυν τουτογὶ φροντίζετε,

190

ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἴν' εἰσὶ μεγάλοι καὶ καλοί.

(Ad ianitorem:)

τί δ' ἄρ' οἶδε δρωσιν, οἱ σφόδρ' ἐγκεκυφότες;

ΜΑΘΗΤΗΣ.

οὔτοί γ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τί δῆθ' ὁ πρωκτὸς εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπει;

ΜΑΘΗΤΗΣ.

αὐτὸς καθ' αὐτὸν ἀστρονομεῖν διδάσκεται.

(Ad discipulos:)

189. τουτογὶ Flor. A] τοῦτό γε (sic R) vel τουτ' ἔτι (sic V) codd. cett., τοῦτό γ' ἔτι Reisig, τοῦτό γ' ἐκφροντίζετε dubitanter Bergk.

191. δ' ἄρ' γὰρ VR et plerique.

192. γ'] δ' R et multi. || Post hunc versum Reisig temere inserebat versus apud Diogenem Laert. II 18 „ex Aristophanis Nubibus” allatos: *Ἐνδοπίδης δ' ὁ τὰς τραγωδίας ποιῶν | τὰς περιγαλοῦσας οὐτὸς ἔστι τὰς σοφὰς* (Vid. Proleg. p. XXII). Idem postea statuit ante versum 218 hos versus (aliosque complures) excidisse.

— *βολβρὸς ἄρα | ζητοῦσι*] esurientes Socraticis sodales, quos *ἀδειπνοῦς* heri cubitum iisse modo audivimus, vile huiusmodi ὄψον sibi quaerere (Plat. Rep. II 372 c) putat rusticus. Quod *βολβωρουχεῖν* dicitur fr. com. adesp. 959; cf. etiam *ἐκβολβίξειν* Pac. 1123. Commentarii autem instar est Davidis Copperfield apud Dickensium error, qui cum puer magistrum grandaevum per hortum videret demisso capite identidem circumspatiari, „graeicis” autem „radicibus” investigandis doctissimum illum virum intentum esse audivisset, putabat speciem quandam hanc esse carotarum sibi ignotam. — Kockii ad hunc versum annotationem silentio pressisse praestat.

191 sqq. Simillimis iocis Platonicos postea insectatus est Epicrates; vid. fr. 11 ad vs. 742 allatum.

192. *Si quid Tartaro est inferius, hi perscrutantur*, „metaphysicis” scilicet re-

bus („buitenissigheden” quas iocans vocabat Multatuli ille nostras) intenti. Nam sub Tartaro prorsus nihil esse, ipsum vero *τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς ὅσον οὐρανὸς ἐστ' ὑπὸ γαίης*, ex Hesiodo novimus (Theog. 720, cf. Aesch. Prom. 152 sq.).

— *ἐρεβοδιφῶσιν*] verbum comice fictum neque alias obvium; est autem ductum a verbo vetusto *διφᾶν* = *ζητεῖν* vel *ἱρευνᾶν* *scrutari*, quod ex Homero II 747 notum est: *πολλοὺς ἂν κορέσειεν ἀνήρ ὅδε τῆθεα διφῶν* et ex Hesiodo Op. 373 sq. *μηδὲ γυνή σε νόον πυροστόλος ἐξαπατάτω | αἰμύλα κωτίλλουσα τεῆν διφῶσα καλήν*. Cf. Cratin. fr. 2 *ὄλον σοφιστῶν σμηνοῖς ἀνεδιφήσατε* (*hebt gij oργεδοκεν*), Herod. Mimiamb. VI 73 *ἐννοέστερον... διφῶσ' ἄλλον οὐκ ἂν εὐρίσκοις*, vid. etiam *ἐκδιφᾶν* ibid. VII 78. Alia composita inde sunt ducta *μηχανοδίφης*; Pac. 791, *πραγματοδίφης*; Av. 1424, *ἀστροδίφης*; Herod. Mimiamb. III 54, *δικοδίφης*; Lucian. Lexiph. 9.



195 ἀλλ' εἴδειθ', ἵνα μὴ ἐκεῖνος ὑμῶν ἐπιτύχη.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

μήπω γε, μήπω γ', ἀλλ' ἐπιμεινάντων, ἵνα  
αὐτοῖσι κοινώσω τι πραγματίον ἐμόν.

ΜΑΘΗΤΗΣ.

ἀλλ' οὐχ οἶόν τ' αὐτοῖσι πρὸς τὸν ἀέρα  
ἔξω διατρέβειν πολὺν ἄγαν ἔστιν χρόνον.  
(Discipuli abeunt in aedium interiora.)

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

200 πρὸς τῶν θεῶν, τί γὰρ τάδ' ἔστιν; εἰπέ μοι.

ΜΑΘΗΤΗΣ.

ἀστρονομία μὲν αὐτῆ'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τουτὶ δὲ τί;

195. ὑμῶν schol.] ἔμῶν codd., quod ferri nequit, quoniam hic discipulus usque ad vs. 221 in scena remanet. || ἐπιτύχη] περιτύχη codd. nonnulli.

197. αὐτοῖσι κοινώσω] αὐτοῖς ἀνακοινώσω Blaydes coll. vs. 470 et Lys. 1177.

199. ἔστιν] οὕτω Blaydes.

195. ἐκεῖνος] cf. vs. 534 Ach. 708 etc., et αὐτός vs. 219.

— ἐπιτύχη] *superveniat* vobis sub dio morantibus. Verbum redit vs. 535 Ran. 570.

196. μήπω γε] idem ellipticus est usus Ach. 176 Eq. 960, 1100 Nub. 267. De particulae γε in eiusmodi breviloquentia usu vid. etiam supra ad vs. 84 et ad Vesp. 231.

197. Cf. vs. 470 et Lys. 1177.

198 sq. Gens lucifuga noctivaga quantocius ad umbracula sua redire iubetur, priusquam sol radiis suis eos possit contingere; nunc enim vixdum allucescit. Hunc locum perlegentes recordari iuvat Porcii illius Latronis, quem Quintilianus X 5 § 18 narrat in umbra ita consensisse ut, cum ei causa in foro esset oranda, impense petierit uti subsellia in basilicam transferrentur: ita illi coelum novum fuit.

198. πρὸς τὸν ἀέρα] cf. Lucian. XLIX 24; idem vs. 632 (ubi vid.) dicitur πρὸς τὸ φῶς, vs. 771 Pac. 567 Thesm. 69 Eccl. 64 πρὸς τὸν ἥλιον. Vesp. 772 πρὸς ἥλιον, fr. 627 πρὸς εἴλην, Thesm. 1001 πρὸς τὴν αἰθρίαν; cf. πρὸς (τὸ) πῦρ Ach. 751 Pac. 1131, πρὸς λύχνον Pac. 692.

200. τάδε] *haec omnia quae ante oculos habeo*. Domus interiora designat Strep-siades, ad quae nunc demum, postquam evanuit discipulorum turba, ei patet adspectus.

201 sqq. Coeli speciem quandam cernere fingitur senex, deinde terrae imaginem, qualem excogitasse primus fertur Anaximander philosophus, postea ab Hecataeo Milesio accuratius descriptam Spartiatis ostendisse Aristagoras (χαλκιον πίνακα, ἐν τῷ γῆς ἀπάσης περιόδο; ἐνετέμνητο καὶ θάλασσά τε πῶσα καὶ ποταμοὶ πάντες, Herod. V 49, cf. IV 36, Diog. Laert. V 51).

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

γεωμετρία.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τοῦτ' οὖν τί ἐστὶ χρήσιμον;

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

γῆν ἀναμετροῦσαι.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

πότερα τὴν κληρουχικήν;

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

οὐκ, ἀλλὰ τὴν ξύμπασαν.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἄστεῖον λέγεις;

205 τὸ γὰρ σόφισμα δημοτικὸν καὶ χρήσιμον.

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

αὕτη δέ σοι γῆς περίοδος πάσης. ὄρθς;

ἄϊδε μὲν Ἀθηναί.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τί σὺ λέγεις; οὐ πείθομαι,

ἐπεὶ δικαστὰς οὐχ ὄρῳ καθημένους.

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

ὡς τοῦτ' ἐληθῶς Ἀττικὸν τὸ χωρίον.

202. χρήσιμον] τὸ χρήσιμον V.

203. ἀναμετροῦσαι Cobet cum Mut. 1] -τροῦσθαι codd. cett.; cf. Av. 1020. Medium legitur fr. 617, sed propriam an translata potestate ibi sit adhibitum non liquet; translatum est Eur. El. 52 Ion. 250, 1271 Iph. T. 346 fr. 739<sup>4</sup> Theoc. XXIV 126 Lucian. Amor. 53. || πότερα] om. R.

209. Del. Cobet. Nasci potuit ex huiuscemodi scholio: ὡς τοῦτο (nempe τὸ δικάζειν)

203—205. Verba γῆν et ἀναμετροῦσαι suo terrae et demetiendi sensu adhibet discipulus, sed Strepsiades de agris dividendis agi ratus ab altero aliquo Solone tabulas novas — γῆς ἀναδασμὸν καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς — civibus parari putat (cf. vs. 1187 et Vesp. 715). Lesbiorum e. g. agri his annis inter tria milia civium Atticorum fuerant divisi (Thuc. III 50).

208. Athenienses scilicet οὐδὲν δρῶσι

πλὴν δικάζουσι (Pac. 505) et ἐπὶ τῶν δικῶν ἕδουσι πάντα τὸν βίον (Av. 41); quin in fatis esse fertur ut aliquando suum cuius sit tribunal in vestibulo (Vesp. 800 sqq.). — Itaque rex avium cum duos Athenienses videt adventantes in suam regionem, statim metuit ne ἡμαστὰι hi quoque sint, perinde atque ceteri illius urbis incolae (Av. 109).

209 ὡς] vid. Av. 338 et ad Vesp. 416, nec non infra ad vs. 325 sq.

## ΣΤΡΕΨΙΛΙΔΗΣ.

210 καὶ ποῦ Κικυννῆς εἰσὶν οἱ ἔμοι δημόται;

## ΜΑΘΗΤΗΣ.

ἐνταῦθ' ἔνεισιν. ἡ δὲ γ' Εὐβοί', ὡς ὄρεος,

ἀληθῶς Μτικόν ὄν. || ὡς τοῦτ'] τοῦθ' ὡς Kock. || Μτικόν] Μτικὴ Dobree, τῆτικόν (?) Wecklein.

210. Echo quaedam huius iocī percipitur, nisi fallor, in narratiuncula apud Aelianum Var. Hist. III 28 servata: ὄρεων ὁ Σοκράτης τὸν Μικυιάδην τετυφωμένον ἐπὶ τῷ πλούτῳ καὶ μέγα φρονούντα ἐπὶ τῇ περιουσίᾳ καὶ ἔτι πλέον ἐπὶ τοῖς ἀγροῖς, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τινα τῆς πόλεως τόπον, ἔνθα ἀνέκειτο πυάκιον ἔχον γῆς περιόδον, καὶ προσέταξε τῷ Μικυιάδῃ τὴν Μτικὴν ἐνταῦθ' ἀναζητεῖν ὡς δὲ ἤρε, προσέταξεν αὐτῷ τοὺς ἀγροὺς τοὺς ἰδίους διαθροῆσαι. τοῦ δ' εἰπόντος „ἀλλ' οὐδ' αὐτῷ γεγραμμένα εἰσὶν“, „ἐπὶ τοῦτοις ὄν“ εἶπε „μέγα φρονεῖς, οἵπερ οὐδὲν μέρος τῆς γῆς εἰσὶν.“

— καὶ] incredibilia proferri indicat haec particula interrogativo praemissa. Cf. vs. 398, 1333 Ach. 86 Vesp. 665, Antiphont. V § 57 (Hartman Stud. Antiphont. p. 17), Thuc. V 92, Xen. Conv. I 15 Hell. V 3 § 10, Aesch. Prom. 930, Eur. Herc. 297, Theoc. V 25 etc.; vid. etiam ad vs. 840 et 1292.

211—213. Anno 506 devictis Chalcidensibus Athenienses quatuor milia cle-ruchorum in Euboeam miserunt, inter quos distributi sunt agri τῶν „ἰπποβο-τῶν“, ut vocabatur Chalcidensium nobilitas, quos τοὺς παχίας τῶν Χαλκιδέων dicit Herodotus V 77. Sexaginta autem annis praeterlapsis Chalcidenses conati sunt libertatem suam recuperare; nam cum Athenienses ad Coroneam gravis-simam cladem accepissent, Euboea ab iis defect simulque Megarenses Pelopon-nesiis invasionem in Atticam parantibus se adiunxerunt. Pericles tunc callida arte (auri magnam vim „εἰς τὸ δέον ἀνα-λώσας“, vid. ad vs. 859) effecit ut re infecta ex Attica recederent hostes, dein Μθρηνοὶ εἰς Εὐβοίαν διακίοντες Περγίλους

ἀστρατηγούτους κατεστρέφοντο πῶσα. καὶ τὴν μὲν ἄλλην ὁμολογία κατεστρέσαντο, Ἐπικράτης δ' ἐξοικίσαντες αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον (Thuc. I 114). Ergo ex illo inde tempore Hestiaea inter duo milia cle-ruchorum est distributa, ipsumque no-men regionis est mutatum, Oreos enim dici coepit (cf. Pac. 1046 sq. et 1125). Foedus, quod Athenienses pacata denuo Euboea cum Chalcidensibus inie-runt, extat integrum in lapide quem annis abhinc viginti invenit Kumanidis muro meridionali arcis Athenarum in-aedificatum (CIA. IV 27 a, Dittenb. Syll. 10; vid. praesertim lin. 66). — Harum igitur rerum, quibus ipse inventutis an-nis interfuit, non sine voluptate recor-datus (ut senes Vesp. 236 etc.) rusticus nunc utitur verbo ambiguo παρατείνειν. Quod proprio extendendi sensu a So-crate adhibitum aptissimum est ad Eu-boeam designandam, quae per stadia nongenta iuxta Boeotiae et Atticae lit-tora porrecta iacet, a poetis *Macris* ideo dicta saepius (vid. Callim. h. Del. 20 *Μακρὸς Ἀθαντιάς*; *Ἐλλοπιῶν*, Apoll. Rhod. IV 1175 cum schol.). Ita usurpatum est παρατείνειν e. g. Hom. ε 116, Thuc. IV 8 § 6, Herod. I 203 II 8 IV 38. At *vexandi* sensu id accipit Strepsiadēs; cf. fr. 506 ἄλις ἀφύης μοι παρατέταμαι γὰρ τὰ λιπαρὰ κίπτων, Thuc. III 46 § 2 πόλιν πολιορκία παρατεῖσθαι εἰς τὸ ἔσχατον, Xen. Mem. III 13 § 6 ἄλλοι δὲ λέγοντος ὡς παρετάθη μακρὰν ὁδὸν πορευθεὶς κτέ., item saepius apud Platonem (Lys. 204 c Enthyd. 303 b Conv. 207 b), cf. Ruhnk. ad Tim. s. v. παρατενεῖς. Similis est latinae vocis *di-stractus* usus, cf. etiam anglicum *distrac-ted* (= moestitia affictus).

ἠδὲ παρατίεται μακρὰ πόρρω πάνυ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

οἷδ' ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους.

ἀλλ' ἢ Λακεδαίμων ποῦ ἐσθ' ;

ΜΑΘΗΤΗΣ.

ὅπου ἐστίν; αὐτῆι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

215

ὡς ἐγγὺς ἡμῶν. τοῦτό νυν φροντίζετε,

ταύτην ἀφ' ἡμῶν ἀπαγαγεῖν πόρρω πάνυ.

ΜΑΘΗΤΗΣ.

ἀλλ' οὐχ οἷόν τε.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

νῆ Δί' οἰμώξεσθ' ἄρα.

(Latus aperta ianua cernitur Socrates in  
machina pensili versans.)

φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὐπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ;

214. (ε)σθ' A] 'στιν codd. cett., quod perperam probabat Reisig coll. Ach. 800 Vesp. 1369, in fine enunciati interrogativi elisum *ἔστι* vitiosum ducens sine iusta causa; redit enim Ach. 178 Pac. 187 Av. 90, 1495 Ran. 83, 1220, certa autem est trimetri haec conformatio Pac. 41 Thesm. 498 Ran. 1078 fr. 18. Ceterum recte observatum est, absurde hodie scribi „*ἔσθ'*;" sic enim ex alterius ore percipi adspirationem litterae τ, cuius causa sit alterius verbum nondum auditum; sed nihil valet haec observatio ad formam disyllabam *ἔστιν* hoc similibusque locis commendandam, nam prorsus certa est huiusmodi elisio Nub. 1270 Vesp. 793 Pac. 275, 1054 Lys. 49, 736 Plut. 132 fr. 18. Cf. Nub. 1192 Av. 40.

215. νυν Bergk] *πάλιν* V, *μέγα Δ* schol. Suid., *πάνυ* R et plerique (quod e *πυ*. *παλιν* natum esse arbitror). Neque *πάνυ* ter adhibitum ferri potest neque *πάλιν* aut *μέγα* contextui est aptum. Bentley *μεταφροντίζετε* (*mutate et corrigite hoc*).

216. *πάνυ*] *πάλιν* Sauppe cum Ven. 215.

217. νῆ Δί'] in codd. est Discipuli, Strepsiadi dedit Cobet, in negativa enim oratione *μά* fuisse dicendum. Quae lex ne Thesm. 640 quidem infringitur, neque Eccl. 445 aut Diphil. fr. 32<sup>25</sup> (Philetaer. 4<sup>3</sup> Meineke restituit *μά*).

218. οὐπὶ...ἀνήρ;] Discipulo haec quoque verba dat Piccolomini, cui minime assentior.

217. οἰμώξεσθ' ἄρα] vid. ad Ran. 178.

218. Simillimo ioco Euripidem in Acharnensibus noster ostendit *ἀναβάδην τραγωδίας ποιούντα*, in lectulo scilicet porrectum (Ach. 407 sqq.); nec non conferendus est Agathon muliebri or-

nato insignis dum mollia sua carmina pangit (Thesm. 96 sqq.).

— *φέρε*] vid. vs. 769 et ad Vesp. 148.

— *κρεμάθρας*] vox redit vs. 869; breve habet alpha, quoniam ducta est a stirpe verbi *κρέμασμα*. Vid. ad Ran. 904.

ΜΑΘΗΤΗΣ.

αὐτός.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τίς αὐτός;

ΜΑΘΗΤΗΣ.

Σωκράτης.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὦ, Σωκράτης!

220

ἴθ' οὗτος, ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα.

ΜΑΘΗΤΗΣ.

αὐτός μὲν οὖν σὺ κάλεσον· οὐ γάρ μοι σχολή.

(Abit.)

SCENA SEXTA.

Strepsiades, Socrates.

ὦ Σώκρατες! —

ὦ Σωκρατίδιον!

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

τί με καλεῖς, ὦ ἐφήμερε;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

πρωτον μὲν ὅ τι δρᾷς, ἀντιβολῶ, κάτειπέ μοι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

225

ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.

219. \*ὦ, Σωκράτης!] ὦ Σώκρατες; codd.; sed nondum Socratem nunc a rustico vocari testantur vs. 220—222. Bentley τί; Σωκράτης; — Vid. Eq. 120 Ran. 968.

221. σὺ] om. V.

219. αὐτός] noto usu servi herum dicunt *ipsum* et discipuli magistrum. Cf. (Plut. 965) fr. 268, 713, Plat. Protag. 314 d, Theocr. XXIV 50, Plaut. Cas. IV 2, 11, Catull. III 6, Hor. Sat. II 8, 23, et vid. ἐκεῖνος; vs. 195.

— ὦ, Σωκράτης!] non advocantis philosophum haec est vox sed admirantis, ut Θηραμένης Ran. 968, λόγια Eq. 120.

220. μέγα] cf. Vesp. 618.

222 sq. ὦ Σώκρατες! — ὦ Σωκρατίδιον!] vid. ad vs. 80.

223. ἐφήμερε] poetica hac voce (vid. Av. 687, Pind. fr. 134, Aesch. Prom. 83, 253, et cf. Plat. Leg. 923 a Hom. φ 42) tumide admodum mortalem affatur philosophus in sublimi habitans et res aeternas sectans.

225. ἀεροβατῶ] verbum hoc, quod cum toto versu vs. 1503 redit, fingitur nunc



## ΣΤΡΕΨΙΑΛΛΗΣ.

ἔπειτ' ἀπὸ ταρροῦ τοὺς θεοὺς σὺ περιφρονεῖς,  
ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐ γὰρ ἄν ποτε  
ἔξηϋρον ὀρθῶς τὰ μετέωρα πράγματα,  
εἰ μὴ κρεμάσας τὸ νόημα καὶ τὴν φροντίδα

339. κεστρῶν] de pretioso hoc pisce, congris cognato, qui vulgo *σφύρανα* dicebatur, vid. Athen. VII 323 (Stratt. fr. 30<sup>12</sup> Antiphan. 97 Nicophont. 6 Amph. 30<sup>12</sup> etc.).

— τεμάχη] vid. ad Ran. 517.

— κίχηλῶν] per iocum pro κίχλῶν nunc dōrice (cf. Athen. 64f) id est poetice dicitur. Turdorum etiam in Acharnensibus multa fit mentio, vid. praesertim Ach. 970.

340. τί παθοῦσαι] cum indignatione mirantis est sic rogare: *quid tandem eas movit* (ut mortalem speciem induerent)? Idem huius participii est usus Ach. 826, 912 Nub. 340, 402, 1506 Vesp. 251 Pac. 701, Lys. 599, Plut. 908 Pherecr. fr. 64 Eupol. 357 Nicol. 1<sup>7</sup>, consimili autem ratione usurpantur praesens *τί πάσχεις* (Nub. 708, 816 Vesp. 1 Av. 1044 Lys. 880), perfectum *τί πέπονθας* (Vesp. 267, 995), futurum *τί πείσομαι* (Nub. 461, 791), nec sine utilitate contuleris quae ad vs. 234 et 798 sunt observata. Quod autem in codd. saepius errore tralaticio *τί μαθῶν, τί μαθοῦσα* reperitur scriptum, id ne commemoratu quidem dignum ducerem postquam GHermann aliorum vestigiis insistens illud vitium suo pretio aestimavit (in Praefatione ad Nubes<sup>2</sup> p. XLVI—L, cf. Cobet Misc. crit. p. 38 et

150), nisi diu post Hermannum ad vetustos illos errores rediisset Teuffel sic distinguens: „*τί παθῶν qua de causa, τί μαθῶν qua de ratione*“; item Kayser Philostrat. p. IX, Schmidt Attic. I p. 137 III p. 156. Quibus etiam Blaydesium (ad h. l.) et Starkium (ad Vesp. vs. 251) nuper adstipulatos esse satis mirari nequeo.

341 sq. Poetam quid moverit ut muliebrem figuram Nubibus tribueret, inutile est quaerere; nam ipsa res ferebat ut „*deae*“ hae Socraticorum fingerentur tali corpore quale est feminarum terrestrium. Haud tamen inutile videtur observasse, Aristophanem non primum fuisse cui in mentem venerit Nubes, ut Procellas (*ἄρπνιας*), assimilare mulieribus, sed diu ante eius aetatem hanc comparisonem ex Graecorum ingenio poetico procrevisse. Nam *Erinyas* ἡεροποιτίας *περοφόρους* *δρομάδας* *αιολομόρφους* primitus fuisse Nubes per coelum festinantes probabiliter statuerunt viri docti (vid. Rapp in Roscheri Lexico Mythologico s. v.); praeterea cf. Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 475.

341. εἶπερ... γε] vid. ad vs. 251.

— εἴξασι] haec forma, quae terminum habet in tempore perfecto insolitum, conferenda est cum verbi *οἶδα* 3<sup>a</sup> persona plur. ἴσασι (Hom. *Ἔισασσι*, pro *Ἔιδ-σασσι* sive *Ἔιδ-σαντι*, cf. Ench. dict. ep. p. 457, 1). Apud nostrum redit vs. 343 Av. 96, 383, cf. Eubul. fr. 98<sup>8</sup>, Eur. Iph. Aul. 848 etc.; vid. etiam futurum *εἴξεις* vs. 1001.

342. ἐκεῖναί] *illae* quas norunt omnes.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

φῆρε, ποῖαι γὰρ τινές εἰσιν;

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

οὐκ οἶδα σαφῶς, εἷξασιν δ' οὖν ἐρίοισιν πεπταμένοισιν,  
 κούχῃ γυναιξίν, μὰ Δί', οὐδ' ὄτιοῦν· αὐταὶ δὲ ῥήνας ἔχουσιν.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

345 ἀπόκριναι νυν ἅτ' ἂν ἔρωμαι.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

λέγε νυν ταχέως ὅ τι βούλει.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἤδη ποτ' ἀναβλέψας εἶδες νεφέλην Κενταύρω ὁμοίαν,  
 ἢ παρδάλει, ἢ λύκῳ, ἢ τάρῳ;

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

νῆ Δί' ἔρωγ'· εἶτα τί τοῦτο;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

γίγνονται πάνθ' ὅσα βούλονται κἄτ' ἦν μὲν ἴδωσι κομήτην  
 ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἶόνπερ τὸν Ξενοφάντου,

343. δ' οὖν] γοῦν V alii. || ἐρίοισιν πεπτ.] ἐρίοις διαπεπτ. Reisig.

344. δέ] δέ γε V R et plerique metro invito, vid. Thesm. 781 Ran. 1059 Ach. 1146 Plut. 1064 etc.; Vesp. 1067 τῶνδε ῥώμην parodiae debere videtur.

345. ἂν] ἂν σ' V R et plerique.

347. τοῦτο] τουτι Blaydes (ut vs. 424, 431).

348. πάνθ' ὅσα aut πάν ὅ τι legendum esse iure statuit GHermann; cf. Cobet Var. Lect. p. 106. Vid. tamen Eur. Ion. 232, Xen. Hist. Gr. II 2 § 16, Plat. Rep. 566 d, recte autem observat Blaydes vulgo dici ὅ τι βούλει etc., non ὅσα βούλει. — Perperam Bentley πάνθ' ἂν βούλονται. || κἄτ' ἦν μὲν ἴδωσι] κἄν μὲν κατίδωσι Blaydes coll. vs. 351, vid. etiam Ran. 410 Eupol. fr. 159<sup>7</sup>; sed vulgata non est suspecta.

349. Ξενοφάντου] Ξενοφῶντα V.

343. εἷξασιν] cf. vs. 341.

— δ' οὖν] quae sint pro certo dicere non habeo, sed similes sunt certe veliteribus per aëra fluitantibus (cf. Verg. Georg. I 397). Particulae δ' οὖν etiam Eq. 423 Eecl. 326 etc. sic usurpantur.

346 sqq. Cf. Lucret. IV 139 sqq. saepe gigantum | ora volare videntur et umbram ducere late, | interdum magni montes avolsaque saxa | montibus anteire et solem suc-

cedere praeter: | inde alios trahere atque inducere belua nimbos.

346. ἤδη...εἶδε:] vid. ad vs. 386.

349 sqq. Xenophanti filius quem dicit est Hieronymus poeta lyricus, Eecl. 201 per amarum iocum σοφός dictus. Huius hominis praelongam caesariem (vid. ad vs. 14) comicus Ach. 389 ridens assumulat Ἰδίου κονῆ, quam qui capiti impositam habet cerni nequit (Hom. E 845



350 σκάπτουσαι τὴν μανίαν αὐτοῦ Κενταύροις ἤκασαν αὐτάς.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τί γὰρ ἦν ἄρπαγα τῶν δημοσίων κατιδῶσι Σίμωνα, τί δρωῶσιν;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἀποφαίνουσαι τὴν φύσιν αὐτοῦ λύκοι ἐξαίφνης ἐγένοντο.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ταῦτ' ἄρα, ταῦτα Κλεόνυμον αἴται τὸν ῥίψασπιν χθῆς ἰδοῦσαι,  
ὅτι δειλότατον τοῦτον ἐώρων, ἔλαφοι διὰ τοῦτ' ἐγένοντο.

351. γὰρ] δ' ἄρ' Brunck.

354. ἐγένοντο] ἐξεγένοντο V.

Hes. Scut. 227); ἄγριον autem nunc eodem sensu eum vocat quo Aeschines I § 52 hoc adiectivum usurpavit de sui temporis paederastis loquens.

350. ἤκασαν] gnomicus hic est aoristus, item ἐγένοντο vs. 352. Vid. ad Ran. 1068.

351. Σίμων quis fuerit nescimus, sed utpote periorus notatur vs. 399, et teste scholiasta Eupolis in Urbibus (fr. 218), quae fabula uno anno post Nubes acta est nisi fallor (vid. Mnemos. 1888 p. 257, Proleg. Vesp. p. XXXVIII), de eo dixit ἐξ Ἡρακλείας (?) ἀγγύριον ὑφείλετο. In proverbium autem videtur abiisse hominis huius famosissimi nomen, certe dicti e paroemiographis noti οἶδα Σίμωνα καὶ Σίμων ἐμέ (*diefje en diefjesmaat*) aptissime sic explicatur origo. In ludo denique talorum iactus quidam Simon dicebatur teste Eubul. fr. 57<sup>6</sup>, unde Herodae in Mimiambis III 26 explicandus est iocus, ubi puer aleae quam scholae amantior nomen Homericum *Maronis* scribere iussu *Simonem* in pugillaribus exarasse dicitur.

352. ἐγένοντο] cf. vs. 350.

353. ταῦτ' ἄρα, ταῦτα] vid. ad vs. 319. Iteratur ταῦτα in simili sententia etiam vs. 1052.

— Κλεόνυμον] virum hunc popularibus partibus addictum nuper abiecto clipeo e pugna profugisse locus noster docet

collatus cum Vesp. 19 sqq. et 592 et 822 sq.; vid. etiam infra vs. 673—680. Eodem alluditur Pac. 444—446, 678, 1172—1178, 1295—1301 Av. 1473 sqq.; Pacis autem versus allati 444 et 1172 sqq. satis apte explicari nequeunt nisi statuimus *taxiarchum* fuisse Cleonymum cum clipeum proiecit. Propter Equitum versum vs. 1372 sunt qui in *Aetoliae* saltibus (anno 426) eum tam ignavum se praestitisse putent; mihi tamen (ut Gilberto) non videtur dubium quin tum cum ad *Delium* gravissima clade affecti sunt Athenienses (mense Novembri a. 424), paucis igitur mensibus ante quam acta est nostra fabula, Cleonymus abiecta non bene parmula — cum multis aliis — tergum dederit hostibus. Qua occasione egregiam laudem meruit Socrates, qui imperterritus recedens hostium irruentium impetus identidem retudit (vid. Plat. Conv. 221 a, b Lach. 181 b). — Praeterea Cleonymus *pinguis* et *gulosus* homo et *adulator* et *periorus* et quid non dicitur apud comicum Ach. 88, 844 Eq. 956—958, 1294, 1372 Nub. 400 Av. 289, — Cleonis scilicet erat sodalis (vid. Eq. 958). Praeter Aristophanem solus Andocides I § 27 eius facit mentionem.

354. Ipse enim Cleonymus habet *κράδιον ἐλάφαιον* (A 225, cf. etiam N 102).

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

355 καὶ νῦν ὅτι Κλεισθένη εἶδον, ὄρας, διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναικες.

ΣΤΡΕΨΙΛΙΗΣ.

χαίρετε τοίνυν, ὦ δέσποινα· καὶ νῦν, εἴπερ τινὶ κάλλω,  
οὐρανομήκη ῥήξατε κάμοι φωνήν, ὦ παμβασιλείαι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

360 χαῖρ', ὦ προσβῦτα παλαιογενές, θηρατὰ λόγων φιλομούσων  
σύ τε, λεπτοτάτων λήρων ἱερεῦ, φράζε πρὸς ἡμᾶς ὅ τι χηρήεις.  
οὐ γὰρ ἂν ἄλλω γ' ὑπακούσαιμεν τῶν νῦν μετεωροσοφιστῶν,  
πλὴν εἰ Προδικῶ τῶ μὲν, σοφίας καὶ γνώμης οὐνεκα, σοὶ δέ,

355. νῦν] νῦν γ' V R. || Κλεισθένη] -νην V R et plerique (metro invito!).

357. κάμοι φωνήν] φωνήν κάμοι γ' V alii.

358. παλαιογενές] παλαιγενές; V multique alii, Bentley παλαιγενές; ὦ diaeresi neglecta. Adiectivi forma παλαιογενής; non redit (a Cobeto legitur Plat. fr. 90, ubi Playdes fortasse melius παλαιγενέων, Koock aliter sed minus recte).

361. εἰ Meineke] ἢ codd.; cf. vs. 734 Av. 601 Thesm. 532 Metagen. fr. 13 Eur. Andr. 332 Xen. Hell. IV 2 § 21; Thuc. I 17 εἰ μὴ [εἴ] τι. || οὐνεκα] vid. ad Ran. 189.

355. Κλεισθένη] de molli hoc et delicatulo homine vid. ad Ran. 48.

— ὄρας] vid. ad Ran. 1234.

357. οὐρανομήκη] hoc adiectivo in sermone pedestri non uti nisi qui animo sint commotiore recte observat Aristot. Rhet. III 7 § 11. Apud Homerum legitur ε 239, item apud Aesch. Ag. 92; apud nostrum redit vs. 460.

— ῥήξατε... φωνήν] proprie tonitru (ut scaturigo prosiiliens, cf. Soph. Trach. 919) dicitur prorumpere, vid. vs. 583 Eq. 626; in univrsum autem de vehementi clamore hoc verbum usurpatur, vid. vs. 960 Eur. Suppl. 710 Herodot. I 85 II 2 Dem. IX § 61 etc.; item rumpere vocem Verg. Aen. II 129 etc.; cf. ἄναπῶν Ran. 902.

357. παμβασιλείαι] cf. vs. 1150.

358. παλαιογενές] alias constans huius adiectivi forma est παλαιγενής (Hom. I 386 Aesch. Prom. 220 etc.; παλαιγενος dicitur Pind. Ol. XIV 4).

359. λήρων ἱερεῦ] sic apud Aeschylum Ag. 735 ἱερεῦς ἄτας dicitur catulus leonis a pastore imprudenti innutritus ovili.

360. ὑπακούσαιμεν] vid. ad vs. 274.

— μετεωροσοφιστῶν] vid. ad vs. 333.

361. Est quod mireris, tam honorifice nunc commemorari τὴν σοφίαν καὶ τὴν γνώμην Prodicī, qui et in cosmogoniam inquirebat haud secus atque alii sophistae (vid. Av. 692) et de verborum proprietatibus et differentia solebat declamare (vid. Plat. Protag. 337 b, c, 341 a Charmid. 163 d Cratyl. 384 b Euthydem. 277 e Lach. 197 d Menon. 75 e et ad Ran. 1181, Zeller Phil. d. Gr. I<sup>4</sup> p. 1019 sq.), magnam sic auri vim sibi conficiens (Plat. Hipp. Mai. 282 c Politic. 261 e); dixeris autem eiusmodi argutias, quales Prodicus appetebat, Aristophani quam maxime absurdas debuisse videri. Quae suspicio plane confirmatur fragmento e Tagenistis servato (490): τοῦτον τὸν ἀνδρ' ἢ ρυβλίον διεφθαρεν | ἢ Προδικος ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἰς γέ τις (i. e. aut alius nugator nescio quis). Sed nunc ut aliter iudicaret movit Aristophanem Iusti et Iniusti oratorum colloquium (infra vs. 889 sqq.) compositum ad exemplum declamationis Prodicī celeberrimae, quam

ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς καὶ τὸ ὀφθαλμῶ παραβάλλεις,  
καὶ ἀνυπόδητος κατὰ πόλλ' ἀνέχει, καὶ ἐφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὦ Γῆ, τοῦ φθέγματος! ὡς ἱερὸν καὶ σεμνὸν καὶ τερατῶδες!

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

365 αὐταὶ γὰρ τοὶ μόναι εἰσὶ θεαί· τ' ἄλλα δὲ πάντ' ἔστι φλύαρος.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὁ Ζεὺς δ' ὑμῖν, φέρε, πρὸς τῆς Γῆς, οὐλύμπιος οὐ θεός ἐστιν;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ποῖος Ζεὺς; οὐ μὴ ληρήσεις; οὐδ' ἔστι Ζεὺς.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τί λέγεις σύ;

364. σεμνόν] τερνόν V alii.

365. πάντ' ἔστι] om. V.

366. ὑμῖν Mut. 3] ἡμῖν VR cett.; correxit Dobree. Cf. vs. 688.

et ipsi comico egregie placuisse hinc intellegimus (vid. Xen. Mem. II 1 § 21 sqq.).

— πλὴν εἰ] nisi forte, item vs. 734 etc. (vid. ann. crit.).

362. βρενθύει] Pac. 26 cantharus cibo non satis delicato vesci recusans dicitur βρενθύσθαι, et Lys. 887 muliereula virum suum variis artibus eludens; praeterea hoc verbum legitur in fr. com. adesp. 506 κῖθ' αἱ μὲν ἡσέλιγαινον ὃ δ' ἐβρενθύετο, et saepius a Luciano est usurpatum. Idem fere quod ἀποσεμνύεσθαι (vid. ad Ran. 178) significat. — Aristophanis verba respiciuntur apud Platonem Conv. 221 b.

— τὸ ὀφθαλμῶ παραβάλλεις] cf. Eq. 173 sq. τὸν ὀφθαλμὸν παράβαλλ' εἰς Καρίαν | τὸν δεξιόν, τὸν δ' ἔτερον εἰς Καρχηδόνα, et Aesch. fr. 297 τὸ σκαῖόν ὅμια παραβαλὼν θύνην δίκην. — Commentarii instar est Plat. Phaedon. 117 b, ubi Socrates dicitur ὥσπερ εἰώθει ταυρηδὸν ὑποβλέπει πρὸς τινα, idem autem dicitur de Aeschylo Ran. 804; cf. παραβλέπει Ran. 409, ἐπιλοζοῦν Herod. Mimiamb. IV 71.

363. ἀνυπόδητος] cf. vs. 103. Socrates pedibus nudis semper incedebat (Plat. Phaedr. 229 a), cum Lycurgo (Xen. de Rep. Laced. II § 3) νομίζων εἰ τοῦτ' ἀσχησειεν πολὺ μὲν ἦρον ἂν ὄρθιαδε βαδίζειν, ἀσφαλέστερον δὲ πρηνῆ καταβαίνειν. Quapropter cum risu aliquando sodalis quidam admiratus est Σωκράτη ἐντυγχάνοντά οἱ λελουμένον τε καὶ τὰς βλαύτας ὑποδευμένον (Plat. Conv. 171 a, ubi lectori debetur id quod in textu tradito subiunctum est ἂ ἐκεῖνος ὀλιγάκις ἐποίησε, vid. Hartman de Emblematis apud Platonem p. 7). Ita autem induruerat eius corpus ut ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελὼν καὶ τὸ αὐτὸ ἱμάτιον θέρους τε καὶ χειμῶνος ἡμψιεσμένος (Xen. Mem. I 6 § 2) vel Thraciae nives in castris hiemalibus facilius quam alii perferret (Plat. Conv. 220 a, b); cf. infra vs. 414—416.

364. τοῦ φθέγματος] vid. ad vs. 153.

365. Cf. Lys. 159 φλυαρία ταῦτ' ἔστι et vid. ad Ran. 809. — Eur. Cycl. 316 sq. ὃ πλοῦτος, ἀνθρωπίσκε, τοῖς σοφοῖς θεός | τί δ' ἄλλα κόμπαι καὶ λόγων εὐμορφία.

367. ποῖος Ζεὺς;] vid. ad Ran. 529.

ἀλλὰ τίς ἔβει; τουτὶ γὰρ ἔμοιγ' ἀπόφθνον πρῶτον ἀπάντων.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

370 αὐται δὴπου· μεγάλοις δέ σ' ἐγὼ σημείοις αὐτὸ διδάξω.  
φέρε, ποῦ γὰρ πάποτ' ἄνευ Νεφελῶν ὕοντ' ἤδη τεθέσσαι;  
καίτοι χοῦν αἰθρίας ἔβειν αὐτόν, ταύτας δ' ἀποδημεῖν.

368. ἀπόφθνον Blaydes] ἀπόφθναι codd.; medium apud Ar. non redire, activum vero ita adhibitum extare Ach. 314 Eq. 817 Pac. 987 Plut. 468 etc., observat Blaydes.

369. αὐτὸ τοῦτο pauci.

371. αἰθρίας] αἰθρίας οὐσης V alii; quod servat Blaydes, delete pronomine αὐτόν; atqui hoc pronomem minime supervacaneum est. Lenting καὶ αἰθρης. Videantur quae in commentario observavi.

369. Verum de pluviae origine dudum docuerat Anaximenes: *νέφη μὲν γίνεσθαι παχυνθέντος ὕτι πλείστον τοῦ ἀέρος, μᾶλλον δ' ἐπισυναχθέντος ἐκθλίβεσθαι τοὺς ὕμβρους* (Plut. Mor. 894 a). Sed ita statuendo philosophi videbantur derogare de dignitate Iovis *κλεινίφροος, νεφέληγερέταο, τερπικραύνου, ἐριβρεμέταο, ἐρεμνὴν αἰγίδα σείοντο*, quem vates celebraverant, in Hymetti autem et Parnethis cacuminibus Attici colebant *Λία ὕμβριον* vocantes (Pausan. I 32 § 2). *Ridicula* vero nominis interpretatio, quam vs. 373 profert rusticus, utrum vixerit aliquando in mente plebeculae Atticae, ex alio Iovis epitheto *οὐριος* (i. e. *οὐρον miltens*) fortasse nata (cf. *Orionis* nominis originatio), an merus sit locus a comico nunc excogitatus, pro certo statuere nequeo.

370. ποῦ] *quando* potius quam *ubi* nunc significat, *qua occasione, quo temporis articulo*. Cf. latinum *ubi* vel graecum *ἐνθα* δὴ de tempore usurpatum. Item Soph. Ai. 1069, 1100 (Ant. 288) Oed. R. 390 Eur. Ion. 528 Xen. Hell. II 3 § 49 etc.

— *τεθέσσαι*] de perfecto vid. ad vs. 766 sq.

371. Cf. Lucrot. VI 399 sq. *denique cur nunquam caelo iacit undique puro | Iuppiter in terras fulmen sonitusque profudit?*

— *αἰθρίας*] genitivus temporis frequen-

ter apud Graecos usurpatur ubi anni vel diei certa quaedam pars significatur (*τυκτός* etc., vid. e. g. Av. 1089); multo rarius, ut hic, occasio indicatur genitivo substantivi cui nulla inest temporis notio. Cf. Hom. E 522 sq. *ἀλλ' ἔμμενον (Graeci) νεφέλησι ΦεΦοικότες, ἕς τε Κρατίων | νημείης ἔστησεν ἐπ' ἀκροπόλοισιν ὄρεσαι*, et vid. ad Hom.<sup>2</sup> η 118. Apud nostrum conferendum esset *φρουράς*; infra vs. 721, si sana ea esset lectio. Multo magis usitatum est *αἰθρίας οὐσης*, vel *ἐξ αἰθρίας*, ut Xenophontis loco, qui etiam aliam ob causam est afferendus, Hell. VII 1 § 31: *τούτων δὲ ὀηθέντων ἐξ αἰθρίας ἀστραπὰς τε καὶ βροντὰς λέγουσιν αἰτίους αὐτῶ φανῆναι*. — Substantivi *αἰθρία* iota longum est etiam Solon. fr. 13<sup>22</sup> et Cratin. 53, sed breve in trimetris, Thesmoph. 1001 Plut. 1129.

— *αὐτόν*] *ipsum*, i. e. *solum*. Cf. e. g. Plat. Protag. 320 d: *di insenserunt Prometheum et Epimetheum hominibus recens creatis νεῖμαι δυνάμεις ἐκάστοις ὡς πρέπει, Προμηθεῖα δὲ παρῆταιτα Ἐπιμηθεὺς αὐτὸς νεῖμαι*. Eadem pronominis est potestas in notissimis illis *αὐτοὶ ἔμμεν* et *ὡς γ' ἐν αὐτοῖς ἤμιν εἰρήσθαι* (Ach. 507 Plat. Protag. 309 a etc.).

— *ἀποδημεῖν*] per iocum usurpatum verbum apte nunc potest reddi nostro *uit logeeren gaan*. Cf. Eq. 1120.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

νῆ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτό γέ τοι δὴ τῶ νῦν λόγῳ εὖ προσέφυσας.  
καίτοι πρότερον τὸν Δί' ἀληθῶς ὄμην διὰ κοσκίνου οὐρεῖν.  
ἔλλ' ὅστις ὁ βροντῶν ἔστι, φράσον, τοῦθ' ὅ με ποιεῖ τετραμαίνειν.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

375 αὐται βροντῶσι κυλινδόμεναι.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τῷ τρόπῳ, ὅ πάντα σὺ τολμῶν;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὅταν ἐμπλησθῶς ἴδατος πολλοῦ, καὶ ἀναγκασθῶσι φέρεσθαι  
κατακρημνόμεναι πλήρεις ὕμβρου, δι' ἀνάγκην εἶτα βαρεῖαι

372. δὴ τῶ νῦν Porson] τῶ νῦν codd. neglecta diaeresi (τῶ νῦν Suidas s. v. τῶ νῦν λόγῳ) τοῦτ' αὐτό γέ τοι τῶ νῦν λόγῳ Reisig. Cf. Ran. 1047 Soph. Oed. R. 1171.  
374. τοῦθ' ὅ V] τοῦτο R et plerique.

377. κρημνόμεναι] κρημν. V. Vid. Ench. Dict. Ep. p. 523,2. || Post ὕμβρου sententiam incidit, quoniam ἀναγκασθῶσι et δι' ἀνάγκην in eodem enunciati commate collocata ne ferri quidem possunt. Kock olim vocem δι' ἀνάγκην glossema esse suspicabatur, nunc in vs. 376 ἀναρασθῶσι pro ἀναγκασθῶσι proponit, Badham coniecit διὰ τὴν πυκνότητα βαρεῖαι (cf. vs. 406) non recte, Bergk verba ita ordinavit: εἶτα βαρεῖαι κατακρημνόμεναι πλήρεις ὕμβρου, δι' ἀνάγκην κτέ.

372. Priori versus parti simillimus est exitus Ran. 1047 νῆ τὸν Δία τοῦτό γέ τοι δὴ (c'est bien ça).

— τοῦτο... τῶ νῦν λόγῳ εὖ προσέφυσας] cf. Aesch. Suppl. 276 καὶ ταῦτ' ἀληθῆ πάντα προσφύσω λόγῳ. Verbum προσφῦσαι in hac locutione significat προσαρμόσαι, adaptare, asserere; cf. Homericum ἐν τ' ἄρα Φοῖ' ἦν χεῖρὶ (Z 253 etc.). Subsimile est apud nostrum Eq. 35 εὖ προσφύβαζεις με. Itaque dativum τῶ νῦν λόγῳ non utpote instrumentalem interpretor hac tua argumentatione, sed ex ipso verbo suspensum esse puto: *disputationis in qua versamur tenori istud argumentum sollerter adaptasti.*

374. τετραμαίνειν] vid. ad vs. 294. — Tonitru audito cui non animus formidine divum | contrahitur, cui non correperunt membra pavore? (Lucret. V 1217 sq.).

375. ὅ πάντα σὺ τολμῶν] dictioni tragicæ hoc affine; cf. Soph. Oed. Col. 761

ὅ πάντα τολμῶν, fr. 197 ὃ πᾶν σὺ τολμῆ-  
σασα καὶ πέρα, γύνα. In sermone pedestri dicitur ὃ τολμηρὸ σὺ (vid. Ran. 465). Sic pro ὃ πανούργος tragicum est ὃ πάντα δρῶν (Soph. Ai. 379) vel πάντα πράσων (fr. 155); cf. etiam παντοεικέλης Herod. Mimiamb. V 42.

376 sqq. *Necessitas* sive *vis*, quæ et nubes et cetera cuncta impellit (cf. vs. 405), est atomorum motus ille e placitis Democriti cognitus: πάντα κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι, τῆς δίνης αἰτίας οὔσης; τῆς γενέσεως πάντων, ἣν ἀνάγκην λέγει (Diog. Laert. IX 7 § 45), illam autem τὴν δίνην sumebat ἀπὸ ταυτομάτου esse ortam (cf. Cic. de Fin. I 6 § 17). — Vid. Hecuba apud Eur. Troad. 884 sqq. ὃ γῆς ὄχημα καὶ πῆ γῆς ἔχων ἔδραν, | ὅστις ποτ' εἶ σὺ, δυστό-  
παστος; εἰδέναι, | Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος; εἴτε νοῦς; βροτῶν, | προσηυζάμην σε πάντα γὰρ δι' ἀνόφου | βαίων κελεύθου κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγει.



εἰς ἀλλήλας ἐπίπτουσαι ῥήγνυνται καὶ παταγοῦσιν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὁ δ' ἀναγκάζων ἐστὶ τίς αὐτάς — οὐχ ὁ Ζεὺς; — ὥστε φέρεσθαι;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

380 ἤμιστ', ἀλλ' αἰθέριος δῖνος

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Δῖνος; τουτί μ' ἐλελήθειν,

ὁ Ζεὺς οὐκ ὦν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ Δῖνος νυνὶ βασιλεύων.

380. ἐλελήθειν Cobet] -θαι vel -θη codd.

378 sqq. Quod hic statuitur de causis fulminis et tonitrus, mox autem certissimis scilicet argumentis confirmatur, id licet ludicrum sit admodum, non tamen ita longe distat a placitis philosophorum; vid. Stob. Ecl. 29 Plut. Mor. 893. Sic Anaxagoras tonitrua dixerat νεφῶν σύγκρουσιν, fulmina ἔκκριψιν νεφῶν. Epicurus statuit βροντὰς γίνεσθαι κατὰ πνεύματος ἐν τοῖς κοιλώμασι τῶν νεφῶν ἀνελησιν — καθάπερ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀγγείοις — καὶ παρὰ πυρὸς πεπνευματωμένου βόμβον ἐν αὐτοῖς καὶ κατὰ ῥήξεις δὲ νεφῶν καὶ διαστάσεις (Diog. Laert. X 100). Aristotelem si sequimur, ξηρὰ ἀναθυμιάσις nubibus inclusa, cum nubes frigescente aere contrahuntur, ἐκκρίνεται, βίαι δὲ φερούμενῃ καὶ προσπίπτουσα τοῖς περιεχομένοις νέφεσι ποιεῖ πληγὴν, ἣς ὁ ψόφος καλεῖται βροντή (Meteorol. II 9). Lucretius ubi in varias tonitrus causas inquiri, eius sonum repetit a collisione nubium (VI 96), nec non ventos cum nubila pulsant sonitus facere statuit (ibid. vs. 131); consimilia autem nostro loco habet ibid. vs. 120 sqq.: *hoc etiam pacto tonitru concussa videntur | omnia saepe gravi tremere et divolsa repente | maxima dissiluisse capaxis moenia mundi, | cum subito validi venti collecta procella | nubibus intorsit sese conclusaque ibidem | turbine versanti magis ac magis undique nubem | cogit uti fiat spisso cava corpore circum. | post ubi commovit vis eius et impetus acer, | tum perterricrepro sonitu dat missa fragorem. |*

*nec mirum, cum plena animae vesicula parva | saepe ita dat pariter sonitum displosa repente. Fulmen autem accendi impetu venti sua mobilitate calescentis statuit (vs. 279). Democritum refellens Seneca Quaest. Nat. V 4 § 2 quomodo in nostris corporibus fit inflatio, quae... ventrem interdum cum sono exonerat, . . . sic putant et hanc magnam rerum naturam alimenta mutantem emittere spiritum.*

380. αἰθέριος δῖνος] coeli turbo (Lucret. V 263); cf. αἰθέριος ὕμνος; Eur. fr. 596. Masculinam vocem δῖνος comicus lingua non invita nunc usurpavit, ut rusticus mox iocum captare posset. Solet tamen motus circularis atomorum ruentium et se invicem impellentium δῖνη dici apud philosophos (cf. Plat. Phaedon. 99 b, Aristot. de Coelo II 13 § 14—17 etc.), et eadem nominis forma poetae saepius usi sunt; vid. Eur. Alc. 244 οὐράνιαι τε δῖναι νεφέλας δρομαίου, Ar. Av. 697 ἔρωσ... εἰκῶς ἀνεμώεσσι δῖναις.

380 sq. Rusticus voce δῖνος nunc primum sibi audita Iovis filium aliquem indicari putat, qui nuper patre pulso in coelo regnare coeperit, quemadmodum ipse Iuppiter o'im Saturno successit, hic Urano. Errorem autem peperit sonus nominis, quod festive nunc repetitur a stirpe δι- suffixo -ῖνος; aucta, quemadmodum χορακῖνος; (Eq. 1053) a parentum nomine κόραξ ducitur; cf. nomina propria Λυκῖνος Ἀρχῖνος Κραῖνος Σεῖνος (ad Ran. 427) Χαρῖνος etc., gentilia Λαγαγαν-

ἀτὰρ οὐδὲν πω περὶ τοῦ πατάγου καὶ τῆς βρουτῆς μ' ἐδίδαξας.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐκ ἤκουσάς μου, τὰς Νεφέλας ὕδατος μεστὰς ὅτι φημί  
ἐμπιπτούσας εἰς ἑλλήλας καταγεῖν διὰ τὴν ὑγρότητα;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

385 φέρε τουτὶ τῷ χρῆσι πιστεύειν;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἀπὸ σαυτοῦ ἐγὼ σε διδάξω.

ἤδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεῖς εἰτ' ἐταράχθης  
τὴν γαστέρα, καὶ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὴν διεκοροοῦρήσεν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

νῆ τὸν Ἀπόλλω, καὶ δεινὰ ποιεῖ γ' εὐθύς μοι, καὶ τετάρακται,  
χῶσπερ βρουτὴ τὸ ζωμίδιον καταγεῖ καὶ δεινὰ κέκραγεν,

384. εἰς ἑλλήλας] ἑλλήλαισι V, ἑλλήλαι; vel -λας codd. alii. Cf. vs. 378. || ὑγρότητα V] πυκνότητά cett. (ut vs. 406).

386. ἐμπλησθεῖς] ἐμπλήμενος; Cobet, ut Ach. 236 Eq. 935 Vesp. 424, 603, 911, 1304 Lys. 235 Eccl. 51; sed etiam Av. 789 (et saepius apud Euripidem) ἐμπλησθεῖς legitur, vid. praeterea Nub. 376 Pac. 1000.

387. ἐξαίφνης αὐτὴν] αὐτὴν ἐξαίφνης; codd. complures.

389. τὸ ζωμίδιον] vix sana; Blaydes τῷ ζωμίδιῳ, sed ipsum vocabulum huc non

τίνας Ἐκουζίνους etc., animalium nomina γυφί-  
ρος ἐχίνος χοιρίνη etc. Similis rustici Socratis  
verba interpretantis est error vs. 245.

384. *Humida* nubium natura efficit ut mi-  
nus sint firmæ faciliusque dirumpantur.

385. τῷ] vid. ad Ran. 1484.

— ἀπὸ σαυτοῦ] nunc quoque e vita  
quotidiana more suo (vid. ad vs. 234)  
sumit Socrates exemplum quo res abs-  
trusas illustret, et rusticum interrogando  
docet quid sit illud quod iubebat Del-  
phicus deus, τὸ ἑαυτὸν γινῶναι.

386. ἤδη... ἐταράχθης] cf. Plat. fr. 95  
ἤδη φραγῶν τι πάποθ', οἶα γίνεσθαι, | δὴ-  
ριον ἔκαμες, καὶ προσέειπεν τοῦτό σοι; Etiam  
Eupol. fr. 214 ita usurpatum est ἤδη  
cum aoristo: ὄρθυγας; ἔθρηψας; σύ τινας ἤδη  
πάποτες; item Menand. fr. 69 ἑλλέροσον  
ἤδη πάποθ' ἔπιες, Σωσία; et supra vs. 346.  
Praeterea cf. πάποθ' εἶδες vs. 1061. De  
*perfecti* in huiusmodi enunciatis usu vid.  
vs. 370 et ad vs. 766 sq.

— Παναθηναίοις] his ludis — qui mox  
mense Hecatombeone denuo erunt cele-  
brandi — ingens hostiarum copia macta-  
batur.

— εἶτα] vid. ad vs. 624.

387. διεκοροοῦρήσεν] i. e. διετάραξεν,  
*perturbavit*; κοροοῦρησι (= ταραχαῖ) dieun-  
tur *turbæ* Aesch. Sept. 345 et apud  
nostrum Pac. 991 Lys. 491. Eodemne  
an cognato verbo usus fuerit comicus  
Eccl. 433, ubi nunc legitur οἱ δ' ἐκ τῶν  
ἀγρῶν ἀνεξορροῦσαν, dubitari potest, nam  
quam frequenter litterae β(u) et κ in  
codd. permittuntur nemo nescit.

388. δεινὰ ποιεῖ] sc. ἢ γαστήρ πεφρηση-  
μένη (Plut. 699). Vert. *tumultuatur* (*or-  
spelen, se démener, sich...gebürden*). Redit  
locutio apud nostrum vs. 583 et Ran. 1093,  
praeterea legitur Herod. II 121 § 5 III 14  
V 41 VII 1 Andocid. I § 63 Thuc. V 42 § 2.  
Multo lenius est δεινόν (δεινὰ) ποιῆσθαι  
τι *aegre ferre aliquid* (= δεινόν ἡγεῖσθαι).

390 ἀτρίμας πρώτων παππάς παππάς, καὶ ἔπειτ' ἐπάγει παπαπαππάς.  
καὶ ὅταν χέζω, κομιδῇ βροντᾶ παπαπαππάς, ὡσπερ ἐκεῖνα.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

σκέψαι τόνυν ἀπὸ γαστριδίου τυννουτοῦ οἶα πέποδας·  
τὸν δ' ἀέρα τόνδ', ὄντ' ἀπέραντον, πῶς οὐκ εἰκὸς μέγα βροντᾶν;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ταῦτ' ἄρα καὶ τὸ ὄνοματ' ἀλλήλοιν βροντῆ καὶ πορδῆ ὁμοίω.

395 ἄλλ' ὁ κεραννὸς πόθεν αὖ φέρεται λάμπων πυρί — τοῦτο δίδαξον —  
καὶ καταφρύγει βάλλων ἡμᾶς, τοὺς δὲ ζῶντας περιφλύει;  
τοῦτον γὰρ δὴ φανερῶς ὁ Ζεὺς ἴησ' ἐπὶ τοὺς ἐπιόρκους.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

καὶ πῶς, ὦ μῶρε σὺ καὶ Κρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε,

satis quadrat. Etiam δεινά minus placet, quoniam in vs. praecedenti idem legitur adiectivum.

390. ἀτρίμας] ἀτρίμα V R, ἀτρίμι Dindorf (cf. vs. 261). || Putida cura Dawes et Brunck ἀτρίμας πρώτων πάς, κῆρα παπάς ἐπάγει, κῆραια παπαπάς, idem fere Porson (κῆρ' ἐπάγει παππάς); quod Blaydesio quoque placuisse miror.

393. μέγα] μέγала R alii.

394. Socrati tribuunt V R alii, sed Strepsiadis esse testantur particulae ταῦτ' ἄρα (*iam intellego cur...*); cf. vs. 353. || ἄρα] οὖν V alii.

396. δὲ ζῶντας] δ' εὐθοντας criticus infeliciter apud Blaydesium. || περιφλύει] περιφλέγει V alii, περιφλύει Blaydes coll. Herodot. V 77.

390. ἐπάγει] de motum accelerantibus etiam Eq. 25 dicitur, cf. Xen. Conv. II § 22 κελύσας τὴν αὐληγίδα θάπτονα ζυθμὸν ἐπάγειν, Sosipater com. fr. 1<sup>50</sup> πότε δεῖ πυκνότερον ἐπαγαγεῖν καὶ πότε βᾶδην.

392. ἀπὸ] vid. ad vs. 768 et ad Ran. 121.

— τυννουτοῦ] vid. ad Ran. 139.

394. ταῦτ' ἄρα] vid. ad vs. 319.

395. λάμπων πυρί] vid. ad Ran. 293.

396. Iunge: τοὺς δὲ περιφλύει ζῶντας. Variatur igitur verborum structura, non enim τοὺς μὲν ἡμῶν praecedit sed ἡμᾶς. Cf. e. g. Eq. 599 sq. εἰσεπήδων ἀνδρικῶς, | γράμματα κόθρατας. οἱ δὲ σκόροδ' ἔλας κρόμια.

397. Hac certe de re ne dubitari quidem posse putat rusticus, qui cum e poetarum carminibus tum e signis sculptorum Iovem *τερπικράνον* probe no-

tum habere sibi videtur. — Cf. Av. 576 ὁ Ζεὺς δ' ἡμῖν οὐ βροντήσας πέμπει περὶ οἴκα κεραννῶι:

398 sqq. Eadem argumenta profert Lucret. VI 386 sqq., vid. praesertim vs. 416 sqq.: *postremo, cur sancta deum delubra suasque | discutit infesto praeclaras fulmine sedes? | et bene facta deum frangit simulacra suisque | demit imaginibus violento volvere honorem? | atque cur plerumque petit loca? plurimaque huius | montibus in summis vestigia cernimus ignis?* Item II 1100.

398. καὶ πῶς] vid. ad vs. 210.

— Κρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε] perabsurdus hisce nominibus, quibuscum cf. vs. 984, Socrates ostendit quam insulsa sibi videantur quae de diis profert rusticus. *Saturnalia redolere* dicitur silicernium veternosum casca loquens; nam

400 εἶπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, δῆτ' οὐγὶ Σίμων' ἐνέπηρσεν,  
οὐδὲ Κλεώνυμον, οὐδὲ Θέωρον; καίτοι σφόδρα γ' εἶς' ἐπιόρκοι'  
ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ γε νεῶν βάλλει, καὶ Σούνιον „ἄρκρον Ἀθηνέων“,  
καὶ τὰς δρυῖς τὰς μεγάλας· τί παθῶν; οὐ γὰρ δὴ δρυῖς γ' ἐπιορκεῖ.

399. δῆτ' V] πῶς δῆτ' R alii, πῶς multi. || ἐνέπηρσεν] ἐνέπηρσεν μόνον R.

401. γε νεῶν] γαῶν aut τε νεῶν Blaydes. || Ἀθηνέων Porson] -γαῶν V R et plerique (cf. Eq. 159), -των nonnulli.

402. παθῶν] μαθῶν V R alii. || δῆ] om. R. || γ' V] om. R et plerique. Cf. vs. 342 Soph. Phil. 246 El. 1020 etc. (multos locos ubi οὐ γὰρ δὴ γε legitur concessit Blaydes).

nomen *Croni*, qui in tartara dudum est detrusus priusquam saeculorum hic ordo natus est (Hom. Θ 478 Plat. Cratyl. 402 a etc.), in proverbium abiit, perinde atque *Iapeti* (vs. 998) et *Tithoni* (Ach. 688) nomina; vid. infrā vs. 929, 1070 Vesp. 1480 Plat. Euthyd. 287 b, *χορονικός* Plut. 581 Plat. Lys. 205 c (Conv. 195 b), *Philonid.* fr. 15 de nescio quo *Κρόνου καὶ Τιθωνοῦ παιπεπλάππος; γενόμεσται*, *Timotheus* apud Athen. III 122 d *νέος ὁ Ζεὺς βασιλεύει, | τὸ πάλα δ' ἦν Κρόνος ἄρκρον | ἀπίτω μούσα παλαιά. Cronia* die XII<sup>o</sup> mensis Hecatombeonis Athenis celebrabantur (Dem. XXIV § 26) et templum Cronus ibi habebat (Paus. I 18 § 7, *Macrob.* Sat. I 10 § 22, *Plut.* *Thes.* 12). — Vox vero *βεκκεσέληνε* intellegi nequit nisi ab eo cui ex *Herodoto* (II 2 et 15) cognita sit lepida narratiuncula de *Psammeticho* in linguarum originem inquirente; qui cum duos pueros recens natos per biennium seclusos tenuisset, capra tantum admiesa cuius ubera suggerent, primam ex eorum ore vocem (matrem scilicet suam quadrupedem imitantium) percepit *βεκός*, unde effecit omnium gentium antiquissimam esse *Phryges*, horum enim in lingua *βεκός* significare *panem*. Quae vox licet etiam ante *Herodotum* inter Graecos innotuerit — *Hippanax* enim ea usus est — a comico tamen non potuisset suos in usus converti nisi in vulgus nota esset narratiuncula illa *Herodoti* vel potius *Hecataei*, hic enim *πατήρ τοῦ λόγου* esse videtur, de *Phrygibus* autem et *Paphlagonibus* lo-

cutus esse nulla *Aegyptiorum* iniecta mentione (schol. *Aristid.* II 3). Voci autem *βεκ-* annectitur nunc nomen *-σέληνε*, quo ad alium mythum alluditur. Nempe *Pelagus* pater gentis *Pelagicae*, quae ante *Hellenas Graeciam* incoluerat, in *Arcadia* e terrae gremio feraci prodiisse credebatur, ipsam autem *Lumam* (id est hunc saeculorum ordinem sive ipsum *tempus*) aetate antecessisse; hinc *προσεληναῖον Πελασγόν* in *Arcadia* natum commemorat poeta lyricus (fortasse *Pindarus*) in fr. adesp. 84, varios autem mythos eo pertinentes commemorat schol. *Apoll. Rhod.* IV 263. — E duabus igitur notionibus, quarum utraque indicat res incredibilis vetustatis ipsaque gentis humanae primordia attingentes, nunc prodiit vox a comico per iocum ficta. Ad hunc versum alludens *Plutarchus* *Mor.* 881 b *Platonem ὄζειν λήρου βεκκεσέληνον* dicit.

399. δῆτ' ] ita ut hoc loco collocatum est etiam Eq. 18, 810 Soph. Ai. 986 etc.

— Σίμωνα] vid. ad vs. 351.

400. Κλεώνυμον] vid. ad vs. 353.

— Θέωρον] in *Vesparum* fabula hic homo dicitur *Cleonis* assecla (vs. 1220, 1236) et adulator (ibid. vs. 42, 600), et chorus iurat per eius *Φεοισεχθρίαν* (ibid. vs. 418). *Perridiculas* autem in *Acharnensibus* ei partes tribuit *comicus* vs. 134 sqq.

401 sq. Cf. *Herodot.* VII 10 § 5.

401. ἄρκρον Ἀθηνέων] ex *Homero* (γ 278) afferuntur haec verba, quapropter epico nunc more syllaba prior adiectivi ἄρκρος; pro longa habetur.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

οὐκ οἶδ' ἀτὰρ εὖ σὺ λέγειν φαίνει. τί γὰρ ἔστιν δῆθ' ὁ κεραννός;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

405 ὅταν εἰς ταύτας ἄνεμος ξηρὸς μετεωρισθεὶς κατακλησθῆ,  
 ἔνδοθεν αὐτὰς ὥσπερ κύστιν φουσᾶ καὶ ἔπειθ' ὑπ' ἀνάγκης  
 ῥίξας αὐτὰς ἔξω φέρεται σοβαρὸς διὰ τὴν πυκνότητα,  
 ὑπὸ τοῦ ῥοίβδου καὶ τῆς ῥύμης αὐτὸς ἑαυτὸν κατακάων.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

410 νῆ Δί', ἐγὼ γοῦν ἀτεχνῶς ἔπαθον τουτί ποτε Διασίοισιν.  
 ὄπτων γαστέρα τοῖς ξυγγενέσιν, κῆρ' οὐκ ἔσχων ἀμελήσας·  
 ἦ δ' ἄρ' ἔφρυσάτ', εἶτ' ἐξαίφνης διαλακήσασα πρὸς αὐτὸ  
 τὸ ὀφθαλμῷ μου προσετίλησεν, καὶ κατέκαυσεν τὸ πρόσωπον.

403. σὺ] om. V R et plerique, γε Bentley.

404. κατακλη<ι>σθῆ<ι> Cant. duo] -εισθῆ(ι) cett.

406. φέρεται σοβαρὸς] σοβαρὸς χωρεῖ schol. Pac. 82.

407. κατακάων] -καίων codd.

408. ἐγὼ γοῦν] ἔγωγ' V, νῆ τὸν Δί' ἔγωγ' Cobet, sed γοῦν per compendium scriptum vitii causa extitisse videtur.

409. ὄπτων] ὀπτῶν R non male (vid. ad vs. 624). || ἔσχων] ἔσχων V R alii. Perperam Blaydes poscit *aoristum*, qui ne ferri quidem potest hoc loco; vid. comm.

410. ἄρ' ἔφρυσάτ'] ἀνεφρυσάτ' Brunk. || αὐτὸς] ἄμφω Blaydes confidenter nec tamen probabiliter; multo enim languidius hoc est quam vulgata. *Ipros adeo* oculos rustici ferriit fervidum ius botuli disrupti.

405. ὑπ' ἀνάγκης] *secundum rerum naturam, in gevolge de natuurwetten*. Vid. ad vs. 376 sqq.

406. πυκνότητα] *densitatem, spanning*.

407. ῥοίβδου] *gurgilis (zuigling)*. Cf. ῥοιβδέιν de Charybdi aquam *sorbenti* usurpatum Hom. μ 104 sqq., 236, 431, ῥοιβδος περῶν Soph. Ant. 1004 de aere alis avium violenter commoto.

— ῥύμης] *impetus*. Vocem poeticam ibi tantum noster usurpat ubi elatiore genere dicendi ludens utitur; redit Vesp. 1487 Pac. 86 Av. 1182 Eccl. 4.

408. Διασίοισιν] *Diasia*, quorum etiam vs. 864 fit mentio, *ἰορτή* dicebatur Διὸς *Μειλχίου μεγίστη* (Thuc. I 126 § 6), quae die XXIII<sup>o</sup> mensis Anthesterionis extra urbem celebrabatur teste schol.

409 sq. ὄπτων...κῆρ' οὐκ ἔσχων...ἦ δὲ

*κτέ.*] paratactice haec sunt coniuncta; sic, more poetarum epicorum, id quod factum est vivide depingitur et ante oculos nostros nunc fieri videtur. Oratoris esset haec ita verbis completi et praecedentibus annectere: *γαστέρα γὰρ ὀπτῶν ποτε ἐπεὶ ἀμελήσας οὐκ ἔσχων, ἐφρυσάτο αὐτῆ κτέ.*

409. γαστέρα] *ventriculum* farcimine adipe sanguine impletum, vilem satis cibum; vid. Hom. σ 44 υ 25 et *narratiuncula* Hesiodica de Iove a Prometheo decepto Theog. 539. Praeterea cf. eiusdem potestatis voces *κοιλία* et *ἦνυστρον* Eq. 160 sqq., 302, 356, 1179.

— ἔσχων] vid. ad vs. 107.

410. διαλακήσασα] vid. ad Ran. 97.

411. προσετίλησεν] cf. *ἐντιλᾶν τιμὴ* de corbe carbonaria usurpatum Ach. 351.



## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμίας σοφίας ἀνθρωπε παρ' ἡμῶν,  
ὡς εὐδαίμων ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἑλλησι γενήσει,  
εἰ μνήμων εἶ καὶ φροντιστής, καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν  
415 ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ κάμνεις μῆθ' ἔστῶς μήτε βαδίζων,

412—422. Del. Köchly, ab editore alterius recensionis e priore desumptos et leviter mutatos esse statuit Bücheler; vid. Proleg. p. XXIII sqq.

412—419. *Choro* tribuunt VR alii, quos recentiores sunt secuti. *Ad Socratem* dici sumit Diogenes Laertius II 5 § 27, quapropter in comici versibus quaedam ita mutavit ut ipsius verbis apte possent adiungi. Alia quaedam praeterea praebet a nostro textu diversa, quae luculenter testantur eum — aut eos quos sequitur — *Aristophanis locum memoriter attulisse*, sunt enim eiusmodi ut iis, quae exquisite et eleganter dixerat comicus, substituta sint quae ultro se ei offerebant multo magis ieiuna et contextui parum apta; vid. comm. et Proleg. p. XXIII sqq.

412. ἀνθρωπε] ὠνθρωπε VR, cf. vs. 816 Eq. 726 Pac. 1198 Eur. Cycl. 266 Alc. 234 Lys. 1097; nostro tamen loco egregie displicet iteratum ὦ, quod Plut. 627 certe omissum est. || παρ' ἡμῶν] παρ' ἡμῖν V, δικαίως Diog. Laert. l. l.

413. ἐν] παρ' Diog. Laert. l. l. || Ἑλλησι] ἄλλοισι Diog. Laert. l. l. || γενήσει] διαξῆ; Diog. Laert. l. l., hinc διάξει; Reisig Cobet, non male; ipsum tamen Diogenem διάξει; scripsisse non est credibile, nam *futuro* tempore alicuius verbi uti non potuit, quoniam *ad Socratem* haec dicta esse aut putabat aut (quod statuit Ritter) fingebat. — In priore fabulae editione revera lecta fuisse quae praebet Diogenes, a *choro* igitur *ad Socratem* dicta, Büchelero est opinio; quae cur omnino reiicienda mihi videatur, ex annotatione critica ad vs. 412—419 apparet.

414. εἰ μνήμων εἶ] εἶ γὰρ μνήμων Diog. Laert. l. l.

415. ψυχῇ] γνώμῃ Diog. Laert. l. l. et duo Parisini; vid. commentarius. Eadem est varietas Eq. 482. || καὶ μὴ] κούκέτι Diog. Laert. l. l. et duo Parisini; ζούτε τι Meineke. || μῆθ' ... μήτε] οὐθ' ... οὔτε Diog. Laert.

412. ἀνθρωπε] cf. ἐφήμερε vs. 223. Socrates, qui ἀεροβατεῖν et τοῦς θεοὺς περιφρονεῖν solet, maius quid quam homo mortalis sibi videtur.

413. ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἑλλησι] gradationem haec efficiunt: *apud Athenienses, quin adeo apud cunctos Graecos*. Cf. Ζεὺς καὶ θεοὶ vs. 1239 et Plut. 1, Παλλὰς καὶ θεοὶ Eccl. 476, τροχοῖσι καὶ ζυφοῖσιν vs. 1302.

414. τὸ ταλαίπωρον] eadem voce utitur Hippocr. de aere p. 566 K. De Socrate frugalissimo et frigoris laborumque patientissimo vid. ad vs. 363, et cf. Xen. Mem. II 1. Similem Pythagoreorum victum pingit Alexis fr. 197, quos oportet ὑπομῖναι μικροστίαν, ῥύπον, | ῥίγος, σιωπήν,

στυγνότηρ', ἀλουσίαν, item Aristophon fr. 10.

— ἔνεστιν] sic usurpatur etiam vs. 486 sq. Av. 429 Lys. 545 Eur. Bacch. 316.

415. ἐν τῇ ψυχῇ] non ad *mentis* sed ad *corporis* facultates ipsamque *vim vitalem* hoc est referendum; cf. locutum περὶ τῆς ψυχῆς τρέχειν et similia, et vertatur *zoo gij een taai gestel hebt*.

— ἔστῶς] hoc participium apto sensu nunc carere videretur, nisi recordaremur locorum ubi Socrates apud Platonem dicitur in via identidem constitisse quaestionem aliquam secum perpendens, Plat. Conv. 174 d—175 c et praesertim 220 c, d (cf. annot. crit. vs. 700—706).

μηδὲ ἡγῶν ἄχθει λίαν, μηδ' ἀριστῶν ἐπιθυμείς,  
οἴνου τ' ἀπέχει καὶ γυμνασίων καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων,  
καὶ βέλτιστον τοῦτο νομίζεις, ὅπερ εἰκὸς δεξιὸν ἄνδρα,  
νικῶν πράττων καὶ βουλεύων καὶ τῇ γλώττῃ πολεμίζων.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

420 ἄλλ' οὐνεκά γε ψυχῆς στεροῦς δυσκολοκοίτου τε μερίμνης  
καὶ φειδωλοῦ καὶ τρυσιβίου γαστροῦ καὶ θυμβροπεδιείπνου,  
ἀμέλει, θαρρῶν οὐνεκα τούτου γ' ἐπιχαλκεύειν παρέχοιμ' ἄν.

416. μηδὲ...μηδ' Blaydes] codd. μήτε (μήτ' οὖν nonnulli, μήτ' aῦ Dindorf) ...μήτ', Diog. Laert. οὔτε...οὔτ'. || ἀριστῶν] ἀριστων Diog. Laert. l. 1.

417. γυμνασίων] ἀθηναγίας Diog. Laert. l. 1., βαλανείων Naber Kock coll. vs. 837, συμποσίων vHerwerden Blaydes. Sanum duco γυμνασίων coll. vs. 1002 Ran. 729, συμποσίων autem post οἴνου frigere mihi videtur.

418. τοῦτο] om. V.

420. οὐνεκα Elmsley] ἔνεκεν codd.; cf. Plut. 989. || γε] om. R.

422. ἀμέλει, θαρρῶν] sic recte distinxit Reisig; vulgo post θαρρῶν scribitur virgula. || οὐνεκα] ἔνεκα (sic R) vel εἵνεκα (sic V) plerique; vid. ad Ran. 189. || τούτου γ' V] τούτων cett.; necessaria est particula γε, singularis multo elegantiore quam pluralis efficit sententiam.

417. γυμνασίων κτέ.] a corporis exercitatione homines avertit studium quod nuper efflagravit philosophiae: vid. vs. 1002, 1016 sqq. Ran. 729, 1070, 1083 sqq.; unus iam regnat νοῦς, cum in coelo, ubi cuncta ab eo moderari docuit Anaxagoras, tum inter mortales ἀνόητα quaevis contemnent. Voce ἀνόητα amoris praesertim nunc significari illecebras, quod fuere qui cum scholiasta statuerent coll. Lys. III § 4 Eur. Troad. 989, cur putemus iustam causam video nullam, non enim erat periculum ne senex et rusticus Strepsiadēs in hoc potissimum scopulo faceret naufragium; itaque, si omnino accuratius definendum videtur hoc adiectivum, dixerim τῆν ἀλουσίαν (Av. 1554, 1282) καὶ τὸ ἀχμηγῶν Socraticorum tangi.

419. πράττων] i. e. ἐν τοῖς πράγμασι, quod male ominatum est verbum; cf. vs. 471.

— τῇ γλώττῃ πολεμίζων] non gladio hastaque contra patriae hostes sub dio pugnans, sed lingua τεθηγγμένη bella tua

gerens in sophistarum umbraculis et apud iudices ad tribunal. — Sic verba esse reddenda testatur epica verbi forma πολεμίζων festive h. l. (ut Pac. 759 Thesm. 807) pro vulgata πολεμῆν usurpata. Cf. Ran. 1083—1088 et infra vs. 1017.

420. οὐνεκα] quoad attinet ad; item Ach. 958 Ran. 1118 Eccl. 170, ἔκατι Aesch. Pers. 337 Herod. Mimiamb. II 77. Cf. francog. qu' à cela ne tiennent.

— ψυχῆς στεροῦς] cf. Eur. Hec. 296 οὐκ ἔστιν οὕτω στεροῦς ἀνθρώπων φύσις, | ἥτις κτέ.

— μερίμνης] vid. ad vs. 952.

421. τρυσιβίου] cf. adi. τρυσάνωρ Soph. Phil. 209.

— θυμβροπεδιείπνου] i. e. θυμβρον επιδειπνούσης (Eq. 1140 Eccl. 1175), ἀντιδρου θυμβρον ἐσθιούσης. Temis et rusticus victus sic significatur (vid. ad vs. 56—59), ut voce θυμβροπάγος Ach. 254.

422. ἐπιχαλκεύειν παρέχοιμ' ἄν] verbo παρέχειν infinitivus annectitur etiam vs. 441 sq., Timocl. fr. 29, Soph. Ai. 1146, Plat. Charmid. 176 ὁ Theaet. 191 a. Si-

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἄλλο τι δῆτ' οὖν νομιεῖς ἤδη θεὸν οὐδέν, πλὴν ἄπερ ἡμεῖς,  
τὸ Χάος τουτὶ καὶ τὰς Νεφέλας καὶ τὴν Γλῶτταν, τρία ταυτὶ;

## ΣΤΡΕΨΙΑΛΗΣ.

425 οὐδ' ἂν διαλεχθεῖην γ' ἀτεχνῶς τοῖς ἄλλοις, οὐδ' ἂν ἀπαντῶν,  
οὐδ' ἂν θύσαιμ' οὐδὲ σπείσαιμ' οὐδ' ἐπιθεῖην λιβανωτόν.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

λέγε νυν ἡμῖν ὅ τί σοι δοῶμεν θαρρῶν, ὡς οὐκ ἀτυχήσεις,  
ἡμῖς τιμῶν καὶ θανμάζων καὶ ζητῶν δεξιὸς εἶναι.

## ΣΤΡΕΨΙΑΛΗΣ.

ᾧ δέσπονται, δέομαι τοίνυν ὑμῶν τουτὶ πάνυ μικρόν,

423. ἄλλο τι] ἄλλ' ὅτι plerique, ἄλλ' ἔτι Dawes. || δῆτ' οὖν] δῆτ' οὐ codd. complures (sic Dawes), οὖν ἢ Halbertsma, post οὖν semicolon posuit Bergk, quae nimis artificiosa sunt me iudice. || ἤδη] εἶναι V alii. || οὐδέν Bentley] οὐδένα codd., quae constructio post ἄλλο τι apud Aristophanem alias non reperitur; cum tamen e Platone sit notissima (Conv. 200 *d, e*, 201 *a* etc.), ipsum genus dicendi Socraticum nunc ab Aristophane reddi putat Blaydes. Quod nimis longe petatum mihi videtur, verum autem vidisse Bentleium testari videtur relativum quod sequitur non masculini sed neutri generis ἄ.

425. γ'] om. multi codd.; cf. Plat. 1082.

426. οὐδὲ Cobet] οὐδ' ἂν codd.

427. νυν] τοίνυν V.

milis est infinitivi usus vs. 796, item post *πάρεστιν* Eur. Herc. 320 (nisi ille versus post 325 legendus, quod puto). Ad sententiam quod attinet, cf. Aesch. fr. 297 *ἐπιχαλκεῖν μύθους* (sc. *ἰύσσι*?), ἄς ἄστενακτὶ θύνηος ὡς ἠρέσχετο | ἄναυδος, Antiphan. fr. 195<sup>3</sup> (*εἰμί*) *τύπτεσθαι μύθους*, Aristophont. fr. 4<sup>6</sup> (*εἰμί*) *ὑπομένειν πληγὰς ἴκμων*.

424. τὸ Χάος τουτὶ] id est *Aerem*, poetico nomine sic designatum. Cf. Bacchylid. V 27 (*αἰετός, εὐρῶνακτος ἄγγελος Ζηνός*...) *νομῆται δ' ἐν ἀρτύτῳ Χάει*, et noster Av. 192, 1218.

— Γλῶτταν] cf. Euripides *τὴν γλῶττην; στροφίγγα* utpote numen suum invocans Ran. 892. — Tres nunc quoque dii commemorantur, ut vs. 265 et 627; vid. ad vs. 1234.

425. οὐδ' ἂν διαλεχθεῖην] vulgarium

numinum, quae nulla esse demonstravit Socrates, contemtum suum rusticus per-ridicule nunc ita ostendit, ut etiamsi obviam sibi fiant, ne alloquio quidem se eos dignaturum profiteatur. Simillimo errore e Socratis verbis vs. 381 efficit Iovem nuper regno pulsum esse. Isdem verbis utitur iuvenis vetulam aspernatus Plat. 1082, cf. Socrates apud Plat. Gorg. 474 *a* *τοῖς δὲ πολλοῖς οὐδὲ διαλέγομαι*, Lys. III § 31 *τούτῳ μὲν οὐδὲ διελέγετο*, Isae. I § 34 *οἷς μὲν ζῶν οὐ<δὲ Cobet> διελέγετο, ἅπασαν δοῦνα τὴν οὐσίαν*.

426. *ἐπιθεῖην λιβανωτόν*] cf. Vesp. 96 Ran. 888 Plat. fr. 69<sup>9</sup> Antiphan. 164<sup>4</sup> Menand. 437.

428. *θανμάζων*] *colens*. Cf. vs. 1147.

429. Cf. senex apud Horatium, qui *unum*, — *quid (cui?) tam magnum?* addens — *unum me surpile morti! diis etenim*

430 τῶν Ἑλλήνων εἶναι με λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἄλλ' ἔσται σοι τοῦτο παρ' ἡμῶν ὥστε τὸ λοιπὸν γ' ἀπὸ τουδὶ ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σύ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

μή μοί γε λέγειν γνώμας μεγάλας· οὐ γὰρ τούτων ἐπιθυμῶ, ἄλλ' ὅσ' ἐμαυτῷ στρεψοδικῆσαι καὶ τοὺς χρήστας διολισθεῖν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

435 τεύξει τοίνυν ὧν ἱμείρεις· οὐ γὰρ μεγάλων ἐπιθυμεῖς. ἄλλὰ σεαυτὸν θαρρῶν παρὰδος τοῖς ἡμετέροις προσπόλοισιν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

δράσω τοῦθ' ὑμῖν πιστεύσας, ἢ γὰρ ἀνάγκη με πιέξει

432. οὐδεὶς — σύ] μεγάλας οὐδεὶς νικήσει πλέον ἢ σύ R, hinc μεγάλας νικήσει πλείονας οὐδεὶς Porson, μεγάλας οὐδεὶς λέξει πλέον ἢ σύ Köchly, μεγάλας νικήσει σοῦ πλέον οὐδεὶς Kock, qui πλέον defendi pisse perperam putat coll. tragicorum locis aliquot (Aesch. Prom. 41 Choeph. 902 Soph. Ai. 129 et saepius apud Soph.). Molestum est adi. μεγάλας, quocum πλείονας apte iungi nequit; neque Strepsiadis verba μή μοί γε λέγειν (?) γνώμας μεγάλας (vs. 433) testantur etiam coryphaeum adiectivo μεγάλας esse usum, sed (ut recte observavit Dindorf) Strepsiades hac voce respicit coryphaei verbum ἐν τῷ δήμῳ, res publicas, graves igitur. In codicem R μεγάλας e vs. sequenti irrepsisse arbitror.

433. λέγειν] vix sanum, plena enim est sententia μή μοι λέγε λέγειν γνώμας μεγάλας. || γνώμας μεγάλας] μεγάλας γνώμας V.

436. θαρρῶν παρὰδος V R] παρὰδος θαρρῶν multi.

437. τοῦθ' ] ταῦθ' V R, quod probat Blaydes coll. locutione ταῦτα δὴ (vid. ad Ach. 815 Vesp. 142) et Lys. 1030 (ibi tamen duae res nominatae sunt).

facile est! orabat (Sat. II 3, 283). Quo loco Horatius videtur memor fuisse versus Theognidei 14: σοὶ μὲν τοῦτο θεῖά σμικρόν, ἐμοὶ δὲ μέγα.

430. Vid. ad Ran. 91, et Eupol. fr. 94 ἐκ δέκα ποδῶν ἤρει λέγων τοὺς ἄητορας.

432. Nemo plures res quam tu in ecclesia oblinebit. Cf. Vesp. 594 ἐν τῷ δήμῳ γνώμην οὐδεὶς πάποσ' ἐνίκησεν κτί., Aeschin. III § 63 νικᾷ ψήφισμα Φιλοκράτης etc.

433. μή μοί γε] i. e. μή μοι λέγε, vid. ad vs. 84.

434. ὅσα] quantum sufficit ad...; singularis ὅσον ita usurpatur Thuc. I 2 § 2 Eupol. fr. 250, et addito ὀνόνην Vesp. 1288 Lys. 732, Thuc. VI 105 § 2, Plat. Protag. 334 c. Vid. etiam Hom. I 354.

— στρεψοδικῆσαι] i. e. διαστρέφει τὴν δίκην (cf. vs. 450). Ab hoc verbo nova vox στρεψοδικοπανουργία deducitur Av. 1468. Vid. etiam infra vs. 1455, et cf. verbum cognatae conformationis διορραφῆν vs. 1483.

— διολισθεῖν] elabi, effugere, door de vingers glippen. Item Plat. Lysid. 216 d. Cf. ἐξολισθεῖν Eq. 491 (Pac. 141). E palaestra desumptum est hoc verbum; vid. ad vs. 551.

435. ἱμείρεις] verbo graviore, in dictione comica alias non obvio, nunc quoque utitur coryphaeus.

436. προσπόλοισιν] vox Plut. 670 redit.

437. Cf. Vesp. 385 δράσω τοίνυν ὑμῖν πίσυρας.

διὰ τοὺς ἵππους τοὺς κοππατίας καὶ τὸν γάμον, ὅς μ' ἐπέτριψεν.

νῦν οὖν ὤ — χρῆσθων ἀτεχνῶς

ὅ τι βούλονται

440

τουτὶ τοῦμὸν σῶμ' αὐτοῖσιν

παρέχω τύπτειν, πεινῆν, διψῆν.

αὐχμεῖν, ῥιγῶν, ἀσκὸν δεῖρειν,

εἶπερ τὰ χρέα διαφευξοῦμαι,

τοῖς τ' ἀνθρώποις εἶναι δόξω

445

θρασύς, εὐγλωττος, τολμηρός, ἴτης,

439. χρῆσθων ἀτεχνῶς] χρῆσθων Brunck, ἀτεχνῶς; Cobet, post βούλονται sententiam continuans (invita nisi fallor grammatica). Reisig νῦν οὖν <οὔτοι> χρῆσθων ἀτεχνῶς, melius Teuffel νῦν μοι ἐκείνοι χρῆσθων ἀτεχνῶς. Nam nisi οὔτοι δρῶντων scribas, omnino requiritur dativus. Quapropter tentavi \*νῦν οὖν <τωδί> χρῆσθων ἀτεχνῶς, sed parum hoc placet. E vs. 453 sq. aut solum adverbium aut totum versum χρῆσθων ἀτεχνῶς ὅ τι βούλονται huc irrepsisse, quod suspicatur Kock (νῦν οὖν τοῦμὸν σῶμ' αὐτοῖσιν cum Büchelero conciens), credibile quidem est sed veri tamen parum simile.

440. τοῦμὸν Cobet] τό γ' ἐμὸν codd.; alienum hinc est γε.

442. ῥιγῶν] ῥιγοῦν codd.; cf. Ach. 1146 Vesp. 446 Av. 935. || δεῖρειν unus Par.] δεῖρειν vel δαίρειν cett., τε δέρειν Bentley. Cf. Vesp. 1286 Av. 365 (forma brevior legitur Vesp. 485 Lys. 158 Ran. 619). || Post δεῖρειν Ernesti enunciatum claudit, non recte; quod si voluisset Aristophanes, sequenti versui inseruisset particulam γάρ, ne dilaberetur oratio.

444. τ'] om. vel post ἀνθρώποις habent pauci.

438. κοππατίας] vid. ad vs. 23.

— ἐπέτριψεν] vid. ad Ran. 571.

439. Cf. Thesm. 212 ἐμοὶ δ' ὅ τι βούλει χρῶ λαβῶν. Nostro loco non recte omititur dativus personae; vid. annot. crit.

440. Cf. Vesp. 722 καὶ νῦν ἀτεχνῶς ἐθέλω παρέχειν ὅ τι βούλει σοι, Pac. 206 ἡμῖς παραδόντες δρῶν ἀτεχνῶς ὅ τι βούλεται.

441 sq. De infinitivis vid. ad vs. 422.

442. αὐχμεῖν] vid. ad vs. 920.

— ἀσκὸν δεῖρειν] proverbialis haec est locutio, quam peperit verbi δέρειν castigandi sensu adhibiti propria vis *culam detrahendi*. Cf. Solon. fr. 33 ἤθελον γάρ κεν κρατήσας πλοῦτον ἄφθορον λαβῶν | καὶ τυραννέσας Ἀθηῶν μόνον ἡμέραν μίαν | ἀσκός ὕστερον δεδάρθαι καὶ ἐπιτετριφθαι γένος. Ar. Eq. 370 δερῶ σε θύλακον κλοπῆς. Hinc Ctesippi verba lucem accipiunt Plat. Euthyd. 285 c: ἔτοιμός εἰμι παρέχειν

ἐμαυτὸν τοῖς ξένοις (Euthydemo et Dionysodoro sophistis) καὶ ἐὰν βούλωνται δέρειν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν δέρουσιν, εἰ μοι ἡ δορὰ μὴ εἰς ἀσκὸν τελευτήσῃ [, ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου,] ἀλλ' εἰς ἀρετῆν. Non plane inauditae autem crudelitatis hoc olim fuisse testatur fabula de Marsya (Herodot. VII 26 Xenoph. Anab. I 2), ad quam l. l. alluditur. Simili hyperbola usus comicus Ach. 300 dicit se Cleonem *τεμείν τοῖσιν ἵππεῦσι καττύματα*, et Eq. 768 Paphlago *nisi populum colo atque diligo*, ait, ἀπολομένην καὶ διατριφθεῖν κατατριφθεῖν τε λέπαδνα.

443. εἶπερ] vid. ad Ran. 1460.

445. εὐγλωττος] cf. εὐγλωττία Eq. 837 Eur. fr. 205.

— ἴτης] *praiceps* (voortvarend). Vox legitur etiam Plat. Conv. 203 d Protag. 349 e, cf. ἰταμός Ran. 1291.



450

βδελυρός, ψευδῶν ξυγκολλητής,  
 εὐρησιεπής, περίτροιμα δικῶν,  
 κύρβεις, κρόταλον, κίναδος, τρύμη,  
 μάσθλης, εἴρων, γλοιός, ἀλαζών,  
 κέντρων, μιαρός, στρόφις, ἀργαλέος,  
 ματιολοχός.

451. *ματιολοχός*] vox obscura, fortasse corrupta; *ματιολοχός* R alii, *ματιυλοχός*; Harl. 2, idque verum ducit Bentley coll. Athen. XIV 662 f—663 c Martial. XIII 92,2. Substantivum *ματτή mattea* (= *deliciae*) et verbum *ματτιάζειν heluari* saepius leguntur in comoedia nova (Nicostr. fr. 8 et 17 Philem. 9 et 12 Dionys. 1 Alex. 49 Machon. 1 adesp. 394 etc., cf. Eust. ad Odys. p. 1752 init.), neque argumentum quo impugnata est Bentlei coniectura, Macedonicam teste Athenaeo esse vocem, Aristophanis igitur tempore vixdum potuisse innotescere Athenis, ullius videtur momenti; attamen certum est Bentleium verum non vidisse, quoniam alienum hinc est adiectivum *gulosum* significans.

446. *βδελυρός*] = *μιαρός*, *improbus*. Proprie nihil laudis habet hoc epitheton, nam id quod *βδελυτόμεθα*, *imprurum* igitur *putidum*que significat; cf. Ran. 465.

— *ψευδῶν ξυγκολλητής*] Cf. Vesp. 1041 de sophistis: *ἀνωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας ξυνεκόλλων*, Eq. 463 *ἠπιστάμην... αὐτὴ πάντα... κολλώμενα*.

447. *περίτροιμα*] vid. ad vs. 260.

448. *κύρβεις*] *leguleius* (Cic. de Orat. I § 236). Solonis leges scriptae erant ἐν ἀξόσι sive κύρβεισιν, id est in tabulis dealbicatis, de quibus perridicule Cratinus (fr. 274) a Plutarcho in vita Solonis c. 25 allatus: *πρὸς τοῦ Σόλωνος καὶ Ἀράκοντος, οἳ αὖν | φρύγουσιν ἤδη τὰς κάρους, τοῖς κύρβεισιν, veterum legum reverentiam aequales exuisse ita ni fallor significans. Etiam in Avium re publica πελαργῶν κύρβεις τινί; vigere dicuntur Av. 1354. Apud paroemiographos mentio fit proverbii *κύρβις κακῶν ἐπὶ τῶν σφόδρα πονηρευομένων* (Zenob. IV 77). Ceterum vid. [Arist.] Rep. Athen. 7 cum egregia annotatione v. d. Sandys.*

— *κρόταλον*] cf. vs. 260.

— *κίναδος*] *vulpes*. Notissima imagine homo dolosus sic vocatur etiam Av. 430 Soph. Ai. 103 Andoc. I § 99 Aeschin.

III § 167 Demosth. XVIII § 162, 242 Theocrit. V 25 (Lucian. LX § 32).

— *τρύμη*] vox ignota, quam idem quod *τρομαλιάν* sive *δπὴν* significare sumunt. Sed quomodo unum idemque vocabulum et *foramen* et *furem* vel *veteratorem* poterit significare parum perspicio, itaque instrumenti potius (e. g. *terebrae*, cf. nostrum *fretboor*) aut animalis troglodytae (e. g. *viverrae*) nomen hoc fuisse suspicor.

449. *μάσθλης*] proprie *lorum*, cf. Soph. fr. 137 *διγονος μάσθλης* = *διπλοὺς ἱμάς*. Vox etiam Eq. 269 ita ut hic est adhibita; cf. Vesp. 231 *ἱμάς κυνείος* de *lento et indefesso* homine dictum.

— *εἴρων*] id quod *πανούργος*, vid. ad Vesp. 174.

— *γλοιός*] *lentus, perlinax*. Cf. *γλισχρος* (ad vs. 1004) et gallofr. *une glue*.

450. *κέντρων*] *verbero lictigēnos, masticis*, cf. Soph. fr. 309 *μαστιγίαί, κέντρωνες* *ἀλλοτριοφάγοι*. De termino *-ων* vid. ad Ran. 200.

— *στρόφις*] *versutus homo, strophān* (vid. ad Ran. 775) *peritus, strephōdicos*. Cf. vs. 434 et *γλωττοστροφίην* vs. 792, *γλώπηξ*; *στρόφιγξ* Euripidis numen Ran. 892.

451. *ματιολοχός*] vox ignota et fortasse corrupta, cf. ann. crit.; eundem

ταῦτ' εἴ με καλοῦσ' οἱ ἀπαντῶντες,  
 δρώντων ἀτεχνῶς ὅ τι χρῆξουσιν  
 κεί βούλονται, νῆ τὴν Δῆμητῶ,  
 455 ἔκ μου χορδὴν  
 τοῖς φροντισταῖς παραθέντων.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

(secum:)

λῆμα μὲν πάρεστι τῶδέ γ'  
 οὐκ ἄτολμον, ἀλλ' ἔτοιμον.

(Ad Strepsidem:)

ἴσθι δ' ὡς

460 ταῦτα μαθὼν παρ' ἐμοῦ κλέος οὐρανόμηκες  
 ἐν βροτοῖσιν ἕξεις.

452. καλοῦσ' R] καλοῦσιν V, λέγουσιν) plerique. *Futurum* requiri iure observat Blaydes. || οἱ] deest in codd.

457—461] choro dat Bentley, item vs. 462 sqq. et 466 sqq.; quem recentiores sunt secuti, perperam, ut arbitrator. Versus enim 460 aptum sensum sic vix praebet, neque „μετὰ τῶν νεφελῶν“ (vs. 463) senex vitam transacturus esse dici potest. Quod autem seni non est consilium in φροντιστηρίῳ perpetuo degendi, id non est urgendum. — Versu 436 Nubes finem fecerunt cum Strepsidae colloquendi. || Pro vs. 457—475 primitus collocatum fuisse canticum quod nunc legitur vs. 805 sqq., sine iusta causa suspicati sunt Teuffel Bücheler alii, illos versus illic molestos esse perperam statuentes.

458. ἔτοιμον] εὐτολμον V.

461. ἕξεις] ἕξων Suidas s. v. οὐρανόμηκες, hinc Bentley probabiliter ἴσθι δὲ ταῦτα — ἕξων.

terminum habent αἵματολοιγός (Aesch. Ag. 1479), κωμφοδοιγός (Vesp. 1318), κνισολοιγός (Cf. Eust. Od. 1817,38).

452. καλοῦσαι] futuri temporis est hoc verbum.

455. χορδὴν] *farlum*. Vox etiam Ach. 1119 Ran. 339 usurpatur; idem valet χόρδευμα Eq. 315, a verbo χορδεύειν Eq. 214. Cf. Eq. 372 περικόμματ' ἐκ σοῦ σκευάσω, Vesp. 63 οὐκ... αὐθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μυττωτεύσομεν; etiam Ach. 300 Eq. 768 similia leguntur.

456. φροντισταῖς] vid. ad vs. 94.

457 sq. Cf. Ran. 899 λῆμα δ' οὐκ ἄτολμον ἱμφοῖν.

460. κλέος οὐρανόμηκες] vox κλέος a sermone pedestri aliena (perinde atque κλεινός, κλείω, κλήζω, ἀκκλήζ, quae omnia in lyricorum vel tragicorum imitatione noster hic illic adhibuit) in anapaestis redit Ach. 646 Ran. 1035. Cum nostro loco cf. Homerica κλέος οὐρανὸν ἔκει (Θ 192 etc.), μέγα κίεν Φοι ὑπουράνιον κλέος εἴη Κ 212 et epigramma in honorem Cleonis cantoris Thebani compositum apud Athen. 19c: καὶ Φοι κλέος οὐρανόμηκες. De voce οὐρανομήκης vid. praeterea ad vs. 357.

461. τί πέσομαι;] *quid de me fiet?* Item vs. 791. Vid. ad vs. 340.

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

τί πείσομαι;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

τὸν πάντα χρόνον μετ' ἐμοῦ ζηλωτότατον βίον ἀνθρώπων διάξεις.

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

465 ἄρά γε τοῦτ' ἄρ' ἐγὼ ποτ' ὄψομαι;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

470 ὥστε γε σοῦ πολλοὺς ἐπὶ ταῖσι θύραις ἀεὶ καθῆσθαι,  
βουλομένους ἀνακοινοῦσθαί τε καὶ εἰς λόγον ἐλθεῖν,

475 ἄξια σῆ φρενί, συμβουλευσομένους μετὰ σοῦ.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(ad Socratem:)

ἄλλ' ἐγγεῖρει τὸν πρεσβύτεην ὃ τι περ μέλλεις προδιδάσκειν,

466. ὄψομαι] ὄψου' R, ἐπόψομαι Suidas.

467. ταῖσι] ταῖς V R.

470. ἀνακοινοῦσθαι] -ῶσα Blaydes coll. vs. 197 et Lys. 1177. || λόγον] λόγου; V R et plerique (ut Vesp. 473) metro invito.

476. μέλλεις] μέλλει V.

462. τὸν πάντα χρόνον] cf. τὸν πλείω χρόνον Ran. 160 Thuc. IV 117, τὸν πολὺν, μυριετῆ, αἰανῆ χρόνον Aesch. Ag. 621 Prom. 94 Eum. 572.

468 sq. ἐπὶ ταῖσι θύραις ... καθῆσθαι] *officiose (veluti regulum aliquem) te frequentantes*. Prima luce illuc confluent homines salutaturi te deque rebus suis consulturi, et patienter expectabunt per longas horas ante ianuam tuam in vestibulo *desidentes*. — Ipse Socrates, quem nobilissimi viri adire solebant, his verbis ridetur.470. ἀνακοινοῦσθαι] *consulere*; cf. Plat. Lach. 178 b Xen. Mem. III 7 § 3 etc. et κοινοῦν vs. 197.

— εἰς λόγον ἐλθεῖν] eadem est locutio Eq. 806, 1300, cf. etiam Lys. 468. Eodem sensu numerus pluralis εἰς λόγους; ἐλθεῖν usurpatur (Vesp. 472 etc.).

472—475. Insolite verbo *συμβουλευεσθαι* obiectum nunc est additum; expectatur *περὶ πραγμάτων κτί*; minorem mirationem

mouet neutrum sing. ita adhibitum apud Thuc. VIII 68 § 1 ὅστις συμβουλευεσάτο τι.

472. πράγματα] cf. Vesp. 1426 δικῶν γὰρ οὐ δέομ' οὐδὲ πραγμάτων, et vid. ad Vesp. 1392 Ran. 228, 1215.

— ἀντιγραφὰς] *accusatorum formulas, libellos actionis*. Cf. Plat. Apol. 27 c; idem dicitur ἀντωμοσία ibid. 19 b (ut recte observat Harpocration s. v. ἀντιγραφῆ, vid. ad Vesp. 545) et ὑπογραφῆ Theaet. 172 e.474. ἄξια σῆ φρενί] *apla tuo ingenio*, digna ad quae tuum ingenium se convertat. Isvel id, cuius dignitati consentaneum esse aliquid dicitur, post ἄξιος adiectivum casu dativo (lat. ablativo) solet enunciari, item Ach. 8, 205 Eq. 616 Nub. 1074 Av. 548. Alia est ratio locorum ubi adiectivo ἄξιος adiunguntur genitivus pretii et dativus personae (lat. dativus), e. g. Pac. 918 πολλῶν ὑμῖν ἄξιος, Plut. 877 πολλοῦ ἄξιος ἄπασιν.476. προδιδάσκειν] *praedocere*, nempe

καὶ διακίνει τὸν νοῦν αὐτοῦ, καὶ τῆς γνώμης ἀποπειροῶ.

## SCENA DECIMA.

Eidem.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἄγε δὴ, κάτειπέ μοι σὺ τὸν σαυτοῦ τρόπον,  
 ἴν' αὐτὸν εἰδῶς ὅστις ἐστὶ μηχανὰς  
 480 ἤδη ἐπὶ τούτοις πρὸς σὲ καινὰς προσφέρω.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τί δέ; τειχομαχεῖν μοι διανοεῖ, πρὸς τῶν θεῶν;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐκ' ἀλλὰ βραχέα σοι πυθέσθαι βούλομαι.  
 ἦ μνημονικὸς εἶ;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

δύο τρόπον, νῆ τὸν Δία.  
 ἦν μὲν γ' ὀφείληταί τί μοι, μνήμων πάννυ  
 485 ἔαν δ' ὀφείλω σχέτλιος, ἐπιλήσιμων πάννυ.

482. σου] σοι V R.

483. ἦ Dobree] εἰ codd.

484. γ'] γὰρ R alii.

485. Om. V errore aperto, quem peperit versuum 484 sq. exitus similis.

priusquam ad ea ipsa venias quae scire cupit rusticus. Eadem verbi vis est Plut. 687 fr. 684. *Edocere* valet infra vs. 987 (?), item Pherecr. fr. 248 Alex. 110<sup>26</sup>, Plat. Gorg. 489 d et saepius, Demosth. fr. Anecd. Bekk. p. 112 etc.; cf. *προμαθεῖν ediscere* vs. 966 Vesp. 1208 Eur. fr. 904<sup>10</sup>.

477. *διακίνει*] ita transfertur etiam apud Sosipatrum com. fr. 1<sup>22</sup> *μικρὰ διακινήσω* (= *καταγυμνάσω*) *σε περὶ τοῦ πράγματος*. Proprio sensu verbum usurpatur Vesp. 688 Pac. 156.

479. *μηχανὰς*] cf. Thesm. 1132 *τούτω πρόπουσαν μηχανήν προσοιστέον*, Eur. Iph. Taur. 112 *πάσας προσφέροντε μηχανὰς*. Translato sensu vox *μηχανή* (ut latina *machinae* et *machinari*, *μηχανᾶσθαι*) usurpatur etiam Vesp. 149, 365 Av. 363 etc.,

unde satis apparet quam frequens hic vocis usus fuerit, non Socratis igitur culpa senem eius verba parum intellegere.

481. Sic Ran. 800 Xanthias ubi audit regulas et normas et formas plicatiles tragicorum carminibus adnotum iri, „*πλινθεύουσι γὰρ*,” admirans exclamat.

483 sqq. Cf. Plant. Mil. III 3, 14 sqq. *meretriculae verba siquid faciundumst mulieri male atque malitiose, | ibi ei immortalis memorias meminisse id sempiterno; | sin bene quid aut fideliter faciundumst, eaedem eveniet | obliuosa extemplo uti fiat, meminisse nequeat.*

485. *Sin quid ego miser debeo, obliuiosus sum quam maxime.*

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἔνεστι δῆτά σοι λέγειν ἐν τῇ φύσει;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

λέγειν μὲν οὐκ ἔνεστ', ἀποστρεφεῖν δ' ἔνι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

πῶς οὖν δυνήσει μανθάνειν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἀμέλει, καλῶς.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἄγε νυν ὅπως, ὅταν τι προβάλω σοι σοφὸν

490

περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τί δαί; κυνηδὸν τὴν σοφίαν σιτήσομαι;

486 sq. Suspecti Kockio, post vs. 488 collocat Green; vs. 486—488 del. vHerwerden.

487. ἔνεστ'] ἔνεστιν V.

489. ὅπως] om. V. || προβάλω σοι Hirschig] προβάλλω καὶ σοι R, προβάλλωμαι σοι V, προβάλλωμαι vel προβάλλωμαι multi, προβάλλω σοι Meineke, ὅταν προβάλω τί σοι Blaydes. — Activum requiritur, vid. vs. 757 etc.

490. ὑφαρπάσει] -σεις V alii, ξυαρπάσει Blaydes cum schol. (cf. vs. 775 Soph. Ai. 16):

486 sq. ἔνεστι] cf. vs. 414.

488. ἀμέλει, καλῶς] item Ran. 532.

489—491. Cf. vs. 775 ἄγε δὴ ταχέως τουτί ξυάρπασον. — In dictione sophistarum quid sit προβάλλειν vel πρόβλημα (proponere, propositio) nemo nescit, is enim vocis usus ad hunc usque diem permansit. Etiam vs. 757 ita usurpatur, item Plat. Charmid. 162 b Phileb. 65 d Rep. 536 d etc., Antiphan. fr. 71<sup>b</sup> πότερά μοι | γρίφον προβάλλεις τουτον; cf. προτίνειν Vesp. 21. Sed rusticus ut vocis μηχανῆς sic vocis προβλήματος sensum translatum aut omnino ignorat aut nunc non recordatur, a mentis quippe exercitatione alienissimus. Itaque propriam proiciendi vim verbo προβάλλειν a Socrate usurpato tribuit; vid. Vesp. 916 ἦν μὴ τι καὶ ἐμοὶ τις προβάλλῃ τῇ κυνί, Herodot. IX 112 ἢ Ἀμφοστρίς... διαλυμαίνεται τὴν

κυναῖκα τοῦ Μασίστου τοῦ; τε μαζοῦς ἀποταμοῦσα κυνὶ προέβαλε κτέ. Praeterea cf. Av. 626 Plut. 799; etiam iocus Pac. 643, ubi διαβάλοι pro προβάλοι dicitur, hinc est explicandus.

489. ἄγε...ὅπως] item Ach. 253 Eq. 1011 Eccl. 82, 149 et frequenter omisso ἄγε (elliptice): Ach. 955 Eq. 222, 456 Nub. 257, 824, 882, 1177, 1464 Vesp. 289 Pac. 77 Av. 131, 1494 Ran. 7 etc.

491. Cf. Eq. 415, ubi isiciator gloria tur se (veluti caniculam) ἀπομαγδαλίας αιτούμενον τοσοῦτον ἐκτραφῆναι. Posidonius stoeicus de Parthorum aula scribit: ὁ δὲ καλούμενος φίλος τραπέζης μὲν οὐ κοινοῦναι, χαμαὶ δ' ὑποκαθήμενος ἐφ' ὑψηλῆς κλίνης κατακειμένῳ τῷ βασιλεῖ τὸ παραβληθὲν ὑπ' αὐτοῦ κυνιστὶ σιτεῖται (Athen. 152f).

— τὴν σοφίαν σιτήσομαι;] cf. Aesch. Ag. 1668, ubi is qui spe inani vescitur



## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

(secum:)

ἄνθρωπος ἀμαθῆς οὔτοσί καὶ βάρβαρος.

(Alta voce:)

δέδοικά σ', ὧ̄̄ προσβῦτα, μὴ πληγῶν δέη.  
φέρ' ἴδω, τί δοῦς ἦν τίς σε τύπτῃ;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τύπτομαι,

495

καὶ ἔπειτ' ἐπισχῶν ὀλίγον ἐπιμαρτύρομαι,  
εἴτ' αὖθις ἀκαρῆ διαλιπῶν δικάζομαι.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἴθι νυν, κατὰθον θοιμάτιον.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἠδίκηκά τι;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐκ' ἀλλὰ γυμνὸς εἰσιέναι νομίζεται.

492. ἄνθρωπος] ἄνθρωπος codd. — Cf. Ran. 652.

493. δέη] δέει R alii perperam.

495. καί] om. R.

ἐπίδα; οἰεῖσθαι dicitur, item in parodia apud Eubulum fr. 10<sup>7</sup>.

492 sq. Quadamtenus conferri possunt Callicliis ad Socratem verba Plat. Gorg. 485 ἂν δὲ δὴ προσβῦτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα [καὶ μὴ ἀπαλαττόμενον], πληγῶν μοι δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι ὧ̄̄ Σώκρατες οὔτος ὁ ἀνὴρ, — talia enim primis quidem iuventutis annis apta esse, dein vero spretis eiusmodi nugis seria esse agenda.

493. Simillima est prolepsis Eq. 926 εἰς τοὺς πλουσίους | σπέσω σ' ὅπως ἂν ἐγγραφεῖς.

494. Socrates priusquam discipulum annosum flagris caedere incipiat, cut suae metuens rogat quid facere ille soleat si quis se percutiat. Cui rusticus „vapulo” perridicule respondet. Cuiusmodi dicta apud Gallofrancos vocari solent *des vérités de M. de la Palisse*, eiusdem autem generis quaedam e nostri fabulis collegi in ann. ad Ran. 26. Rusticus igitur ὀρᾶν

verbum ita nunc interpretatur ut idem quod *πάσχειν* significet (vid. ad vs. 234); cf. *ποιεῖν* Plut. 1205 ita usurpatum.

495 sq. Masculini generis sunt ὀλίγον et ἀκαρῆ, mente enim supplendum est χρόνον, quae vox additur Plut. 244 et com. adesp. fr. 370 (ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ). Adī. ἀκαρῆ etiam Vesp. 541 sic usurpatur; vid. ad Vesp. 91 sq.

— ἐπιμαρτύρομαι] i. e. παρακαλῶ τοὺς παρόντας μάρτυρας (ut loquitur Lys. VII § 20). Compositum redit Vesp. 1437 (item Demosth. LV § 7 etc.), simplex eodem sensu usurpatur Ran. 528 etc., ubi vid.

497. ἠδίκηκά τι;] *num delictum aliquod commisi quod flagris sit luendum?*

498. γυμνός;] i. e. μονοχίτωνας. — Cf. vs. 1103.

— νομίζεται] i. e. νόμος ἐστί, mos fert, item vs. 1185, 1416, 1420; vid. etiam ad vs. 248 sq.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρομαι.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

500

κατάθου τί ληρεῖς;

(Pallium et soleas rustico per versus sequentes detrahit.)

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

εἰπὲ δὴ νῦν μοι τοδί

ἦν ἐπιμελὴς ὦ καὶ προθύμως μανθάνω,

τῷ τῶν μαθητῶν ἐμφορῆς γενήσομαι;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος τὴν φύσιν.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

οἴμοι κακοδαίμων, ἡμιθνής γενήσομαι.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

505

οὐ μὴ λαλήσεις ἀλλ' ἀκολουθήσεις ἐμοὶ

ἀνύσας τι δευρὶ θᾶπτον;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

εἰς τὸ χεῖρὲ νυν

δός μοι μελιτοῦτταν πρότερον ὡς δέδοικ' ἐγὼ

500. τοδί] fortasse verum est: ΣΩ. τὸ τί; quod vs. 748 habent optimi codices.

506. εἰς] om. R.

507. πρότερον] πρότον V.

499. Rusticus indignatus at nihil inquit *istinc ablaturus sum!* nihil opus est vestem me ponere priusquam casam vestram ingrediari, non enim ut furtum indagarem huc veni! De verbo φωρᾶν vid. ad Ran. 1363, et cf. Isaeus VI § 42 et veterum Romanorum „*quaestio furtorum cum lance et licio*” (Gell. XI 18 § 9 XVI 10 § 8). — Nostrum locum imitari videtur Bion IX 6, ubi iuvenis comissantis sunt verba οὐκ ἐπὶ φωρᾶν | ἔρομαι.

500. Etiam ἐμβάδας Strep-siadi nunc detrahi intellegimus coll. vs. 719 et 858. Intus tunicati et discalceati versari solebant homines (vid. Vesp. 103).

— εἰπὲ δὴ νῦν μοι τοδί] cf. vs. 748,

Thesm. 740 οὐ δ' ἀπόκριναί μοι τοδί, Plut. 902 (?).

503. Χαιρεφῶντος] vid. ad vs. 104.

— τὴν φύσιν] quod ad ingenium attinet (cf. vs. 515). At rusticus ea tantum curans et cogitans, quae cerni tangique possunt, non de mentis dotibus sed de corporis specie (ut Vesp. 1071) dictum esse illud φύσιν arbitratur, mox igitur sibi quoque vepallidam fore faciem corpusque exsangue.

506. ἀνύσας τι] vid. ad Vesp. 30 et ad Ran. 606.

507 sq.] μελιτοῦτταν manu tenebant qui in horrendum illud antrum Trophonii descendebant, ut propitiarent ser-

εἶσω καταβαίνων, ὥσπερ εἰς Τροφωνίου.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

χώραί· τί κυπτάξεις ἔχων περὶ τὴν θύραν;

(Rusticus metum compescens firmo gradu meditaculum intrat.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

510

ἀλλ' ἴθι χαίρων τῆς ἀνδρείας

οὔνεκα ταύτης.

(Abeunt ambo. Discipuli scamnum, vestem, soleas, cetera auferunt, ianua clauditur.

Chorus ad spectatores se convertit.)

### PARABASIS CHORI.

(vs. 512—626.)

Commation.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εὐτυχία γένοιτο τάν-

θρώπων, ἐπεὶ προήμων

εἰς βαθὺ τῆς ἡλικίας

511. οὔνεκα Brunck] ἔνεκα V, εἴνεκα R et plerique; vid. ad Ran. 189.

512. γένοιτο τάνθρώπων R] γένοιτ' ἄνθρ. V et plerique.

513. ἐπεὶ Meineke] ὅτι codd. metro invito, nam -τι πρ. ferri nequit; Reisig ὅτι ἡ.

pentes ei sacros et si qua alia monstra obviam sibi fierent. *Descendendū* verbo nunc utitur, quoniam homuncionum semianimorum aedicula ei sepulcri instar videtur larvarum pleni. — Trophonii oraculum Lebadeae in Boeotia erat celeberrimum, de quo locus classicus est apud Paus. IX 39; vid. etiam Luc. Dial. Mort. 3 Plut. de genio Socr. 590 a—592 f. Mentio eius fit apud Herodot. I 46 et VIII 134 (ubi vid. Stein). Illuc qui descenderat ridere postea non posse credebatur (vid. festiva narratiuncula apud Athen. 614 a); unde claro apparet quantum terrorem delubrum illud subterraneum hominibus incusserit. Trophonium Cratinus scripserat fabulam, quae nuper fortasse fuerat spectata.

509. τί... ἔχων] vid. ad Ran. 202.

— κυπτάξεις... περὶ τὴν θύραν] cf. Pac. 731 περὶ τὰς σκηρὰς κυπτάξεν, Lys. 17 ἢ μὲν γὰρ ἡμῶν περὶ τὸν ἄνθρ' ἐκύπτασεν, Plat. Rep. 469 d ὅταν περὶ τὸν τεθνεῶτα κυπτάξωσι. — Producta haec est verbi κύπτειν forma, quaecum cf. μολπάζω (Ran. 379), δπάζω etc.; nonnulla verba termino frequentativo -άζω praemissum habent inchoativum illud -σκ-, e. g. χασκάζω (Vesp. 695), σαρκάζω (Pac. 481, vid. ad Ran. 966), alia in -στάζω exeunt, e. g. βαστάζω, ε(ε)υστάζω (vid. ad Vesp. 12). Cf. Enchir. dict. ep. p. 396.

510. ἀλλ' ἴθι χαίρων] sollemne hoc in ore coryphaei, cf. Ach. 1143 Eq. 498 Vesp. 1009 Pac. 729. De participii χαίρων usu vid. ad Ran. 843.

515

νεωτέροις τὴν φύσιν αὐ-  
τοῦ πράγμασι χρωτίζεται  
καὶ σοφίαν ἐπασκεῖ.

Parabasis.

ΠΟΙΗΤΗΣ.

(Quao poeta ipse spectatores allocutus hoc loco dicit, triennio fere post  
fabulam in certamen propositam scripsit.)

ὦ θεώμενοι, κατερω̄ πρὸς ὑμᾶς ἔλευθέρωσ

515 sq. νεωτέροις...πράγμασι] *rebus recentioribus*, novissimis quibusdam inventis, καινοῖς; καὶ δεξιῶς; (vs. 1399); cf. Vesp. 1472 sq. τὸν φύσαντα σμυνοτέροις κατακοσμησαι πράγμασιν. Simul sic in-nuitur, philosophos ipsumque rusticum tabularum novarum appetentem βούλεσθαι νεωτερίσαι, res novas moliri, et hanc praesertim ob causam pro δόγμασι vel μαθήμασι chorus dicit πράγμασι (qua de voce vid. ad vs. 471).

515. τὴν φύσιν αὐτοῦ] expectatur τὴν φύσιν τὴν αὐτοῦ. Cf. τὸν πατέρ' αὐτοῦ vs. 905, τῇ κεφαλῇ σουτοῦ fr. 590; vid. etiam Pac. 880 Av. 475 et ad vs. 60.

516. χρωτίζεται] *tingit, imbuil*. Verbum poeticum apud Atticos alias non occurrit; χρωτίζω κέχρωσμαι apud Euripidem et recentiores satis est frequens, vid. etiam χρωσθήναι Plat. Theaet. 156 e.

517. σοφίαν ἐπασκεῖ] item vs. 1024 ὦ καλλίπυρον σοφίαν...ἐπασκῶν.

518—562. Hos versus Aristophanes scripsit cum fabulam, quae a Philonide scenae commissa non satis placuerat, suo ipsius nomine denuo in certamen proponere secum constituisset. Quapropter non coryphaeo eos tribuit, sed, ut in re insolita, praeter morem aliquid audendum esse ratus, suis verbis ipse nunc alloquitur spectatores. Cuiusmodi nihil quod consimile sit ex aliis fabulis potest afferri. Nam fragmentorum e Baptis Eupolidis (fr. 78) et ex Aristophanis Anagyro (fr. 54) servatorum quae fuerit ratio nescimus, Pacis autem vs. 760 sqq. prima quidem persona utitur poeta, sed initio certe eiusdem parabaseos cory-

phaeus more solito coepit verba facere poetae nomine, tam impeditus autem est ille locus ut argumentum inde promi posse vix videatur. Pristina igitur parabasi abiecta, quam tetrametris anapaesticis compositam fuisse et laudes poetae a coryphaeo prolatas habuisse veri est simile, novos nunc versus fecit poeta, ut de iniqua huius comoediae sorte cum spectatoribus expostularet. Quos versus fabulae inseruit tribus ad minimum annis postquam scenae est commissa, nam et Eupolidis fabulae Maricantis mense Februario anni 421 datae in iis fit mentio et aliarum fabularum complurium de eodem argumento conscriptarum, sed ante annum 417, quo anno Hyperbolus ostracismo pulsus est (vid. ad vs. 551 et 553 sqq.). Tunc autem Aristophanis animus gloriae appetentem mordebat nova iniuria, Eupolidis enim Κόλακες fabula, quae in argumento Nubibus arte cognato versabatur, nuper eius Paci fuerat praelata (mense Martio anni 421).

Metrum est *Eupolidicum*, quo ipse Eupolis in *Λήμων* (fr. 120) et *Βαπτῶν* (fr. 78) parabasi, Aristophanes etiam in parabasi Anagyri (fr. 54 sq.) usus est; praeterea parabasim hoc metro scriptam habebant Cratini *Μαλθακοί* (fr. 98), Platonis *Παιδάριον* (fr. 92), Alexidis *Τραυματίας* (fr. 237), fortasse etiam eius *Σικωνίος* (fr. 206), frequens autem fuisse apud Diphilum et Menandrum testatur Victorinus III 2.

Purum horum numerorum schema est:

u u u u u || u u u u u;

sunt igitur duo glyconeï, quorum ta-





ἔργον πλεῖστον· εἴτ' ἀνεχώρουν ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν  
 525 ἡτηθείς, οὐκ ἄξιός ὢν. ταῦτ' οὖν ὑμῶν μέμφομαι  
 τοῖς σοφοῖς, ὧν οὐνεκ' ἐγὼ ταῦτ' ἐπραγματεύομην.

ἀλλ' οὐδ' ὧς ὑμῶν ποθ' ἐκὼν προδώσω τοὺς δεξιούς.  
 ἐξ ὅτου γὰρ ἐνθάδ' ὑπ' ἀνδρῶν, οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν,

quam tum putabam esse interpretandum. Parum autem prosunt quae alii pro-  
 suerunt: πρώτην Welcker, πρώτως GHermann cum cod. Cant. 2 (praecedentibus  
 adiungens), πρώτος (ab GHermanno reiectum) Fritzsche, πρώτῃ Bergk dubitanter,  
 πρώτον Bücheler, πρώτιστ' Blaydes, προικός... ἀναγεῦσ' (coll. Hom. q 413) vel πρώ-  
 την... ἀναδῆσ' (coll. Plut. 589) dubitanter Kähler, ταύτην Heidhüs. Quapropter  
 reposui quod vides; lenior autem haec est correctio quam quod praeterea con-  
 ieci \*ἡξίωσα νῦν, particulam νῦν haplographia omissam (-ωσανναναγε. -ωσαναγε.)  
 dein versus imperite expletum esse suspicatus.

526. οὐνεκ' ] εὔνεκ' V; vid. ad Ran. 189.

527. ὑμῶν] ὑμᾶς nonnulli non male.

528. οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν] verba corrupta, ad quae tuenda nihil prodest Lysiae locus  
 apud Athen. 551f, quem laudat Blaydes; neque sufficit lenis correctio ab Her-

*mine* opus suum denuo offert (offerre  
 vult) spectatoribus.

— ἡξίωσ' ἀναγεῦσαι] ἡξίωσα significat  
*nunc decrevi*, verbum autem ἀναγεῦσαι  
 recte GHermann Praef.<sup>2</sup> p. XXX vertit  
*iterum gustandam praebere fabulam* (= ἀνα-  
 διδάξαι). Quod verbum alibi non legitur,  
 rarum igitur fuisse intellegimus; quapro-  
 pter non est credibile vim praepositionis  
 ἀνα- ita evanuisse ut nihil nisi simplex  
 γεῦσαι significaret, id quod multi tamen  
 statuerunt, de *prima* fabulae commis-  
 sione hoc dici putantes. — De syllabae  
 -αι elisione vid. ann. crit. ad vs. 7.

— ἢ πάρεσχε... εἶτα ἀνεχώρουν... ἡτη-  
 θεῖς] arte haec cohaerent: *qua quantumvis*  
*affabre facta repulsam tulit*.

524. ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν] a Cratino et  
*Amipsia*, quibus primum et secundum  
 tunc delata sunt praemia. Sic recte  
 interpretatus est Lenting, spreta scho-  
 liastarum insulsa opinione *indices Dio-*  
*nyssiacos* nunc significari; — quos si  
 ἀνδρας φορτικούς vocasset comicus, de-  
 mentiae profecto signum id civibus vi-  
 sum fuisset apertum. Nam voces φορτός  
 et φορτικός constanter de comicorum *iocis*

*scurrilibus* usurpantur; vid. Plat. Phaedr.  
 236 c, Aristot. Politic. VIII 7 § 1 Eth.  
 Nicom. IV 8, Plut. Mor. 348 c, ad Vesp.  
 66 et ad Ran. 13 sq. — Φορτικὴν κω-  
 μῳδίαν nostrum peculiare quoddam co-  
 moediarum genus, Doricae arti affine,  
 vocasse hoc loco et alias, cavendum ne in  
 animo nobis inducamus, a Zieljnskio  
 (Gliederung der altatt. Komödie p. 240  
 sqq., Quaest. Com. p. 36) plecti. Nam  
 nihil est adiectivum φορτικός nisi epithe-  
 ton cuivis aemulo aptum, scimus autem  
 quam acri convicio pro ludorum Bacchi-  
 corum libertate comici et ceteros cives  
 quoslibet et se invicem insectari sole-  
 ant iocose magis quam serio. Cf. Körte  
 Jahrb. d. arch. Inst. 1894 p. 63 sqq.

525. ταῦτ' ] *hanc ob causam*; vid. Ach.  
 599 et ad vs. 319.

526. ἐπραγματεύομην] *sedulo elaborabam*,  
 tantos labores sustinebam. Verbo apud  
 nostrum alias non obvium saepius utitur  
 Plato, e. g. Apol. 22 b.

527. προδώσω] sive φορτικωτέρας sive  
 nullas omnino posthac fabulas scribendo.

528 sq. Non de *commissione* fabulae  
 Daetalensium nunc loquitur Aristopha-

530 ὁ σώφρων τε γὰρ καταπύγων ἄριστ' ἠκουσάτην,  
καὶ ἐγὼ — παρθένος γὰρ ἔτ' ἢ κοῦκ ἐξῆν πῶ μοι τεκεῖν —  
ἐξέθηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο,  
ὕμεῖς δ' ἐξεθρέψατε γενναίως καὶ ἐπαιδεύσατε,  
ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῶν γνώμης ἔσθ' ὄρκια.  
νῦν οὖν, Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην, ἢδ' ἢ κωμωδία

verdeno et nuper ab Heidhusio proposita, quae et mihi in mentem venerat, οἷς ἡδὺ καὶ ψέγειν, non enim *libenter vituperare* recte dicitur iudex emunctae naris, cui multa sordent. Neque verum esse potest quod excogitavit Kock οἷαν δίκη; μέλει, licet Blaydesio „ingeniosum et fortasse verum” id videatur, nam *iuris* mentio hinc aliena. Kähler coniecit οἷς ἡδὺ καὶν' ἰδέειν, quod nimis languidum videtur.

530. ἔτ' om. V. || ἢ] ἦν codd.

531. παῖς δ'] παῖδ' Heidhūs, articulum sic omitti potuisse sibi persuadens.

533. ὑμῶν Sauppe] ὑμῖν codd. (cf. v. l. vs. 412). Pignus *accepisse* se dicit poeta, non dedisse.

534. Ἠλέκτραν] Ἠλέκτρα V R. || ἢ] ἦν ἢ V.

nes, cuius rei versu demum 532 fit mentio, sed de mensibus illam commissionem praegressis, cum maturiores viri quidam primitias eius litterarias laudarent et effecerunt ut iuvenile illud opus nomine Philonidis vel Callistrati magistrati oblatum in certamen admitteretur. Adverbium ἐνθάδε vertatur igitur *Athenis* (non: *in hocce theatro*); Daetalensium argumentum indicatur verbis ὁ σώφρων καὶ ὁ καταπύγων.

530 sq. Tunc cum Daetalenses scripsit *nondum sibi licuisse* fabulam scenae committere comicus nunc dicit; in Equitum autem parabasi perhibuerat *imperitiam pudoremque iuvenilem* olim obtitisse quominus Daetalenses Babylonios Acharnenses suo nomine proponeret, — causas fictas utrobique interserens. Nam etiam postquam compluribus fabulis artis scenicae peritissimum se ostendit et Equites suo nomine scenae commisit, quo tempore „multos dudum miratos esse poetam sui ingenii foetus aliis relinquentem” perhibet ipse (Eq. 512 sqq.), fabulas suas amicis dedit docendas. Scilicet quid rei esset neque in parabasi Equitum, quam fabulam legibus invitis

suo nomine archonti obtulit, profiteri poterat, neque nunc potest: peregrinum se esse, iure igitur certandi carere; vid. *Mnemos.* 1888 p. 263—288, *Proleg. Vesp.* p. X—XIII.

530—532. Daetalenses fabulam Philonides aut Callistratus (nam uter fuerit nescimus) anno 428/7 docuit secundumque praemium ea retulit.

533. πιστὰ... ὄρκια] locutio ex Homero notissima. Cf. *Xen. Cyrop.* IV 2 § 13 ἵνα ἔχων καὶ σὺ τὰ πιστὰ παρ' ἡμῶν πορεύη, *Anab.* I 6 § 7 πιστὰ ἑδικάζ μοι καὶ ἔλαβες παρ' ἐμοῦ. *Ex illo tempore* — comicus ait — *probe novi quid de me censeatis.*

534—536. *Spero fore ut hanc meam fabulam eo animo nunc accipiatis quo olim fovistis Daetalenses, quae in eodem fere argumento versabatur comoedia,* — de pravis enim studiis iuventutis scripta erat utraque. *Fraternum* igitur *vinculum* nunc dicit favorem spectatorum, imagine usus haud ita accurate delineata concinneve expressa.

534. Ἠλέκτραν... ἐκείνην] *tragicorum illam* (vid. ad vs. 195) *Electram*, ex Aeschylī Choephoris (vs. 164 sqq.) notissimam; cuius fabulae initio heroina

535

ζητοῦσ' ἤλθ' ἦν που ἐπιτύχη θεαταῖς οὕτω σοφοῖς·  
γνώσεται γάρ, ἦν περ ἴδη, τὰ δελφοῦ τὸν βόστρονον.

ὡς δὲ σώφρων ἐστὶ φύσει, σκέψασθ' ἥτις πρῶτα μὲν  
οὐδὲν ἤλθε δαψαμένη σκυτίον καθειμένον,

536. περ] om. R.

538. οὐδὲν ἤλθε] οὐδ' ἐσῆλθε Bentley, melius Blaydes οὐκ εἰσῆλθε. || σκυτίον Dobree cum codd. duobus] σκύτινον cett. || καθειμένον] καθημμένον Dobree, quod post δαψαμένη inutile foret.

cincinnum in Agamemnonis tumulo depositum adspiciens fratrem suum Orestem rediisse intellegit. Quod Aeschyli inventum Euripides anno 413 in Electra sua ridicule traduxit (vs. 527—544) de dignitate scenae tragicæ securus.

537—544. Videte autem quanto præstantiora mea quam æmulorum sint inventa! — Aliorum comicorum fabulas nuper scenæ commissas Aristophanes nunc respicit, solet autem eos potissimum ita denigrare quos aut nunc habeat æmulos aut nuper praelatos sibi viderit (cf. Mnemos. 1888 p. 399—405). Itaque *Cra-tinum*, *Amipsiam*, *Eupolim*, *Hermippum* nunc sugillari intellegimus. Crimina autem contra eos prolata ne nimis severa trutina expendamus nimiumve iis pondus tribuamus dehortantur Aristophanis loci, ubi ipse similibus iocis indulsit; scilicet in æmulis vituperat noster quæ ne ipse quidem semper sprexit Similimos locos habes Vesp. 58 sqq. Pac. 740 sqq. Ran. 13 sq., vid. etiam Eq. 526 sqq. Ran. 358.

537. σώφρων] *prudens, sana mente prædita, modesta* (non: *judica*!).

— ἥτις] de solis *choris* suæ aliarumque fabularum nunc loquitur poeta, nisi fallor; videatur ad vs. 538 sq. et a vs. 541.

538 sq. *Hæc mea fabula penes facticios nullos habet*. Nuper igitur in alia comœdia aliqua spectatores id viderant et riserant. *Hermippum* autem nunc carpi dicit scholion: *τοῦτο φησι διὰ τὸν Ἑρμιππον καὶ τὸν Σιμίρωνα τὸν τοῦτου ὑποκριτήν,*

et fortasse iure suo dicit; quamquam *Eupolim* tangi equidem suspicor propter verba: „*τοῖς παιδοῖς ἔν' ἢ γέλω;*“, quibus noster retorquere videtur id quod Eupolis in Prospaltis (fr. 244) dixerat, de Aristophanis Acharnensibus loquens opinor: *τοῦτ' ἐστὶ σοὶ | τὸ σῶμμι' ἄσελγες καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα | ψυχρόν' γελᾷ γάρ, ὡς ὄρε;*, *τὰ παιδία* (vid. etiam ad vs. 541). Certum est præterea insoliti quid fuisse id quod nunc carpitur; neque mirum, si quidem recte modo perhibui de solis *choris* suæ aliarumque fabularum nunc loqui postam. *Actores* autem in fabulis Aristophanis phallis ornatos constanter fere prodiisse etiam post doctam Körtii disputationem (*Archæologische Studien zur alten Komödie*, Jahrb. d. arch. Inst. 1894) confidenter nego; omnino enim ab eius arte alienus videtur Dicaeopolis aliquis vel Aeschylus vel Iustus ille orator, dum gravibus verbis declamat, vestem diducens ut eiusmodi ornamento puerorum cachinnos excitet; quo feminas certe caruisse nemo negat, nihil igitur illa ætate obstitisse quominus in scena Dionysiaca cernerentur actores prisicum illum phallum non exhibentes. Itaque *illis tantum locis, ubi corpora quamcunque ob causam nudantur* („*the scurrilus Episodes*“ Starkie ad Vespas p. 94), penem facticium, ipsa virilia actoris simulantem, spectatorum oculis obiectum fuisse arbitror. Sed quicquid de actoribus statuis, *choros* certe comicos nullos habuisse phallos constat; itaque si quis comicus nuper chorum

ξουθρόν ἐξ ἄκρου, παχύ, „τοῖς παιδίοις ἴν' ἧ γέλως“  
 540 οὐδ' ἔσκωψε τοὺς φαλακρούς, οὐδὲ κόρδαχ' εἴλκυσεν  
 οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τᾶπη τῆ βακτηρία  
 τύπτει τὸν παρόντ', ἀφανίζων πονηρὰ σκώματα

541 sq. Mirifice sibi indulget Blaydes in his verbis pro libidine refingendis, Naber ἀρρητ' ἦ (cf. vs. 302) et παρόντα, φατίζων coniecit pro τᾶπη τῆ et παρόντ', ἀφανίζων. Equidem locum sanum duco; vid. commentarius.

σκυτοῖς καθεμιμένοις ornatum ostenderat, fecerat insolite admodum. Quicquid id est, iis qui perhibent actores in scena Attica etiam Aristophanis tempore phallo sive καθεμιένω sive ἀναθεθεμένω constanter fuisse instructos, noster locus argumentum praebere non potest, quem videmus aut contrariam rem probare potius aut ab illa questione esse alienum. Prorsus vero absurdum est id quod multi contenderunt, priorem fabulae nostrae recensionem phallos habuisse, nunc vero poetam σαφρονέστερον γενόμενον id mutasse eamque ob causam se collaudare. Ad quam opinionem confirmandam adsciscuntur deinde versus 731 sqq., quos priori recensionem proprios, ab altera vero alienos fuisse autumant, — et sic miser lector inextricabili fere errorum tela obstringitur, quos singulatim iam refelli non est opus. Vid. Prolegom. p. XI et XV.

538. ἡατραμένῃ] cf. Eq. 784 Eccl. 24.

540. Hoc versu quin Eupolis tangatur, quod iure perhibet scholion, dubitare nos vix sinunt eius verba ad vs. 554 in scholiis allata (fr. 78) καὶ ἐκείνους τοὺς Ἰππίας] ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ καὶ ἐδωρησάμην. Unde constat Aristophanem ipsum fuisse calvum; cf. vs. 545. Eodem haud scio an iure Crusius rettulerit Eupol. fr. 276, ipse autem Aristophanes Pac. 767—774 ridens de ea re loquitur. Nam nisi de ipsius poetae calvitie ea dicta esse sumimus cum Plutarcho Mor. 634 d, id quod negabat Holden, non habeo quomodo illum locum interpreter.

— κόρδαχ' εἴλκυσεν] Eupolis etiam nunc respicitur, hic enim in Maricante fabula

nuper induxerat Hyperboli matrem indecore saltantem (vid. ad vs. 555 sq.). Quod nisi fecisset, cordacem nunc non cum contemtu commemorasset comicus, qui biennio ante quam hos versus scripsit in Vesperum exitu ostenderat senem κορδακίζοντα, nuper in Pace κορδακίζοντα; fecerat choreutas, et in alias quoque fabulas hanc saltationem admisit, quae scenae comicae propria erat (vid. Aristoxenus allatus Bekk. Anecd. p. 101). — Verbum ἔλκειν etiam Pac. 328 ita usurpatur, cf. ductare Ter. Adelph. 752 et ἔλκειν Eq. 107 etc. de pocula ducentibus dictum.

541 sq. Vocem ἔπη in dictione comicorum non trimetros significare sed tetrametros coll. Eq. 508 Ran. 885 recte observavit Zielinski Gliederung der altatt. Komödie p. 289, 1, „den einen von den beiden Gegnern im Agon“ interpretatus. Equidem coryphaeum potius intellego (vid. ad vs. 537), quem proximum quemque e spectatoribus baculo pupugisse — certe iis minitatum esse — statuo recordatus nuclearum per caveam sparsarum in alio Eupolidis dramate, cuius mentionem noster fecit loco simillimo Vesp. 58 sq.; vid. etiam Plut. 797 sqq. et ipsius Aristophanis iocus, qui eiusdem est farinae, Pac. 962. Sic demum vox ὁ παρών (= ὁ τυχών, ὁ παραγενόμενος) apte potest verti. — Ad Eupolidis Prospaltios haec esse referenda docet scholion. De qua fabula vid. ad vs. 538 sq.

542. ἀφανίζων] eclans, veluti hominum conspectui subducens, efficiens scilicet ut non attendant spectatores ad insulos coryphaei iocos, dum rident eum



οὐδ' εἰσῆξε δᾶδας ἔχουσ', οὐδ' „λοῦ λοῦ“ βοῶ·  
ἀλλ' αὐτῇ καὶ τοῖς ἔπεσιν πιστεύουσ' ἐλήλυθεν.

545 καὶ ἐγὼ μὲν τοιοῦτος ἀνὴρ ὢν ποιητῆς οὐ κομῶ·  
οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ ἑξαπαταῖν δις καὶ τρις ταῦτ' εἰσάγων,  
ἀλλ' αἰεὶ καινὰς ἰδέας εἰσφέρων σοφίζομαι,  
οὐδὲν ἀλλήλαισιν ὁμοίας καὶ πάσας δεξιᾶς·  
ὅς μέγιστον ὄντα Κλέων' ἔπαις' εἰς τὴν γαστέρα,

546. ταῦτ'] ταῦτ' V alii.

ipsis minitantes. De verbo vid. etiam ad vs. 972.

543. Nuper igitur — in Eupolidis aliqua comoedia opinor — chorus prodierat faces quatiens. Qualem iocum φῶρικόν dicit comicus Lys. 1218. In eadem fortasse Eupolidis fabula *vae! vae!* clamitarant choreutae. — Nubium autem scena ultima quod *faces* et *clamores* habet, id huc non facit; quamquam fuere qui e nostro versu efficerent poetam cum Nubes retractaret mutasse — certe mutare voluisse — fabulae exitum, sed nova illa aut periisse mature aut nunquam ab eo esse conscripta (vid. ad vs. 1493). Quas nugae scholiastarum iure damnarunt Esser et GHermann. Vid. Prolegom. p. XI.

544. ἐλήλυθεν] *adest, πάρεστιν*. Vid. ad Ran. 1164.

545. καὶ ἐγὼ μὲν] respondet οὗτοι δέ vs. 551.

— οὐ κομῶ] festive admodum hoc verbo, de quo vid. ad vs. 14, nunc utitur homo propter calvitium nuper ab aemulis derisus (vid. ad vs. 540). Non fugit hoc scholiastas.

546 sq. *Neque bis terve* — ut illi solent — *eadem vobis offero*. Verbum εἰσάγειν (sc. εἰς τὸ θεῖατρον) significat *scenae committere*, εἰσφέρειν vero (sc. εἰς τὰ δῶματα vel εἰς τὴν τέχνην, Ran. 850) *excogitare*. — Poeta his verbis non dicit id quod multi putarunt: hancce fabulam nunc ita esse mutatam ut pro nova dari possit, sed

obloquitur obtrectatoribus, qui contenderant Nubium fabulam nimis similem esse Daetalensibus; mox autem addit, ipsos aemulos tam pauperis esse ingenii ut identidem idem dicant (vs. 551 sqq.).

547. ἰδέας] vid. ad Ran. 382 et supra vs. 289. Vesp. 1044 sic conqueritur poeta de iniqua Nubium suarum sorte: *πέρουσιν καταπροῦδοτε καινοτάταις σπειραντ' αὐτὴν* (hanc regionem) *διανοίαις*, ubi vid. etiam vs. 1053.

549 sq. *Cleonem summa potestate plebisque favore florentem aggressus sum, mortuo illudere nolui*; viventem *ἐγᾶστιμια* (cf. Eq. 273, 45† Ran. 662 Nicol. fr. 1<sup>7</sup> et εἰς τοὺς Θυλάκους Vesp. 1087), iacentem nolui denuo petitum conculcare; sic enim *αὐθις ἐπεμπεθῆσαι* est interpretandum. — Posterioris versus quot verba tot sunt mendacia. Nam quod primo secundove anno post Equitum fabulam scenae commissam Aristophanes Cleonem *οὐκ αὐθις ἐμυτιώτευσεν*, ut legitur Vesp. 63, partim id fecit ne nova negotia sibi facerent illius demagogi asseclae, partim ne taedium moveret idem argumentum saepius tractatum; vel sic autem mordacissimis iocis in Vesp. Proleg. p. XVIII sq.). Tertio vero anno demagogum nuper ad Amphipolim occisum non totius quidem fabulae fecit argumentum, — scilicet *νεκρὸν ἀποσφάττειν* quid etiamtunc attinebat (cf. Vesp. Praef. p. XXI sqq., Ran. p. V)! — sed



550      ζούκ' ἐτόλμησ' αὐτίς ἐπεμπηδῆσ' αὐτῷ κειμένω.  
οὔτοι δ', ὡς ἄπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ἰπέροβολος,  
τοῦτον δειλαίον κολετροῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα.  
Εὐπόλις μὲν τὸν Μαρικῶν πρότιστος παρελλκυσεν,

550. ἐπεμπηδῆσ' αὐτῷ] -δῆσαι τῷ Lenting invita linguae Graecae indole, hodiernus enim hic est articuli usus.

551. παρέδωκεν] ἐνέδωκεν Blaydes coll. Lys. 671.

552. τοῦτον...μητέρα] οὐ τὸν...μητέρα; Geel, sed apud comicos nusquam, apud tragicos rarissime adiectivo δειλαίος articulum addi observat Kock.

553. Μαρικῶν] Μακαρικῶν V, Μακαρικῶν R. || πρότιστος; Cobet] πρότερον R, πρώτιστον cett. (cf. vs. 1039).

tamen contumeliose admodum de eo est locutus, quemadmodum postea Hyperboli manes irrisit (Thesm. 840 Ran. 570). Κειμένω autem homini quod insultare noluerit, significat se pepercisse demagogo, quem a se prostratum esse claris verbis iam dixerat Pacis (et Vesparrum retractatarum) loco festivissimo, Herculi Cerberi victori se assimilans (Pac. 752 sqq. = Vesp. 1030 sqq.). Itaque nisi aliunde sciremus quem vitae exitum habuerit Cleon, ex comici verbis efficere-mus opinor, demagogum illum brevi post Equitum fabulam actam missis rebus publicis ad coria sua rediisse; nunquam vero suspicari possemus eum procul a patria in proelio occubuisse a copiis suis turpiter derelictum, cum urbem optimatium culpa amissam conaretur recuperare. Vide quousque nostrum abripiant nunc ira et odium!

550. οὐκ ἐτόλμησα] non sustinui, a me impetrare non potui. Vid. ad Vesp. 327.

— ἐπεμπηδῆσαι] de syllabae -αι elisione vid. ann. crit. ad vs. 7.

551. At illi (opp. ἐγὼ μὲν vs. 545) demagogum suum semel correptum nunquam iam missum faciunt. Scilicet Hyperbolus, de quo vid. ad Vesp. 1007 (Gilbert Beiträge p. 209 sqq.), post Cleonis mortem regnabat ἐπὶ τοῦ βήματος; (Pac. 681), quapropter comici eum petebant omnes, quemadmodum antea petiverant Cleonem. Scripta igitur sunt haec ante annum 417, illo enim anno Hyperbolus ostra-

cismo pulsus Samum abiit, ubi anno 411 caesus est ab optimatium sicariis (Thuc. VIII 73 § 2).

— παρέδωκεν λαβὴν] val op zich heeft gegeven, a donné prise. Imago e palaestra desumta; cf. vs. 434, 552, 1229, 1375 Ach. 710 Ran. 878 etc. Idem dicitur ἐνδοῦναι λαβὴν Eq. 847 Lys. 671, δοῦναι λαβὴν Eq. 841, Plat. Rep. 544 b πάλιν τοῖνον [ὡσπερ παλαιστής] τὴν αὐτὴν λαβὴν πάρεχε, et vid. ad Ran. 689. Latinum autem ausam reprehensionis dare (Cicero Planc. 34 § 84 etc.) vitio natum est, si quid video, luctantium enim et figulorum λαβὰς permutavit is qui graecam locutionem „barbare” sic vertit primus, sive Plautus hic fuit sive alius quis.

552. κολετροῶσ'] verbum alibi non obvium et in scholiis variis rationibus explicatum e palaestra cum aliis multis (vid. ad vs. 551) desumptum esse probabiliter statuit Blaydes.

553 sqq. Hyperbolus eiusque matrem postquam in scena deridendos propinavit Eupolis, certatim iam propudio habent omnes. — Anno 421 Eupolis scenae commisit fabulam Maricam teste scholii verbis notatu dignissimis, unde discimus Callimachum erroris insimulasse τὰς Διδασκαλίας; (Aristotelis opus clarissimum) „ὅτι φέρουσι ἐστέρον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικῶν τῶν Νεφέλων, σαφῶς; ἐνταῦθα εἰρημένον ὅτι πρότερον καθίεται“, cui respondisse Eratosthenem: „λανθάνει αὐτὸν ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείαις; οὐδὲν τοιοῦτον εἶρηκεν (Aristo-

ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἰππίας κακὸς κακῶς,  
555 προσθεῖς αὐτῷ γραῦν μεθύσῃν, τοῦ κόρδακος οὐνεχ', ἦν

555. οὐνεχ'] vid. ad. Ran. 189.

phanes), ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθεί-  
σαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον αἰ διδασκαλία  
δὲ ὄλον ἦτι τὰς διδάσκειας φέρουσι". Re-  
tractatas igitur Nubes non esse in certa-  
men publicum commissas ludis publicis (nam  
aliis occasionibus quin saepius actae  
fuerint ne dubitemus!) Eratosthenis haec  
verba luculenter testantur (cf. Prolegom.  
p. IX sq.); Maricam autem *Lenaeis* anni  
421 datam esse fabulam intellegimus,  
quoniam *Dionysis* eius anni *Adulatores*  
in certamen commisit.

553. Μαρκίαν] barbaro hoc nomine  
Eupolis designavit Hyperbolum (Quinet.  
I 10 § 18), qui servum Thracem patrem  
habere ferebatur teste Andocidis verbis  
in schol. Vesp. 1007 allatis: „περὶ Ὑπερ-  
βόλου λέγειν ἀσχύνομαι" οὐδ' ὁ μὲν πατήρ  
ἐστιγμένος ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ ἀργυροκοπέῳ  
δουλεύει τῷ δημοσίῳ, ὡς (leg. αὐτόν) δὲ  
ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυτροποιεῖ." Cui tam-  
en crimini nemo fidem habebit qui  
reputaverit praetorem et hieromnemonem  
fuisse Hyperbolum et ostracismo esse  
pulsam. Haud aliter postea oratores et  
comici perhibebant e Thressa matre nat-  
um esse *Cleophontem* (vid. ad Ran. 678).  
Quicquid id est, Aristophanes, qui in  
Equitibus Cleonem demagogum festive  
indicaverat nomine barbaro et servili,  
nunc contendit Eupolim in Maricante  
fabula illo invento esse abusum, et ita  
quidem abusum ut in deterius detor-  
queret (*ἐκστρέψας*, cf. vs. 88). Scilicet  
aemulorum criminibus nunc respondet  
noster: ipsam enim Equitum fabulam  
non de suo eum habuisse Cratinus dixe-  
rat in Pytine (fr. 200) et postea dixit  
Eupolis (fr. 78, vid. supra ad vs. 540).

554. ἐκστρέψας] cf. vs. 88.

— κακὸς κακῶς] item Thesm. 169, qui  
locus aptissimus est ad loquendi hoc  
genus illustrandum; cf. Eq. 189 κακὸς  
κακῶς, Ach. 253 Pac. 1330 Eccl. 730

καλὴ καλῶς etc. — Fortasse huc est re-  
ferendum Anagyri fabulae fr. 54 ἐκ δὲ  
τῆς ἐπιπέδου: γλαυκῶς τρεῖς ἐπιπέδους ποῦν,  
quem versum e parabasi desumptum esse  
docet metrum (vid. ad vs. 518—562),  
itaque poetam illic criminatum esse ali-  
quem aemulum, qui ex una sua fabula  
tres fecisset, veri est simillimum; Fritz-  
schius autem Maricam Autolyceum Aeta-  
tem auream ex Equitibus confectas dici  
contendit. Sed ne ad amussim talia comi-  
corum crimina examinemus optimo iure  
monet Cobet ad Plat. com. p. 66 sq.

555 sq. „*Servo partes primarias agentis*,  
„qui in meo dramate Paphlago diceba-  
„tur apud Eupolim Maricas, *adivoxit*  
„*anum temulentam*. Cur autem id fecit?  
„Ut saltationis ridiculae occasionem cap-  
„taret. At ne vetulam quidem illam ex  
„suo ipsius ingenio exprompsit homo  
„insulsus, dudum enim e Phrynicho eam  
„noveramus". Perfecti idem est usus qui  
Pac. 835 Ran. 1023, 1066. — Phrynichus  
igitur comicus — nam de vetusto illo  
poeta tragico (vid. ad Vesp. 220) nunc  
sermone fieri insigni errore contende-  
bat Dobree — Phrynichus igitur comi-  
cus his annis tragicorum Andromachen  
vel Aëropan ridens in scena ostenderat  
γραῦν τινα — fortasse Cassiopeiam —  
ἦν κῆτος ἤσθιεν, anum ludere admodum  
saltantem dum monstrum instans effu-  
gere conatur; cf. Vesparum fabulae exitus  
et de Phrynicho comico vid. ad  
Ran. 13. Hunc igitur Eupolis — sive  
iure sive iniuria — nunc dicitur imitatus  
esse cum matrem Maricantis in scenam  
induceret *κορδακίζουσαν*; cf. vs. 540. Vide  
autem quanto iure nonnullis certe ex  
suis aemulis paupertatem ingenii noster  
exprobraverit: — Hyperbolo postquam  
successit Clephon, hunc demagogum  
anno 405 Plato comicus turpiter in scena  
proscindens (vid. Ranarum argumentum)

- Φορύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἦν τὸ κῆτος ἴσθιεν.  
 εἶδ'. Ἐρμιππος αὐθις ἐποίησεν εἰς Ὑπέροβολον  
 ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέροβολον,  
 τὰς εἰκούς τῶν ἐγγέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.  
 560 ὅστις οὖν τούτοισι γελᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω.  
 ἦν δ' ἐμοὶ καὶ τοῖσιν ἐμοῖς εὐφραίνησθ' εὐρήμασιν,

556. πεποίηχ'] perfectum Blaydesio sine causa suspectum; vid. comm.

557. ἐποίησεν] ἐπήδησεν Bergk Blaydes coll. vs. 550.

558. ἄλλοι Meineke] ἄλλοι codd.

559. Verba admodum obscura et contorta, quae spuria esse suspicor. Vid. comm. || τὰς εἰκούς] sic etiam Hesychius s. v. legit; τὴν εἰκὸν vHerwerden. || τὰς ἐμὰς] τῶν ἐμῶν V.

561. εὐφραίνησθ' εὐρήμασιν] -οθε εὐρήμασιν Par. 1 (cf. Pac. 604 Eurpol. fr. 357<sup>2</sup>).

ἡερμαίζουσαν πρὸς αὐτὸν ἐποίησε τὴν μητέρα (fr. 60). E qua fabula hocce fragmentum aetatem tulit (fr. 56): σὲ γὰρ γράυ συγκατέφασεν σαπρᾶν | ὄρφῳσι σελαχίους τε καὶ φάγροις βορᾶν, Cleophontis igitur matrem — ut probabiliter statuit Bergk — ad similitudinem Andromedae (an Aëropes? vid. Soph. Ai. 1297) piscibus proci i finxit Plato in dramate suo Cleophonte: en vero ioci, quos decantatos nunc dicit Aristophanes, post tria etiam lustra in scenam reducti! — Quod vero apud Kockium in Fr. Com. (Plat. fr. 56) additur: etiam in Maricante aniculam monstro fuisse obiectam, id nollem additum; nam etiam Maricam fabulam κῆτος τι habuisse ego certe ex Aristophanis verbis non efficio, neque alibi quicquam in eam sententiam traditum est, quod sciam.

557. Deinde in Hyperbolium Hermippus scripsit *Ἡροπολιδαί*; fabulam, cuius chorus quantum habuerit dignitatis intellegimus facillime coll. Ran. 858; matrem autem Hyperboli in illa quoque fabula coninetim cum filio fuisse derisam barbataeque loquentem produisse viri docti effecerunt e versu inde servato ὃ σαπρὴ καὶ πᾶσι πόρνη (leg. κοινή?) καὶ κάρραινα et barbaris vocibus quibusdam (Hermipp. fr. 10—12), fortasse haud temere.

558. *Iamque nemo non Hyperbolium proscindit.* De verbo ἐρείδειν vid. ad vs.

1375 Ran. 914. E fabulis quas noster respicit una nunc indicari potest *Platonis Hyperbolus*; in qua (fr. 168) ridebatur homo *δητώμων* et *ὄλιον* parum atice — certe parum urbane — dicens pro *δητώμων* et *ὄλιον*. Berolinensem aliquem „*gul*” pro „*gul*” et similia dicentem traduci dixeris! Agnoscimus igitur decantatum illud *ξενίας* crimen; Lydus autem Hyperbolus in ea fabula dicebatur (fr. 170).

559. Respici videtur Equitum fabulae locus, vs. 864 sqq., ubi Paphlago dicitur piscatores imitari aquam turbantes ut quam plurimas anguillas capiant. Sed quo consilio nunc comparisonem illam in mentem nobis revocet comicus non intellego. „Idem faciunt aemuli mei quod piscatores facere tunc ego perhibui”? At hoc insulsum, ne dicam absurdum; non enim *imaginem* aliquam Aristophaneam (*imagines* absurdus etiam dicit textus traditus) sed ipsas *anguillas* vel potius ipsos *piscatores* imitari dicendi sic essent aemuli, et ne sic quidem satis intellego quomodo poetae comici „e reipublicae turbis lucri expiscari aliquid” nunc dicantur. Itaque nisi spurium est hic versus, — quod suspicor, — graviter corruptum esse statuamus necesse.

560. Cf. Eq. 1288, Verg. Ecl. III 90 *quis Bavium non odit, amet tua carmina, Maeui.*

εἰς τὰς ὥρας τὰς ἐτέρας εὖ φρονεῖν δοκῆσετε.

ΧΟΡΟΣ.

Oda sive strophia.

ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν

Ζῆνα τύραννον εἰς χορὸν

565

πρωῖτα μέγαν κικλήσκω

τόν τε μεγασθενῆ τριάντης ταμίαν,

γῆς τε καὶ ἄλμυρᾶς θαλάσ-

σης ἄγχιον μοχλευτήν

καὶ μεγαλόθυμον ἡμέτερον πατέρ

570

Αἰθέρα σεμνότατον, βιοθρέμμουνα πάντων

τόν θ' ἵππονώμαν, ὃς ὑπερ-

λάμπροις ἀκτίσιν κατέχει

γῆς πέδον, μέγας ἐν θεοῖς

ἐν θνητοῖσί τε δαίμων.

Epirrhema.

575

ὦ σοφώτατοι θεαταί, δεῦρο τὸν νοῦν πρόσχετε.

562. ἐτέρας] προτίρας V.

575. πρόσ(σ)χετε Bentley] προσέχετε codd.; cf. vs. 1122.

562. Cf. exitus antepirrhematici Rarum: (μηὶς consiliis nisi obtemperetur) ὑπέρω χρόνον ποτ' αὐθις εὖ φρονεῖν οὐ δόξομεν (vs. 705).

— εἰς τὰς ὥρας τὰς ἐτέρας] = εἰς τὰς ἄλλας ὥρας Eur. Iph. Aul. 122, in posterum. Vid. ad Ran. 380.

— δοκῆσετε] vid. ann. crit. ad Ran. 737.

563—565. Cf. exordium cantici Thesm. 1136 Παλλάδα τὴν φιλόχορον ἔμοι | δεῦρο καλεῖν νόμος εἰς χορὸν, | παρθένον ἄζυγι κοῦρον. Vid. etiam Lys. 1279 Thesm. 958.

566. ταμίαν] proprie eum qui e copiis sibi creditis suum cuique tribuit, dispensatorem. Hinc apud poetas Iuppiter ταμίης πολέμοιο (Hom. A 84), Aeolus ταμίης ἀνέμων (κ 21), Neptunus κυμάτων ταμίης apte dici potest; sed τριάντης ταμίαν qui eum vocat, propriam vocis ταμίης potestatem negligit, nihil nisi moderatorem eam significare ratus. Conferri

potest tragicorum in voce ἄναξ usurpanda libertas, apud quos κίρκης, πέλιτης, πύλης ἄναξ dicuntur remex, pellasta, ianitor (Aesch. Pers. 378 Eur. Alc. 498 Soph. fr. 707 etc., item ἀνάσσειν Eur. Hel. 1040 etc.); vid. etiam ad vs. 571 et 602.

568. μοχλευτήν] vid. ad vs. 1397.

570. Αἰθέρα... βιοθρέμμουνα πάντων] cf. trag. adesp. fr. 112 Nauck<sup>2</sup> τὸ δυστυχῆς βίου | ἐκείθεν ἔλαβες ὕθην ἰπασιν ἤρξαστο | τρέφειν ὕδ' αἰθῆρ, ἐνδιδοὺς θνητοῖς πνοᾶς, et vid. supra ad vs. 264. Eundem exitum habet Eur. Hel. 1323 χινοθρέμμουνα.

571. ἵππονώμαν] ὁ νωμῶν τοὺς ἵππους, i. q. ἱπποδάμος vel ἱππηλάτης. Vid. ad vs. 602; adi. legitur etiam Soph. Ai. 232 Eur. Hipp. 1399.

575 sqq. Epirrhema postmodo fabulae fuisse insertum multi et olim et nostro saeculo perperam statuerunt; melius Eratosthenes certe rem perspexerat, vid.



ἡδικημένοι γὰρ ὑμῖν μεμφόμεσθ' ἐναντίον  
 πλεῖστα γὰρ θεῶν ἀπάντων ὠφελούσαις τὴν πόλιν,  
 δαιμόνων ἡμῖν μόναις οὐ θύετ' οὐδὲ σπένδετε  
 αἴτινες τηροῦμεν ὑμᾶς. ἦν γὰρ ἢ τις ἕξοδος  
 580 μηδενὶ ξὺν νῶ, τότ' ἢ βροντῶμεν ἢ ψακάσομεν.  
 εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην Παιφλαγόνα

577. ὠφελούσαις] -λοῦσαι R (cf. Av. 47 Soph. Oed. R. 60), idque verum ducit Blaydes.

577 sq. πόλιν, | δαιμόνων] πόλιν | δαιμόνων Ὁ Cobet.

580. ψακάσομεν R] ψεκάσομεν cett.

Kähler apud Teuffelium Wolken<sup>2</sup> p. 30<sup>14</sup>: „hält man schol. 549, 552, 591 zusammen, so ergibt sich dass Er. das Epir-„rhema <„falschlich“ addit, quoniam ipse aliter censet> „den ersten Wolken „zuschrieb.“

575 sq. Cf. exordium epirrhematicis Acharnensium (vs. 676): οἱ γέροντες οἱ παλαιοὶ μεμφόμεσθα τῇ πόλει. Vid. etiam Vesp. 1016 parabasis initio: μέμψασθαι γὰρ τοῖσι θεαταῖς ὁ ποιητής τὸν ἐπιθυμεῖ.

577 sq. Cf. Herodot. VI 105: Phidippidae Atheniensi obviam factus Pan mandavit ἀπαγγεῖλαι δὲ ὅ τι ἐκείνου οὐδεμίαν ἐπιμειλὴν ποιεῖνται, ἐόντος ἐνθούρου Ἀθηναίοισι καὶ πολλαχοῦ ἡδὴ γενομένου σφι χρησίμου, τίς δ' ἔτι καὶ ἰσομένου.

579. ἕξοδος] *expeditio*, ut Pac. 1181.

580. *Copias cum in expeditionem perniciosam militis, nos per tonitrua et imbres hortamur vos ut a consilio desistatis.* Non de ecclesiae deliberatione aliqua haec sunt accipienda sed de expeditionis initio. Videtur autem respici *ἕξοδος*; post quam clades ad Delium est accepta. Etiam Siculam expeditionem anno 415 omnia infausta dissuasisse forebantur postquam tristem exitum ea expeditio habuit: Lys. 392 sqq. — *Cleonis* expeditionem aliquam significari cur cum Teuffelio Kockio aliis statuamus causam video nullam; immo particula *εἶτα* vs. 581 testari mihi videtur ad *aliud* nunc crimen transiri a praecedenti diversum.

— ψακάσομεν] *stillamus*, a voce ψακάς

*gutta* (Ach. 1150) Pac. 121. Cf. Nicophon. fr. 13 *ναπέτω μὲν ἀλείφτοις, | ψακάξέτω δ' ἄρτοισιν, ἔπειτα δ' ἔτει.*

581—594. *Cum in eo esset ut praetor crearetur Cleon, effecimus ut ecclesia propter tempestatis intemperiem solveretur priusquam latae sunt sententiae.* Nempe *δίοσημα* erant tonitru, grando, pluvia; „atram autem sine luna noctem, ut par erat procelloso tempore, dies solis expertus insectus est“ (vHerwerden ad Pac. 406). Notetur imperfectum *ἕξέλειπε*, quod de *conatu* usurpari solet; hoc enim dehortatur nos ne de vero lunae aut solis defectu sermonem esse putemus, cum praesertim ipsa rerum natura obstat quominus luna et sol iisdem diebus deficient; id quod Graecis non minus quam nobis notum fuisse testatur — si opus — Thucydidis locus II 28. Certum autem duco nostro loco non respici eclipsim, quam luna passa est initio mensis Octobris a. 425, solisque defectum mensis Martii a. 424. Nam *Sphacteriam* Cleon mense Augusto anni 425 expugnavit; itaque verba comici etiamsi ad litteram accipiantur, ad illam tamen Cleonis expeditionem apte referri nequeunt. Accedit argumentum gravissimum: Cleon aestate anni 425 non *praetor* Pylum fuerat profectus sed *pro praetore*, *Νικίου παραδόντος αὐτῷ τὴν ἀρχήν*. Verum igitur vidit Bücheler, qui Cleonem *Isarcho archonte* (a. 424/3) praetorem creatum esse statuit; vid. etiam



ἤνιγ' ἠρεῖσθε στρατηγόν, τὰς ὄφρῶς ξυνήγομεν  
καὶ ἐποιοῦμεν δεινά, „βροντὴ δ' ἐρράγη δὲ ἄστραπῆς“,  
ἣ σελήμη δ' ἐξέλειπε τὰς ὁδοὺς· ὁ δ' ἥλιος,

582. ἠρεῖσθε] αἰρεῖσθε V.

IEKirchner Mus. Rhen. 1889 p. 155. Nam si nihil praeter ipsa poetae verba consideramus, ea autem accurate interpretamur, luculenter inde apparet Cleonem, quo tempore Nubes scenae sunt commissae, praetorem fuisse, nuper igitur in ἀρχαίροισις creatum, cum brevi ante Atheniensium copiae ad Delium essent profligatae, interemtus esset fidus et potentissimus eorum socius Sitalces, defecisset Amphipolis. Non enim sub anni Attici finem sed exeunte hieme habita esse comitia magistratibus creandis docuit Müller Strübing, cuius sententiam deinde confirmavit Ἀθηναίων πολιτεία paucis annis abhinc reperta; unde praeterea nunc constat non eodem semper tempore habitas esse τὰς ἀρχαίροισις, sed μετὰ τὴν ἔκτην πρωτανείαν ἐφ' ᾧν ἂν εὐσημία γένηται, citius igitur seriusve post sextam prytaniam, plerumque prytania septima, mense Anthestione. Hoc autem anno semel saepiusve diremtas esse propter ὀμοσημίαν sive veram sive fictam, — cuiusmodi artes a partium studio haud alienas fuisse quis intellegit, — testantur verba comici supra allata. Itaque cum docebantur Nubes, verendum erat ne redeunte vere bellum redintegraretur a Cleone nuper praetore creato, multi autem — in his Aristophanes — expetebant inducias; quae revera iis ipsis diebus, quibus Nubes actae sunt, mense Martio 423, sunt initae (Thuc. IV 117 sq., cf. Prol. Vesp. p. XXXI). Hoc igitur est quod dicit poeta, stulta civium consilia a numinibus in melius converti solere, — simul sic rodens famam, quam Cleoni pepererat Sphacteria expugnata. „Nunc homo ille „turbulentus et bellicosus praetor creatus est, nobis invitus; at vel sic vobis „non est desperandum; nondum enim

„bellum violentius efferbuit, imo fiunt „induciae, pacis praenunciae: quin agite, „praeturam illam male partam quanto „eius admite isti praedoni aerarii publici, reicite eum ἐν τῇ δοκιμασίᾳ, aut — „si magistratum iam inierat — ἀποχειροτονεῖτε αὐτόν“: id quod prima cuiusvis prytaniae ecclesia fieri poterat, nam ἐπιχειροτονια τῶν στρατηγῶν — ceterorumque magistratum — ἐστὶ κατὰ τὴν πρωτανείαν ἐκίεστιν, εἰ δοκοῦσιν καὶὼς ἄρχεῖν ([Aristot.] Rep. Ath. 61 § 2, ubi vid. etiam sequentia). Nempe nisi obstitissent induciae annuae, Cleon hoc ipso vere ineunte cum classe in Thraciam profectus esset, opinor, ut Amphipolim ceterasque quae illic defecerant civitates recuperaret; nunc per totum annum ei fuit expectandum, dein ut primum poterat εὐθὺς μετὰ τὴν ἐκχειρίαν εἰς τὰ ἐπὶ Θούλης χωρία ἐξέπλευσε, mense Martio 422 (Thuc. V 2).

581. εἶτα] novum exemplum suae benevolentiae, a praecedenti diversum, iam proferunt Nubes.

— θεοῖσιν ἐχθρόν] vid. ad Vesp. 418.

— βυρσοδέψην Παφλαγόνᾳ] extra Equitum fabulam, ad quam nunc alluditur (cf. Eq. 44, 47), nomine Παφλαγῶν Cleonem indicare non potuisset noster, nisi a verbo παφλάζειν icose id derivasset (vid. Eq. 919, Praef. Vesp. p. XI, 2). Quapropter praestat fortasse a littera minuscula vocem παφλαγόνᾳ nunc ordiri.

582. τὰς ὄφρῶς ξυνήγομεν] vid. Ran. 822 et ad Vesp. 655.

583. ἐποιοῦμεν δεινά] vid. ad vs. 388.

— βροντὴ — ἄστραπῆς] poetica haec est locutio. E Sophoclis Teucro scholion affert verba οὐρανοῦ δ' ἄπο | ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐρράγη δὲ ἄστραπῆς (Soph. fr. 507). — De verbo ἐρράγη vid. ad vs. 357.

584—586. Festive comicus imitatur lo-

- 585 τὴν θουαλλίδ' εἰς ἑαυτὸν εὐθέως ξυρελκύσας,  
οὐ φανεῖν ἔφρασκεν ὑμῖν, εἰ στρατηγήσει Κλέων.  
ἀλλ' ὅμως εἴλεσθε τοῦτον. φασὶ γὰρ δυσβουλίαν  
τῆδε τῇ πόλει προσεῖναι ταῦτα μέντοι τοὺς θεοὺς,  
ἄτ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ', ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν.
- 590 ὣς δὲ καὶ τοῦτο ξυνοίσει, ὁμόθως διδάξομεν  
ἦν Κλέωνα, τὸν λάρων, δώρων ἐλόντες καὶ κλοπῆς,  
εἶτα φιμώσῃτε τούτου ἐν τῷ ξύλῳ τὸν ἀγένα,  
αὐθις εἰς τὰρχαῖον ὑμῖν, εἴ τι καὶ ἐξημάρτετε,  
ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυστήσεται.

586. στρατηγήσει] στρατηγήσει V in schol., στρατηγήσοι dubitanter GHermann.

588. ταῦτα] πάντα Bentley.

592. ἐν] addidit Elmsley coll. Lysiae X 16 et Eq. 394, 705; idem vitium correxit Eq. 367, 1049 (quo loco Etym. M. 316,18 verum praebet). || τῷ] om. V. Blaydes ἐγκαθαμύσῃτε τούτου ᾗς τὸ ξύλον sine iusta causa coll. Lys. 680.

593. εἰς] ὡς Bentley. || ὑμῖν] ὑμεῖς Bentley.

594. ξυστήσεται Römer (item ego)] ξυνοίσει (ξυνήσεται unus) codd. vitiose pro ξυνοίσει, vid. vs. 590 Pac. 689 Eccl. 472 etc.; apud Herodotum quidem legitur medium, IV 15 etc., sed nihil hoc ad Aristophanem, ineptum autem in hac sententia est ipsum verbum ξυνεργεῖν. Kähler coniecerat ἀπορήσεται, Kock συμβήσεται.

cum Homericum, ubi Sol „θύσσαι εἰς Μῆιδας“, — inquit, — „ἔν' ἐν νεκύεσσι φασίνω, nisi sacrilegi ultimum luan supplicium“ (μ 382 sq.).

585. τὴν θουαλλίδα] *elychium* (ut supra vs. 59).

587—589. De Κεχροπίδαις κακοβούλοις (Eq. 1055) idem praedicatur Eccl. 473 sqq.: λόγος γέ τοι τις ἔστι πῶν γερατέρων, | ὅσ' ἂν ἀνόητ' ἤ μῶρα βουλευσώμεθα, | ἔπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν. Vid. etiam Eupolidis in Urbibus, quae fabula mense Martio anni 422 est data (vid. Proleg. Vesp. p. XXX sq.), dictum Cleonem ut opinor spectans (fr. 205): οὗδ' δ' οὐδ' ἂν εἴλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ, | νυὶ στρατηγὸς ἔχομεν. ὦ πόλις, πόλις, | ὡς εὐτυχής; εἰ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.

588. προσεῖναι] *propriam esse*, cf. Vesp. 1075 Herod. Mim. I 19 etc.

591. Cleon quod λάρος, avis voracissima, vocatur, id quoque ex Equitum fabula desumtum, ubi sigillo Paphlagonis τοῦ Δήμου ταμίου insculptus esse di-

citur λάρος κεχηνῶς ἐπὶ πέτρας ὀμηγορῶν (vs. 956). — Ceterum huiusmodi crimina non sunt serio tractanda; in Babylonis noster Cleonem induxit „quinque talenta evomentem“, i. e. rapinas suas reddentem (vid. Ach. 5 cum mea annotatione), dein in Equitibus furem turpissimum passim eum vocavit; idem de Hyperbolo dicitur infra vs. 1056, postea Cleophon — et is certe immerito — peculatus a comicis insimulatus est (vid. ad Ran. 678), et omnino ab hoc crimine vix quisquam Athenis tutus erat.

592. φιμώσῃτε... ἐν τῷ ξύλῳ] verbum φιμῶν, a voce φιμῶ *capistro*, *camo ductum*, hic liberius usurpatur, nihil enim nisi *compescere* nunc significat. Ἐν τῷ ξύλῳ autem δεῖν solebant maleficos, i. e. εἰς τετραγμῆνον ξύλον ἐγκαθαμύσσαι τὸν ἀγένα (Lys. 680), vel etiam eorum caput pedes manus ἢ πεντεσουργῶν ξύλω δῆσαι (Eq. 1049). Cf. Eq. 367, 394 Thesm. 930 Lys. X § 16 (Dem. XXIV § 105) etc.

594. ξυστήσεται] *componetur*. Cf. Demi

Antoda sive antistropha.

595

ἀμφὶ μοι αὐτε, Φοῖβ' ἄναξ,

Δίλιε, Κυρθίαν ἔχων

ὕψικέρατα πέτρων

ἢ τ' Ἐφέσου μάκαιρα πάγχρουσον ἔχεις

οἶκον, ἐν ᾧ κόραι σε Λυ-

600

δῶν μεγάλας σέβουσι·

ἢ τ' ἐπιχώριος ἡμετέρα θεός,

αἰγίδος ἠνίοχος πολιοῦχος Μιδάει·

Παρνασίαν θ' ὅς κατέχων

πέτρων σὺν πεύκαις σελαγεῖ,

605

Βάχκαις Δελφίσιν ἐμπέπων,

κωμαστῆς Διόνυσος.

595. αὐτε Φοῖβ' ἄναξ] ἄναξ αὐτε Φοῖβε V. || αὐτε] αὐτῶ R, αὐ σί Bergk, quoniam accusativum poscit grammatica; at restat incommodum μοι. Intellegi posset ἀμφὶ σ' αἰείδω, sed neque metrum id admittit neque satis apte sic subiungerentur sequentia. Requiritur potius δεῦρό μοι ἐλθέ vel eiusmodi aliquid.

603. ϑ'] δ' R.

verba Eq. 1387 μακάριος εἰς τὰρχαῖα θῆ καθίσταμαι, Plat. Phaedon. 92c τελευταῖον πάντων ζωνίσταται ἢ ἁρμονία.

595. Sic si scripsit noster, soloece scripsit, formula veterum poetarum usus, quam non satis intellexerat. Vid. Hom. ᾠδ. 267, Terpander in scholiis allatus ἀμφὶ μοι αὐτε ἄναξ ϑ' ἐκατηγόλον ἀειδέτω φρήν (i. e. αὐτε φρήν μοι ἀειδέτω ἀμφὶ ἄνακτα ἐκατηγόλον) et ad Ran. 215.

597. ὕψικέρατα πέτρων] Pindaro haec verba tribuuntur in Et. M. 504,4 Gud. 315,12. Huius igitur verba noster nunc sua facit, nisi errori debetur grammaticorum illa annotatio.

598. De templo Dianae Ephesiae Croeso regnante aedificato et ab hoc rege splendidis donis ornato vid. Herodot. I 92 II 148 Plin. XXXVI 95.

599 sq. Vid. Autocratis com. fr. 1 οἶα παῖζουσι φιλαι | παρθένου Λυδῶν κόραι, | κούφα πηδῶσαι (?) κόμαι | καὶ ἀνακροῦνσαι χερσὶν | Ἐφεσίαν παρ' Ἄρτεμιον κτέ.; quo cum loco conferri potest Lys. 310.

601. ἐπιχώριος ἡμετέρα θεός] etiam Thesm. 1140 in simili Palladis invocatione de ea dicunt choreutae ἢ πόλιν ἡμετέραν ἔχει. Scilicet dum serias has preces fundunt obliviscuntur se Nubes esse, non cives Athenienses. Cf. e. g. Ran. 1531 sq.

602. αἰγίδος ἠνίοχος] i. e. κωμῶσα τὴν ἄσπίδα, quemadmodum ἱππονόμας supra vs. 571 dictus est ὁ τὰ τῶν ἵππων ἠνία ἔχων, vid. etiam ad vs. 565 de vocis ταιῖος usu. Nostro autem praeiverat Pindarus Nem. VI 69 pernicem quendam iuvenem χερσῶν τε καὶ ἰσχύος ἠνίοχον vocando. — Verbum ἠνιοχεῖν transfertur Vesp. 1022.

603—606. Simillima sunt prima verba Hypsipyles Euripidis, quae afferuntur Ran. 1211 sqq.; ad quem locum vid. quae annotavi.

604. σελαγεῖ] fulges. Cf. vs. 285.

606. κωμαστῆς] qui κῶμον εἰδίου θεοῦ (Eur. Bacch. 1168) instigat ducitque. Amara ironia hinc accedit verbis chori

## Antepirrhema.

- ἡμῖν ἡμεῖς δεῦρ' ἀφορμαῖσθαι παρεσκευασμένα,  
ἢ Σελήνη ξυντυχοῦσ' ἡμῖν ἐπέστειλεν φράσια,  
πρῶτα μὲν „χαίρειν Ἀθηναίοισι καὶ τοῖς ξυμμάχοις“·  
610 εἶτα θυμαίνειν ἔφασκε· δεινὰ γὰρ πεπονθέναι,  
ὠφελουῖσ' ὑμᾶς ἅπαντας, οὐ λόγοις ἀλλ' ἐμφανῶς·  
πρῶτα μὲν τοῦ μινὸς εἰς δᾶδ' οὐκ ἔλαττον ἢ δραχμῆν,  
ὥστε καὶ λέγειν ἅπαντας, ἐξιόντας ἐσπέρας·  
„μὴ πρόη, παῖ, δᾶδ', ἐπειδὴ φῶς σεληναῖον καλόν.“  
615 ἄλλα τ' εὖ δραῖν φησίν· ὑμᾶς δ' οὐκ ἔγειν τὰς ἡμέρας

612. μὲν] μὲν οὖν R.

614. ἐπειδὴ] ἐπει V. || σεληναῖον] Σεληναίης VR, sic aut -αίας plerique, non recte; aliena enim hinc est vetusta vel poetica nominis forma Σεληναία (Eur. Phoen. 176 Plat. Cratyl. 409 b Theocrit. II 165 Herodian. apud Steph. Byz. s. v. γενήτης) ipsumque nomen proprium.

615. φησίν· ὑμᾶς δ' οὐκ Bentley] φησιν ὑμᾶς κοῦκ codd.

Phoen. 791, ubi Mars, Bacchi patriam Thebas qui belli fragore nunc implet, κῶμον ἀναυλότατον προχορμεύειν dicitur. Vid. etiam Ran. 326.

609. Ante omnia „salvero” Athenienses Luna iubet. Quibuscum more ex actis publicis cognito coniunctum nominantur οἱ ξύμμαχοι. Cf. Av. 879 δίδόναι Νεφέλοκοκκυνγεῖσιν ὄργειαν καὶ σωτηρίαν αὐτοῖσι καὶ Χίοισι. — Χίοισιν ἥσθην πανταχοῦ προσκειμένους (hos enim solos tunc temporis socios liberos habebant Athenienses). Eodem alluditur Pherecrat. fr. 34 Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ τοῖς συμμαχοῖς. — Dionysiorum tempore multi socii in urbe versabantur et ludis publicis aderant (cf. Ach. 502 sq.). Hanc ob rem nunc eorum mentionem facit comicus. Verbum autem χαίρειν non ex actis publicis est desumptum, immo anno praecedenti derisus fuerat Cleon, qui expugnata Sphaacteria in epistola publica verbis usus e sermone vitae quotidianae desumptis cives χαίρειν ἐκέλευσε (Eupol. fr. 308), politioris igitur dictionis inter scribendum non magis studiosus quam dum in suggestu orationis habens alta voce

declamabat et brachia incomposite iacabat. Postea tamen nihil vulgare hanc locutionem habuisse testantur Plut. 322 Dem. XVIII § 39 etc.; cf. Luc. de Lapsu 3. — „Praestaret” Critias dicit apud Plat. Charm. 164 e „non χαίρειν sed σωφρονεῖν amicos iubere, id autem significat illud γινῶθι σεαυτὸν templo Delphico inscriptum, quo intrantes alloquitur deus”.

610 sq. Vid. Herodoti locus ad vs. 577 sq. allatus.

612. εἰς δᾶδ' ] collective nunc usurpatur δῆς; vox tanquam materiae nomen, ut ἔλαιον et similia; cf. nostrum *aan turf* et similia. Praepositionis idem est usus Plut. 983.

613. ἐξιόντας] cum foras egrediuntur. Cf. nostrum „*uitgaan*”.

614. Cf. Lys. I § 24 δᾶδας λαρόντες ἐκ τοῦ ἐγγόταται γαστήριου εἰσερχόμεθα.

615—626. Eodem alludens biennio post Pac. 414 sq. noster chorum dicentem fecit „solem et lunam πάλαι τῶν ἡμερῶν παρακλίπτειν καὶ τοῦ κύκλου παρατρέφειν”, — temporis rationes (τὸν λόγον τῶν ἡμερῶν) culpa magistratum turbatas esse lucu-

οὐδὲν ὀρθῶς, ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιοπαῖν.  
 ὅστ' ἄπειλεῖν φησιν αὐτῇ τοὺς θεοὺς ἐκάστοτε,  
 ἡμίξ' ἂν ψευθῶσι δείκνουν, καὶ ἀπίωσιν οἴκαδε  
 τῆς ἑορτῆς μὴ τυχόντες κατὰ λόγον τῶν ἡμερῶν.  
 620 κᾶθ' ὅταν θύειν δέη, στρεβλοῦτε καὶ δικάζετε  
 πολλάκις δ' ἡμῶν ἀγόντων τῶν θεῶν ἀπαστίαν,  
 ἡμίξ' ἂν πενθῶμεν ἢ τὸν Μέμονον ἢ Σαρπηδόνα,  
 σπένδεθ' ὑμεῖς καὶ γελᾶτ'. ἀνθ' ὧν λαγῶν Ἰγέρβολος  
 τῆτες ἱερομνημονεῖν καὶ ἔπειθ' ὑφ' ἡμῶν τῶν θεῶν

620. Post vs. 616 collocaat Piccolomini. Dubito.

622. Om. R. || ἢ τὸν] ἦται Meineke, quae particula nimis fortem efficit oppositionem nominum (*aut...aut*, cf. com. adesp. fr. 20), requiritur enim *sive*, quoniam mera exempla proferuntur. Malim αὐτοῦ (*in coelo*) vel αὐτοῖ (*ipsi dei*).

624. καί] del. Seager (cf. Av. 359).

Ienter utrobique indicans (nam scholia ad illum locum meras nugas praebere manifestum est). Scilicet annum solarem ut conciliarent cum lunari, quo in vita communi et in rebus sacris utebantur, diu multumque Graeci laborarunt. Nuper autem Meton mathematicus meliorem menses annosque computandi rationem indicaverat, cyclum proponendo annorum 19 mensium 235 dierum 6940, cuius initium fecerat ἐπ' Ἀψευδοῦς (a. 433/2) 13. Scirophorionis (Diodor. XII 36), annos autem a primo post solstitium novilunio ordiebatur (16. Iulii anni 432). E quo Metonis parapegmate quivis scire iam poterat quantum a temporis ratione, quae cum coelo congruebat, distaret magistratum annus, ὁ κατ' ἀρχοντα ἐνιαυτός, et saepius his annis de ea re cives esse locutos ex Aristophanis iocis intellegimus. Sed incertum est utrum Metonis cyclum receperint magistratus (quod sumit A. Mommsen) an (quod putat Unger) aliis remediis vitiosam anni computationem circa annum 422 emendaverint.

616. ἄνω τε καὶ κάτω] *susque deque, huc illuc*. Item usurpatur Ach. 21 Eq. 866 Pac. 1180 Av. 3 Lys. 709 Thesm. 647 Plat. Gorg. 511 a etc.

— κυδοιοπαῖν] *tumultuari*, = *θορυβεῖν*. Verbum a stirpe κύδοι, quae ex epico κυδοιμός (etiam Ach. 573) cognita est (perperam autem a veteribus credebatur cognata esse voci κύδος), reduplicatione est nata. Redit Pac. 1152. Idem valet epicum κυδοιμέω A 324 O 136.

620. Quibus diebus cives decebat ἐνερμεῖν καὶ μαρτυριῶν ἀπέχεσθαι καὶ τὰ δικαστήρια συγκληῖν (Eq. 1316 sq.) ἑορτάς ἄγοντας, quaestiones et iudicia habentur. De verbo στρεβλοῦν vid. ad Ran. 615 sqq.

621. ἀπαστίαν] i. e. *ρηστίαν*, cf. adi. ἄπαστος Hom. δ 788 etc. — Prisca nunc voce utitur comicus, quoniam rerum ex epicis carminibus cognitarum fit mentio.

623 sq. Dies festi profestique anno ineunte indicabantur ab archonte. Quem hac in re adiutum esse ab hieromnemone noster locus docet. Hieromnemon autem, quod magistratus nomen etiam aliunde est cognitum (cf. Gilbert Gr. Staatsalt.<sup>1</sup> I. p. 201, II 258, 334,1), ad Amphictionum conventus mittebatur; vid. scholion, ubi afferuntur nostri verba ἀγαθὰ μεγάλα τῇ πόλει | ἢ γειν φέροντάς φρασι τοὺς πολυλόβους | <ἐκ τῆς Πυλαίας> καὶ τὸν ἱερομνήμονα, fr. 322. Praeterea e comici verbis apparet magistratum hunc fuisse annum.

624 sq. *Hyperbolus* igitur, qui anno



625 τὸν στέφανον ἀφῆρέθη. μᾶλλον γὰρ οὕτως εἴσεται  
κατὰ Σελήνην ὡς ἄγειν χορὴ τοῦ βίου τὰς ἡμέρας.

## SCENA UNDECIMA.

(Foras procedit Socrates, postea Strepsiades.)

Socrates, Strepsiades.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

μὰ τὴν Ἄναπνοήν, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν Ἄέρα,  
οὐκ εἶδον οὕτως ἄνδρ' ἄγροικον οὐδένα,

627. *Ἄερα*] *Ἀιθήρα* Porson cum schol. Ran. 892.

628. ἄνδρ'] ἄνδρα V, ἄνδρα γ' B. || οὐδένα] οὐδαμοῦ V alii.

superiore strategus fuerat (Eq. 1313), hoc anno hieromnemon fuit designatus, sed aut ἀπεδοκιμάσθη aut inito iam munere ἀπεχειροτονήθη. Illud sumerem, participio λαχὼν permotus, nisi obstaret verbum ἀφαιρεῖν; nam nisi parum accurate nunc loquitur comicus, inde constat Hyperbolum gestasse coronam personae publicae insigne, dein amisisse, aliquantisper igitur illo munere functum esse. Constante enim ἀφαιρεῖσθαι νεῖ περιαιρεῖσθαι τὸν στέφανον dicitur is cui magistratus abrogatur, e. g. Dem. XXVI § 5 ὅταν ἀποχειροτονηθῶσι τινες τῶν ἐν ἀρχαῖς, παραχορῆμα πέπαινανται ἄρχοντες καὶ τοὺς στεφάνους περιήρηται, Hyperid. c. Dem. 30 ὑπὸ τῆς τύχης ἀφαιρεθεῖς τὸν στέφανον, Dem. LVIII § 27, Lycurg. Leocr. § 122 etc.; vid. etiam Eq. 1227 Demi ad Paphlagonem verba κατὰ τοῦ ταχέως τὸν στέφανον et ipsius Paphlagonis verba vs. 1250 ὃ στέφανε χαίρων ἄπιθε; etiam Plut. 22 huc facit. Alluditur autem hoc loco ad rem aliunde ignotam, quam vs. 551 voce λαβῆ indicari suspicatus est Bücheler; e poetae verbis effeceris Hyperbolo abrogatum esse magistratum quod in fastis constituendis lunae rationem non habuisset cognatamve ob causam. Aliqua cum utilitate conferri potest Platonis comici fr. 166 sq., ubi homo nescio quis, qui Ὑπερβολῶν βουλή; ἐπέλαχεν, a servo dicitur vel sic senator creatus

esse, dubium enim non esse quin iste ἄνθρωπος πονηρὸς καὶ ξένος reiciatur in δομαίσι, substitutus igitur in eius locum cedat. — Ceterum de Hyperbolo vid. ad Vesp. 1007.

624. καὶ ἔπειτα] utraque particula abundat, item (Av. 536?) Plat. fr. 23 λαβῶν οὖν | τὸν σκόλακα τὸν τοῦ προξένου καὶ ἔπειτα δῆσον αὐτόν. Saepius ita ex abundanti post participium inseritur καὶ εἶτα: (Nub. 409? vid. ann. crit.) Eq. 392 Pac. 890 (ex Herwerdeni emendatione) Av. 674, 1455 Lys. 560 Plat. Gorg. 457δ etc., item εἶτα δέ Ach. 24 (Eq. 377), ἔπειτα Ach. 498 Nub. 1042 Av. 29, εἶτα Ach. 291 Eq. 281 Nub. 386 Ran. 205 etc. Vid. etiam infra a<sup>1</sup> vs. 860 sq. et cf. OBachmann Coniect. p. 5.

626. Solon ἠξίωσεν Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν (Diog. Laert. I § 59), sic significans τὴν ἀξίαν τῶν ἡμερῶν εἰς μηνῶν περιόδους καὶ μηνῶν εἰς ἕκαστον τὸν ἑνιαυτόν, ἵνα ὅρα καὶ θυσία καὶ ἔορται τὰ προσήκοντα ἀπολαμβάνουσι ἑνταῖς ἔμισια τῷ κατὰ φύσιν ἄγεισθαι, ... θεοῖς τὰς τιμὰς ἀποδιδῶσι, quae Platonis sunt verba Leg. 809 d.

627. Cf. Av. 194 μὰ γῆν μὰ παγίδα; μὰ νεφέλας μὰ δίκτυα. Novum denuo nomen praeter nota illa Chaos et Aërem Socrates nunc invocat Anapnoën; vid. ad vs. 424, et de more per tria numina iurandi ad vs. 1234.

630 οὐδ' ἄπορον, οὐδὲ σκαιόν, οὐδ' ἐπιλήσιμον·  
 ὅστις σκαλαθουμάτι ἄττα μικρὰ μακθάνων.  
 ταυτ' ἐπιλέλησται πρὶν μαθεῖν. ὅμως γε μὴν  
 αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς.

(Alta voce, ad domum conversus:)

ποῦ Στρεψιάδης; ἔξει τὸν ἀσκάντην λαβῶν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(e domo respondens:)

ἀλλ' οὐκ ἔῶσί μ' ἐξενεγκεῖν οἱ κόρυς.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

635 ἀνύσας τι κατάθου, καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(procedit tunicatus et discalceatus, fert autem grabatum, cui iniecta est lodix:)

ἰδοῦ.

630. σκαλαθουμάτι] καλαθουμάτι V, γ' ἀθουμάτι Blaydes coll. Philoxen. fr. 3<sup>23</sup>.

631. ταυτ' αὐτ' Dobree, melius Blaydes εἰτ'.

633. Rogandi signum in fine posuit Dobree; vid. commentarius. Blaydes dubitanter proponit ξιθι.

629. σκαιόν] *hebetem* hominem significat, δεξιός autem adiectivum *sollertem*. Inter se sic opponuntur e. g. Vesp. 1265 sq., σκαιός ita usurpatur etiam vs. 655 Vesp. 1183 etc., propria autem horum adiectivorum potestas iocandi materiem praebet Ehippo (fr. 23): ὧς σκαιός εἶ καὶ ἄγροικος αἰσχροεπῶν ἕα, | ἐπαρίσσει' ἐν τῷ στόματι τὴν γλῶτταν φροεῖς.

630. σκαλαθουμάτια] similes voces in ann. ad vs. 130 collegi, haec autem a verbo σκαλαθῆραι (Eccl. 611) manifeste est ducta.

631. ἐπιλέλησται πρὶν μαθεῖν] simillimo oxymoro usus noster Plut. 597 dicit pauperes Hecates coenas in triviis „ἀρπαῶν πρὶν γαστρεῖναι“.

632. πρὸς τὸ φῶς] cf. Herodot. III 79 „quo die a Persis celebrantur Mago-phonia, μάγον οὐδένα ἐξέσει φανῆναι ἐς τὸ φῶς, Timocl. fr. 32 ἀνοίγει' ἦδη τὰς θύρας, ἴνα πρὸς τὸ φῶς | ὦμεν καταφανεῖς μάλλον. Idem valet πρὸς τὸν ἥλιον infra vs. 771

etc., πρὸς τὸν ἄερα supra vs. 198 (ubi vid.).

633. Discipulus grandaevus, qui aliquantisper (inde a vs. 509) in meditaculo artibus liberalibus studuit, nunc in medium prodire iubetur, ut ostendat quid profecerit.

— ἐξει] futuro ita usurpato praemitti solet negatio, quae tamen etiam vs. 1299 Vesp. 671 Pac. 259 Av. 1572 Eccl. 1083 deest; cf. Epigen. fr. 5 τὴν Θηρίκλειον δεῦρο καὶ τὰ Ῥοδιακὰ | κόμισον λαβῶν τοὺς παῖδας. εἰσοίσεις μόνος | ψυκτῆρα κτ., et vid. infra ad vs. 811.

— τὸν ἀσκάντην] id est τὸν σκιμποδα (vs. 709), *scabellum* sive *grabatum* (κλίνην χθαμαλήν), quo in schola hactenus est usus, idem fortasse in quo sedebat cum Socraticorum sacris est initiatus (vid. vs. 254 sqq.).

634. „Mordicus retineri se” perhibet senex.

635. ἀνύσας τι] vid. ad Vesp. 30 et ad Ran. 606.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἄγε δὴ, τί βούλει πρῶτα νυνὶ μανθάνειν,  
 ὦν οὐκ ἐδιδάχθης πῶποτ' οὐδέν; εἰπέ μοι  
 πότερα περὶ μέτρων ἢ ἠυθμῶν ἢ περὶ ἐπῶν;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

περὶ τῶν μέτρων ἔγωγ' ἔναγχος γὰρ ποτε

640

ὑπ' ἀλφριταμοιβοῦ παρεκόπην διχοίνικου.

637. ὦν] ὡς; Naber. || πῶποτ'] aut hoc corruptum aut vicina. Ferri posset πῶποτε, si legeretur e. g. μῶν οὐκ ἐδιδάχθης; πῶποτ' οὐδέν; *nihilne unquam didicisti?* Sed quominus hoc proponam obstat vs. 638 cum vs. 636 artissime cohaerens. Fortasse verum est \*ὦν οὐκ ἐδιδάχθης; πρότερον; (*gaulisper expectat.*) οὐδέν; — vel sic tamen languet versus, nam nemo cupit ea addiscere quae iam pridem didicerit. || οὐδέν] Strepsiadi tribuunt V R.

638. πότερα] πότερον R alii; cf. vs. 642 et 845. || ἠυθμῶν ἢ περὶ ἐπῶν GHermann] περὶ ἐπῶν ἢ ἠυθμῶν R et plerique, item omisso περὶ V, (περὶ) ἠυθμῶν ἢ ἐπῶν complures, περὶ ἐπῶν καὶ ἠυθμῶν Elmsley non recte. — De metris mox agitur vs. 639 sqq., dein de rhythmis vs. 647 sqq., denique de dictione vs. 658 sqq.

640. διχοίνικου Blaydes coll. Eq. 807] *διχοίνικω* codd.; quod si quis tueri velit, statuatur Strepsiadem nuper, cum hordeum ex agris suis demessum venderet pistori alicui, sero deceptum se sensisse, duplici scilicet mensura usum emptorem pro singulis choenicibus binas accepisse. Sed cum nimis artificiosa est haec interpretandi ratio tum adverbio ἔναγχος totique vitae rustici in urbe nunc degentis parum accommodata.

637. „οἱ ἄλλοι σοφισταί“ — *Protagorae* sunt verba se ipsum collaudantis apud Plat. *Protag.* 318 c — „λαβῶνται τοὺς νέους“ „ὡς γὰρ τέχνας αὐτοὺς πεφευγίτας ἀκοντας“ „πάλιν αὖ ἄγοντες ἐμβάλλουσιν εἰς τέχνας, „λογισμοὺς τε καὶ ἀστρονομίαν καὶ γεωμε- „τρίαν καὶ μουσικὴν διδάσκοντες“ — καὶ ἴμα εἰς τὸν Ἰπλίαν ἀπέβλεψεν. Arti autem τῆς ὀρθοπειρίας sive τῆ ὀρθότητι τῶν ἐπῶν praeter *Prodicum* (vid. ad vs. 361) ipse *Protagoras* singularem impendebat curam (vid. Plat. *Phaedr.* 267 c, *Aristot.* *Poetic.* 19, *Diog. Laert.* IX 52 sq.), ita ut artis grammaticae pater dici possit; *genera* eum invenisse testatur *Aristoteles Rhetor.* III 5: *Πρωταγόρας τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διήρει, ἄρρενα καὶ θήλεα καὶ σκευή, eodem autem teste Soph. Elench.* 14 perhibebat vocem μῆνις non feminini sed masculini esse generis, *Iliadis* nimirum initium vituperans; vid. etiam *Quintilianus* III 4 § 10.

639 sq. Alias mensuras quam quibus agricolae, fabri, institores, omnes denique in vita quotidiana utuntur, aut extare posse aut cognitu esse dignas, ne suspicatur quidem rusticellus noster. *Μέτρον* unum curat illud quo in demetiendis ἀλφίτοις solet uti, τὴν χοίνικα (vid. e. g. *Herod. Mimiamb.* VI 5 et ad *Vesp.* 440).

639. ἔναγχος] *nuper*. Redit adv. *Ecl.* 823 *Eupol. fr.* 181<sup>2</sup> *Menand.* 600.

640. ἀλφριταμοιβοῦ] nomen redit *Av.* 491 *Ecl.* 424.

— παρεκόπην διχοίνικου] *deceptus, fraudatus sum duobus choenicibus*; cf. *Eq.* 807, 859. Eodem sensu, et nostri loci memor opinor, *Lucianus* V § 57 loco festivo dicit: μῶν παρακέχρουσμαί σε; καὶ μὴν ἐπεμπαλοὶ χοίνικας ὑπέκ τὸ μέτρον τέταμας, *iniquus videor? en quatuor choenices insuper*. Etiam iocosa voce *παρκεχρῶσι χοίνικος* usos esse comicos testatur *Pollux* IV § 169 (fr. adesp. 1104). Vid. praeterea

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐ τοῦτ' ἐρωτῶ σ', ἀλλ' ὅ τι κάλλιστον μέτρον  
ἦγεῖ, πότερον τὸ τρίμετρον ἢ τὸ τετράμετρον.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

ἐγὼ μὲν οὐδὲν πρότερον ἡμιεκτέον.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐδὲν λέγεις, ὦ ἄνθρωπε.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

περίδου νυν ἔμοι

645

εἰ μὴ τετράμετρον ἔστιν ἡμιεκτέον.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

εἰς κόρακας, ὡς ἄγροίκος εἶ καὶ δυσμαθής.  
τάχα δ' ἂν δύναιο μανθάνειν περὶ ὄνθυμῶν.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

τί δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ὄνθυμοὶ πρὸς τᾶλφριτα;

641. ὅ τι] ὅτι τοῦτο V. || μέτρον] μέτρων Blaydes cum Cant. 1.

642. πότερον] -ρα Cant. 1, cf. vs. 638.

645. ἡμιεκτέον] -κτίου V alii.

647. τάχα δ' Reiske] ταχύ δ' duo codd., ταχύ γ' V R cett., quod ironice loquentis est (vid. e. g. Apollodor. fr. 10 ταχύ γε στρατιώτης γέγονας ἀντ' Ἰλευθέρου, item Aeschin. I § 181, Lye. Leocrat. § 133 etc.), at ironiae non iam est locus; τάχῃ non fortasse significat sed *celeriter* (Vesp. 795 Av. 1313 Lys. 25 etc.). — Cf. Vesp. 277, 281, 1456 Av. 453. || περὶ] sic V R, σὺ περὶ metro invito plerique.

Anecd. Bekk. 59, 27 et cf. παράκοπος (Aesch. Prom. 581 Ar. Thesm. 680) de *delirantibus* (a recto tramite aberrantibus) usurpatum, ut παραπαίειν (Pac. 89 Plut. 508 etc.) et παραπλήττειν (Lys. 831 Eccl. 139 etc.).

641—645. Nunc quoque artem metricam cogitat magister, hordeum suum discipulus. Nempē medimnus, qui choenices capiebat XLVIII, dividebatur in sex ἐκτίας (Eccles. 547 fr. 640) sive duodecim ἡμιεκτία (Plat. fr. 174<sup>12</sup>) vel ἡμίεκτα (Cratet. fr. 20). Utraque vox legitur e. g. in decreto vetusto (Dittenb. Syll. 136,7) ἀπάρχεσθαι τοῖν θεοῖν τοῦ καρποῦ κατὰ τὰ πάτρια καὶ τὴν μαντεῖαν τὴν ἐκ Δελφῶν Μηγαλοῦς ἀπὸ τῶν ἑκατῶν

μεδίωνων χρυθῶν μὴ ἕλαττον ἢ ἐκτία, πυρῶν δὲ ἀπὸ τῶν ἑκατῶν μεδίωνων μὴ ἕλαττον ἢ ἡμιέκτεων. Quapropter rusticus hanc mensuram quatuor choenices capientem voce τετράμετρον significari putat, trimetro igitur eam iure suo praeferens.

644. περίδου] verbum περιδύσθαι sensu *rignore certandi* adhibuit Homerus Ψ 485 διέρυθ' νυν, ἢ τριπόδος περιδύσσειθα ἢ κέβητος et ψ 78 ἐγὼν ἐμέθεν περιδύσομαι αὐτῆς, noster etiam Ach. 772, 1115 Eq. 791. Cf. Plant. Epidic. V 2, 34 *da rignus nu ea sil filia*, Pers. II 2, 4 *da hercle rignus ni omnia meminī et scio*.

646. εἰς κόρακας] vid. ad Ran. 187 et 607.

648. πρὸς τᾶλφριτα] vid. ad vs. 176.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

650 πρῶτον μὲν εἶναι κομψὸν ἐν ξυνουσίᾳ,  
ἐπαίονθ' ὁποῖός ἐστι τῶν ῥυθμῶν  
κατ' ἐνόπλιον, καὶ ὁποῖος αὖ κατὰ δάκτυλον.

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

κατὰ δάκτυλον;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

νῆ τὸν Δί'.

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

ἀλλ' οἶδ'.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

εἰπέ δή.

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

τίς ἄλλος ἀντὶ τουτοῦ τοῦ δακτύλου;

649. κομψὸν] σοφὸν V.

650. ἐπαίονθ'] sic (-ντ') R, εἶτ' ἐπαίειν cett. vitio metrico (cf. Vesp. 516 Soph. Aí. 1263), ἐπαίειν θ' Blydes non recte, causa enim τοῦ κομψὸν εἶναι redditur. Verba corrupta sunt cum putarent grammatici post πρῶτον μὲν statim subiungendum esse εἶτα δέ vel eiusmodi aliquid. Alpha correptum est more epico in dictionis Homericæ imitatione Pac. 1064.

652. νῆ τὸν Δί'] Socrati dedit Hirschig coll. vs. 683 et Ran. 51. In codd. continuantur Strepsiadi (cf. Vesp. 912 Av. 954 Lys. 609, 927 Thesm. 259 sq. Ran. 285? Plut. 202).

653 sq. Verba corrupta esse testantur cum obscuritas totius enunciati tum particula μὲν inutiliter abundans et omissum ἦν. Naber τίς ἄλλος ἀντὶ τουτοῦ τιν-

649. κομψὸν ἐν ξυνουσίᾳ] qualis homo ξυνοουσιαστικῶς dicitur Vesp. 1209. De adiectivo κομψός vid. ad Ran. 967.

650. ἐπαίοντα] vid. ad Vesp. 516.

651. Socrates ubi apud Platonem inquirat qualis musica conducatur incolis perfectæ civitatis, ait se neque satis callere neque admodum curare artem metricorum, ἐνόπλιόν τέ τινα ὀνομαζόντων καὶ δάκτυλον καὶ ῥυθμὸν γε (Rep. 400b), talia igitur Damoni se ceterisque qui harum rerum sint periti relinquere lubentem. Rhythmus ἐνόπλιος, cuius etiam Epicharmus (vid. Athen. 184f) Xenophon (Anab. VI 1 § 11) Callimachus (h. Dian. 241) mentionem fecerunt, non — quod perhibet scholiasta ad nostrum

locum — *creticum* est metrum, sed constat e duobus dactylis integris inouque decurtato ( $\underline{\quad}\underline{\quad}\underline{\quad}\underline{\quad}\underline{\quad}\underline{\quad}$ ); vid. schol. Hephaest. p. 178 G., Draco de Metr. p. 139, Eust. ad. Od. p. 1899,62. Quibus si syllaba præmittitur, habemus vetustissimum versuum genus illud, quod *prosodiacum* vel *paroemiacum* dicitur, hodie autem *anapaesticis* metris accenseri solet (cf. Enchir. dict. ep. p. 9). Mentem igitur poetæ haud male reddas vertendo: *Scolia aliæve cantilenæ cum canuntur in convivio, decet scire quid intersit inter anapaestos et dactylos.*

653 sq. Reliquis digitis contractis medium protendebant veteres si quem velent insigni contumelia afficere, quod



πρὸ τοῦ μὲν, ἔτ' ἔμοῦ παιδὸς ὄντος, οὐτοσί.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

655

ἄγροϊός εἶ καὶ σκαιός.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

οὐ γὰρ, ὦ οἴζυρέ,

τούτων ἐπιθυμῶ μανθάνειν οὐδέν.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

τί δαί;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἐκεῖν' ἐκεῖνο, τὸν ἀδικώτατον λόγον.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἀλλ' ἕτερα δεῖ σε πρότερα τούτου μανθάνειν'

τῶν τετραπόδων ἕτ' ἐστὶν ὀρθῶς ἄρρηνα.

ρουτοῖ | πρὸ τοῦ μὲν ὄντος, τῶν δὲ τηλικουτοῖ, quod perplacet Blaydesio; sed τηλικουτος; ut ita pro adiectivo τοσοῦτος; usurpari potuerit vereor, et languere mihi videntur versus ita mutati (*penis qui olim tantillus erat, nunc vero tantus est*, Lys. 415, 1027), etiāsi credam penem voce δάκτυλος sic potuisse indicari, quod e Stratonis certe epigrammate 81 (Brunck Anal. II p. 377) temere effecerit quispiam. — Fuisse qui versum 653 darent Socrati docet scholion.

653. τοῦ] τῶν Bentley.

654. ἔτ'] ἐπ' V R.

656. οὐδέν] om. V.

657. ἀδικώτατον] ἀδικώτερον Meineke (cf. vs. 115), ἄδικον τοῦτον Kock (cf. vs. 116, 885).

658. δεῖ σε πρότερα τούτου] πρότερα τούτου δεῖ σε V (possis πρότερα δεῖ σε τούτου). || τούτου] τούτων R alii. || Suspicio post hunc versum aliquid excidisse.

659. ὀρθῶς] ὄντως Kiehl. Cf. vs. 251.

dicebatur σκιμαλίσαι (Ach. 444 Pac. 549 fr. com. adesp. 1142); proprie enim sic significatur aliquem *cinaedum* esse (vid. Iuven. X 53 Mart. II 28,2). Quapropter Dio Chrysostomus XXXIII p. 13 Dind. argumenti causa absurdi aliquid fingens rogat: εἴ τις παραγένοιτο εἰς πόλιν ἐν ἧ πάντες ὁ τι ἂν δεικνύσαι τῷ μέσῳ δακτύλῳ δεικνύουσι, ... ποῖαν τινὰ ἠγῆσεται τὴν πόλιν ταύτην; — Medius autem digitus hanc ob causam dicebatur *infamis* (Pers. II 33) sive *impudicus* (Mart. II 70, 5), et satis apparet huc alludi nostro loco (vid. etiam Eq. 1381); in quem errorem vox *ξυνουσία* a Socrate adhibita rusticum

*ἄμουσον* detrusit. Quamquam fatendum est Strepsiadis verba intellegi non posse, quapropter non dubito quin sint corrupta. Id unum perspicuum est, senem σκιμαλίσαι τὸν διδύσκαλον, quem ideo irasci non est mirum.

655. ἄγροϊός] item Thesm. 160.

— σκαιός] cf. vs. 629.

— ὦ οἴζυρέ] item Vesp. 1504 (1514) Av. 1641 Lys. 948. In epica dictione vocalis *υ* longa est.

657. *Unum est quod mihi expeto, inivulstissimam quamque disputandi rationem.* Vid. vs. 114 et ad vs. 112 sq.

659. *Genera grammaticalia* a Protagora

## ΣΤΡΕΨΙΑΛΛΗΣ.

- 660 ἀλλ' οἶδ' ἔγωγε ἄρρεν', εἰ μὴ μαινομαι  
κοῖός, τράγος, ταῦρος, κύων, ἀλεκτροῦν.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὄρῃς ὃ πάσχεις; τὴν τε θήλειαν καλεῖς  
ἀλεκτροῦνα καὶ ταῦτό καὶ τὸν ἄρρενα.

## ΣΤΡΕΨΙΑΛΛΗΣ.

πῶς δῆ; φέρε, πῶς;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἀλεκτροῦν καὶ ἀλεκτροῦν.

## ΣΤΡΕΨΙΑΛΛΗΣ.

- 665 νῆ τὸν Ποσειδῶ. νῦν δὲ πῶς με χρὴ καλεῖν;

660. ἔγωγε ἄρρεν'] ἔγωγ' ἄττ' ἄρρεν' Bodl. duo, quod recepit Blaydes coll. vs. 683.

661. τράγος, ταῦρος:] ταῦρος, τράγος; V R alii. || Post hunc duos versus intercidesse putat Bentley, quibus feminina aliquot nomina Strepsiadides iussus protulerit.

662. ὃ V R] ὃ cett. (ut Eur. Med. 403), ὃ τι Cobet.

663. καὶ ταῦτό Flor. Φ] καταῦτό V<sup>1</sup>, quod dittographia abiit in id quod R et fere omnes habent καταταῦτό, metro invito et abundante particula τε vs. 662; correxit GHermann. Porson ἀλεκτροῦν κατὰ ταῦτό, Meineke ἀλέκτορα κατὰ ταῦτό. Vid. vs. 851, 1427 Ran. 932, 937. Accusativi formae ἀλεκτροῦ et -κτροῦς an iure restituerit Porson dubito, cum praesertim etiam vs. 664 sic possit restitui accusativus, quem poscere videtur grammatica; hoc tamen loco verum duco καὶ ταῦτό.

664. πῶς:] Strepsiadi dedit Elmsley, in codd. est Socratis invita grammatica, sic enim φέρε. — ὅπως; fuisset dicendum, idque cum cod. Harl. 3 scripsit Porson; vix tamen ferri potest thesis ita diremta (∪ | ∪—), neque φέρε subiungi solet interrogativis sed praemitti (vid. tamen Ran. 993). — Eodem vitio laborant Av. 1234 Ran. 1424 Ecl. 761. In V verba πῶς ἀλεκτροῦν desunt. ThLudwig coniecit φέρε' ἴδω.

inventa (vid. ad vs. 637) ante omnia nunc addiscenda sunt seni misello.

— ὄρθως] vid. ad vs. 251.

660. εἰ μὴ μαινομαι] vehementer hoc est asseverantis; item Thesm. 470 et addita particula γε Plat. Enthyd. 283 e Protag. 349 e; cf. Plat. Gorg. 511 a εἰ μὴ κωφός γ' εἰμί.

661. Rusticus enumerat animalia domestica. Gallum autem quod quadrupedibus accensere videtur, id non est urgendum.

662. ὄρῃς] scin? Cf. Ran. 1136, Soph. Oed. Col. 937, Eur. Med. 403.

— πάσχεις] vid. ad vs. 234.

663. καὶ...καὶ] et...quoque, item Ecl. 438 sq.

664. πῶς — πῶς; cf. Lys. 574 πῶς δῆ; φέρε' ἴδω. De duplicato πῶς vid. ad vs. 79.

665. νῆ τὸν Ποσειδῶ] sc. τὸν θαλάττιον, non τὸν ἵππιον ἐκείνον (vs. 84). Vert. *profecto verum est quod dicis*, et conferratur νεόπλουτος ille Molièrianus, maxima cum admiratione intellegens se per totam vitam „prosa” oratione esse usum („ob Molière Aristophanes gekannt hat, weiss ich nicht” Kock).

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἀλεκτρούαιναν τὸν δ' ἕτερον ἀλέκτορα.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

ἀλεκτρούαιναν; εὖ γε, νῆ τὸν Ἄερα'  
ὥστ' ἀντὶ τούτου τοῦ διδάγματος μόνου  
διαλφριτώσω σοι κύκλω τὴν κάρδοπον.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

670 ἰδὸν μάλ' ἀῦθις τοῦθ' ἕτερον τὴν κάρδοπον  
ἄρρενα καλεῖς, θήλειαν οὔσαν.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

τῷ τρόπῳ;  
ἄρρενα καλῶ ἐγὼ κάρδοπον;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

μάλιστά γε'  
ὥσπερ γε καὶ Κλεώνυμον.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

πῶς δῆ; φράσον.

666. δ' ἕτερον] ἕτερον δ' Cobet.

669. σοι Cobet] σου codd. || διαλφριτώσω] καταλφριτώσω Blaydes (ut καταχρυσσοῦν etc.).

671—673. τῷ τρόπῳ — Κλεώνυμον] om. R. Versus 672 an spurius sit dubitat Blaydes.

671. In fine interpunxit Lenting, ut salva lingua posset responderi per particulam γε.

672. ἐγὼ] sic ('γὼ) V R alii, 'γὼ τὴν multi, Brunck τὴν.

673. γε] om. V R et multi.

666. ἀλεκτρούαιναν] novam hanc vocem e Protagorae disquisitionibus de nomine generibus desumptam esse parum probabilis est Kockii suspicio; immo festivo nunc fingitur ad instar vocum *λέαινα* *θεράπαινα* *Γνάθαινα* *Ἄλκαινα* aliarum, a masculinis in *-ων* excurrentibus ductarum, quemadmodum novis vocibus *μαγειραῖνα* et *ἰχθυοπώλαινα* usus est Pherecrates fr. 64. Extra Athenas autem gallae dicebantur *ἀλεκτροίδες*, quo nomine praeter Epicharmum Democritum Hippocratem usus est etiam Aristoteles (Hist. Anim. VI 1 § 2). Attica vero lingua utrumque genus voce epi-

coena *ἀλεκτρονών* designabat, vid. Cratin. fr. 108 Arist. 18, 185 sq. Theopomp. 9 Plat. 19 sq. Stratt. 58 Anaxandr. 47 (?).

669. διαλφριτώσω] verbum nunc fingitur a comico. — De re vid. vs. 1146.

670. ἰδὸν μάλ' ἀῦθις] item Pac. 5; cf. μάλ' ἀῦθις Av. 1415 Plut. 935 Soph. Phil. 793, μάλ' ἀντίκα Thesm. 750 Plat. fr. 128, ἀντίκα μάλα et similia saepius.

673 sqq. *Cleonymus* et alias passim (vid. ad vs. 353) et hoc loco deridetur utpote homo gulosus et ignavus.

673. ὥσπερ γε καὶ Κλεώνυμον] „ut hominum, sic rerum sunt genera, quae nominis terminatione indicantur”. — Re-

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ταῦτόν δύναιταί σοι κάρδοπος Κλεωνύμφω.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

675 ἄλλ', ὦ ἀγάθ', οὐδ' ἦν κάρδοπος Κλεωνύμφω,  
ἀλλ' ἐν θυνείᾳ στρογγύλῃ ἐνεμάττετο.  
ἀτὰρ τὸ λοιπὸν πῶς με χρῆ καλεῖν;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὅπως;

τὴν καρδόπην, ὡσπερ καλεῖς τὴν Σωστροάτην.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τὴν καρδόπην; θήλειαν;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὀρθότερον λέγεις.

674. σοί] \*σοί?

676. (s)νεμάττετο Dobree] γ' ἀνεμάττετο codd. (γ' om. V).

679. Post καρδόπην interrogandi signum deest in VR aliis. || θήλειαν; — ὀρθότερον λέγεις] om. V. || ὀρθότερον λέγεις] in codd. sunt Strepsiadis; GHermann dedit Socrati, cui etiam vocem θήλειαν tribuit Reisig. Pro ὀρθότερον in R aliisque est ὀρθῶς γὰρ (quod receperunt GHermann Reisig alii („gewiss, denn so forderts die Regel" Kock); sic tamen γὰρ molestum duco, quod optime intellegerem si οὔτω

cordemur nunc oportet, novi et inauditi quid illo tempore fuisse genera grammaticalia (vid. ad vs. 637). Quibuscum nos inde a prima pueritia ita consuevimus, ut in ipsa rerum natura ea inesse persuasum habeamus, et absurdus fere videatur qui iocandi materiem inde sibi expetat; Aristophanis vero aequalibus perridicula videbantur „vocabula virilia" et „muliebria".

674. ταῦτόν δύναιταί σοι] idem tibi valet, idem de utroque nomine tibi est statuendum. Cf. Plut. 842 τὸ τριβῶνιον τί δύναιται; quid sibi vult istud pallium? Sed rustico Socrates dicere videtur inter Cleonymum, hominem obesum, et matram vix ullum esse discrimen.

675 sq. Imperfectum quid sibi velit fortasse incertum. „Nequitiam aliquam Cleonymi indicari" suspicatur Blaydes — ut assolent interpretes ad incitas redacti.

Sed quid his inesse possit quo notentur eius mores improbi fallaxve indoles frustra quaero. Immo ridetur paupertas hominis, qui cum victu quotidiano iustaque adeo supellectile domestica careret, „τὰ τῶν ἐγόντων ἀνέρων ἐρέπτεσθαι" (Eq. 1295) soleret... quando? Illo tempore opinor quo novit eum Strepsiades et cum eo conuenit; antehac enim esuriens aliena catilla liguriebat: nunc ξουθός ἐστιν ἱππαλεικτρονῶν, taxiarchus scilicet creatus suam pultem suis nummis parare sibi potest. Mortarium autem cur commemoretur, melius intellegeremus si sciremus quid in vita privata egerit Cleonymus. Qui si pharmacopola erat, tam pauper autem olim fuisse nunc dicitur ut in eodem mortario cum herbas suas pulveresque medicinales contereret tum potentam pinseret, haec quoque comici verba suo aculeo non caruerunt.

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

680 ἐκεῖνο δ' ἦν ἄν καρδόπη, Κλεωνύμη.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἔτι δὴ γε περὶ τῶν ὀνομάτων μαθεῖν σε δεῖ,  
ἅτ' ἄρρεν' ἐστίν, ἅττα δ' αὐτῶν θήλεα.

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

ἀλλ' οἷδ' ἔγωγ' ἂ θήλε' ἐστίν.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

εἰπὲ δὴ.

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

Λύσιλλα, Φίλινα, Κλειταγόρα, Δημητρία.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

685 ἄρρενα δὲ ποῖα τῶν ὀνομάτων;

## ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

μυρία'

Φιλόξενος, Μελησίας, Ἀμυνίας.

λέγω vel ἔρεῖς sequeretur. Etiam ὀρθῶς νῦν recte haberet. Sed videtur ΟΡΘΟΤΕΡ' librariorum errore in ΟΡΘΟΓΛΑΡ' abiissò.

680. ἦν ἄν] suspecta Blaydesio, qui τᾶρ' ἦν vel ἐκεῖν' ἄρ' ἄν εἴη coniecit.

681. δὴ γε] δὴ om. V R alii, γε om. complures; δὴ δὲ GHermann coll. Eccl. 195, δέ γε Meineke, ἔν τι Dobree, εὖ γ' ἔτι δὲ Bergk, ἀλλ' ἔτι γε Kock. Particulae γε vix est locus, sed neque Dobree (quem sequuntur Dindorf et Blaydes) neque Bergk contextum perspexisse mihi videtur; cf. commentarius.

682. ἐστίν... αὐτῶν] αὐτῶν... αὐ' ἔστι vel ἐστίν... ὀρθῶς Blaydes.

680. Dicendum sic esset „cardopa" et „Cleonyma" (das wäre also...). — Ut hic ἦν, sic alibi γίνεται usurpat ubi ratio quaedam concluditur; vid. Vesp. 663 Herodot. III 95 etc. — Feminino nominis Cleonymi termino quid nunc significetur quis intellegit. Similes autem iocī leguntur Cic. de Or. II § 277 Hor. Sat. I 8, 39 Tac. Ann. VI 5.

681 sq. Nondum satis te didicisse quae virorum quae mulierum sint nomina manifestum est. — Primo animalium, dein rerum nomina tractavit magister, nunc de ipsorum hominum nominibus addit aliquid, quoniam e verbis discipuli, vi-

rum nunc Cleonymam vocantis, patet eum nondum perspexisse quomodo ipsis linguae sonis distinguantur genera.

684. Meretricum ea aetate notissimarum nomina haec fuisse probabiliter statuunt scholia.

686. Philoxenus cuiusmodi fuerit homuncio apertis verbis dicit noster Vesp. 84, ubi vid., neque tecte magis Eupolis fr. 235 ἐστὶ δὲ τις θήλεια φιλόξενος; ἐκ Διομεῖων (ubi nomen littera minuscula, ut feci, scribendum est nisi fallor); Amyntias autem (Pronapis filius) eiusdem farinae erat nebulo, vid. ad vs. 31 et ad Vesp. 74 et 1267—1274; itaque qui



## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὀλλ', ὧ πονηρέ, ταῦτά γ' οὐκ ἔστ' ἄρρενα.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

οὐκ ἄρρεν' ὑμῖν ἔστιν;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐδαμῶς γ' ἐπεὶ

πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχῶν Ἀμυνία;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

690 ὅπως ἂν; ὠδί· „δεῦρο, δεῦρ', Ἀμυνία“.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὄρῳ; γυναιῖα τὴν Ἀμυνίαν καλεῖς.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

οὐκ οὖν δικαίως, ἥτις οὐ στρατεύεται;

ἀτὰρ τί ταῦθ', ἃ πάντες ἴσμεν, μανθάνω;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐδὲν μὰ Δί'· ἀλλὰ κατακλινεῖς δευρὶ —

(grabatum designans:)

687. οὐκ ἔστ' Par. 4] ἔστιν οὐκ R alii, ἔστ' οὐκ (ut Pac. 672 Anaxipp. fr. 1<sup>36</sup>) multi. Cf. Av. 32.

688. ἡμῖν] ἡμῖν V R alii. || γ'] om. complures.

690.] om. R errore manifesto.

691. τήν] τὸν nonnulli, δὴ τὸν Cant. 1 (et sic Bentley). An \*νῶν?

692. ἥτις V R] ὅστις cett.; Dindorf huc refert Hesychii glossam ἥτις: ὅστις.

694. οὐδὲν] aut corruptum est aut — quod suspicor — lacunae indicium; vid. commentarius. Frustra GHermann contulit Av. 1360, neque prosunt collati a Schömanno Eur. Med. 64 Ion. 256, 288, 404; qualibus locis ad οὐδὲν e vicinia

nunc coniunctim cum hisce iuvenibus commemoratur *Melesias* quam ob causam fuerit famosus obscurum esse nequit; Thucydidis filium, cuius mentio fit apud Platonem (Lach. 179 c Menon. 94 d), intellegit Bergk parum probabiliter.

688. οὐδαμῶς γ' ἐπεὶ] sic hae particulae etiam Vesp. 79, 1393 Pac. 1260 alibi iunctae sunt.

692. Cobet contulit Euripidis fr. in schol. Hom. N 153 servatum οὐκ οὖν <δικαίως> εἴπερ εἰργασται τάδε; — Ἀσπρατείας

igitur *Amyniae* nunc insimulatur, fortasse idem tangitur Vesp. 1117; vid. etiam Eq. 443.

693. ἃ πάντες ἴσμεν] in vulgus notos esse *Amyniae* ceterorumque qui commemorati sunt mores, poeta sic innuit.

694. Cf. Vesp. 1208 παῦ' ἀλλὰ δευρὶ κατακλινεῖς προμάνθανε | ξυμποτικὸς εἶναι.

— οὐδὲν] explicari nequit. Nisi fallor, excidit versus huiuscemodi: <ὀλλ' οὐδὲν οἶσθ', οὐδ' ὧν ἀκούεις μανθάνεις> | οὐδὲν μὰ Δί'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τί δρω;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

695 ἐκφρόντισόν τι τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

μη δῆθ', ἰκετεύω, ἐνταῦθά γ' ἄλλ', εἴπερ γε χροί,  
χαμαί μ' ἔασον ἀντὶ ταῦτ' ἐκφροντίσαι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα.

(Senem vi cogit in grabato considerare, dein secedit et meditabundus consistit.)

SCENA DUODECIMA.

Strepsiades, Chorus.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

κακοδαίμων ἐγώ,

οἶαν δίκην τοῖς κόρεσι δώσω τήμερον.

(Dum canuntur sequentia, in grabato volutatur et membra iactat cum  
cimicibus bellum gerens.)

ΧΟΡΟΣ.

(Cantus.)

Stropha (vs. 700—706).

700 φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει, πάντα τρόπον τε σαυτὸν

facile suppletur verbum, hic vero id quod οὐ δῆτα deberet significare („*nullo pacto* sc. haec doctrina omnibus nota est"). Heidhūs interpretatur „O, zu gar nichts!", Socratem enim secum decernere nihil amplius e sapientiae suae thesauris imperitare seni stolido; at ita non potuit adhiberi οὐδέν.

696. (ἐ')νταῦθά γ' Dobree] σ' ἐνταῦθ' V R alii, σ' ἐνταῦθά γ' pauci, σ' ἐνθάδ' ceteri, ἐνταῦθά σ' Kock male (coll. vs. 784), σ' ἐνθαδί γ' (et mox εἴ) Lenting, quod recipere coll. Eq. 1100 Thesm. 751 Ran. 167, nisi aptius videretur adverbium ἐνταῦθα quam ἐνθαδέε. || ἄλλ' om. V. || εἴπερ] εἴ V R alii.

700—706. In codd. sunt Socratis, choro tribuit Reisig, hemichorio GHermann,

696. ἰκετεύω] cimicum scilicet recordatus quam maxime refugit istam *σιμίδα* *σχοίων* *κορέων* *μειστήν* (Plut. 541); vid. vs. 634, 699, 709, 725. — Interiectionis loco ἰκετεύω (*obsecro*) inseritur etiam Ran. 299 et praemisso ut hic *μη δῆτα* Thesm. 751 Ran. 11, 167, *μήπω* γε Eq. 1100.

— εἴπερ γε χροί] sc. *ἐκφροντίσαι*, vid. ad vs. 226. De particulis *εἴπερ* γε vid. ad vs. 251.

698. οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα] redit locutio Vesp. 1166 Pac. 110. Cf. Plat. Phaedon. 107 a οὐκουν ἔγωγε ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλο τι λέγειν κτέ.

- στρόβει πυκνώσας.  
 ταχὺς δ', ὅταν εἰς ἄπορον πέσῃς,  
 ἐπ' ἄλλο πῆδα  
 705 νόημα φρενός· ὕπνος δ' ἀπέ-  
 στω γλυκύθυμος ὀμμάτων.  
 ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.  
 ἀτταταῖ, ἀτταταῖ.  
 ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.  
 τί πάσχεις; τί κάμνεις;  
 ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.  
 710 ἀπόλλυμαι δειλίας· ἐκ τοῦ σκίμποδος  
 δάκνουσί μ' ἐξέφροντες οἱ κορ... ἰνθιοι,  
 καὶ τὰς πλευρὰς δαρδάπτουσιν,

versibus 805—813 haec respondere, in fine igitur nonnihil intercidisse ratus. Eadem versus 708 et 716 choro (coryphaeo) dederunt, Socratem enim vs. 698 introiisse, versu autem 723 in scenam redire. Aliquantisper certe philosophus relinquit Strepsiadem; sed malui statuere non e scena eum sine iusta causa discedere, sed a Strepsiade remotum consistere, ut de quaestione aliqua quae sibi inciderit meditetur, qualem e Platonis Convivio Socratem novimus (vid. comm. ad vs. 415).

700. δῖάθρει] διάρθρει V R.

706. Desunt post hunc quae respondeant versibus 811—813.

707. ἀτταταῖ (bis)] λατταταῖ codd. multi. Cf. Thesm. 223.

702. στρόβει] *circumrota*. Vid. Vesp. 1528 et ad Ran. 817. — Perridicule hoc verbum et sequentia, praesertim *πηδᾶν* illud, sunt accommodata violentis motibus hominis quem requiescere non sinunt cimices.

— *πυκνώσας*] *colligens te*; cf. francogall. *se recueillir* et Ach. 445 Euripidis verba *πυκνῆ λεπτή μηχανῆ φρενί*.

704. Cf. Eur. Troad. 67 *τί δ' ὦδε πη-δᾶς ἄλλοτ' εἰς ἄλλους τρόπους*; Ingenii hoc est velocis et versatilis, stuporis vero est indicium *τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθῆσθαι* (Ran. 1103).

706. *γλυκύθυμος*] hic somni epitheton, Lys. 551 amoris.

708. *τί πάσχεις;*] vid. ad vs. 340.

709. *ἐκ*] vid. vs. 37.

— *σκίμποδος*] vid. ad vs. 633.

710. Iocus, quo *Corinthiorum* nomen nunc *cimicibus* inditur, quadamtenus conferri potest cum Vesp. 11 sq. Pac. 746 sq.; vid. etiam supra vs. 12 sq. et 37. Alienus vero hinc est Ran. 439, neque Thesm. 648 (ubi vid. schol.) huc est trahendus. Qui loci nihil praeter ipsum nomen *Corinthiorum* inter se habent commune, hoc autem, utpote gentis inimicae, Athenis saepe fuisse ludibrio, haud secus ac Megarensium vel Boeotiorum, facile intellegitur.

711—715. Simillimus est sonus versusum Lys. 962—965. Cum vs. 713 sq. cf. etiam Pac. 899 Av. 443 Anaxandr. fr. 41<sup>68</sup>.

711. *δαρδάπτουσιν*] vid. ad Ran. 66.

715

καὶ τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσιν,  
καὶ τοὺς ὄρχεις ἐξέλκουσιν,  
καὶ τὸν προκτὸν διορύττουσιν,  
καὶ μὲ ἀπολοῦσιν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

μή νυν βαρέως ἄλγει λίαν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

καὶ πῶς, ὅτε μου

φροῦδα τὰ χροήματα, φροῦδη χροιά,  
φροῦδη ψυχή, φροῦδη δ' ἐμβάς,  
καὶ πρὸς τούτοις ἐπὶ τοῖσι κακοῖς

720

712 sq. Ordine inverso habent codd. nonnulli.

712. ψυχὴν] ψωλὴν Meineke, corporis enim partem aliquam fuisse indicandam. Cf. scholion.

713. ἐξέλκουσιν] ἐξελκοῦσιν (*exulcerant*) Reiske (cf. Eur. Hec. 405).

717. μοι] μοι Blaydes.

720. \*ἐπι] ἔτι codd.; quod licet coll. Herodot. VII 6 defendi possit, non tamen h. l. est ferendum, quoniam φρουράς (vel -ράς) ἕδειν misere languet nisi quid additur. || κακοῖς] κακοῖσι(ν) V R alii, hinc Blaydes τούτοις τοῖσι κακοῖσιν.

712. ψυχὴν] *vitam*, i. e. *sanguinam*, quem *θυμὸν φοινῶν* (?) dicit poeta h. Apoll. 361, μέλαν μένος Soph. Ai. 1412 (vid. etiam Antig. 960), αἱματηρὸν μένος Aesch. Ag. 1067, et fortasse (nam dubia est lectio) *purpuream animam* Verg. Aen. IX 349. Cf. Soph. El. 785 τοῦμὸν ἐκπίνουσ' αἰεὶ | ψυχῆς ἄκρατον αἶμα, Antig. 532 ὡς ἔχιδν ἔφριμένη | λήθουσά μ' ἐξέπινες. Vid. etiam Trach. 1054, ubi pallium venenatum dicitur Herculis ἀρτηρίας ὄρφεϊν, vel Theocrit. II 55 sq.

716. Cf. Trygaei ad cantharum sum verba Pac. 83 μή μοι σφαρῶς; χῶρει λίαν.

718—722. „*Ach mein lieber Augustin, alles ist hin!*“ — Sed παρατραγωθεῖ nunc senex, fortasse imitatus Hecubae Euripideae querelas φροῦδος; πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες; (Hec. 162); vid. etiam Androm. 1078 φροῦδη μὲν αὐδή, φροῦδα δ' ἄρσρα μου κάτω, et ipsius Euripidis desperantis vox φροῦδά μοι τὰ δράματα Ach. 470.

719. ἐμβάς] vid. ad vs. 500. Singularis ne mirationem moveat, reputemus no-

biscum *negativam vim* inesse adiectivo φροῦδος; *nec color nec sanguis nec solea superest ulla.*

720 sq. *Praeter cetera autem hoc est gravissimum, quod ne dormire quidem licet, sed inter hasce aerumnas etiam vigilare iubeor.* Vid. vs. 705. Idem esse ἐπὶ τοῖς κακοῖς φρουράς ἕδειν quod ἐπὶ τοῖς κακοῖς φυλακὴν ποιεῖσθαι ἕδοντα, *invigilare malis*, noster locus — si sanus est — videtur testari; cantillare nimirum solet qui vigilare iussus somnum obrepentem ab oculis depellere conatur, ἕπνον τόδ' ἀντιμολπον ἐντέμων ἄκος (Aesch. Ag. 17). Itaque φρουράς ἕδειν (*vigilias cantando transigere*) eum fere habuisse sensum quem nostrum *kranewaken* sumamus necesse est; quamquam non possum dicendi hunc usum exemplis aliunde adscitis confirmare. Altera vero lectio φρουράς ἕδων — si salva lingua ita dici poterit (vid. ad vs. 371) — propter contextum est reiicienda, hunc enim praebet sensum: *ideo praesertim contabui quod*

φρουράς ἔδων  
ὀλίγου φρουῶδος γεγένημαι;

## SCENA DECIMA TERTIA.

Strepsiades, Socrates.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

(meditatione absoluta ad se redit, dein adit Strepsiadem:)

οὔτος, τί ποιεῖς; οὐχὶ φροντίζεις;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἐγώ;

νῆ τὸν Ποσειδῶ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

καὶ τί δῆτ' ἐφρόντισας;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

725

ὑπὸ τῶν κόρεων εἴ μου τι περιλειφθήσεται.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἀπολεῖ κάκιστ'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἀλλ', ὦ ἀγάθ', ἀπόλωλ' ἀρτίως.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐ μαλθακιστέ', ἀλλὰ περικαλυπτέα.

ἐξευρετέος γὰρ νοῦς ἀποστρεφτικὸς

721. φρουράς] sic V R et l. a. in schol., φρουράς multi (vid. ad vs. 371). Vollgraff coniecit φρούδας, nam si is qui identidem ἀγαθῆ crepet ἀγαθίζειν dicatur, eum qui saepius φρούδη clamet dici potuisse φρούδας ζῆδει.

722. φρουῶδος] φρουρός (?) Fritzsche. || Interrogandi signum in huius versus finem transtulit Blaydes, vulgo post ἐμβάς vs. 719 lectum.

723. ποιεῖς] πάσχεις unus Parisinus, fortasse recte.

728. ἐξευρετέος] ἐξευρητέος V R et plerique, εὐρητέος cett.; compositum etiam Eq. 1194, 1322 Nub. 137 Eccl. 577, 607 etc. usurpatur. || ἀποστρεφτικὸς] -τικὴν R (ut vs. 747), -τίδα multi.

inter vigilandum canto — quod quam sit absurdum quisvis videt.

726. ἀπολεῖ κάκιστα] = εἰς κόρακα, ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε. Vid. ad Vesp. 412.

727. De termino -τέα vid. ad Ran. 1180. Ad rem quod attinet, cf. Socratis verba Plat. Phaedr. 237 a οἷσθ' οὖν ὡς

ποιήσω; ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ, ἵν' ὅ τι τάχιστα διαδράμω τὸν λόγον καὶ μὴ βλέπων πρὸς σέ ἐπ' αἰσχύνῃς διαπορῶμαι. Caput obvolvere iubet senem veste illa stragula quam tantopere ille abhorret, camicum ple-nam scilicet.

728. νοῦς] idem quod γνώμη vs. 730. —



καὶ ἀπαιόλημ'.

(Iodice involvit Strepsiadem, dein domum intrat ut videat quid ceteri agant discipuli.)

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(ut primum abiit magister, caput exserens:)

οἴμοι' τίς ἂν δῆτ' ἐπιβάλοι

730

ἕξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστρηγρίδα;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

(rediens, secum:)

φέρε νυν ἀθρήσω πρόωτον ὃ τι δοῦ' τουτονί.

(Ad Strepsiadem, qui caput denuo abdidit:)

οὔτος, καθεύδεις;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(caput exserens:)

μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἔχεις τι;

731—739] post versus 723—730 ferri non posse, alius igitur esse recensionis, quod multi statuerunt, cum Heidhusio pernego. Vid. quae textui adscripsi.

Excogitandum est aliquid seni, quo frustrare (ἀποστρεφῆν, cf. vs. 487) possit suos creditores.

729. ἀπαιόλημα] voce a verbo ἀπαιόλῶν (Eur. Ion. 549) ducta utitur etiam Aesch. Choeph. 1001 sq. φηλήτης ἀνήρ | ζῆνων ἀπαιόλημα καὶ ἀργυροστρεῖ | ρίον τομίζων, item Soph. fr. 841; cf. ἀπαιολή = ἀπίστη Aesch. fr. 185, quod a verbo αἰόλλειν ductum est ipsum. Deam Ἀπαιόλην vs. 1150 invocat Strepsiades. Veram vim harum vocum ostendit Pind. Nem. VIII 42, αἰόλον ψεύδος; dicens fallaciam versatilem, mobilem, tortilem.

729 sq. τίς ἂν — ἀποστρηγρίδα;] quis tandem inicit mihi inventum fraudulentum e Iodiceis vervecinis! „Corinthiacae” istae stragulae quid prosunt ad spoliandos creditores! — Verbo inicienti utitur senex quoniam Socrates modo ei ἐπιβάλεν ἀρνακίδα; certe unam ἀρνακίδα, haec autem vox idem significat quod οἰούρα, pellis ovilis (vid. Vesp. 1138 Ran. 1459),

et redit Plat. Sympos. 220 ὁ Theocr. V 50, etiam apud Aristonymum comicum inventam esse testatur Bekk. Anecd. 83<sup>34</sup>. Nunc ea utitur rusticus quoniam agni a fraudulenta sollertia quam maxime sunt alieni (cf. vs. 1203). Omnino vero rei-cienda est vulgaris huius versus interpretatio; nam insulsissimus profecto homo fuisset Aristophanes, si ad verbum ἐζαρνεῖσθαι — ut perhibent — sic allu-sisset, epico scilicet exemplo τ 562—567 pellectus.

731. πρόωτον] ante omnia.

732. οὔτος] vid. Vesp. 1.

— μὰ τὸν Ἀπόλλω, ἐγὼ μὲν οὔ] item Ach. 59, 101 Eq. 14, 1041 Pac. 16 Av. 263, 439. Alias saepe μὰ Δι' ἐγὼ μὲν οὔ. Item Britanni *Not I, by Jove!*

733. ἔχεις τι;] *tenesne (invenistine) aliquid?* Cf. Agathonis verba apud Platonem Symp. 175 d δεῦρο Σώκρατες παρ' ἐμὲ κατάκεισο, ἵνα καὶ τοῦ σοφοῦ ἀπολαύσω ὃ σοι προσέστη ἐν τοῖς προθύροις. δῆλον γὰρ

ΣΤΡΕΨΙΑΛΛΗΣ.

μὰ Δί', οὐ δῆτ' ἔγωγ'.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐδὲν πάνυ;

ΣΤΡΕΨΙΑΛΛΗΣ.

οὐδὲν γε, πλὴν εἰ τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

(iratus:)

735

οὐκ ἐγκαλυψάμενος ταχέως τι φροντιεῖς;

ΣΤΡΕΨΙΑΛΛΗΣ.

περὶ τοῦ; σὺ γάρ μοι τοῦτο φράσον, ὃ Σώκρατες.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

αὐτὸς ὃ τι βούλει πρώτον ἐξευρεῖν λέγε.

ΣΤΡΕΨΙΑΛΛΗΣ.

ἀκήκοας μυριάκις ἀγὼ βούλομαι

περὶ τῶν τόκων, ὅπως ἂν ἀποδῶ μηδενί.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

740

ἴθι νυν καλύπτου, καὶ σχάσας τὴν φροντιίδα

λεπτὴν κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα,

733. οὐ δῆτ' sic V R, οὐδὲν γ' vel οὐδὲν multi. || οὐδὲν πάνυ] Strepsyadi continuat R, quem libenter sequer deleto versu spurcissimo 734, si credibile esset eiusmodi versum invito poeta in textum potuisse irrepere, neque eo omisso langueret versus 733.

734. εἰ Meineke] ἢ mss.; cf. vs. 361.

737. πρώτον] πρώτος V R et plerique. || ἐξευρεῖν] -ρῶν V R. Infinitivum propter vs. 728 iure praetulit Blaydes, vid. etiam vs. 738. Non quodlibet die requiritur sed quid velis die.

739. ἂν ἀποδῶ] ἀποδώσω (quomodo...) Blaydes.

740. ἴθι νυν καλύπτου] ἴθ' ἐγκαλύπτου Cobet, quoniam simplex alias ita non adhibetur. || σχάσας] σχίσας Bentley, χαλάσας; Blaydes (quae coniectura non defenditur versu quem affert 762, damnatur autem adiectivo λεπτήν praedicative subiuncto, nihil enim est χαλάν λεπτόν).

ὅτι ἤρως αὐτὸ καὶ ἔχεις; οὐ γὰρ ἂν προ-  
απίστης. Item Soph. Ai. 875; vid. etiam  
Eur. Suppl. 818.

734. πλὴν εἰ] nisi forte; vid. ad vs. 361.

740 sq. σχάσας...λεπτὴν] = λεπτήν δι-  
λών vel κατατεμών, minutissime dividens.

Sic recte Mitchell Kähler; perperam  
vero Dindorf Blaydes alii *coercita cogi-  
tatione*. De verbo vid. ad vs. 107, de  
adiectivo vs. 230.

741. περιφρόνει τὰ πράγματα] *de rebus  
tuis meditare*. De verbo vid. ad vs. 225.

ὄρθῳς διαιρῶν καὶ σκοπῶν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(denuo lodice se involvens:)

οἴμοι τάλας.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἔχ' ἀτρέμα· κῆν ἀπορῆς τι τῶν νοημάτων,

ἀφείς ἀπελθε, κῆτα τῆ γνώμη πάλιν

745 κίνησον αὐθις αὐτὸ καὶ ζυγῶθρισον.

(Paulisper tacitus expectat.)

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(caput exserens, laeta voce:)

ὦ Σωκρατίδιον φίλτατον —

743. ἀτρέμα] sic V R, ἀτρέμας multi, hinc ἀτρέμας ἦν δ' Blaydes (coll. vs. 615). || κῆν] κῆν codd. (ἀλλ' Bodl. 4, quod ex ANA (ἄν δ') ortum putat Blaydes).

744. κῆτα] κατα R, καὶ κατὰ Bergk. || τῆ γνώμη Reiske] τὴν γνώμην codd. (ut vs. 477); quo servato Kuster vs. sequenti scribit αὐτὸν pro αὐτό. Cf. Ran. 355.

745. αὐτὸ καὶ] καὶ πάλιν Blaydes.

746. Σωκρατίδιον φίλτατον] φ. Σ. (coll. Lys. 872] vel Σωκράτιον ὦ φίλτατον (coll. Eq. 726 Eur. Cycl. 266) Blaydes.

742. διαιρῶν] *distinguens, definiens*. Artis dialecticae proprium hoc est verbum, in sophistarum igitur scholis, Prodicum praesertim, usitatissimum; vid. Plat. Lach. 197 *d* Protag. 339 *a*, 341 *c* Char- mid. 163 *d* Phaedr. 266 *b*, 273 *d* etc. Xenoph. Mem. IV 2 et 5 § 12 et supra ad vs. 166. Facete autem Epicrates hoc aliisque philosophorum verbulis usus est in Platoniorum derisione (fr. 11); ubi narrat aliquis se Panathenaeorum ludis vidisse gregem iuvenum in Academiae gymnasiis *περὶ φύσεως* „ἀφοριζομένων“, qui „*διεχωρίζον*“ ζῴων τε βίον | δένδρον τε φύσιν λαχάνων τε γίνη, | κῆτ' ἐν τούτοις τὴν κολοκύντην | ἐξήταζον „*τίνος ἐστὶ γένους*“: diu autem tacitos adstitisse et *κύψαντας* (vid. supra vs. 191) *διαφροντίσαι*, dein cum a medico quodam palam irriderentur ne advertisset quidem, ὁ Πλάτων δὲ παρῶν καὶ μάλα πρόξως, | οὐδὲν ὀρινθεῖς ἐπέταξ' αὐτοῖς | πάλιν <ἐξ ἀρχῆς> | „*ἀφοριεσθαι τίνος ἐστὶ γένους*“: | αἱ δὲ „*δι-*

*ήρουν*“.— De cucurbita vid. ad vs. 327.

745. ζυγῶθρισον] verbum alibi non lectum, quod G Hermann et tragicorum alioquo, Kock e Protagorae dictione desumptum esse suspicatur, quin *examinare, perpendere* valeat non est dubium; nam ductum est a voce ζύγωθρον, quam *librae examen* significasse noster locus docet, haec autem est derivata a verbo ζυγοῦν, hoc denique a voce ζυγόν *iugum (librae)*. Perperam igitur Pollux X 26 de ianuarum vectibus clavibus cett. loquens postquam docuit comicis sensu *reserandi* et alia et ἀναζυγῶσαι dixisse, haec addit: καὶ τὸ „ζυγῶθρισον“ δὲ ἐπὶ τοῦ „κλείσον“ εἰῶθαι τῆταιν, aliorum repetens vel excerpens observationem male intellectam, fortasse male lectam, nam κίνησον pro κλείσον corrigendum esse suspicatur Kock. Ipse si suo loco hunc imperativum legisset, neque tam inepte eum potuisset vertere neque addidisset „*solitos fuisse* comicos ita loqui“.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

τί, ὦ γέρον;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Ἔγω τόκου γνώμην ἀποστρεφτικὴν.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἐπίδειξον αὐτήν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

εἰπὲ δὴ νῦν μοι —

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

τὸ τί;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

750 γυναιῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλὴν  
καθέλωμι νύκτωρ τὴν σελήνην, εἶτα δὲ  
αὐτὴν καθείρξαιμ' εἰς λοφεῖον στρογγύλον,

748. τὸ τί;] sic V R, τοδί codd. nonnulli, Strepsiadi continuantes. Cf. vs. 500.

750. δὲ GHermann] δὴ codd.; Bergk dubitanter εἶτα τί; Socrati haec verba tribuens.

748. ἐπίδειξον] *monstra, exhibe*. Item Ach. 765 Plat. Euthyd. 274 a. Medium vero ἐπιδείκνυσθαι usurpatur de iis qui ἐπίδειξιν ποιοῦνται, i. e. de aliqua re *declamant* vel in universum artis suae specimen aliquod publice edunt, infra vs. 935 Ran. 771 (ubi vid.) Plat. Euthyd. 274 d, 275 a etc.

— τὸ τί;] simillimus est Pacis versus 826, praeterea vid. ad Ran. 7.

749 sq. Scilicet „carmina vel coelo possunt deducere lunam” (Verg. Bucol. VIII 69); olim igitur Medea „lunam trahebat” (vid. Ovid. Metam. VII 207), postea „τὴς τὴν σελήνην καθαιρούσας τὰς Θετταλίδας” noverant Socratis aequales (vid. Plat. Gorg. 513 a); Menander autem in Thessala fabula „completebatur ambages feminarum detrahentium lunam” (Plin. XXX 1). Augusti quoque tempore Romae Folia illa et Canidia „vocibus suis lunam coelo deripiebant” teste Horatio (Epod. V 45 XVII 77); etiam Tibullus sagam „de coelo ducentem sidera vidit”, nisi eius verbis diffidere fas est (Tibull. I 2, 45). Sed Phaedram Euripideam in priore fabula Hippolyto iisdem artibus magicis fuisse abusam perperam multi effecerunt e verbis scholii ad Theocr. II 10 ἀλλὰ Σελάνα | φαίνει καλόν' τιν γὰρ ποταεῖσσιμα ἕσυχε δαίμων] ταῖς ἔρωτι κατεχομέναις τὴν σελήνην μετακαλεῖσθαι σύνηθε, ὡς καὶ Εὐριπίδης ποιεῖ Φαίδραν πρῶττουσαν ἐν τῷ καλυπτομένῳ Ἴππολύτῳ, nihil enim haec scholiastae verba dicunt nisi id quod vel sic non nesciremus, puellas amore saucias solitas esse lunam suspicere et pallidum curarum suarum testem invocare.

749. πριάμενος] *servam?* Minime, sed πρῖσθαι hic valet μισθώσασθαι *conducere*, quemadmodum ὠνεῖσθαι *τέλη* et similia dicuntur.

751. λοφεῖον] *capsam in qua asservatur galeae crista (een hoedendoos)*; vid. Ach. 1109. Cuiusmodi capsam etiam aliis consiliis inservire potuisse quivis intel-

ὥσπερ κάτοπτρον, κᾶτα τηροίην ἔχων;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειέν σ' ;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὅ τι;

755

εἰ μηκέτ' ἀνατέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,

οὐκ ἂν ἀποδοίην τοὺς τόκους.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὁτιή τί δή;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὁτιή κατὰ μῆνα τὸ γύριον δανείζεται.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

εἴ γ' ἄλλ' ἔτερον αὖ σοι προβαλῶ τι δεξιόν.

εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντός τις δίκη,

ὅπως ἂν αὐτήν ἀφανίσαιας εἰπέ μοι.

755. ἂν] ἂν γ'(ε) complures. || ὁτιή] τιή vel τή complures (ut Vesp. 1155 Pac. 1018 Thesm. 84 fr. 569<sup>14</sup> (?), vid. etiam Eq. 126, 731 Pac. 927 Eccl. 796, 1086).

756. τὰ γύριον] -ρια legisse scholiastam perhibet O Lange, fortasse iure; sed ipsum comicum id scripsisse minime inde sequitur.

759. αὐτήν] om. V.

legit; aperto vero errore, quem peperit noster locus male intellectus, Pollux X 126 inter γυναικεῖα σκευή recensens κάτοπτρον addit: οὗ τήν θήκην λοφεῖον καλοῦσιν.

755. ὁτιή τί δή;] proprie quia quid? Apte autem GHermann confert articuli usum qui e voce τὸ τί cognitus est (de qua vid. ad Ran. 7). Redit ὁτιή τί δή Plut. 136, ὁτιή τί infra vs. 784, ὅτι δή τί γε Plat. Charmid. 161 c, ὅτι δή τί μάλιστα Rep. 343 a, ὅτι τί μάλιστα ibid. 449 c; vid. etiam ἴνα δή τί vs. 1192. Sed Vesp. 1155 Pac. 1018 Thesm. 84 dicitur τιή τί δή, fr. 569<sup>14</sup> τιή τί (?).

757. εἴ γε] Socratem discipulum absurdissimas nugas proferentem hic et infra vs. 773 non serio laudare optimo iure statuit Heidhūs. Priusquam autem sententiam de eo ferat, tres ei quaestio-

nes proponit solvendas, dein ultima audita solutione eum pro certo sibi constet ne minimam quidem scintillam ingenii seni inesse, facessere eum iubet (vs. 781—783).

— προβαλῶ] de hoc verbo videatur ad vs. 489—491.

758. πεντετάλαντός τις δίκη] item vs. 774; gravissima igitur lis. Qualem Cleoni intendi in Babylonis fabula finxerat noster (vid. Ach. 6 et quae ad illum locum annotavi), eandem autem necis suae poenam fore dicit Trygaeus Pac. 171; vid. etiam Isoer. XVI § 46.

759. ἀφανίσαιας] e medio tolleres, irritam redderes. Sed verbi sono pellectus discipulus talem huius quaestionis solutionem excogitat qua revera ἀφανεῖς fiant ipsae accusationis litterae.



## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

760 ὅπως; ὅπως; οὐκ οἶδ' ἀτὰρ ζητητέον.  
(Denuo se involvit.)

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

μή νυν περὶ σαυτὸν ἴλλε τὴν γνώμην αἰεὶ,  
ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' εἰς τὸν ἄερα,  
λινόδετον ὥσπερ μηλολόνην τοῦ ποδός.  
(Tacet aliquantisper.)

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(caput exserens:)

ἠύρηκ' ἀφάνισιν τῆς δίκης σοφωτάτην,

761. *σαυτὸν*] *ταυτὸν* Piccolomini ingeniose; sic tamen hunc versum minus apte cum sequentibus cohaerere dixerim. || *ἴλλε*] *εἴλλε* VR et plerique, quae vitiosa est praesentis forma; cf. Ruhnk. ad Tim. s. v. *γῆν ἰλλομένην*. || *αἰεὶ*] *ἔτι* Blaydes.

762. *ἀποχάλα*] ὑποχάλα nonnulli.

764. *ἠύρηκε*] *εὔρηκε* codd.

761—763. Rusticum philosophus iubet mentem suam quam plurimum possit a materiae vinculis solvere, ut *παρούσα ἀποδημῆ* (Eq. 1119) et per laetos cogitationis campos circumvolitans *εἰκόλια ξυλλέγη* (Ach. 398), licet terrenum hoc corpusculum lodice involutum iaceat in grabato. Quod praeceptum ut Socrates illustret exemplo petito e vita quotidiana, unde etiam „nasturtium” suum et „iusculum” illud duxit (vs. 234 et 386), animum humanum scarabaeo assimilat, cuius pedi alligatum est filum; conferatur puer apud Herodam fr. 14 Cr. *τῆσι μεγάλων θηρῶν ἄμιατ' ἐξάπτων*. Agnoscimus autem in comici hisce verbis parodiam philosophi, qui coelestis patriae appetens hanc vitae rationem, hunc exitum unice laudabat *ἐὰν ἡ ψυχὴ καθαρὰ ἀπ' αἰσθητικῶν, μηδὲν τοῦ σώματος ξυμφέλουσά, ἅτε οὐδὲν κοινοῦσά αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ ἐκοῦσα εἶναι, ἀλλὰ φεύγουσα αὐτὸ καὶ συνηθροισμένη αὐτῆ εἰς ἐαυτήν. ἅτε μελετῶσα αἰεὶ τοῦτο — τοῦτο δὲ οὐδὲν ἕλλο ἐστὶν ἢ ὁρθῶς φιλοσοφῶσα καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα [ῥαδιῶς]*. Quam Socratis Platonici sententiam (Phaedon. 81 c) non discipulo sed ipsi magistro deberi e co-

mici verbis inre meo efficere mihi videor. Vid. ad vs. 228 sqq.

761. *περὶ σαυτὸν ἴλλε*] cf. Plat. Tim. 40 ὃ *γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, ἰλλομένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον... ἐμηχανήσατο* (deus). — Stirps *Ἔελ* (de qua vid. Enchir. dict. ep. p. 493) praeter epicum verbum *Ἔέλλειν*, unde Ionicum *εἴλει* procrevit, peperit etiam formam praesentis *ἴλλειν* reduplicatione formatam; fuit enim primitus *Ἔι-Ἔλ-ω*, quemadmodum stirps *νεσ* praeter verbum *νέομαι* alterum praesens *νίσσομαι*, i. e. *νί-νο-μομαι*, in lucem protulit, vel stirps *σεχ* verbum duplex *ἔχω* et *ἴσχω*, i. e. *σι-σχω*. Quapropter aoristo diphthongum *-ει-* post alios vindicavi Ran. 1066 (ubi vid.), *ἴλαι* autem formam, quam apud tragicos fortasse agnoscendam esse in annotatione ad illum versum concedebam (cf. Cobet Var. Lect.<sup>2</sup> p. 361, Valckenaer Diatrib. p. 193, Ruhnken. ad Timaeum s. v. *γῆν ἰλλομένην*), nunc damno; nam si recte disputata sunt quae scripsi, vitiosam esse hanc formam patet.

763. *λινόδετον*] adi. poeticum etiam Iph. Taur. 1043 occurrit, ubi navis ancorae *χαλινὸι λινόδετοι* dicuntur.

765 ὥστ' αὐτὸν ὁμολογεῖν σέ μοι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ποῖαν τινά;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἦδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπόλαις τὴν λίθον  
ταύτην ἐόρακας, τὴν καλήν, τὴν διαφανῆ,  
ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἔπτουσι;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

τὴν ὕαλον λέγεις;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἔγωγε. φέρε, τί δῆτ' ἄν, εἰ ταύτην λαβών,  
770 ὁπότ' ἐγγράφοιτο τὴν δίκην ὁ γραμματεὺς,  
ἀπωτέρω σταῶς ᾧδε πρὸς τὸν ἥλιον  
τὰ γράμματ' ἐκτῆξαιμι τῆς ἐμῆς δίκης;

767 *ἰόρακας* V R] *ἰώρακας* vel *ἰώρας* codd. plerique. || *καλήν*] *χυτήν* temere Blaydes coll. Epinici fr. 1<sup>s</sup> (ubi ridetur scilicet ampullata cuiusdam hominis dictio, *χυτήν λίθον* vocantis τὸ ὕαλιον ἔκπωμα), Plat. Tim. 61<sup>b</sup> (qui locus prorsus huc non pertinet), Herodot. II 69 § 2 (*ἀρτήματα λίθινα χυτά*).

768. ἀφ'] δὲ Naber, sed vid. commentarius.

769. *φέρε, τί δῆτ' ἄν*] Strepsiadi recte continuavit Reisig, nam post *τί δῆτ' ἄν* necessario subiungendum est *εἰ*, ne manca et soloeca existat oratio; in libris sunt Socratis. Post *ἔγωγε* cur conticescat Strepsiades et alterius verba expectet iusta causa non apparet.

770. *ὁπότ' ἐγγράφοιτο* Cobet] *ὁπότε γράφοιτο* codd., quod de accusatore, non de scriba publico dici solere monuit Cobet.

766 sq. ἦδη...*ἰόρακας*] *vidistine aliquando* (et nunc notum habes)? Nos: *hebt ge wel eens...*? — Sollemnis in hoc interrogationis genere est usus perfecti; vid. Ach. 610 ἦδη *πεπρόεβουκας*; Hermipp. fr. 36 ἦδη *τεθείασαι*; Amph. 27 ἦδη *ἀκήκοας*; Alex. 273 ἦδη *ἰόρακας*; Nub. 370 *ποῦ πώποτε τεθείασαι*; Thesm. 32 sq. *οὐχ ἰόρακας πώποτε*; — Sed etiam aoristus in similibus enunciatis legitur; qui necessarius est ubi agitur de re, cuius effectus non permansit sed post aliquod tempus praeteriit. Vid. ad vs. 386 et 1061.

768. ἀφ' ἧς] *uade, ὅθεν*. Originem caloris praepositio indicat; cf. Hom. ε 490 *ἵνα μὴ ποθεν ἄλλοθεν αὖθι* vel *κρήνη... ὅθεν ὑδρεύοντο πολιταὶ* η 131 et similia. Idem

praepositionis ἀπό usus est apud Theophrastum de igne (fr. 3) § 73: *ὅτι δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ ἡλίου φῶς ἔπτουσι... ἀπὸ δὲ τοῦ πυρός οὐχ ἔπτουσι, αἴτιον κτέ.*; vid. praeterea supra vs. 392 Vesp. 656 et ad Ran. 121.

769. *φέρε, τί δῆτ' ἄν, εἰ*] de elliptica hac locutione vid. ad vs. 154 sq.; *φέρε* etiam vs. 218 ita usurpatur, vid. praeterea Ach. 541 et ad Vesp. 148.

770. *ἐγγράφοιτο*] optativus ut vs. 1251 Ran. 97 Eccl. 893 etc.

771. *ἀπωτέρω*] redit hoc adverbium Av. 1474 Cratin. fr. 229.

— *πρὸς τὸν ἥλιον*] vid. ad vs. 198.

772. Dum scriba exarat accusatoris formulam et advocatorum testimonia, —

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

σοφῶς γε, νῆ τὰς Χάριτας.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

οἴμ' ὡς ἦδομαι,

ὅτι πεντετάλαντος διαγέγραπταί μοι δίκη.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

775

ἄγε δὴ ταχέως τουτὶ ξυνάρπασον.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

τὸ τί;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὅπως ἀποστρέψαι ἂν ἀντιδικῶν δίκην,

776. ἀποστρέψαι ἂν Meineke] ἀποστρέψαις ἂν V R et plerique, -(σ)τρέψαις pauci; Brunck ἂν ἀποστρέψαις, sic aut ἂν ἀποστρέψαις aut ἂν ἀφανίσαις Blaydes (sed ultima coniectura propter versum 759, quem ad eam commendandam affert ipse, omnino est reiicienda, ne bis idem dicat Socrates). || ἀντιδικῶν] ἀντιδικῶν Reisig non recte, sic enim articulus erat addendus.

quae cerae inscribi mos erat ἵνα εἴ τι προσγράψαι ἢ ἀπαλείψαι δέοι ἥδιον εἴη (Demosth. XLVI § 11), a tergo ei adstans Strepsiades in codicillos dirigere vult radios solis, ut litterae confluant dum exarantur sequentes.

773. σοφῶς γε] vid. ad vs. 757.

— τὰς Χάριτας] per Gratias ideo potissimum nunc iurare Socratem quod harum imagines ipse olim sculpsisset (cf. Diogen. Laert. II § 19 Pausan. IX 35) contendit scholiasta; quae merae sunt nugae. Nihil dicit philosophus nisi χαρίεν, festivum esse id quod excogitavit rusticus.

774. πεντετάλαντος... δίκη] cf. vs. 758.

— διαγέγραπταί μοι] *inducta, expruncta est*; proprie significat: per scripta ducere lineas transversas. Verbo noster utitur etiam Lys. 676 ἦν ἐφ' ἱππικὴν τράπωνται διαγράφω τοὺς ἱππίας *feminae si ad rem equestrem se converterint actum erit de equitibus*. Item Plat. Rep. 387 ὁ Socrates iubet in perfecta rep. διαγράφειν ποταρῶν fabulas περὶ τῶν ἐν Ἄιδου, quod ἐξαλείφειν (*delere*) dixerat brevi ante 386 c.

Vid. etiam Eur. El. 1072 sq. γυνὴ δ' ἀπόντος ἀνδρός ἦτις ἐκ δόμων | εἰς κάλλος ἄσκει, διάγραφ' ὡς οὖσαν κακὴν, i. e. *reice, damna, nullam eius rationem habe.* — Δίκας διαγράφειν legitur etiam Lys. XVII § 5 Dem. XLVIII § 26; cf. praeterea Dem. XX § 145, Harpocr. s. v. διαγράφαντος et -ψασθαι, Ruhnk. ad Tim. p. 81 sq.

775. ξυνάρπασον] *arripere*; quod ὑφαρπάσαι dixerat supra vs. 490. Vid. ad vs. 489—491. Eodem verbo utitur Ulixes Soph. Ai. 16 ὡς εὐμαθὲς σου... | φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάξω φρονί. Cf. Simylus apud Stob. Floril. LX 4<sup>14</sup> κριτὴν τὸ ἦρθεν δυνάμενον συναρπάσαι. Apud Alexidem fr. 36 servus de domino suo Aristippi discipulo dicit τὴν τέχνην μὲν οὐ πάνν | ἐξέμαθε, τὴν δ' ἀρτυσίαν (sic Meineke pro ἀρτηρίαν) ξυνήρπασεν, *philosophiae quidem non admodum peritus evasit, at cibos condiendi artem a magistro illo enizo studio didicit.*

— τὸ τί;] vid. ad Ran. 7.

776. ἀντιδικῶν] *iure disceptans*. Etiam Plat. Leg. XII 948 d et saepius apud oratores hoc verbum est usurpatum.

μέλλων ὑφλήσειν μὴ παρόντων μαρτύρων.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

φραυλότατα καὶ ῥᾶστ'.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

εἰπὲ δὴ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

καὶ δὴ λέγω.

εἰ πρόσθεν ἔτι μιᾶς ἐνεστώσης δίκης,

780

πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖσθαι, ἀπαρξάμην τρέχων.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

οὐδὲν λέγεις.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

νὴ τοὺς θεοὺς ἔγωγ' ἔπει

οὐδεὶς κατ' ἐμοῦ τεθνεῶτος εἰσάξει δίκην.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ὕθλιεῖς. ἄπερρ' οὐκ ἂν διδάξαιμ' ἂν σ' ἔτι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὀτιγὲ τί; καὶ πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Σώκρατες.

783. διδάξαιμ' ἂν Elmsley] -ξάμην codd., quod non praeceptoris est (vid. vs. 877, 929, 1106) sed patris (vid. vs. 1333). Cf. Cobet Var. Lect. p. 310, qui simillimum vitium (προσημαίμην) eadem ratione correxit Xen. Mem. II 5 § 3, et Jebb ad Soph. Antig. 356. Kock mavult οὐ γὰρ διδάξαιμ' ἂν, sed ad hunc verborum ordinem commendandum non satis valet versus quem affert Soph. Ant. 444. — Vulgatae quadamtenus favet forma medialis προῦδιδάξατο Plut. 687 Soph. Trach. 681 obvia. || σ'] om. V.

784. πρὸς τῶν] σπρὸς τῶν R, hinc GHermann σὲ πρὸς coll. Pac. 9 Av. 663 Eccl. 1095 Plut. 1147, melius Bachmann πρὸς τῶν θεῶν σ' ὦ Σώκρατες. Cf. πρὸς σὲ cum gen. Soph. Trach. 436 Eur. Med. 324 Hipp. 605 Phoen. 1665.

777. Si verendum sit ne causa cadas, cum nulli tibi praesto sint testes. Participio παρόντων mente subiungendum est σοι.

780. καλεῖσθαι] nempe ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος τοῦ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ δικαστηρίου ἔχοντος, a thesmotheta qui praestit indicio, Vesp. 824, 830, 1441. Idem quod καλεῖν δίκην est εἰσάγειν δίκην, i. e. *litigantes introducere (introduci iubere)*, vid. vs. 782 Vesp. 826, 840, 842 (Eccl. 983) et infra ad vs. 845.

— τρέχων] idem fere valet quod ἄνυσας (τι) vs. 181 alibi; vid. ad Vesp. 30.

781. Nunc demum seriis verbis usus philosophus aperit quid de molesto hoc nugatore sentiat; vid. ad vs. 757.

782. εἰσάξει] vid. ad vs. 780.

783. ὕθλιεῖς] *nugaris*; cf. Ephipp. fr. 19 τοιαῦθ' ὕθλιων δειπνεῖ καὶ ζῆ. *Nugae aniles* dicuntur γραιῶν ὕθλιοι, vid. Plat. Lys. 221 d Theaet. 176 b Republ. 336 d.

784. ὀτιγὲ τί;] vid. ad vs. 755.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

785 ἄλλ' εὐθύς ἐπιλήθει σύ γ', ἄτ' ἂν καὶ μάθῃς.  
ἐπεὶ τί νυνὶ πρῶτον ἐδιδάχθης; λέγε.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

φίρ' ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; τί πρῶτον ἦν;  
τίς ἦν ἐν ἧ' ματτόμεθα μέντοι τάλφιτα;  
οἴμοι τίς ἦν;

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

790 οὐκ εἰς κόρακας ἀποφθερεῖ,  
ἐπιλησμότατον καὶ σκαιότατον γερόντιον;  
(Senem propellit, dein aversatur.)

## SCENA DECIMA QUARTA.

Strepsiades, Chorus.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

οἴμοι, τί οὖν δῆθ' ὁ κακοδαίμων πείσομαι;  
ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι, μὴ μαθῶν γλωττοστροφεῖν.

785. γ' ἄτ' ] ἄτ' V, τ' R.

786. νυνὶ VR] νῦν alii, δῆ νῦν Cant. duo, δῆτα Cant. unus, δῆ γε multi; δῆ τὸ Meineke, νῦν δῆ Brunck (ut Pac. 5 Av. 923 Thesm. 934 Ran. 410 Plut. 517 (?)), νῦν, τί GHermann, ἦν ὁ Kock, ἐπεὶ τανῦν τί Reisig. — Cf. vs. 825. || ἐδιδάχθης] sic VR, ἐδιδάσκου complures (cf. Thesm. 629 sq.).

788. ματτόμεθα] 'ματτόμεθα nonnulli. || μέντοι] e vs. praecedenti irrepsisse suspicatus Blaydes substituit νυνὶ vel νῦν δῆ, at vid. comment.

785. Cf. vs. 629 sqq.

786. νυνὶ] *postquam e meditalculo te evocavi* εἰς τὸ φῶς.

787—789. Ita lamentatur qui respondere inssus subito memoriae defectu non recordatur rei *tamen* (μέντοι, cf. vs. 329) sibi notissimae. Nos: *wat was het ook weer?* — Miratur scilicet senex quod supellectilis, qua quotidie tamen utatur ad pultem subigendam, ne nomen quidem nunc sibi succurrat.

787. Simillima sunt Mnesilochi ad incitas redacti verba Thesm. 630 φίρ' ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν. Vid. etiam Eubul. fr. 117 *χρησὶ τίς ἦν μέντοι, τίς;* Plat. Phaedr. 236 *d' ὄμνυμι γὰρ σοι — τίνα μέντοι, τίνα θεῶν;* Praeterea cf. Ran. 120,

ubi iteratur quaestio ut h. l.; vid. etiam supra ad vs. 79.

789. οὐκ εἰς κόρακας ἀποφθερεῖ;] eadem verba leguntur Eq. 892; vid. annot. ad Ran. 607 (in qua ἀποφθερεῖτον calami lapsu scripsi pro -ρεῖσθον). — Verbum ἀποφθαρήναι hic = ἐρρῆσαι usurpatum est, ut Eur. Hercul. 1290 οὐ γῆς τῆσδ' ἀποφθαρήσεται; cf. Pac. 500. Item ἐκφθαρήναι Pac. 72, προσφθαρήναι Eccl. 248, ἀναφθαρήναι Av. 916 (ioco amaro pro ἀναφανῆναι dictum), simplex φθαρήναι Plut. 599, 610 Eur. Andr. 708 Demosth. XXI § 139.

791. τί... πείσομαι;] cf. vs. 461.

792. γλωττοστροφεῖν] vid. ad Ran. 892 sq. et cf. Homericum *στροπή δὲ γλώσσ'*



(Ad chorum:)

ἀλλ', ὦ Νεφέλαι, χρηστόν τι συμβουλευέσαστε.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

795

ἡμεῖς μὲν, ὦ πρεσβῦτα, συμβουλευόμεν,  
εἴ σοί τις υἱός ἐστιν ἐκτεθραμμένος,  
πέμπειν ἐκείνον ἀντὶ σαυτοῦ μανθάνειν.

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

ἀλλ' ἔστ' ἐμοί γ' υἱός καλός τε καὶ ἀγαθός·  
ἀλλ' οὐκ ἐθέλει γὰρ μανθάνειν, τί ἐγὼ πάθω;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

σὺ δ' ἐπιτρέπεις;

ΣΤΡΕΨΙΛΛΗΣ.

800

εὐσωματεῖ γὰρ καὶ σφριγᾷ,  
καὶ ἔστ' ἐν γυναικῶν εὐπτέρων τῶν Κοισύρας.  
ἀτὰρ μέτειμί γ' αὐτόν· ἦν δὲ μὴ ἐθέλη,  
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ ἐν τῆς οἰκίας.

795. ἐκτεθραμμένος] εὐ τεθρ. Meineke sine causa.

797. ἔστ' ἐμοί] ἔσται μοι R.

798. ἐγὼ] γὰρ Reiz (ut Lys. 884 Av. 1432 Eccl. 860).

800. τῶν] καὶ V, om. R, του Bachmann (ut Vesp. 181 Av. 512 etc.).

ἔστί βροτῶν, πολέες δ' ἔνι μῦθοι | παντοῖοι,  
Ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα Y 248  
sq. — Contumeliose admodum comicus  
nunc adhibet hoc verbum, vid. Ran. 1308,  
1327 Av. 1694—1705 et ad Ran. 826.

796. μανθάνειν] infinitivus hic est finalis;  
vid. ad vs. 422.

798. ἀλλ' οὐ... γὰρ] cf. Vesp. 318.

— τί ἐγὼ πάθω;] *quid agam?* *ισαὶ καὶ ἰκ ἐρ ἀαν δόεν?* Item Lys. 884 Av. 1432  
Eccl. 860 Plat. Euthyd. 302 d; cf. τί ποιήσω  
Vesp. 318 et de verbi πάσχειν  
usu vid. ad vs. 234 et 340.

799. σὺ δ' ἐπιτρέπεις;] *et tu id ei permittis*  
(ut nihil discat)? — Vid. ad  
Ran. 529.

— εὐσωματεῖ] item Eur. Andr. 765.

— σφριγᾷ] a voce σφρίγος (Hermipp.  
fr. 58<sup>6</sup> σφρίγει βραχιόνων, cf. Eur. Suppl.

478) ductum est hoc verbum, quod proprie *turgere* (*strotzen*) significat (= homericum *σφαραγεῖν* i 440), de florido igitur corporis juvenilis vigore usurpatum; cf. Lys. 80 Plat. Leg. 840 b Eur. Andr. 196. Unde facilis est transitus ad lasciviae effertique animi notionem; cf. equus ille apud Homerum *ἄκοστήσας ἐπὶ φάτῃν*.

800. Iocose nunc εὐπτέρων dicit pro εὐγενῶν. Idem autem est εὐπτερος (quod proprio sensu usurpatum legitur Soph. Oed. Reg. 175 Eur. Ion. 1200, 1203) atque ἀνεπτρωμένος (cf. Av. 1437—1449), i. e. ἐπηρμένος (vid. vs. 42, 810, 1457 Av. 1448 etc.). — Natus nimirum est ferox ille juvenis ἐκ γυναικὸς ἑγκεκοστωμένης; — quicquid significat hoc epitheton, de quo vid. ad vs. 48.

801. ἐθέλη] vid. ad Vesp. 493.

ἀλλ' ἐπανάμεινόν μ' ὀλίγον εἰσελθὼν χρόνον.

(Domum suam abit.)

SCENA DECIMA QUINTA.

Chorus, Socrates.

ΧΟΡΟΣ.

(ad Socratem.)

(Cantus.)

Antistropa (vs. 804—813).

805 ἄρ' αἰσθάνει πλεῖστα δι' ἡμᾶς ἀγάθ' αὐτίχ' ἔξω  
 μόνας θεῶν; ὥς  
 ἔτοιμος ὄδ' ἐστὶν ἅπαντα δοῶν,  
 ὅσ' ἂν κελύγῃς.  
 σὺ δ' ἀνδρὸς ἐκπεπληγμένου  
 καὶ φανεροῦς ἐπηρμένου  
 810 γνοῦς ἀπολάψεις ὅ τι πλεῖστον δύνασαι,  
 ταχέως φιλεῖ γὰρ πως τὰ τοιαῦθ' ἑτέρῃ τρέπεσθαι.  
 (Domum suam intrat Socrates.)

803. Ab interpolatore e vs. 843, cui nimis est similis, confictum esse arbitratu Kock, eo autem deleto nihil esse in huius partis fabulae conexu quod suspitionem moveat iure perhibuit Zielinski. At ne servato quidem versu 803 huius loci oeconomia reprehensione digna est.

805—808. Ad Strepsiadem a choro haec dici (sequentia vero ad Socratem) cum Piccolominio opinatur Römer, pronomine *ὄδε* vs. 807 Phidippidem significari ratus.

811—813. In stropa (vs. 700 sqq.) non est quod his verbis respondeat.

811. γνοῦς] suspectum, γνοῦν Reiske infeliciter. || ἀπολάψεις] -λέψει pauci, -λαύσεις complures, -λαύσαις GHermann, ἀπολόψεις (*degluibes*) Bentley, ἀπολείσεις Blaydes, nisi -λαύσεις sit verum, pro -λάψεις enim -λάψει fuisse dicendum (vid. Pac. 885). Mihi aliquanto gravior videtur quaestio quid ipsum futurum et totum hoc enunciatum sibi velit; vid. comment.

812. φιλεῖ] post ἑτέρῃ collocandum esse suspicor.

813. ἐτέρῃ] ἐτέρως multi. Cf. Ran. 64.

810. ἐπηρμένου] vid. ad vs. 800.

811 sq. γνοῦς — ταχέως] si integra sunt haec verba, recensendus est hic locus inter exempla futuri imperativi loco usurpati, de quibus vid. ad vs. 633; nam manifeste requiritur haec sententia: *fac ut ex illo lucrevis quam plurimum et quam celerrime, dum licet*. Sed quoniam participium γνοῦς molestum est (alia est res vs. 1382), in stropa autem nihil

est quod versibus 811—813 respondeat, veri videtur simillimum gravi vitio hunc locum laborare. Expectatur autem ante futurum particula *ὅπως* (vid. ad vs. 489) vel *εἰ σωφρονεῖς* (*si sapias*) vel eiusmodi aliquid.

811. ἀπολάψεις] *sorbendi* hoc verbum (cf. Ach. 1229 Pac. 885 Eq. 700 fr. 598 Antiphan. fr. 44<sup>4</sup>? Hom. II 161) ita nunc transfertur ut *ἐκφραγεῖν ἐκπιεῖν ἐκροφήσαι* Eq. 698—701.

## SCENA DECIMA SEXTA.

(Strepsiades et Phidippides e sua domo prodeunt.)

Strepsiades, Phidippides.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(filium propellens et vehementer increpans:)

οὔτοι μὰ τὴν Ὀμίχλην ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς,  
ἀλλ' ἔσθι' ἐλθὼν τοὺς Μεγακλέους κίονας.

815

## ΦΕΙΛΙΠΠΙΑΔΗΣ.

ὦ δαιμόνιε, τί χρῆμα πάσχεις, ὦ πάτερ;  
οὐκ εὖ φρονεῖς, μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(cachinnans:)

ἰδοὺ γ', ἰδοὺ, „Δί' Ὀλύμπιον“ τῆς μωρίας,

814. ἐνταυθοῖ] sic V R, ἐνταυθι pauci, quod praefendum esse non recte statuit Elmsley, cui Ach. 152 Vesp. 1442 Ran. 273 obtemperare non debueram (vid. praeterea Thesm. 225 Plut. 1148?). Legitur enim ἐνθουθοῖ (sic) in inscriptione Attica Vi a. C. saeculi (fortasse anni 439) CIA. IV 627 b (= Dittenb. Syll. 13); cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inscr.<sup>2</sup> p. 116<sup>1037</sup>.

816. ὦ πάτερ] πάτερ V.

817. Δία] Δί' οὐ Meineke. Cf. Lys. 24 et ad vs. 884. Iure Blaydes confert loquendi formulas ἀκούετε λεῶ ἐν αὐτίκῃ μᾶλα, quae item ictum in ultimam syllabam admittunt, etiam verborum Δία τὸν Ὀλύμπιον ordinem usu consecratum esse observans.

818. γ', ἰδοὺ] γέ σοι Elmsley coll. Eccl. 136.

814. Filium, qui comoediae initio domum, fortasse etiam lectum suum repetivit (vs. 125), iurgiis nunc et pugnis foras proturbat pater iratus, quemadmodum minatus fuerat (vs. 123). — Simillima sunt verba filii patrem compellantis Vesp. 1442 οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρον ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς, et Mnesilochi irati Thesm. 225 οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητρον ἔτ' ἐνταυθοῖ μενῶ, cf. etiam Plut. 64 οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρα χαίρησεις ἔτι. Adverbio ἐνταυθοῖ (isthic) domum suam, unde ambo modo prodierunt, pater designat.

815. Filius prodigus iubetur abire in malam rem vel ad Megacleum illum, quo nuper tantopere confidebat. „Marmoreas istius avunculi columnas rodas per me liceb'“, ait pater, „πῶν γὰρ ἐμῶν οὐκέτι ἔδει“

(cf. vs. 121 et 1431). — Bona sua qui dilapidavit τὰ πατρῶα κατεδηδοκέαι dicitur (cf. Antiphan. fr. 239 etc.); simplex autem ἔσθιε non significat nunc quod putabat GHermann (coll. Menandri fr. 363<sup>7</sup>): „perde sumtibus tuis“, sed „vescere“, conare inde aliquid detrahere quo fruaris: — fac modo periculum an avunculi clarum nomen et aedes marmoreae tibi quidquam sint profuturæ. Sic Pac. 1115 σὺ τὴν Σίβυλλαν ἔσθιε ad sortilegum famelicum dicit Trygaeus.

816. τί χρῆμα πάσχεις;] vid. vs. 325 et ad Vesp. 206, et de verbi πάσχειν usu ad vs. 340.

818. ἰδοὺ γ', ἰδοὺ, „Δί' Ὀλύμπιον“] vid. ad Ran. 1205.

— τῆς μωρίας] vid. ad vs. 153.

τὸ Δία νομίζειν, ὄντα τηλικουτονί.

ΦΕΙΛΙΠΠΙΑΔΗΣ.

820 τί δὲ τοῦτ' ἐγέλασας ἑτεόν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἐνθυμούμενος

ὅτι παιδάριον εἶ καὶ φρονεῖς ἀρχαϊκά.

ὅμως γε μὴν πρόσελθ', ἵν' εἰδῆς πλείονα,

καὶ σοι φράσω τι πρᾶγμ' ὃ μαθὼν ἀνήρ ἔσει.

ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξεις μηδένα.

ΦΕΙΛΙΠΠΙΑΔΗΣ.

(propius accedens:)

825 ἰδοὺ τί ἔστιν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὤμοσας νῦν δὴ Δία;

ΦΕΙΛΙΠΠΙΑΔΗΣ.

ἔγωγ'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὄρᾳς οὖν ὡς ἀγαθὸν τὸ μανθάνειν;

819. τὸ Valckenaer] τὸν codd.

821. ἀρχαϊκά Anecd. Bekk. 449, 10 Phrynich. 39 Lob.] ἀρχαϊκά codd., item Anecd. Bekk. 22, 3 et 83, 1.

823. τι πρᾶγμ' ὃ GHermann] τι πρᾶγμ' ὃ σὺ VR, πρᾶγμ' ὃ σὺ multi, σὺ om. Mut.

824. διδάξεις duo Flor.] -ξῆς cett.

825. νῦν δὴ] νυνὶ V, νῦν R, νῦν νῆ multi. Cf. vs. 786. || Interrogationis signum in fine versus scripsi auctore Blaydesio.

826. ὄρᾳς οὖν] ὄρα νυν Blaydes.

819. *Puerulorum* scilicet (παιδαρίων vs. 821) est Iovem et Lamiam et Mormonen ceterumque illum γαρῳδιῶν ὑθλον reformidare.

— τὸ Δία νομίζειν] de infinitivi hoc usu vid. ad Ran. 741.

820. τοῦτ'] vid. ad Ran. 748.

— ἐγέλασας] vid. ad vs. 174.

— ἑτεόν] vid. ad Vesp. 8.

821. ἀρχαϊκά] etiam Antiphan. fr. 22<sup>6</sup> usurpatur adiectivum, de quo vid. ad versum nostro simillimum Vesp. 1336.

822. Cf. Herculis temulentī verba ad

ministrum Admeti Eur. Alc. 779: δεῦρ' ἔλθ', ὅπως ἂν καὶ σοφώτερος γίνῃ.

823. ἀνήρ] idem vocis est usus Ach. 77 Eq. 179, 333, 392, 1255 Soph. Oed. Col. 393 Thuc. IV 27 § 5 etc., vid. etiam Vesp. 1185. Idem significat *vir* Ter. Eun. IV 7, 15.

824. Scilicet ταῦτα χρηὶ νομίσαι μυστήρια (vs. 143).

— ὅπως] vid. ad vs. 489.

826. *Ah la belle chose que de savoir quelque chose!*

— ὄρᾳς οὖν ὡς] item ὄρᾳς οὖν ὅτι Plat.

οὐκ ἔστιν, ὃ Φειδιππίδη, Ζεὺς, ἀλλά τις  
Δίνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΑΔΗΣ.

αἰβοῖ, τί ληρεῖς;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἴσθι τοῦθ' οὔτως ἔχον.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΑΔΗΣ.

830

τίς φησι ταῦτα;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

Σωκράτης ὁ Μήλιος,

καὶ Χαιρεφῶν, ὃς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἔχνη.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΑΔΗΣ.

σὺ δ' εἰς τοσοῦτο τῶν μανιῶν ἐλήλυθας,

ὥστ' ἀνδράσιν πεῖθει χολῶσιν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

εὐστόμει,

827. ἔστιν] ἔνεστιν R, ἔστ' ἔτ' Kock probabiliter coll. Thesm 946. Vid. vs. 1470. || ἀλλά τις GHermann] ἀλλὰ τις; codd., Phidippidi perperam haec verba tribuentes, quae aptum integrumque enunciatum non efficiunt; nihil enim in filii ore nunc significat „sed quis est?“ vel „quis igitur est?“ sed rogare deberet: „quis igitur in caelo regnat?“ vel eiusmodi aliquid. Verum vidisse Hermannum clarius etiam apparet coll. vs. 1470 sq., ubi mera echo horum verborum percipitur.

830. ὁ Μήλιος] ΦΕ. ὁ Μήλιος; Ernesti.

832. τοσοῦτο τῶν] τοσοῦτονι Blaydes (ut Eq. 578 alibi), offensus articulo (vid. Soph. Oed. Col. 748 Eur. Med. 371 etc.).

Gorg. 475 e Conviv. 202 d; praeterea vid. ad Ran. 1234.

827 sq. τις | Δίνος] filius quidam Iovis, ὅστις ποτ' ἔστιν οὐτοσί. Vid. vs. 380 sq. cum vicinis (vs. 367 sqq.).

830. ὁ Μήλιος] per errorem ita loqui rusticus est censendus, alterum philosophum ἄθειον cum altero confundens; Melo enim oriundus erat Διαγορας illo propter ἀσβείαν famosus (Av. 1072), de quo vid. ad Ran. 320. Eodem iocandi genere noster usus esse videtur Vesp. 1267, ubi Amynias, qui Pronapis erat filius, ὁ Σέλλου dicitur.

831. Vid. vs. 148 cum vicinis (vs. 144—152) et de Chaerephonte ad vs. 104.

832. τῶν μανιῶν] pluralis sic etiam Pac. 65 Lys. 342 Thesm. 680, 793 usurpatur, item apud tragicos saepius.

833. χολῶσιν] eodem verbo utuntur Antiphanes fr. 89 = Epier. 5 (χολῶν) et Straton fr. 17 (χολῆς). Frequentius eodem sensu dicitur μελαγχολῶν, Av. 14 Eccl. 251 Plut. 12, 366, 903.

— εὐστόμει] cf. Aesch. Choeph. 997 τί νιν προσείπω, κῆν τόχω μάλ' εὐστομῶν; Soph. Phil. 201 εὐστομ' ἔχε. Idem valet εὐφήμει vs. 263 (vid. ad Ran. 354).



καὶ μηδὲν εἶπης φλαῦρον ἄνδρας δεξιούς  
 835 καὶ νοῦν ἔχοντας· ὦν, ὑπὸ τῆς φειδωλίας,  
 ἀπεκείρατ' οὐδείς· πάποτ', οὐδ' ἠλείψατο,  
 οὐδ' εἰς βαλανεῖον ἦλθε λουσόμενος· σὺ δὲ  
 ὡσπερ τεθνεῶτος καταλόεις μου τὸν βίον.  
 ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐλθὼν ὑπέρ ἐμοῦ μάνθανε.

## ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

840 τί δ' ἂν παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις ἄν;

835. ὦν ὑπὸ τῆς] ὄνπερ ὑπὸ Blaydes; vid. comm.

838. καταλόεις μου Blaydes] καταλούει μου codd. (μου καταλούει unus).

840. χρηστόν] om. V.

834. Vid. vs. 105. Cf. etiam chori verba Lys. 1043 sqq. οὐ παρασκευαζόμεθα | τῶν πολιτῶν οὐδέν' ὄνδρες; | φλαῦρον εἰπεῖν οὐδέ ἐν, et Teucri apud Soph. Ai. 1161 sq. ἄφερπέ νυν κάμοι γὰρ αἴσχιστον κλύειν | ἀνδρὸς ματαίου φλαῦρ' ἔπη μυσθουμένου.

835. ὑπὸ τῆς φειδωλίας] *prae sua parsimonia*; articulus in talibus omitti solet, e. g. vs. 164, 855 Ran. 919 et passim, sed tamen nonnunquam additur: ὑπὸ τῆς ὀργῆς Lys. 505 (ὑπ' ὀργῆς Vesp. 1083 Pac. 613 Lys. 1023 Ran. 855), ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, Av. 1284 Plut. 753 (ὑφ' ἡδονῆς Vesp. 272 Pac. 324 Plut. 289, 739), ὑπὸ τοῦ λιμοῦ Pac. 483 (ὑπὸ λιμοῦ Plut. 1174), et constanter in locutione ὑπὸ τοῦ δέου: Ach. 350, 581 Eq. 231 Pac. 933 Av. 87 Eccl. 1062 Plut. 693 (GHermann).

836 sq. Cf. Av. 1282, ubi inter aequalium studia inania recensentur τὸ πεινῆν, τὸ ζυπᾶν, τὸ σωκρατᾶν, et Plut. 85 de Patrocle δς οὐκ ἐλούσατ' ἐξ ὄτουπερ ἐγένετο, magis etiam immundus igitur quam Cleomenes ille Spartiata, qui ἐξ ἐπῶν ἄλουτος dicitur Lys. 280. — Socrates ἄλουτος erat (Av. 1554), i. e. οὐκ ἐθεροουλοῦται, abstinebat a balneis publicis; quapropter obstupuit aliquando sodalis Σωκράτει ἐντυχῶν λελουμένῳ (Plat. Conviv. 174 a). Vid. ad vs. 363.

838. καταλόεις] corripitur paenultima, ut saepius apud veteres; vid. Hom.  $\kappa$  361 h. Ap. 120, Hes. Oper. 747, scolion apud Athen. 695 e ἐν ταύτῃ πύλω τόν τ'

ἀγαθὸν τόν τε κακὸν λόει, Enchir. dict. ep. p. 514. — Non recte Bekker praepositioni eam tribuens vim de qua vid. ad vs. 857, vertit *balneando consumis*. Quod num fieri unquam potuerit Athenis, ubi gratis fere lavabantur, rogare supervacaneum; nam nihil significat nunc καταλούει nisi *eluere*, i. e. *perdere*, *dilatandare*: τὰ παρθᾶ καθεσίεις τοῦ παρθῶς οὐπω τετελευτηκότος. Hinc explicanda sunt verba senis naufragi apud Plautum Rud. II 7, 20 sq. a servo vestimenta sicca flagrantis: *eho an te paenitet, | in mari quom hac noctu elavi, ne hic in terra iterum eluam?* Cui respondet servus: *eluas tu an exungare ciccum non interdum*. Praeterea vid. Trinumm. II 4, 5 *comessum expolium exunctum elutum in balineis* (κατεδίδοται καταπέποται καταμύμωστοι καταλείονται), et Stich. V 2, 21 *volo eluamur hodie peregrina omnia*. — Cf. πλύνει τινά (nostrum *iemand de ooren*) *wasschen, laver la tête, hem doorhalen*, Ach. 381 fr. 200 Diocl. 2 Menandr. 608 Demosth. XXXIX § 11, item πλυνὸν ποιεῖν Plut. 1061, τὸ πῦγμα πέπλυται *res in contentum est adducta* (de *klad is er ingekomen*) Sospater fr. 1<sup>o</sup> Aeschin. III § 178 (Cobet V. L.<sup>2</sup> 225 sq. Pollux VII 38).

839. ὑπέρ] *mea causa, pro me*, quod ἀντί dictum est vs. 796.

840. Cf. Soph. Oed. Col. 391 τίς δ' ἂν τι τοιοῦτ' ἀνδρὸς εὐ πράξειεν ἄν;

— καί] de hac particula *interrogativo* praemissa vid. ad vs. 210; hic eodem

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἄληθες; ὅσαπερ ἔστ' ἐν ἀνθρώποις σοφά.  
 γνώσει δὲ σαυτὸν ὡς ἀμαθῆς εἶ καὶ παγύς.  
 ἀλλ' ἐπανάμεινόν μ' ὀλίγον ἐνταυθοῖ χρόνον.  
 (Festinanter domum denuo intrat.)

## ΦΕΙΛΙΠΠΙΑΔΗΣ.

(secum:)

845 οἷμοι, τί δράσω, παραφρονοῦντος τοῦ πατρός;  
 πότερον παρανοίας αὐτὸν εἰσαγαγὼν ἔλω,  
 ἢ τοῖς σοροπηγοῖς τὴν μανίαν αὐτοῦ φράσω;  
 (Redit Strepsiadēs, altero brachio gallum gallinaceum tenens, altero gallam.)

841. ἔστ' ἐν] ἔστ' V, ἔστιν complures.

843. ἐνταυθοῖ] -θι pauci; vid. ad vs. 814.

845. πότερον] πότερ' ἂν VR; πότερα Brunck (cf. vs. 638), correpta igitur vocis παρανοίας paenultima, no vitium sit metricum. || ἔλω] λέγω V.

officio fungens praemittitur *verbo*, item Pac. 1289 τοῦ καὶ ποτ' εἶ; et in quaestione indirecta ὁ τι καὶ λέξεις infra vs. 1341. Vid. etiam Soph. Ai. 1290 Ant. 772 Oed. R. 1129 Trach. 314 Eur. Alc. 834 Hec. 1064 etc. — Ad Pac. l. l. vHerwerden acute hanc gradationem constituit particularum maiore sensim cum vi interrogantium: τί; τί καί; τί δή; τί ποτε; τί καὶ ποτε; τί δή ποτε;

841. ὅσαπερ ἔστ' ἐν ἀνθρώποις] *quicquid horum est in terris*. Cf. Xen. Ages. VIII § 6 πᾶν τὸ ἐν ἀνθρώποις χρυσίον, Andocid. I § 67 πῶσιν τὴν ἐν ἀνθρώποις ἀπιστοτάτην, Plat. Lys. 211 e τὸν ἄριστον ἐν ἀνθρώποις ὄρνυγα. Saepe genitivus ἀνθρώπων sic subiungitur superlativo: μάλιστα ἀνθρώπων Xen. Rep. Laced. X § 3 Plat. Leg. 629 a etc., item κάλλιστα, ἄριστα, ὀρθότατα, ἀκριτέστατα, ἴμισα ἀνθρώπων, alia, ut latine *minime rerum*. Superlativus omissus est Ach. 1126 sq. ταῦτ' οὐ κατάγειός ἐστ' ἐν ἀνθρώποις πλατύς; — ταῦτ' οὐ πλακοῦς ὄητ' ἐστ' ἐν ἀνθρώποις γλυκύς; ubi πλατύτατος et γλυκύτατος; expectantur; item Plat. Theaet. 170 e τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα παρέχουσιν, Lys. XIII § 73 γράφας τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐγράφετο, Aeschin. I

§ 59 Πιττάλακον ἐμιστίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγὰς, quae idem quod διὰ πλείστα πράγματα, παντοδαπὰς γράφας, παμπολλὰς πληγὰς significant.

845. παρανοίας... ἔλω] turpe apud Platonem Leg. 928 e dicitur πατέρα ὑπὸ νόσον ἢ γήρωι κακῶς διατιθεμένου παρανοίας γράφεσθαι. Per leges tamen licebat παρανοίας ἔλόντι καὶ τὸν πατέρα ὄησαι (Xen. Mem. I 2 § 49). Locutione αἰεῖν παρανοίας utitur etiam Aeschines III § 156. In Δράμασι fabula noster finxit Sophoclem poetam παρανοίας a filio insinulatum (vid. ad Ran. 73). — De re vid. infra vs. 1476 et 1480.

— εἰσαγαγὼν] proprie magistratus litigantes ad tribunal vocantis (i. e. ab apparitore vocari iubentis) hoc est officium, vid. ad vs. 780; sed etiam de accusatore, qui reum in ius vocavit, usurpatur, causali igitur sensu adhibitum.

846. Simillima sunt Bdelycleonis ad patrem multo vino inebriatum verba ποθεῖν ἐρᾶν τ' ἔοικας ὥραιας σοροῦ Vesp. 1365, ubi vid. — Homo, qui sine veste, nudis pedibus, sordidus, vepallidus domum irrupit, dementia senili correptus esse videtur iuveni.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

φέρ' ἴδω, σὺ τοῦτον τί ὀνομάξεις; εἰπέ μοι.

## ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

ἄλεκτρούνα.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

καλῶς γε. ταυτηνὴ δὲ τί;

## ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

ἄλεκτρονόν'.

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἄμφω ταυτό; καταγέλαστος εἶ.

850

μή νυν τὸ λοιπόν, ἀλλὰ τήνδε μὲν καλεῖν  
ἄλεκτρούαιναν, τουτονὶ δ' ἄλεκτροα.

## ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

ἄλεκτρούαιναν; ταῦτ' ἔμαθες τὰ δεξιὰ  
εἶσω παρελθὼν ἄρτι παρὰ τοὺς γηγενεῖς;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

καὶ ἕτερά γε πόλλ'. ἀλλ' ὅ τι μάθοιμ' ἐκάστοτε,  
ἐπελανθανόμεν ἂν εὐθύς ὑπὸ πλῆθους ἐτῶν.

855

## ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

διὰ ταῦτα δὴ καὶ θοιμάτιον ἀπώλεσας;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ἀλλ' οὐκ ἀπολώλεκ', ἀλλὰ καταπεφρόντικα.

847. τοῦτον τί ὀνομάξεις; Mehler (minus recte tamen τίν' scribens, quod correxit Meineke)] τοῦτον (τουτονὶ V R alii) τίνα νομίζεις codd., τουτονὶ τί νομίζεις Reisig. Cf. vs. 848.

848. καλῶς γε] om. V.

855. ἂν... ἐτῶν] τῶν ἐτῶν (om. ἂν) V alii, ἂν... τῶν ἐτῶν R alii.

847—851. Cf. vs. 661—666.

850. καλεῖν] idem infinitivi usus est Thesm. 157 Ran. 133 (ubi vid.) etc.

853. τοὺς γηγενεῖς] cf. Alexid. fr. 108, ubi aliquis filium suum βῶλον ἄροτρον γηγενῆ | ἄνθρωπον dicit, stupidum igitur hominem. *Terrae filii* nunc vocantur sophistae lucifugi, qui ad instar veterum illorum gigantum (Av. 324 Soph. Trach. 1058 Eur. Ion. 987 sq. Phoen. 128 Bacch. 544, 996) Olympiis bellum indixerunt. Cf. Ran. 825.

855. ἂν] vid. ad Vesp. 269.

856—853. Vid. ad vs. 500.

857. καταπεφρόντικα] cf. Ebul. fr. 54 Κόρινθον ἦλθον... | καὶ ἐνταῦθα κατελήρησα τὴν ἐξωμίδα. Praeterea praepositionis κατα- idem est usus in verbis καταμισθοφορεῖν Eq. 1352, κατασιελίξιν Vesp. 911, καταμωραίνειν Antiphan. fr. 239: *meditando, nugando* etc. *absumere*. Alia exempla huius generis dicendi collegit Sobolewski Sent. Condic. p. 73.

## ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

τάς δ' ἐμβάδας ποῖ τέτροφας, ᾧ ἀνόητε σύ;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ὥσπερ Περικλῆς εἰς τὸ δέον... ἀπόλεσα.

860

ἀλλ' ἴθι, βιάδιζ', ἴωμεν· εἶτα τῷ πατρὶ  
πιθόμενος ἐξάμαρτε. καὶ ἐγὼ τοί ποτε  
οἶδ' ἐξέτει σοι τραυλίσαντι πιθόμενος·  
ὄν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον ἡλιαστικόν,

860. εἶτα] εἶτα τί; Reiz, Phidippidi haec tribuens (cf. vs. 347); εἶα Seager.

861. πιθόμενος] πιθ. codd. fere omnes.

862. οἶδ'] inter duas virgulas ponit Kock, cum sequentibus versum coniungens; confert autem Aesch. Pers. 838 Soph. Ai. 560, 938 El. 354 Oed. Col. 1615 (vid. etiam ad vs. 1175). At concedentis vel futura praedictantis est οἶδα (sal' εἶω) ita interpositum, non recordantis. Melius mihi, ut ipsi Kockio, placet quod praeterea proposuit οἶσθ' coll. ὄρα; vs. 355. Infeliciter Piccolomini οὐδ' ἐξέτει. || πιθόμενος] πιθ. codd. fere omnes.

858. ποῖ τέτροφας] quorsum vertisti, quorsum abierunt, quid iis factum est? Cf. Vesp. 665 καὶ ποῖ τρέπεται δῆτ', εἰπέ, τὰ χρήματα ἄλλα; Eccl. 682 τί δὲ κληρωτήρια ποῖ τρέψεις; Anaxandr. fr. 51 τὸν μόνανλον ποῖ τέτροφας;

859. Anno 446 cum Plistonax rex Lacedaemoniorum cum copiis Atticam invasisset et Eleusinem pervenisset, ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ πλεῖον οὐκέτι προελθὼν διὸ δὴ καὶ ἡ φυγὴ αὐτῷ ἐγένετο ἐκ Σπάρτης, δόξαντι χρήμασι πεισθῆναι τῆν ἀναχώρησιν (Thucyd. II 21, cf. I 114 et V 16 § 3). Pericles nimirum cum undique circumventam videret civitatem (vid. ad vs. 211—213), callida fraude id effecit quod vi et armis assequi se non posse intellegebat, χρήμασι διαφθίρας Κλεανδρίδην Πλειστώναντος νέου ὄντος κοιμῆδ' ἰσχυροῦς, testibus Ephoro in scholio et Plutarcho Pericl. 22. Praeturae autem cum deinde deponeret Pericles, εὐθύνας; sive λογισμῶς; διδού; τάλαντα ἑκοσι ἀπλῶς εἶπεν εἰς τὸ δέον ἀνηλωκίνας (schol.; decem talenta numerat Plut. Pericl. 23, quinquaginta Suidas), et cives intellegentes qua de re ageretur illas rationes probarunt. — Etiam Pac. 363 ad notum inter aequales dictum alluditur.

860 sq. Iunge: τῷ πατρὶ πιθόμενος εἶτα ἐξάμαρτε, patri si morem gesseris, dein autem tuo indulgeas per me licebit. Cf. Soph. Phil. 83 sqq. Ulixis ad Neoptoleum verba νῦν δ' εἰς ἀναιδῆς ἡμέρας μέρως βραχὺ | δός μοι σεαυτὸν, κῆρα τὸν λοιπὸν χρόνον | κείλησο πάντων εἰσεξέστατος γρησῶν. — Particula εἶτα, quae ad verbum finitum pertinet, participio nunc praemittitur, ut Lys. 654 εἶτ' ἀναλώσαντες οὐκ ἀντεισφίρετε τίς εισφοράς, Amphid. fr. 36 εἶτα πρὸς θεῶν | οἴνου πολιτῆς ἢν κρατίστου στρόφρος εἶ; cf. etiam Plut. 79 εἶτ' εἰσγας Πλοῦτος ὢν; pro Πλοῦτος ὢν εἶτ' εἰσγας; — Eadem ratione fortasse explicanda est particula ἔπειτα Plut. 1004 ἔπειτα πλουτῶν οὐκέθ' ἤδεται φακῆ (si sincera haec est lectio). Praeterea huc sunt referendi versus quales sunt 1249 Vesp. 1133 Av. 911 Ran. 21, de quibus vid. ad vs. 226. Praeterea vid. ad vs. 624 de particulis (καὶ) ἔπειτα vel εἶτα ex abundantia positus.

862. τραυλίσαντι] cf. vs. 1381. At etiamne sexennes Athenis pueri blaeso ore loquebantur? Immo Alcibiades (vid. ad vs. 46) sic in transitu ridetur; hic enim ἐτραυλίζε (cf. Vesp. 44 sqq.). Vid. etiam ad vs. 873.

863. ἐποίησε μισθοφόρα τὰ δικαστήρια

τούτου ἐπιώμην σοι Διασίοις ἀμαξίδα.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

(invitus cedens patris precibus:)

865 ἦ μὴν σὺ τούτοις τῷ χρόνῳ ποτ' ἀχθῆσει.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

εὖ γ', ὅτι ἐπέισθης.

(Alta voce:)

δεῦρο, δεῦρ', ὦ Σώκρατες,

ἕξειθ'.

(Prodit Socrates.)

ἄγω γάρ σοι τὸν υἱὸν τουτουί,

ἄκοντ' ἀναπέσας.

### SCENA DECIMA SEPTIMA.

Strepsiades, Phidippides, Socrates.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

νηπύτιος γάρ ἐστ' ἔτι,

καὶ τῶν κρεμαθρῶν οὐπω τριβῶν τῶν ἐνθαδί.

868. ἐστ' ἔτι] ἔστιν V R alii.

869. κρεμαθρῶν οὐπω Bentley] κρεμαθρῶν οὐ codd. metro invito, κρεμαστρῶν οὐ malebat Bentley coll. Poll. X 156, sed iure hanc nominis formam Atticae dialecto abiudicat Moeris; γε κρεμαθρῶν οὐ Brunck. Aliquantisper dubitavi an nihil esset mutandum, quoniam etiam rariores voces νηπύτιος et τριβῶν hic occurrunt; nunc tamen reieci eam opinionem, cum nihil horum versuum habeat dictio unde efficias ad imitationem loci alicuius tragici esse conformatos. | ἐνθαδί Meineke] ἐνθαδέ codd.

Περικλῆς πρῶτος [Arist.] Rep. Ath. 27 § 3, unius oboli — ut noster versus luculenter satis testari mihi videtur, licet multi id negarint — mercedem diurnam iudicibus constituens; quam ad triobolum deinde auxit Cleon (vid. Proleg. Vesp. p. XV—XIX).

864. Διασίοις] vid. ad vs. 408; „op de kermis“.

— ἀμαξίδα] puer, cui innatum erat rei equestris studium, ipse sibi currus rudi manu conficiebat (vs. 880); itaque pater mercede iudiciali primum accepta cum gratum facere ei vellet (cf. Vesp.

291 sqq.), non talos non ficus ille efflagitavit, sed verum sincerumque currum.

865. Idem dicit filius vs. 1114, item Pasius creditor vs. 1242 (cui simillimus est Vesp. 1332).

868 sq. Exquisito loquendi genere nunc quoque usus philosophus adhibet voces rariores νηπύτιος infantulus et τριβῶν peritus. Haec etiam Vesp. 1429 legitur, item Herodot. IV 74 Rhés. 625 Eur. Med. 686 El. 1127 Bacch. 717 Cycl. 520; praeterea vid. ad vs. 260.

869. κρεμαθρῶν] vid. ad vs. 218.



ΦΕΙΛΙΠΠΙΑΔΗΣ.

870 αὐτὸς τρίβων εἴης ἄν, εἰ κρέμαϊό γε.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

οὐκ εἰς κόρακας; καταρχᾶ σὺ τῷ διδασκάλῳ;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἰδοῦ „κρέμαϊ“ ὡς ἡλίθιον ἐφθέρξατο

καὶ τοῖσι χεῖλεσιν διερρουηκόσιν.

πῶς ἂν μάθοι ποθ' οὗτος ἀπόφρευξιν δίκης

875 ἢ κληῖσιν ἢ χάνωσιν ἀναπειστηρίαν;

(Secum:)

καίτοι ταλάντου γ' ἔμαθε τοῦτ' Ἰπέρβολος.

872. κρέμαϊ G] κρέμαϊό γ' codd. cett., γε κρέμαϊ Reisig (ut vs. 149, 818 Eq. 87 Lys. 411 Thesm. 205 Eccl. 93, 136). || ἡλίθιον] ἴδιον Meineke, ut κρέμαϊό γ' possit servari (vid. Ran. 890 Aeschin. III § 99 Pherecrat. fr. 145<sup>14</sup>). Adverbium requiri perperam statuit Blaydes.

874. ἀπόφρευξιν] -φρυξιν Dindorf.

876. ταλάντου γ' ἔμαθε τοῦθ' GHermann] γε ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν V R, ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν (om. γε) cett.; Porson ταλάντου τοῦτο γ' ἔμαθ' (ut vs. 1257), Reisig τ. γ' αὐτ' ἔμαθεν, Kock τ. γ' ἔμαθεν αὐτ'.

870. Alteram eamque sermoni quotidianno magis consentaneam vocis τρίβων significationem, *palium detritum* (vid. Vesp. 1122 sqq. alibi) arripiens „ipse“ clamat iuvenis impudens „*tribon fieres si quis te suspenderet!*“ (quod utinam fieret scilicet)! — Verbo κρεμάνυσθαι paullo aliter utitur pater ficus pueris denegans Vesp. 298: οὐκ ἂν μὰ Δι' εἰ κρέμαισθῆ γ' ἔμεις, non dabo, etiamsi laqueo fauces vos videam inserentes! Cum toto autem versu confero mulierculae Apellis opera stupentis verba satis sane mirifica apud Herodam IV 76 sqq. ὁς δ' ἐκείνον ἢ ἔργα τὰ ἐκείνου | μὴ παμφαλῆσας ἐκ δίκης ὀρώρηκεν, | ποδὸς κρέμαϊτ' ἐκείνος ἐν γραφῆς οἴκῳ (nos: *als een natte vaatdoek*).

871. οὐκ εἰς κόρακας] sc. ἀποφθερεῖ; vid. vs. 789 et ad Ran. 607.

— καταρχῆ] vid. ad Ran. 746.

872. ἰδοῦ] vid. ad Ran. 1205.

873. *Fluxis labris, ore vasto* (Quinctil. I 11 § 9, cf. XI 3 § 81) iuvenis imperitus loquitur, non *rotundo* (στρογγύλῳ, fr. 471; cf. κατερρινημένον Ran. 901). Fortasse denuo (ut vs. 862) tangitur Alcibiades

litteram ρ prave pronuncians; idem autem valet *dierruhōs*; quod *ἀνεμῆνος laxus, mollis*; cf. Vesp. 1156 Plut. Mor. 32 f. Opp. σκληρός, ἔντονος (Ach. 666 etc.).

875. χάνωσιν] adiectivum χάνος proprie *laxum* significat, nostrum *los (luch-lig)*, de lana, terra, similibus dictum; vid. Plat. Politic. 282 e, ubi oppositum est *στερεός*, ut *χαυνότης* et *ξηρότης* sibi opponuntur Xen. Oec. XIX 11. Hinc ad mentem humanam translatum valet *vannum, tumidum (loszinnig)*, Av. 819 Plat. Leg. 728 e etc.; verbum autem inde ductum *χαυνοῦν* eodem sensu quo *ἐπαίρειν* et *inflare* (Hor. Sat. II 5, 98) usurpatur, vid. Plat. Lys. 210 e οὕτω χρεῖ τοῖς παιδικαῖς διαλέγεσθαι, ταπεινοῦντα καὶ ουστέλλοντα, ἀλλὰ μὴ χαυνοῦντα καὶ διαθρόπτοντα, item Eur. Andr. 931 Suppl. 412 Itaque *χαυνοπολιται* Ach. 635 dicuntur *ἀλαζόνες*, vid. etiam Ach. 104; nostro autem loco *χάνωσις* *verborum inanem tumidum, tumidum fragorem* indicat.

— ἀναπειστηρίαν] adi. non redit; cf. ἀναπειθεῖν vs. 77 etc.

876. καίτοι...γε] *quamquam sane*. Quo-

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

- ἀμέλει, δίδασθε θυμόσοφός ἐστιν φύσει.  
 εὐθύς γέ τοι παιδάριον ὦν τυννουτοῖ  
 ἐπλαττεν ἔνδον οἰκίας, ναῦς τ' ἔγλυφεν,  
 880 ἀμαξίδας τε σκυῖνας εἰργάζετο,  
 καὶ ἐκ τῶν σιδίω βατράχους ἐποίει πῶς δοκεῖς.  
 ὅπως δ' ἐκείνω τὸ λόγῳ μαθήσεται,  
 τὸν κρείττον', ὅστις ἐστί, καὶ τὸν ἥττονα,  
 ὃς τᾶδ' ἄδικα λέγων ἀνατρέπει τὸν κρείττονα.  
 885 ἔαν δὲ μή, τὸν γοῦν ἄδικον πάσῃ τέχνῃ.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

αὐτὸς μαθήσεται παρ' αὐτοῖν τοῖν Λόγοιν'

878. ὦν] ὄν codd. plerique (cf. Av. 607 Plat. Conv. 191 e Prot. 354 c Herodot. IV 108 etc.), sed huiusmodi attractio vitiosa h. l. mihi videtur. Cf. Plut. 88.

880. σκυῖνας: Naber] σκυῖνας; mss. (cf. Herodot. I 191). Permutata haec adiectiva sunt etiam Antiphan. fr. 122.

883 sq. Prior e vs. 113 est repetitus, alter in codd. compluribus deest; quapropter del. Dobree. Teuffel vs. 882—888 tribuit interpolatori, Bergk delet vs. 884 sq. — Equidem locum genuinum et integrum duco, versum autem 884 propter versus praecedentis exitum similem in codd. quibusdam intercidisse arbitror.

884. Ne ictus incideret in vocis ἄδικα syllabam finalem, Reisig coniecit ὃς τᾶδ' ἀνατρέπει λέγων τὸν κρείττονα, naturalem verborum ordinem sic perturbans. Cf. vs. 817.

886] αὐτὸς παρ' αὐτοῖν τοῖν λόγοιν μαθήσεται Blaydes. || αὐτοῖν] ἀμφοῖν nonnulli.

niam etiam barbarus ille homo „ἐκ τῶν λόγων” (vid. ad vs. 1065) satis disertus e nostra disciplina evasit, de nullo unquam discipulo desperandum esse patet. Particularum harum eadem est vis Ach. 611 etc.

— Ἰπέρβολος] rabula forensis dicitur Ach. 846, ubi primum eius fit mentio. Praeterea de eo vid. nostrae fabulae vs. 624 sq. et ad Vesp. 1007.

877. Θυμόσοφος] redit adi. Vesp. 1280, eadem autem ratione compositum est θυμόμαντις Aesch. Pers. 224.

878. τυννουτοῖ] vid. ad Ran. 139.

879 sq. Sic Dion Syracusanus cum puer seclusus et neglectus viveret, ἀμάξια καὶ λυχνίας καὶ δίφρους ξυλίλους καὶ τραπέζας ἔτεκταινετο ut taedia sua falleret (Plut. Dion. 9).

880. ἀμαξίδας] cf. vs. 864.

— σκυῖνας] artibus igitur forensibus τῶν συκοφαντῶν — nam ad hos alluditur — ingenium ostendens aptissimum. Vid. ad Vesp. 145.

881. σιδίω] γυλαμίνω τῶν ἰσοῶν sive σιδῶν (malorum ruminicorum).

— πῶς δοκεῖς] i. e. mirum quam venuste; vid. ad Ran. 54. Item Arar. fr. 13 Eur. Hipp. 446.

882. ὅπως] vid. vs. 887 et ad vs. 489.

883 sq. Denuo nunc, ut vs. 112 sq. (ubi vid.), rusticus ostendit absurdum in quo versatur errorem, quasi ἥττων λόγος nescio quis sit addiscendus in scholis sophistarum.

885. πάσῃ τέχνῃ] vid. ad Ran. 1235.

886 sq. Simillimus est locus Thesm. 275 sqq.: ΜΝΗΣ. μέμνησο τοῖνον ταῦθ' ὅτι κτέ. — ΕΥΡ. καὶ σπεῦδε ταχέως κτέ., ἐγὼ δ' ἄπειμι (abit deinde Euripides).

ἐγὼ δ' ἄπειμι.

(Abit Socrates.)

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

(alta voce:)

τοῦτό νυν μέμνησ', ὅπως

πρὸς πάντα τὰ δίκαι' ἀντιλέγειν δυνήσεται.

(Proceedunt duo Oratores, alter prisco simplicique cultu alter eleganter ornatus.)

SCENA DECIMA OCTAVA.

Strepsiades, Phidippides, Iustus et Iniustus oratores.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

χῶρει δευρή, δεῖξον σαυτὸν

887. ἐγὼ δ' ἄπειμι (ἀπέσομαι)] Socrati tribuit Beer. Quem nisi sequimur, versu 1105 parum intellegetur cur Strepsiades aut in scena etiam versetur aut eodem temporis puncto cum Socrate redierit. Accedit argumentum ab Heidhusio prolatum, patrem adesse debere colloquio oratorum, ut probe nunc sibi fiat conscius qualibus filium praeceptoribus sit traditurus, et postea ab ipso hoc filio pugnis caesus iustam poenam luere censeatur. || ἄπειμι Bentley] ἀπέσομαι codd.; vid. Thesm. locus in commentario allatus. || νυν] νῦν R unus, γοῦν V et multi, δ' οὖν cett.

888. In R et Cant. 2 sequitur χοροῦ, item olim in aliis teste scholio. Et revera olim intercessisse chori Phidippidem cohortantis breve aliquod canticum, certe coryphaei anapaestos aliquot, quod statuit Westphal, inde efficias quod actori, qui Socratem hactenus egit, alterius statim oratoris erunt partes sustinendae. Quamquam aut parum valet hoc argumentum aut etiam post vs. 1104 aliquid deesse inde apparet, utrobique autem eiusmodi quid intercidissee veri est dissimillimum.

887. μέμνησ' ὅπως] item vs. 1107 Ran. 1520. Idem valet μέμνησο cum infinitivo praesentis iunctum (vid. Eq. 496 sq.); alibi dicitur ὅπως omisso μέμνησο, cf. vs. 882.

889 sqq. In scenam nunc procedunt ambo illi Λόγοι, vel potius Iustus quidam et Iniustus oratores, ille priscam honestamque vivendi rationem commendans, hic recentem magis laudans. Quae fictio spectatoribus absurda nihilo magis potuit videri quam Paupertas e. g. in Pluto fabula declamitans vel mortui Solon Pericles Aeschylus alii inter vivos reducti (vid. Proleg. Ran. p. XII sqq.); Prodicus autem invento, de quo vid. ad vs. 361, in hac fabulae parte elabo-

randa nostrum usum esse optimo iure observavit Ernesti. Quamquam fatendum est comicum perfunctorie nimis hoc loco esse versatum, de probabilitate securum; frustra enim quaesieris quid in Socraticorum meditaculo egerit Λόγος δίκαιος, et ne ἄδικος quidem quomodo inde possit nunc arcessi satis apparet. Alia enim res est cum rusticus pro sua stultitia perhibet εἶναι παρὰ τοῖς φιλοσόφοις duos illos λόγους, alia cum revera ambo e philosophorum domo in medium prodeunt. Vivuntne illic discipulorum gregi intermixti? At hoc absurdum! Et qui fit ut mox ne nosse quidem se videantur invicem? Qui potest Iustus ille in fine altercationis castra

890

τοῖσι θεαταῖς, καίπερ θεράσους ὦν.

ΔΙΚΟΣ.

ἴθ' ὅποι χριζεις' πολὺ γὰρ μᾶλλον σ'  
ἐν τοῖς πολλοῖσι λέγων ἀπολῶ.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

ἀπολεῖς σύ; τίς ὦν;

ΔΙΚΟΣ.

Λόγος.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

ἦτων γ' ὦν.

893. ἦτων γ' ὦν] Iniusto haec continuat Reisig, item (sed omissio γε) Blaydes; non recte, sic enim mire languet participium ὦν cum in interrogantis tum in respondentis verbis collocatum, et perit acumen verborum sequentium τὸν ξμοῦ κρηίττω φάσονται εἶναι.

Soeraticorum petere transfuga, si dudum apud eos habitabat? Ad huiuscemodi quaestiones ipse poeta respondere non potuisset, opinor, quapropter praestat eas non urgere. Hoc tamen certum duco Iniustum oratorem vultu rettulisse notum aliquem virum, in mentem autem venit nomen *Protagorae*, qui ipse *Λόγος*; per derisionem nuncupabatur, quemadmodum *Anaxagoras Νοῦς*; inter aequales audierat; vid. *Aelian. Var. Hist. IV 20, Suid. s. v. Πρωταγόρας*, schol. ad *Plat. Rep. 600 c.* Sed infra multa occurrunt quae efficiunt ut alium virum significari putem. *Euripidem* hunc fuisse fuit cum arbitraret, et identidem redit haec suspicio, at ne sic quidem omnia expedio; vid. ad vs. 891 sq., 913 sq., 922—924. — Id unum perspicere mihi videor, *Hypربولὶ magistrum* intellegendum esse, quisquis fuit ille; vid. ad vs. 1065. Hunc igitur virum ἄδικον cum sene δικαίω — Orbilio opinor aliquo civibus bene cognito — altercantem finxit comicus. — *Chaerephontis* vultum exhibuisse τὸν Ἀδικον putat Beer, quam confidenter reicio opinionem, quoniam ipse *Chaerephon* in fabulae introitu saepius commemoratur et in exitu prodit ipse (vid. ann.

crit. ad vs. 1505). „In gallorum speciem ornatos” fuisse ambos statuebat Welcker ingenio abusus.

891 sq. Scholion perhibet haec adumbrata esse ad *Telephi fabulae Euripideae* verba (fr. 721) ἴθ' ὅποι χριζεις' οὐκ ἀπολοῦμαι | τῆς σῆς Ἑλένης οὐνεκα, quae verba esse *Agamemnonis*, vitae filioli sui *Orestis* a *Telepho* rapti metuentis (vid. ad vs. 922—924), apparet collato altero eiusdem tragoediae fragmento (722): Σπάρτην ἔλαχες, κεινήν κόσμει' | τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίαι.

892. ἐν τοῖς πολλοῖσι] in publico, coram populo. Cf. *Eur. Hipp. 610 τὰ τοι κάλ' ἐν πολλοῖσι κάλλιον λέγειν.*

893. τίς ὦν;] quis igitur es? Alicuius audaciam miratur qui ita rogat; item *Ach. 46 Plat. Gorg. 452 a* οὐ δὲ τίς ὦν ταῦτα λέγεις; *Eur. Androm. 883* ἀτιρ τίς ὦν οὐ πυνθάνει τάδε;

893 sq. Nunc quoque voces *λόγος ἦτων* et *λόγος κρηίτων* non eo sensu, quem eloquentiae praeceptores iis tribuebant (*causa debilior et validior*), accipi voluit comicus, sed *improbam (fallacem)* et *probam (honestam)* argumentandi rationem designant. Item vs. 990; vid. ad vs. 112 sq.

ΑΔΙΚΟΣ.

895

ἀλλὰ σὲ νικῶ, τὸν ἐμοῦ κρείττω  
φάσκοντ' εἶναι.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

τί σοφὸν ποιῶν;

ΑΔΙΚΟΣ.

γνώμας καινὰς ἐξευρίσκων.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

(spectatores manu indicans:)

ταῦτα γὰρ ἀνθεῖ διὰ τουτουσί  
τοὺς ἀνοήτους.

ΑΔΙΚΟΣ.

οὐκ, ἀλλὰ σοφοῦς.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

ἀπολῶ σε κακῶς.

ΑΔΙΚΟΣ.

εἰπέ, τί ποιῶν;

ΔΙΚΑΙΟΣ.

900

τὰ δίκαια λέγων.

ΑΔΙΚΟΣ.

ἀλλ' ἀνατρέψω

ταῦτ' ἀντιλέγων. οὐδὲ γὰρ εἶναι  
πάνυ φημι δίκην.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

οὐκ εἶναι φήσ;

894. ἀλλὰ σὲ νικῶ] σὲ δὲ νικῶσω Blaydes, sine causa futurum postulans coll. vs. 1334, 1445.

897. ταῦτα] καὶ ταῦτα R.

900. ἀνατρέψω] ἀναστρέψω VR vitio aperto (neque enim sensu neque metro verbum -στρέφειν admittitur).

901. ταῦτ'] γ' αὐτὰ R, 'γὼ αὐτ' GHermann.

894. *Te tamen vincere soleo.*

897. *Propter civium scilicet stultitiam ista tua florent.* — Etiam Ran. 954 spectatores ab actore aliquo sic indicantur

digito. Verbum autem ἀνθεῖν nunc ita usurpatur ut χωρεῖν vs. 907, et ταῦτα = τὰ σὰ dicitur etiam vs. 901.

901. ταῦτα] i. e. *ista tua*, ut vs. 897.



## ΔΙΚΟΣ.

φέρει γάρ, ποῦ ἔστιν;

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

παρὰ τοῖσι θεοῖς.

## ΔΙΚΟΣ.

πῶς δῆτα δίκης οὔσης ὁ Ζεὺς

905

οὐκ ἀπόλωλεν τὸν πατέρ' αὐτοῦ

δίσσας;

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

αἰβόϊ' τοντὶ καὶ δὴ

χωρεῖ τὸ κακόν' ὁτε μοι λεκάνην.

## ΔΙΚΟΣ.

τυφογέρον εἶ καὶ ἀνάρμοστος.

903. γάρ] ita collocatum suspectum est Blaydesio, qui φέρει ποῦ δ' ἔστιν vel καὶ ποῦ 'στίν vel ποῦ 'στίν γάρ tentat.

903. Παρθένος ἔστι Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα, quae πᾶρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωυ poenam sumit a mortalibus scelestis (Hes. Oper. 256 sqq.); etiam apud Sophoclem Ζηνὸς ξυνέθορος vocatur Oed. Col. 1381. In universum autem quaecunque perfecta sunt et optabilia „apud deos” esse dicuntur; cf. Av. 603 πῶς ὑγίειαν δώσομεν αὐτοῖς, οὐσαν παρὰ τοῖσι θεοῖσιν; et ibidem 606 πῶς δ' εἰς γῆράς ποτ' ἄφιζονται; καὶ γὰρ τοῦτ' ἔστ' ἐν Ὀλύμπῳ. Olympii enim, ut iustitiae sunt custodes, sic sanitatis longique aevi sunt dispensatores.

905. Ipsae Eumenides hoc argumento utuntur contra Apollinem disceptantes Aesch. Eum. 640 sq.: πατρὸς προτιμῆ Ζεὺς μόνον τῷ σῶ λόγῳ | αὐτὸς δ' ἔδησε πατέρα προεβύτην Κρόνον, saepe autem hoc similibusque argumentis philosophi impugnarunt vulgares de deorum natura notiones (cf. Plat. Rep. 378 b Euthyphr. 5 e), et Euripides multis locis ostendit pertaesum esse fabularum, unde et ipse dramatum suorum ducebat materiam (vid. de Aristophane Euripidis censore p. 26 sqq.).

— τὸν πατέρ' αὐτοῦ] videantur quae ad vs. 515 observavi.

907. χωρεῖ τὸ κακόν] vid. ad Ran. 1018.

— ὁτε μοι λεκάνην] i. e. ταῦτα βδελύττομαι, cf. Ach. 585 sq. τῆς κεφαλῆς ἔνυ μοι λαβοῦ, | Ἴν' ἐξέμισω βδελύττομαι γὰρ τοῦς λόφους, Cratin. fr. 251 (a Polluce X 76 allatum) μῶν βδελυγμία σ' ἔχει; | περὶν ταχίως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω. Plato comicus aliquando (fr. 185) induxit Populum αἰτοῦντα λεκάνην καὶ περὶν ὄπω; ἐμείση, demagogum quendam βδελυττόμενον scilicet.

908. τυφογέρον] vox redit Lys. 335; idem τυρθεανὸς dicitur Vesp. 1364, τυμβογέρον fr. com. adesp. 1172 (τύμβος; Lys. 372), capularis senex, silicernium. Simili autem ratione composita est vox epica ὠμογέρον Ψ 791.

— ἀνάρμοστος] proprie de vestimentis non satis aptis usurpatur adiectivum, hinc ad hominum indolem translatum δύσκολον, molestum, significat; tyrannus ita dicitur apud Herodotum III 80. Conferatur adiectivum inconcinnus apud Horatium Ep. I 18, 6.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

καταπύγων εἶ καὶ ἀναίσχυντος —

ΑΔΙΚΟΣ.

ῥόδα μ' εἴρηκας.

910

ΔΙΚΑΙΟΣ.

καὶ βωμολόχος —

ΑΔΙΚΟΣ.

κρίνεσι στεφανοῖς.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

καὶ πατραλοίας.

ΑΔΙΚΟΣ.

χρυσῶ πάντων μ' οὐ γιγνώσκεις.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

οὐ δῆτα πρὸ τοῦ γ', ἀλλὰ μολύβδω.

911. κρίνεσι] e corr. habet V.

913. μολύβδω R] μολίβδω V et multi.

910—912. Cf. vs. 1328—1330 et leno apud Plautum criminantes se irridens Pseud. I 3, 126 sqq.: *Impudice! — Itast. — Scelestes! — Dicis vera. — Verbero!* | — *Quippini? — Bustirape! — Certo. — Furfifer!* — *Factum optime.* | — *Sociofraude!* — *Sunt mea istaec. — Parricida! — Peryete tu.* | — *Sacrilege!* — *Fateor. — Periure!* — *Vetera vaticinamini* etc.

910. ῥόδα μ' εἴρηκας] *rosarum instar mihi est id quod de me dixisti.* Item vs. 1330, Epilycei fr. 2 μῆλα καὶ ῥόδας λέγεις.

— βωμολόχος] vid. ad Ran. 358.

911. κρίνεσι] cf. metaplasti dativi δένδρεσι et κλάδεσι (Av. 239).

912. χρυσῶ πάντων] *καταχρυσῶν με* (EccI. 826), *χρυσόπαστον* (Herodot. VIII 120 etc.) *με ποιῶν.* Cf. Plut. 268 ὃ χρυσὸν ἀγγελίας ἐπῶν Significat igitur χρυσῶ πάντων *id in aliquem conicere quod omnium rerum gratissimum sit et pretiosissimum.* Vid. Plaut. Asin. I 3, 3 *quae tu in nos dicis, aurum atque argentum merumst.* Ver-

bum etiam infra sic usurpatur vs. 1330: *πάντε πολλοῖς τοῖς ῥόδοις*, et Eq. 502 *στεφανοῖς κατάπαστος*; dicitur victor qui coronis undique ab admiranti multitudine in se coniectis obruitur.

913 sq. Alluditur hoc loco ad rem aliquam nobis ignotam. Quos versus si satis intellegeremus, responderi posset ad id quod nunc frustra quaeritur: cur Telephi Euripidei vs. 921—924 fiat mentio et saepius ad illam tragoediam alludatur in vicinia; simul autem sciremus, opinor, quemnam hominem ὁ ἄδικος Ἄδωτος repraesentaverit; vid. etiam ad vs. 1022 et 1065. Versum 913 non licet reddere *olim plumbo potius quam auro te ornare visus essem haec praedicans* (Dindorf Blaydes), nam mente suppleri posse *ἔπαττόν σε ἄν* haud quaquam probat versus ad quem provocatur EccI. 390; quod si voluisset Iustus, *οὐκ ἄν πρὸ τοῦ dixisset* procul dubio, ut senex supra vs. 5, misere autem langueret istiusmodi dictum. Omnino igitur ita vertendus est

ΔΙΚΟΣ.

νῦν δέ γε κόσμος τοῦτ' ἐστὶν ἐμοί.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

915 θρασὺς εἶ πολλοῦ.

ΔΙΚΟΣ.

σὺ δέ γ' ἀρχαῖος.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

διὰ σ' οὐ φοιτῶν οὐδεὶς ἐθέλει

τῶν μειρακίων

καὶ γνωσθήσει ποτ' Ἀθηναίους

οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνοήτους.

ΔΙΚΟΣ.

920 αὐχμεῖς αἰσχροῶς.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

σὺ δέ γ' εὖ πράττεις.

καίτοι πρότερόν γ' ἐπτώχευες,

916 sq. Iniusto continuat Reiske (sed nisi servetur δέ fieri id nequit).

916. σ' οὐ GHermann] σέ (sic V) aut σέ δέ (sic R) aut σέ δὴ codd. metro invito (cf. Av. 1753). || φοιτῶν] post hoc verbum aliquid excidisse putat Bergk, verbo enim φοιτῶν addi solere loci quo itare soleant iuvenes indicationem; sed vid. comm.

918. καὶ γνωσθήσει] καὶ om. V R et multi, γνωσθήσει τοι GHermann, ὡς γνωσθήσει Fritzsche (perperam).

vs. 913 ut iubet ars grammatica: *olim certe non auro ornare te solebam (vel solebant) sed plumbo*; sed aptam sententiam hinc efficere nequeo, et multo etiam minus ex Iniusti responso: *nunc vero decori hoc est mihi*, quid enim pronomine τοῦτο nunc indicetur me latet; malo autem tacere quam nihil dicere. — Auri et plumbi eadem est oppositio in Simonidis fr. 64 παρὰ χρυσὸν ἐφθόν | ἀκηρατον οὐδὲ μόλυβδον ἔχων et Cratini fr. 318 φαίνεσθαι χρυσῆν, κατ' ἀγροῦς; δ' αὖθις αὐ μόλυβδίνην.

915. πολλοῦ] vid. ad Ran. 1046.

916. φοιτῶν] nempe *ad meam scholam*. Verbum etiam vs. 938 absolute usur-

patur, sensu *scholam visendi*, φοιτῶν εἰς διδασκάλου (Eq. 1235), item Demosth. XVIII § 265 ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων, magister eras tu, ego discipulus. Eq. 988 fartoris condiscipuli dicuntur οἱ παῖδες οἱ ξυνεφοίτων.

920. αὐχμεῖς] *squales, sordes*, i. e. *neglexeris*. Cf. Ulixis ad patrem verba ω 249 sq. αὐτόν σ' οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει, ἀλλ' ἄμα γῆρας | λυγρὸν ἔχει σ' αὐχμεῖς τε κακῶς καὶ ἄφεικία φέσαι. — Opponentur sibi αὐχμεῖν (proprie *arere*, cf. αὐχμός vs. 1120 Plut. 840) et λιπῶν (v. l. Hom. τ 72), αὐχμηρός et λιπαρός (vid. Eq. 536 et ad vs. 300). Verbum apud nostrum occurrit etiam vs. 442 Plut. 84.

Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων,  
ἐκ πηριδίου  
γνώμας τρώγων Πανδελετείους.

ΑΔΙΚΟΣ.

925

οἷμοι σοφίας —

ΔΙΚΑΙΟΣ.

οἷμοι μανίας —

ΑΔΙΚΟΣ.

ἦς ἐμνήσθης.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

τῆς σῆς, πόλεώς θ',

ἦτις σε τρέφει

λυμαινόμενον τοῖς μειρακίοις.

925 οἷμοι (bis) V] ὄμοι R et plerique; cf. vs. 1476. Kock olim ἄγαμαι (cf. Av. 1744 Plat. Euth. 276 d).

925 sq. ὄμοι (ὄμοι V) μανίας. — ἦς ἐμνήσθης] sic V R, ordine inverso codd. ceteri. Kock deletis verbis ἦς ἐμνήσθης coniecit ὄμοι σοφίας — ὄμοι μανίας — τῆς σῆς — πόλεως ἦτις σε τρέφει. || ἐμνήσθης] ἐμνήθης Meineke.

922—924. Telephum Euripideum in Acharnensibus suis deridendum propinavit noster facetissime; inde igitur novimus tragici huius herois pannos et sportulam et cetera. Nemepe Graeci cum Troiam navigantes a via aberrassent et in Mysiae oras essent delapsi, Telephus Mysiae rex, Hercules ex Auge filius, ad naves eos reppulit, sed ipse in proelio ab Achille vulneratus est. Cuius vulneris medicinam cum nullam inveniret, oraculum Delphicum consulit; a quo cum responsum esset ὁ τρώσας λάσεται, callida fraude Telephus usus mendici habitu Aulidem venit, quo Achivi re infecta se receperant hiematum, ibique Agamemnonis filiolum Orestem e cunis abreptum cum interfecturum se minaretur nisi sibi mederentur Achivi, Achilles vulnus sanavit robigine de hasta sua Peliade derasa, Telephus autem Troiam Achivos deduxit. — Sed quid nunc sibi velit tragicae huius personae mentio non assequor (vid. ad vs. 913

sq.). Nam minime sufficit observasse Euripidem dignitati scenae tragicae parum consulentem suis heroibus saepe tribuisse verba soccata, aliave eiusmodi; prorsus autem nescimus quid sint γνώμαι Πανδελετέιοι, ipsosque veteres id ignorasse testantur scholia, nisi quis putat verba „ὁ Πανδέλετος τῶν περὶ τὰ δικαστήριά ἐστι διατριβόντων συκοφαντῶν” aliud esse quidquam nisi explicationem nullius pretii ex Aristophanis aut Cratini (fr. 242) verbis effictam. Neque apparet cur rabula mendicis dicatur vesci sententiolis e pera sua expromtis, certe hic quoque nihil proficimus collato scholio: „ἀντί τοῦ εἰπεῖν ξηροῦς ἄρτους γνώμας καίνάς ἐπεν.” Paulo plus prodest Dicaeopolidis dictum Ach. 447 οἶον ἦδη ῥήματων ἐμπίπλαμαι. Etiam Vesp. 462, 511, 1167 fr. 151 possunt conferri.

928. λυμαινόμενον τοῖς μειρακίοις] iuvenes corruptentem, iuventulis perniciem, λωβόμενον τοῦς νέους (Plat. Protag. 318 e Men. 92 a). Dativo nunc addito indicantur ii

## ΔΙΚΟΣ.

οὐχὶ διδάξεις τοῦτον Κρόνος ὦν.

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

930 εἴπερ γ' αὐτὸν σωθῆναι χροί,  
καὶ μὴ λαλιὰν μόνον ἀσκῆσαι.

## ΔΙΚΟΣ.

(ad Phidippidem:)

δεῦρ' ἴθι, τοῦτον δ' εἶα μαίνεσθαι.

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

κλαύσει, τὴν χεῖρ' ἦν ἐπιβάλλης.

## SCENA UNDEVIGESIMA.

Eidem, Chorus.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

935 πάνσασθε μάχης καὶ λοιδορίας.  
ἀλλ' ἐπίδειξαι σύ τε τοὺς προτέρους  
ἄτ' ἐδίδασκες, σύ τε τὴν καινὴν  
παίδευσιν, ὅπως ἂν ἀκούσας σφῶν  
ἀντιλεγόντων κρίνας φοιτᾶ.

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

ὄρα ἂν ταῦτ' ἐθέλω.

929. οὐχί] ἢ σύ...; Dobree dubitanter. || τοῦτον] om. V R.

932. δ'] om. pauci.

935. ἐπίδειξαι] dubitanter -ξον (ut vs. 748) Blaydes coll. vs. 368.

quibus imminet periculum, item apud comicum ignotum fr. adesp. 381 τοῖσιν δὲ καρποῖς ἢ πᾶχνη λυμαίνεται, Xen. Hell. II 3 § 26 εἴ τις λυμαίνεται ταύτη τῇ καταστάσει, VII 5 § 18 αὐτὸς λελυμασμένος τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ. Sed frequentius accusativum hoc verbum adsciscit: Eq.] 1284 Av. 100, 1080, et sic saepe apud alios, item compositum διαλυμαίνεσθαι, vid. ad Ran. 59.

929. Κρόνος] vid. ad vs. 398.

930. εἴπερ γε] vid. ad vs. 251.

931. λαλιὰν...ἀσκῆσαι] vid. vs. 1394 et ad Ran. 954.

932. εἶ] in unam syllabam hic imperativus contrahitur etiam Eccl. 784 Soph.

Ant. 95 Soph. Oed. R. 1451 Oed. C. 1192, et Thesm. 64, 176 ita pronunciantum esse intellegimus; cf. Πηλῆα Ran. 863. Ran. 1243 vero in verbis εἶα αὐτὸν soni -a et au- in unum conflunt.

933. Male mulcaberis si manu contingere eum coneris. Cf. Cratin. fr. 277 τὴν χεῖρα μὴ ἐπιβάλλε, μὴ κλάων κάθῃ, Lys. 439 εἴ τᾶρα... ταύτη μόνον | τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς ἐπιχεσεῖ πατούμενος. Idem est προσφέρειν τὴν χεῖρα Lys. 471.

935. ἐπίδειξαι] vid. ad vs. 748.

938. φοιτᾶ] nempe παρὰ τὸν ἔτερον διδάσκαλον. De absoluto hoc verbi φοιτᾶν usu vid. ad vs. 916.



ΑΔΙΚΟΣ.

καὶ ἔγωγ' ἐθέλω.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

940 φέρε δὴ, πρότερος λέξει πρότερος;

ΑΔΙΚΟΣ.

τούτῳ δώσω

κατ' ἐκ τούτων ὧν ἂν λέξῃ

ῥηματίοισιν καινοῖς αὐτὸν

καὶ διανοίαις κατατοξεύσω.

945 τὸ τελευταῖον δ', ἦν ἀναγρούξῃ,  
τὸ πρόσωπον ἔπαν καὶ τὸ ὀφθαλμῶ

κεντούμενος, ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηγῶν,

ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται.

ΧΟΡΟΣ.

(Cantus.)

Stropha (vs. 949—958).

νῦν δελξέτον τὼ πισύνω

940. Sic unus R (sed πρότερον); in V est φέρε δὴ τίς λέξει πρότερος ὑμῶν, sic aut πρότερον complures, φέρε τίς λέξει πρότερος (-ον) ὑμῶν multi, item sed omisso ὑμῶν nonnulli. Glossema τίς ὑμῶν pronomini πρότερος superscriptum erroris causa exitit.

945. ἀναγρούξῃ] -ξῃ V R.

948. ὑπὸ τῶν γνωμῶν] τῶν γνωμίδων Meineke, ne iteretur praepositio, iungens igitur: κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηγῶν τῶν γνωμίδων. Cui adstipulatum esse Cobetum suspicor, hic enim in eiusmodi dictis praepositionem non ferebat et in Platonis praesertim textu passim delevit; vid. Var. Lect. p. 164, Hartman de Emblematis in Platonis textu obviis p. 111. Nostro tamen loco iungere licet: ἦν ἀναγρούξῃ, ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται, κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηγῶν.

940. πρότερος... πρότερος] *uter... prior*. Horum comparativorum iuncturam non displicuisse Graecis apparet etiam Eccl. 1082 Soph. Trach. 947 Hom. Γ 299 Plat. Leg. 712 c Dem. VII § 37 etc.

943 sq. Adi. καινοῖς νοῖς, *insolitis*, quod de iis quae admirationem faciunt solet usurpari, non solum ad ῥηματίοισι *verbulis* (cf. Ach. 444 Eq. 216 Pac. 534 et ad Ran. 942) nunc pertinet sed etiam ad διανοίαις, *inventis*, ut vs. 547 et Vesp. 1044. Similis est structura Pac. 750.

944. κατατοξεύσω] *confodiam* (Thuc. III 34). Eadem imagine Theodorus apud Platonem Theaet. 180 a cum Socrate confabulans utitur de philosophis Hera-

cliteis, quorum ἑάν τινα τι ἔρη, ὥσπερ ἐκ φρεσίνης ῥηματίοισι αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσιν. Cf. verbum ὑπερτοξεύειν *superandi* sensu usurpatum Ach. 712 (ut ὑπερακοντίζειν Plut. 665) et ἐκτετοξεύσθαι *absumentum* esse Plut. 34.

947. Cf. Philocleonis sodales excitantis verba Vesp. 432: εἰα... σφήκες, οἱ μὲν..., | οἱ δὲ τῷ ὀφθαλμῶ ἐν κύκλῳ κεντεῖτε καὶ τοὺς δακτύλους.— Ἀνθρηγῆαι sunt *crabrones* (Arist. Hist. An. IX 40).

949. νῦν δελξέτον κτέ.] eodem verbo Eq. 334 ad certamen (τὸν ἀγῶνα) ineundum incitatur fartor: νῦν δελξόν ὡς οὐδὲν λέγει τὸ σωφρόνως τραφῆναι. Vid. etiam Vesp. 528.

- 950 τοῖς περιθιξίουσιν  
 λόγοισι καὶ φροντίσι καὶ  
 γνωμοτύποις μερίμναις,  
 ὀπότερος αὐτοῖν λέγων  
 ἀμείνων φανήσεται.
- 955 νῦν γὰρ ἅπας ἐνθάδε κίν-  
 δυνος ἀνεῖται σοφίας,  
 ἧς πέρι τοῖς ἐμοῖς φίλοις  
 ἔστιν ἄγων μέγιστος.

## SCENA VIGESIMA.

Eidem.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

- 960 ἀλλ', ὦ πολλοῖς τοὺς πρεσβυτέρους ἤθεσι χρηστοῖς στεφανώσας,  
 ὄηξον φωνὴν ἤτινι χαίρεις, καὶ τὴν σαυτοῦ φύσιν εἰπέ.

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν, ὡς διέκειτο,

953 sq. ὀπότερος — φανήσεται] non respondent verbis antistrophis, suspectum autem esse αὐτοῖν nec non λέγων. Bergk ἀμείνων πότερος φανήσεται. Sed verba antistrophica cum aperte corrupta sint, textum utrobique refingere nimiae videtur audaciae.

954. φανήσεται] γενήσεται V.

955. ἐνθάδε] ἐνταῦθα Brunck (vid. vs. antistrophus 1030).

956. σοφίας] -α Blaydes dubitanter.

960. σαυτοῦ] αὐτοῦ V, αὐτοῦ R.

961 sq. Priorem colo, posteriorem virgula claudunt Piccolomini Kähler.

952. γνωμοτύποις] adiectivum redit Ran. 877, ubi vid.; haec est ars illa τοῦ γνώμην γνώμη πατάξαι (vs. 321).

— μερίμναις] *studiiis*; vox redit vs. 420 et 1404. Vid. ad vs. 101.

953. λέγων] i. e. ἐν τοῖς λόγοις. Item vs. 1211, 1334, Vesp. 1470 τί γὰρ ἐκεῖνος ἀντιλέγων οὐ χρηίτων ἦν; i. e. ἐν τίνι γὰρ ἀντιλογία ἐκεῖνος οὐ χρηίτων ἦν;

955 sq. κίνδυνος ἀνεῖται] insolite dictum esse iure suo observat Kock. Nam πάντα κάλων ἐξίεναι (Eq. 573) quid sit novimus, artis autem navalis est cum haec locutio tum quae ei opposita est ὑπέσθαι τινι (vid. ad Ran. 1220); etiam ἀνίεναι τῆς ὀργῆς (vid. ad Ran. 700) et similia facile intelleguntur, itaque κίνδυνον ἀνίεναι

significare debet *remittere periculum*, κίνδυνος ἀνεῖται *periculum remissum est, evanuit*. At contextus cogit nos ut vertamus: *certamen sapientiae inicitur, sapientia in ultimum discrimen adducta est*.

957. τοῖς ἐμοῖς φίλοις] *Iuivusto*.

958. ἄγων] vid. ad Ran. 884.

959. στεφανώσας] *ornandi* sensu hoc verbum etiam a Pindaro usurpatur Ol. I 100 στεφανώσσαι κείνον ἐπιπύ νόμῳ | Αἰοληίδι μολπῆ | χρῆ. Item στέφειν apud Homerum ὄ 170 θεός μορφὴν Ἔπεισι στέφει et 175 ἀλλ' οὐ φοι χάρις ἀμφὶ περισσέφεται Ἔπέεσσι.

960. ὄηξον φωνήν] vid. ad vs. 357.

961. Simillimum Saturni (vel quisquis illic loquitur) est exordium apud Tele-

ὄτ' ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων ἤνθουν καὶ σωφροσύνη ἐνενομίστο.  
 πρῶτον μὲν ἔδει παιδὸς φωνὴν γρύξαντος μηδὲν ἀκοῦσαι  
 εἶτα βαδίζειν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εὐτάκτως εἰς καθαριστοῦ

965 τοὺς κωμῆτας γυμνοὺς ἀθρόους, καὶ κριμνώδη κατανίφοι.

963. παιδὸς φωνήν] φωνὴν παιδὸς; codd. nonnulli.

965. κριμνώδη] κριμνώδη V alii; apud Suidam utraque lectio explicatur, tertia (nullius pretii) κριμνώδη est in codd. compluribus et in schol. Vict. commemoratur.

olidem (fr. 1) aevi aurei felicitatem enarraturi: λέξω τοῖνυν βίον ἐξ ἀρχῆς ὃν ἐγὼ θνητοῖσι παρῆγον.

962. Severa pristinorum temporum disciplina etiam apud Plautum Bacch. III 3, 16 sqq. celebratur.

— σωφροσύνη] cf. Plat. Charmid. 159 b, ubi iuvenis rogatus quid sit σωφροσύνη respondet τὸ κομῶδες [πάντα πράττειν] καὶ ἡσυχῇ ἐν τε ταῖς ὁδοῖς βαδίζειν καὶ διαλέγεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὡσαντῶς ποιεῖν καὶ μοι δοκεῖ συλλήβδην ἡσυχιότης τις εἶναι ὃ ἐρωτᾷς. Cui mox demonstrat Socrates quam vitiosa et inanis sit haec definitio.

— ἐνενομίστο] suo sibi pretio aestimabatur. De verbo νομίζω vid. Plat. Gorg. 466 a, b et ad vs. 248 sq.

963. Pueris ne multire quidem licebat. Itaque Autolycus puer, quem pater Lyco prisco more educandum curaverat, cum coenae, qua ipsius celebrabatur victoria, accumberet et mensis remotis commissatio esset instituta, interrogatus aliquid tribus verbis respondit ἀπερὸ θριάσας, ceteri autem conviviae ἦσθησαν ὅτι ἤκουσαν αὐτοῦ φωνήσαντος (Xen. Conv. III § 12). De Lacedaemoniorum pueris idem testatur Xenophon Rep. Laced. III § 5: ἐκείνων ἦτον μὲν ἂν φωνὴν ἀκουσίας ἢ τῶν λιθίνων, ἦτον δὲ ἂν ὄμματα μεταστρέψειας ἢ τῶν χαλκῶν, αἰδημοεστερούς δὲ ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων. Vid. etiam \*Lucian. XXXVIII § 44.

— γρύξαντος] vid. ad Ran. 913.

964 sqq. οἱ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν πατέρων νίεις γράμματά τε καὶ καθαρίζειν καὶ παλαίειν καὶ τῆν ἄλλην ἀγωνίαν ἐπαιδεύοντο (Plat. Theag. 122 e). Haec igitur παρὰ

τοῦ γραμματιστοῦ καὶ τοῦ καθαριστοῦ καὶ τοῦ παιδογίβου ἐμάνθανον (Plat. Protag. 312 b), aetatem autem his studiis aptam sic definit Plato Leg. 809 e: εἰς μὲν γράμματα παιδὶ δεκαετῆ ὀχρόν ἐπιαντοῖ τρεῖς, λύρας δὲ ἄρπασθαι τρία μὲν ἔτη καὶ δέκα γεγονόσιν ἄρχεσθαι μέτριος ὁ χρόνος, ἐμμείναι δὲ ἔτερα τρία (vid. ibid.—112 e). — Litterarum studium praeter legendi et scribendi artes etiam artem carmina memoriter recitandi complectebatur, musica artem ad lyram canendi (vid. Plat. Prot. 325 d—326 b).

964. ἐν γὰρ νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων | εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀρρῦθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς, ut apud Alexidem (fr. 263) dicit aliquis, addens hoc τοῖς χωρμένοις δόξης τιν' ὄγκον et κόσμον τῷ βίῳ φέρειν.

965. τοὺς κωμῆτας] pueros qui in eodem urbis vico (κόμῃ) habitabant, vicinos; cf. Plat. Leg. 794 a. Femininum κωμῆτις legitur Lys. 5.

— γυμνοὺς] i. e. μονοχίτωνας. Opponitur ἐντετυλιγμένος (pallio involutus) vs. 987.

— καὶ κριμνώδη κατανίφοι] etiamsi nix caderet tam densa ut farina aerem diceres repletum; κριμίνα enim sunt τὰ ἄσφρα ἄλφρατα, ut dicit Galenus in lex. Hippocr.; vid. Herod. Mimiamb. VI 4 sqq. herae iratae ad tardiolem ministram verba: λίθος τις, οὐ δούλη, | ἐν τῇ οἰκίῃ κεῖσ'· ἀλλὰ τᾶλφιτ' ἦν μετρίω, | τὲ κριμν' ἀμιθρεῖς (singula frustula numeras, dan tell gij de korrels). — Conferri potest Nicophontis fr. 13 νιφίτω μὲν ἀλφίτοις, | ἠρακιζέτω δ' ἄρτοισιν, εἴτω δ' ἔντει, | ζυμὸς δὲ τῶν ὁδῶν κυλινθεῖτω κρία κτέ., ubi farinae (pultis) abundantia nivī assumulatur, ut nostro loco nix abundans farinae

εἶτ' αὖ προμαθεῖν ἕσμ' ἐδίδασκεν, τὼ μὲν μὴ ξυνέχοντας,  
ἢ „Παλλάδα περσέπολιν δεινάν“ ἢ „τηλέπορον τι βόαμα“,  
ἐντειναμένους τὴν ἀρμονίαν ἣν οἱ πατέρες παρῆδωκαν.

966. αὖ] ἄν Kock coll. vs. 977. || ἐδίδασκεν] -ζε V, Bücheler -σκον (1. pers.) coll. vs. 935 et 986 sq.

968. ἐντειναμένους] ἐντηρομένης V, ἐντυναμένης R, hinc GHermann ἐντειναμένης (sc. τῆς κισθῆρας), ἐντεινόμενος Bücheler (vid. ad vs. 966).

966. προμαθεῖν] vid. ad vs. 476.

— ἐδίδασκεν] nempe ὁ κισθαριστής.

— ξυνέχοντας] *cohibentes, comprimentes*; cf. Vesp. 95 (Lys. 1265). Idem magis etiam perspicue vs. 983 dicitur τὼ πόδε ἐτελλάξ ἴσχειν.

967. Afferunt initium carminum quorundam obsoletorum, quae olim in omnium ore fuerant, ut Phrynichi poetae tragici illud Σιδώνιον ἄστυ λιπόντες, quod Philocleoni eiusque sodalibus in deliciis erat (Vesp. 220 et 269), vel Simonidis carmen ἐπέξασθ' ὁ Κρυῖος οὐκ ἀεικείως; Strep-siadi adamatum (Nub. 1356).

— Παλλάδα κτέ.] initiales huius carminis versus afferuntur in scholiis: Παλλάδα περσέπολιν, δεινάν θεῶν ἐργεκόδομον, | ποικιλήσω πολεμαδόκον, ἀγνάν | παῖδα Διὸς μεγάλου δαίμοσιπποι (δαμόσιππων ἄστον παρ-θένον schol. Aristid. III 537). Quae autem in scholio praemissa leguntur verba corrupta sunt, sed [hoc quoque loco, ut alibi passim, e codice V recuperari etiamnunc potest verum. In quo codice haec leguntur: ἀρχὴ ζῆματος φησὶ ὡς Ἐρατοσθένης; Φρύνιχος; δὲ αὐτοῦ (l. αὐ) τοῦτου τοῦ ζῆματος μνημονεύει ὡς Λαμπροκλέους ὄντος. Aperto vitio haec laborant. Quid igitur? Sequimurne Ravennatam alio ordine verba exhibentem et Phrynichi nomen iterantem: ἀρχὴ ζῆματος Φρύνιχου, ὡς Ἐρατοσθένης; φησὶ Φρύνιχος δὲ κτέ.; Minime! merae enim nugae sic nascuntur, quae multa viris doctis negotia facessiverunt. Sed in voce ΦΗCIN latet nomen proprium: scribatur ἀρχὴ ζῆματος

ΦΗCΙ — ἀρχὴ ζῆματος Σησιχόρου, ὡς Ἐρατοσθένης. Cf. Eupolidis fr. 139 ad vs. 1357 sq. allatum) et 361. Et

revera fuisse qui *Stesichori* hoc esse carmen perhiberent etiam ante hanc meam emendationem notum erat e scholiis ad Aristidem, ubi haec leguntur III 537: Παλλάδα περσέπολιν εἶδος δὲ τοῦτο ζῆματος; καὶ ἀρχή. τὸν δὲ ποιητὴν αὐτοῦ Ῥούφος καὶ Λουῦσιος ἰστοροῦσιν ἐν τῇ Μουσικῇ Φη-νιχόν τινα, ἄλλοι δὲ φασὶ Λαμπροκλία ἢ Σησιχόρον (vid. Bergk Poet. Lyr. ad Lamproclis fr. 1). Nunc intellegimus Eratosthenem *Stesichoro*, recentiores *Lamprocli* tribuisse hoc carmen. *Phrynicho* vero poetae melico quod olim a quibusdam fuit adscriptum, id mero errori, quem correxisse supra mihi videor, tribuo equidem; multoque minus etiam probo Bergkii opinionem, duo carmina, alterum *Lamproclis* alterum *Phrynichi* poetae melici, quae exordium haberent simillimum, extitisse autumantis.

— τηλέπορον τι βόαμα] καὶ τοῦτο μέλους ἀρχὴ φασὶ δὲ μὴ εὕρισκασθαι δτου ποτ' ἐστίν, ἐν γὰρ ἄποσπάσματι ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ εὗρεν Ἀριστοφάνη. τινὲς δὲ φασὶ Κυδίου τινὸς Ἐρμιονέως; „τηλέπορον τι βόαμα λύρας“. σημαίνει δὲ τηλέπορον ὄρθον (l. ὄρθιον) τι καὶ ὑψηλόν. — In his scholii verbis nomen *Κυδίου*, quod aliunde ignotum est, in *Κυδίου* mutavit Bernhardt, quoniam *Cydias* poeta melicus commemoratur Plat. Charm. 155 d et Plut. Mor. 931 e; vid. Buttman apud Heindorfium Dial. Plat. I p. 67. Sed fortasse probabilior est Nauckii ratio *Κηδείδου* et hic in scholio scribentis et in textu poetae infra vs. 985, ubi vid. ann. crit.

968. *Utelens* τῇ δωρικῇ ἀρμονίᾳ, quam Terpander imprimis excoluerat (vid. ad vs. 971 et ad Ran. 1298 sqq.), prae qua praecis civibus — e quorum numero



969 εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ', ἢ κάμψειν τινα καμπήν,  
971 οἷας οἱ νῦν τὰς κατὰ Φρῦνιν ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους,  
ἐπειριζέτο τυπτόμενος πολλὰς, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων.

970 αὐτὸς δεῖξας ἐν 9' ἁρμονίας χιάζων ἢ σιφνιάζων,

970. Perperam e Suida s. v. χιάζειν huc inseruit Valckenaer Diatr. Eur. p. 221.

971. δυσκολοκάμπτους] -κάμπτας; V.

972. ἐπειριζέτο] ἐνεργ. Meineke.

erat Aristophanes — sordebat delicatissima quaeque artis recentioris inventa, illa enim μόνη Ἑλληνική esse iis videbatur (Plat. Lach. 188 d; unde suum lumen accipiunt Eq. 985—996). Neque aliter indicabat Plato; vid. ad Ran. 1314 et 1328, Cic. Leg. II 15 § 38 sq.

— ἐντειναμένους] cf. Aeschin. II § 157, ubi Demosthenes ἐντεινάμενος ταύτην („istam quam nostis") τὴν ὀξείαν καὶ ἀνόσιον φωνὴν de sortis quaedam iniquitate coram iudicibus conquestus esse dicitur, et Plat. Rep. 536 c, ubi Socrates *ridicule* — inquit — *oblitus sum non serio nos agere sed ludere potius, itaque μᾶλλον ἐντεινάμενος εἶπον.* Est igitur utrobique ἐντεινασθαι τὴν φωνὴν *voce intentiore uti*; nostro vero loco significat: *uti modis quos fecit is qui poetae versus ἐνέτεινεν εἰς τὰ καθαρίσματα (citharrae adstrinxit)*, cf. Plat. Protag. 326 b Phaedon. 60 d etc.

969. βωμολοχεύσαίτο] i. e. *si iocis trivialibus indulgeret aliave ratione seriis intermisceret iocularia*; vid. Isocrat. VII § 49 et ad Ran. 358.

— κάμψειν τινα καμπήν] *vocis modulationibus et flexionibus a dorica harmonia athenis priscam modorum severitatem moliret*; cf. Pherecratis fr. 145 (partim ad vs. 971 partim ad Ran. 153 allatum), et mox vs. 971 adi. *δυσκολοκάμπτος*. Praeterea vid. supra vs. 333 Thesm. 53, 68 et ad Ran. 1327.

971. τὸ ὄλον ἢ κατὰ Τέρπανδρον καθαροδία καὶ μεχρὶ τῆς Φρῦνίδος ἡλικίας παντελῶς ἀπλή τις οὔσα διετέλει, ut scribit Plutarchus de Mus. 1133 b. At Φρῦνις — ipsa Musa ait apud Pherecratem (fr. 14514—16) — ἴδιον σφόδριον ἐμβαλὼν τινα | κάμπτων με καὶ στρέφων ὄλην διέφθορον,

ἐν ἑπτὰ χορδαῖς δώδεχ' ἁρμονίας ἔχων, docterior igitur ipso Cinesia (de quo vid. ad Ran. 153) unoque Timotheo Milesio praeferendus; σφόδριον autem quem dicit Musa, non chori saltationem aliquam intellego sed delicatas mollesque modorum musicorum flexiones, quas καμπάς noster modo dixit (*roulades*). Timotheus autem (fr. 9 apud Plut. Mor. 539 c, cf. Pollux IV 66) de Phrynidem aemulo aliquando haec praedicavit: *μακάριος ἦσθα, Τιμόθεε, κάρουξ ὅτ' εἶπε. „νικᾷ | Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος τὸν Κάμωνος" τὸν ἰωνοκάμπταν, i. e. Phrynidem Canonis filium fractis artis Ionicae modulationibus abulentem.* De quo epitheto vid. ad vs. 333.

— δυσκολοκάμπτους] i. e. *δυσκόλοις κάμψαι, difficiles inflexu*; vid. ad vs. 969. 972. ἐπειριζέτο] vid. ad Ran. 571.

— πολλὰς] sc. *πληγὰς*, quae vox omititur etiam Av. 1018 *ἐπίκεινται γὰρ ἐγγὺς αὐταί*, Xen. Anab. V 8 § 12 *τούτων ἀνεκράγον ὡς ὀλίγας παύσεις*, Soph. El. 1415 *παύσον εἰ σθῆνεις διπλήν*, Plat. Leg. 854 d *μαστιγωθείς ὀπίσθας ἂν δόξῃ τοῖς δικασταῖς*, 879 e *ῥσας ἂν αὐτὸς πατάξῃ τοσαύτας δόντες*, alibi. Addita legitur Pac. 644 *τὰς πληγὰς ἄς ἐτύπτετο*, Ran. 636 *οὐ τύπτει τὰς ῥσας πληγὰς ἐμοί*, etc.

— ἀφανίζων] ita corrumpens ut sui dissimiles fierent et veluti ex hominum conspectu evanescerent. Quod ἀποβαλεῖν μουσικήν dicitur Ran. 1493, vid. etiam Ran. 1309. Praeiverat Alcman „τὰν Μῶσαν καταύσεις" (ἀντὶ τοῦ ἀφανιεῖς) dicendo teste Eustathio ad Od. 1547, 60. Cf. Thucyd. VII 69 § 2, ubi Nicias suos ad ultimum rerum discrimen adductos obtestatur *τὰς πατρικὰς ἀρετὰς μὴ ἀφανίζεω*. Vid. etiam ad vs. 542.



- ἐν παιδοτρίβου δὲ καθίζοντας τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι  
 τοὺς παῖδας, ὅπως τοῖς ἔξωθεν μηδὲν δεξιέειαν ἀγεννές·  
 975 εἴτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνισταμένους ξυμφῆσαι καὶ προνοεῖσθαι  
 εἰδῶλον τοῖσιν ἐρασταῖσιν τῆς ἡβῆς μὴ καταλείπειν.  
 ἡλείφατο δ' ἂν τοῦμαφοῦ οὐδεὶς παῖς ὑπένεργθεν τότ' ἂν, ὥστε  
 τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς, ὥσπερ μήλοισιν, ἐπῆνθει.

973. καθίζοντας] -ντ (-ντος) V. || τὸν μηρὸν] τῷ μηρῷ Blaydes coll. vs. 966, 988, at molestissimus hic foret corporis habitus humi sedentibus.

974. \*ἀγεννές] ἀπηνές codd., quae neque attica est vox neque huic sententiae apta, saevum enim sive immitem significat. Litterae ΑΙΓΕΝΝΕΣ abierunt in ΑΙΗΝΕΣ. Blaydes ἀηδές, ἀεικίς, ἀναιδές tentaverat.

975. πάλιν] κόνιν Bücheler. || ἀνισταμένους] -μενον VR (cf. vs. 989). || προνοεῖσθαι VR] -ῆσαι plerique. Cf. Eq. 421, 801.

976. ἐρασταῖσιν Toup] -ταῖς codd.

977. ἡλείφατο] ἡλείφετο Cobet coll. vs. 966, 980 sq. Av. 520. Utrumque recte dicitur, sed aoristum hic aptiorem duco; vid. comment.

973—976. In palaestra autem pueri πολλὴν πρόνοιαν εἶχον εὐσχημῶς καθέζεσθαι, ut Euripidis versu utar notissimo (Hec. 569): *cura uis erat partes velare legendas*. Cavebant igitur ne incomposite humi consistentes — non enim ἐπὶ βάθρων, ut ἐν γραμματιστοῦ vel ἐν κισσαριστοῦ (Plat. Protag. 325 e), illic sedebant — indecorum adspectum praebarent τοῖς ἔξω, amatoribus aliisque, qui extra palaestram consistebant, ut animi causa eorum exercitia spectarent eminus, quoniam illuc introitus non patebat (vid. Aeschin. I § 10—12). Itaque non subducebant genua pueri, ut inconcinuus ille senex in Vesparrum fabula (vs. 1211), sed altero crure sub clunibus inflexo alterum *promittebant, protendebant* (cf. Lys. 987 Ran. 201, Tyr. fr. 15 λαῖ μὲν ἔγυν προβάλεσθε), et cum surgebant arenam manu vel pede modeste complanabant. Sic apud Diphilum (fr. 51) *ἐξανίσταται* nescio quis τὸν ἀμφιτάπητα συστορέσας, ne imago cubantis in eo appareret, idemque praecipitur apud Iamblichum Pyth. Adh. 29.

974. δεῖξειαν] cf. Eccl. 91.

— ἀγεννές] i. e. ἀνελεύθερον, δουλοπρεπές, *indecens*, homine liberaliter educato indignum. Contrarium est *σεμνόν*. Vid. Pac.

748 βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ et Plutarchi verba ad vs. 992 allata et quae ad Ran. 179 observavi.

975. αὖ πάλιν αὖθις] iunctae hae particulae apud nostrum alias non reperiuntur, sed cf. Sôph. Philoct. 952 αὖθις αὖ πάλιν εἶσοιμι, Eur. Hel. 932 πάλιν μὲ ἀνάξουσ' εἰς τὸ σῶφρον αὖθις αὖ.

— ξυμφῆσαι] *complanare* sc. *χυλνερem*; facile mente suppletur obiectum.

— προνοεῖσθαι] redit verbum Eq. 421, 801.

977. *Ea aetate non facile puer quispiam in animum sibi induxisset ut (aliquando) etiam inferiora corporis sibi inungeret*. Nempē pudor tunc temporis obstabat quominus pudenda coram aliis nudarentur. — Aoristum in huiusmodi enunciatis saepius usurpatur, vid. Eq. 572, Nub. 1382, 1385 Pac. 647 Lys. 511 sq. Ran. 911, 924 Plut. 982—986, 1013, 1180 sqq., et addita negatione (ut h. l.) Eq. 574 Ran. 927, 948. Imperfectum significaret *nullus puer solebat... inungi*. Plusquamperfectum adhibitum est Lys. 517.

978. Cutis tenella, nullo unguento infecta nullaue strigile abrasa, malorum granatorum vel cydoniorum lanuginosam superficiem (cf. Theocrit. XXVII 48 Verg.

- οὐδ' ἂν μαλακὴν φρουσάμενος τὴν φωνὴν πρὸς τὸν ἔραστὴν,  
 980 αὐτὸς ἑαυτὸν προαγωγέων τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐβάδιζεν.  
 οὐδ' ἀνελέσθαι δειπνοῦντ' ἐξὴν κεφάλαιον τῆς ἄφανιδος,  
 οὐδ' ἄννηθον τῶν πρεσβυτέρων ἀρπάζειν οὐδὲ σέλινον,

979. φρουσάμενος] φρουσάμενος V.

980. ἐβάδιζεν] -ζα; V.

981. ἀνελέσθαι] ἂν ἐλέσθαι VR et plerique; correxit Elmsley coll. Ach. 810 fr. 44. || κεφάλαιον τῆς] Blaydes infelicitèr coniecit καὶ φυλλεῖον (coll. Plut. 544 Plat. fr. 171) vel ἂν κεφάλαιον vel κεφάλαιόν τι, offensus articulo; at vid. comm.

982. ἄννηθον Dindorf] ἄνηθον VR, ἂν ἄνηθον plerique metro invito; nam in attica dialecto produci primam vocis syllabam docet Thesm. vs. 486. Cf. schol. Nic. Theriac. 650, Bekk. Anecd. p. 403.

Ecl. II 51) referebat. Simillima de puellae corpore dicuntur Eccl. 901—903.

— ὄροσος] ex asse h. l. respondet Germanicum *duft*.

— ἐπὴνθε] cf. Homericum ἐπανήνοθε B 219 de Thersita: φοῶς ἐπὴν κεφαλὴν, φεδνὴ δ' ἐπανήνοθε λάχνη. Praeterea vid. Theocr. XX 21 κάλλος ἐπὴνθε, infra vs. 1174 τοῦπιχώριον ἀτεχνῶς ἐπανθεῖ, vs. 1027 τοῖς λόγοις σῶφρον ἄνθος ἔπαστιν, vid. etiam Vesp. 1065 Eccl. 13 etc.

979. μαλακὴν φρουσάμενος τὴν φωνὴν] *mollī fraetaque voce loquens*; adiectivum *μαλακὴν* vert. ὥστε *μαλακὴν γίνεσθαι*. Cf. poeta apud Persium I 17 sq., qui lasciva carmina sua recitaturus *liquidum plasmate* (i. e. voce flexibili, *πεπλασμένῃ*) *guttur mobile colluit, patranti* (i. e. libidinose circumlato) *fractus oculo*, quod deinde vs. 35 dicitur *eliquare et tenero palato verba supplantare*. — Aviculae *μαλακὴν γῆρην* *ἰέναι* dicuntur Av. 233. Verbum *φρουᾶν*, quod cum verbo *φρούειν polluere* non est confundendum, proprie significat: quae sicca et solida sunt admixto liquore *macerare* (*weeken*); e. g. Thuc. III 49 § 3 οἶνον καὶ ἔλαιον ἄλφιστα *πεφουραμένα*. Hinc transfertur Av. 462: *προπεφουραταὶν λόγος εἰς μοι, ὃν διαμάττειν οἱ κωλύει* (item Thesm. 75): nempe farina cum macerata esset, dein pinsebatur (*ἐμύττειτο*).

980. *προαγωγέων*] cf. Vesp. 1028. — Gravissimae poenae lege praestitutae

erant εἴ τις ἐλεύθερον παῖδα ἢ γυναῖκα *προαγωγέου* (Aeschin. I § 14).

981. ἀνελέσθαι] *aufferre, sumere*, ut Ach. 810 fr. 44.

— *κεφάλαιον*] *frustulum e raphani superiore parte, τῆ κεφαλῇ* (cf. Vesp. 679 Plut. 718 fr. 255), *recisum*. Voce utitur etiam Callias fr. 3 *θύνονου κεφάλαιον* (*een koptsoof*), item Amphid. fr. 35 *γλαυκινιδίου κεφάλαια καὶ λαβρακίου | τεμάχια*, Sotades 1<sup>5</sup> *γλαύκου φέρον κεφάλαια παμμεγέθη δύο*. Occurrit etiam Ran. 854. — Inferiora raphani pueris fuisse destinata, utpote minoris pretii minusve acerba, hinc efficio.

— *τῆς ἄφανιδος*] constanter fere apud veteres Athenienses raphanum, ut apud nos caseum, coenantibus fuisse appositum articulus testatur. Nempe ὄρον hoc erat vilissimum, vid. Amphid. fr. 26 ὅστις ἀγοράων ὄρον... | ἐδὸν ἀπολαύειν ἰχθύων ἀληθινῶν,] *ἄφανιδας ἐπιθυμῆι πρῆσθαι, μαινεται, raphanos si quis orsonii loco praefert, cum veris piscibus* — hi enim ὄρου nomine designari solebant — *licet frui, delirat*. — Etiam Plut. 544 Phoe. recr. fr. 175 Eupol. 312 Antiphan. 275 huius oleris fit mentio, vid. Athenaeus p. 56 sq.

982. ἄννηθον... σέλινον] haec quoque herbae, quantumvis viles et ieiunae, olim nonnisi senioribus concedebantur. *Anethum* commemoratur etiam Thesm. 486 loco festivo, et simul cum σελίνῳ Eubul. fr. 36. De *selino* autem vid. Vesp. 480.

οὐδ' ὄψοφαγεῖν, οὐδὲ κηλίξειν, οὐδ' ἴσχειν τὸ πόδ' ἐναλλάξ.

### ΔΙΚΟΣ.

ἀρχαῖά γε καὶ Διπολιώδη καὶ τεττίγων ἀνάμεστα,

984. καὶ τεττίγων] τεττίγων (om. καὶ) V.

— τῶν πρεσβυτέρων ἀπαΐζειν] *surripere seniores*. Genitivi idem est usus Ach. 1160 Pac. 1118 Eccl. 866.

983. ὄψοφαγεῖν] vid. ὄψοφάγος in probris usurpatum Pac. 810 et ad Ran. 1068.

— κηλίξειν] *furtim cachinnare, submissa voce ridere* (*gicchelen, kichern, to titter*), significat igitur τὸν λεπτόν καὶ ἄκοσμον γέλωτα, qui κηλισμός; dicitur infra vs. 1073; cf. Photius s. v., Bekk. Anecd. p. 271, et cognatae originis verbum καχλάζειν (*καχάζειν* Eccl. 849). „*Olim*“, chorus ait fr. 333, „*Cratetis simplices ioci mirum quantos cachinnos ciebant*“, ἐκηλίζοντο. „*Puellae, quibus aurem praeebo, κηλίσδοντι πᾶσαι*“, Cyclops dicit Theocr. XI 78. Inanis vero sonorum similitudo effecit ut a voce κίγλη (*turdus*) quidam repetentes hoc verbum *epulari* interpretarentur, quale verbum linguae indoles ne fert quidem; Kockium autem huic interpretationi fidem etiamnunc habere miror, quem in errore abrupit Ar. fr. 333 (vid. supra), ubi ἐκηλίζετο non verendum est *edebatur* sed *ridebatur*.

984. ἀρχαῖά γε] item Vesp. 1336, ubi vid.

— Διπολιώδη] ut supra Saturni vs. 398, sic nunc Iovis dies festus commemoratur ad vetustissimum quidque indicandum. Nempe ipse Iuppiter δμνύμενος γελοῖός ἐστι τοῖς εἰδόσιν (vs. 1241), meris igitur cachinnis digna iam videntur τὰ Διπόλεια (Pac. 420), quae in honore obsoleti huius numinis die XIV m. Scirophorionis celebrabantur, etiam Βουφόνια (infra vs. 985) dicta a ritu quodam, ex Erechthei aetate repetito, quem multos ex Aristophanis aequalibus sine risu adspicere vix potuisse quis miretur! Taurus nimirum ad aram Iovi Πολιεῖ in arce sacratam deducebatur, in qua iacebant fruges; quas comedere cum coepisset, a Iovis

sacerdote securi percutiebatur utpote sacrilegus, deinde vero securi parricidae igni atque aqua interdicebatur. — Praeter scholia ad h. l. et ad Pac. 420 conferantur Theophrastus allatus a Porphyrio de Abstin. II 29, Pausan. I 24 § 4, 28 § 11, Aelian. Var. Hist. VIII § 3, Hezych. s. v. βουφόνια, Suid. s. v. Θαύλων.

— τεττίγων ἀνάμεστα] cicada ex ipso terrae gremio feraci gigni credebatur; huius igitur animalculi (de quo vid. etiam ad vs. 1360) imago aptissima visa est Atticae incolis ad ipsorum originem significandam; non enim peregre in illam regionem pervenerant, ut Dorienses homines, sed ταύτην τὴν χώραν ἐξ ἡσπερ ἔφρουσαν τροφον εἶγον, αὐτόχθονες ὄντες (Isoer. IV § 24 XII § 125, Plat. Menex. 237 b, Lys. II § 17, Eurip. fr. 362; cf. Herodot. VII 161, Xen. Comment. III 5 § 12, Plat. Criti. p. 23 d). Itaque olim Athenienses, priscum Ionum morem secuti, χρυσῶν τεττίγων ἐνέροσι κρόβυλον ἀνεδοῦντο, quem ornatum Asius ita descripsit in versibus apud Athenaeum 525 f servatis: χαῖται δ' ἠωρεῖντ' ἀνέμω χρυσέοις ἐνὶ δεσμοῖς, | χρυσεῖαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν (l. ἐπ' ἡσῶν?) τέττιγες ὤς, praeterea vid. Heraclides ibid. 512 c κορύμβους ἀναδοῦμενοι τῶν τριγῶν χρυσοῦς τέττιγας περὶ τὸ μέτωπον καὶ τὰς κόρυμβας (sic Birt pro κόμας) ἐφόρουν, et de Homeri locis huc pertinentibus Helbig Hom. Epos<sup>1</sup> p. 162—170 (praesertim p. 169, 11). Hunc autem morem haud ita diu ante suam aetatem in desuetudinem abiisse scribit Thuc. I 6 § 3. Inter marathonomachos igitur etiam vigerat (cf. vs. 986, Aelian. Var. Hist. IV 22); quapropter in fine Equitum fabulae Demus, qui Paphlagone abacto respuit pristinumque vigorem recuperavit, in scenam procedit τεττιγοφόρος, ἀρχαίφ' οὐχ.

985 καὶ Κηκίδου καὶ Βουφονίων.

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

ἀλλ' οὖν ταῦτ' ἐστὶν ἐκεῖνα,  
 ἐξ ὧν ἄνδρας μαραθωνομάχους ἢ ἐμὴ παιδείουσις ἔθρεψεν.  
 σὺ δὲ τοὺς νῦν εὐθύς ἐν ἱματίοις προδιδάσκεις ἐντετυλίχθαι  
 ὥστε μὴ ἀπάργεσθ' ὅταν, ὀρχεῖσθαι Παναθηναίοις δέον αὐτούς,

985. Κηκίδου] Κηκίδου Nauck coll. Phot. 160, 19: Κηκίδης διθυράμβων ποιητῆς ἀρχαῖος et Etym. M. 166, 4: παρετάθησαν διὰ τῆς εἰ διυθόγγου... Κηκίδης κτέ., item UKöhler; Κυκίδου schol. ad vs. 967 (ubi vid.).

986. μαραθωνομάχους] -χας V ut Ach. 181 (?), cf. Ach. 570 τερχομάχας (sed ibi dictio est lyrica). Res dubia.

987. ἱματίοις προδιδάσκεις Mut. 1] -οισι διδάσκεις cett. caesura vitiosa. Cf. Vesp. 568 Av. 600 Calliae fr. 5 (Plat. fr. 153).

ματι λαμπρός (vs. 1331). Itaque prisca illa instituta τετιγῶν ἀνάμεστα, cicadis *oppleta* nunc dicit Iniustus eodem sensu quo Socrates senem supra vocavit βεκεσελήγον (vs. 398). De adiectivo ἀνάμεστος vid. ad Ran. 1084; etiam Eupol. fr. 16 ita invenitur usurpatum: πολλῶν σφυράδων ἀταμίστη, item Demosth. XXV § 32 ἄνθρωπος μισρός καὶ πατρικῆς ἔχθρας πρὸς τὸν δῆμον ἀνάμεστος.

985. Κηκίδου] διθυράμβων ποιητῆς πάνυ ἀρχαῖος· μέμνηται δὲ αὐτοῦ Κρατῖνος; ἐν Πανόπταις (schol.). Quod quominus de nihilo fictum esse statuamus Cratini mentio obstat; fortasse tamen Cratinus nomine quidem huius hominis aequalibus suis notissimo usus fuerat, nihilo tamen magis quam Aristophanes nostro loco indicaverat quinam esset Cecides ille. Et ne de ipso quidem eius nomine constat, nam Κηκίδου fortasse est scribendum (vid. ann. crit. et ad vs. 967); Saturni autem vel Evandri aequalem fuisse suspiceris potius quam Pindari vel Terpantri.

— Βουφονίων] vid. ad vocem Λιπολιώδη vs. 984.

— ἀλλ' οὖν] *al... certe*. Item vs. 1002 Vesp. 1129, 1190 Av. 1408 Thesm. 710 Aesch. Prom. 1058 etc.

— ταῦτ' ἐστὶν ἐκεῖνα] vid. ad Ran. 318.

986. μαραθωνομάχους] eodem epitheto

prisci homines designantur Ach. 181; vid. etiam Ach. 697 sq. Eq. 781, 1334 Vesp. 711 Thesm. 806 Ran. 1296 fr. 413, prae ceteris vero venusti de „vespis Atticis” versiculi Vesp. 1071—1090.

987. εὐθύς... ἐντετυλίχθαι] i. e. εὐθύς εἰς διδασκάλου φοιτῶντας ἐντετυλιγμένοι ἔχειν τὸ σῶμα, inde a prima pueritia *rallio corpus involvere*, cum olim pueri sola tunica induti, qua domi utebantur, per plateas hiemali quoque tempore processissent, vid. vs. 965. Verbum ἐντετυλίχθαι etiam Plut. 692 et Diocl. fr. 13 (et in Novo Testamento, Matth. XXVII 59 Luc. XXIII 53 Ioh. XX 7) obvium cohaeret cum voce *τύλη culcita*, quam e Sapphone affert Herodianus *περὶ μον. λεξ. 39: ἐγὼ δ' ἐπὶ μαλθακάν | τύλαν σπολιῶ μελέα*. — Cf. part. ἐγκεκορδυλημένος supra vs. 10.

— προδιδάσκεις] vid. ad vs. 476.

988 sq. Pueri, qui semper ita cuticulam suam fovissent, frigoris erant impatientissimi et artubus suis libere uti nesciebant; quapropter fuit qui Panathenaeorum ludis, cum pyrrhicha saltanda esset (cf. Ran. 153 Lys. XX § 1 Plat. Leg. 796 *b, c*) armis ὑπ' ἀγυμνασίας praepeditum ventumque aegre ferens — nudi enim tunc saltabant clipeo hastaque armati — clipeo ventrem horrentem protegeret. — Simillimae sunt Aeschylus Dionysique querelae Ran. 1087—1097.



τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων ἀμελῆ τῆς Τριτογενείας.

- 990 πρὸς ταῦτ', ὃ μειράκιον, θαρρῶν ἐμὲ τὸν κρείττω Λόγον αἰροῦ·  
καὶ ἐπιστήσει μισεῖν ἀγορᾶν καὶ βαλανείων ἀπέχεσθαι,  
καὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι, κῆν σκόπητῃ τίς σε, φλέγεσθαι·

989. κωλῆς] ψωλῆς; Brunck coll. Av. 560. Vid. vs. 1018. || τῆς Τριτογενείας] τις Τρ. GHermann dubitanter, προέχων' ἀμελοῦντες Τρ. Blaydes. In vulgata singularis ferri vix potest. Idem vitium in codd. obtinet Vesp. 553 sq., 565. || Τριτογενείας] -ης; V R alii (cf. vs. 614 Eq. 763).

992. κῆν] κῆν codd.

988. ἀπάγχεσθαι] proprie suffocari (vs. 780, 1385, simplex Vesp. 1039 etc.), hinc *angere animo*, item Archiloch. fr. 69 οὐ γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεο. Cf. Vesp. 686 ὁ μάλιστα μ' ἀπάγχει, Ach. 125 ταῦτα δὴ εἴ' οὐκ ἀγχόνῃ, Aeschin. II § 38 τοῦτο δ' ἄρ' ἦν ἀγχόνῃ [καὶ λύπῃ] τούτων, vid. etiam Eur. Bacch. 246 ταῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἐπάξια; — Idem valet πνίγεσθαι vs. 1036, ubi vid.

989. Singularis pro plurali neglenter admodum usurpatus, item Lys. 1119, ubi Lysistrata postquam τῶν Λακωνικῶν mentionem fecit, addit ἦν μὴ διδῶ τὴν χεῖρα κτέ. — Thesmoph. 798 transitus a plurali numero ad singularem facilius excusatur, neque suspicionem movent Ran. 1075 Eccl. 420, 665, 670; omni autem offensione carent Pac. 640 Eccl. 302, correcti sunt Vesp. 553, 565.

— τὴν — προέχων] abdomen protento clipeo tegens, προέχων = προβαλλόμενος (vid. ad vs. 973—976). Vox κωλῆ redit vs. 1018.

— τῆς Τριτογενείας] *Palladis*. Quod cognomen epicum (Hom. *I* 515 © 39 X 183 γ 378) etiam Eq. 1189 Lys. 347 occurrit, cum ipsa autem pyrrhicha (curetum saltatione) Cnoso repetendum nunc videtur.

990. πρὸς ταῦτα] proprie significat: haec omnia quae modo dicta sunt cum respicias (*demgemäss*), eadem autem praepositioni πρὸς nunc inest comparationis institutendae notio atque in locutionibus qualis est Lys. 860: ληρός ἐστι τᾶλλα πρὸς Κινησίαν. Itaque imperativo addi-

tum *concludentis* est πρὸς ταῦτα, saepe autem adversarii argumenta vel minas *contemnentis*: *proinde, quae cum ita sint, ut sic adde τοῦδ' ἔχοντος* et similia apud tragicos, Soph. Ai. 904 etc.; vid. ad Vesp. 927. Item πρὸς τᾶδε (Pac. 305).

— τὸν κρείττω Λόγον] vid. ad vs. 893 sq.

991. „Juveni a foro et balneis ceterisque locis publicis” e. g. *καπηλείας*, Isocr. VII § 48 sq. — „abstinendum esse „intelleges si meis consiliis obtemperaveris”. — *In foro garrire* (στοιμύλλειν vs. 1003) olim certe non fuerat iuvenum liberaliter educatorum, sed ἀγοραῖοι homines idem habebantur qui ποιηροί; vid. Eq. 293, 333 sq. Ran. 1015. „*Generosae indolis iuvenes*” — Socrates ait Plat. Theaet. 173 c — „ἐκ νέων πρώτων μὲν εἰς ἀγορᾶν οὐκ ἴσασι τὴν δόδον, οὐδὲ θπου δικαστήριον ἢ βουλευτήριον ἢ τι κοινόν [ἄλλο] τῆς πόλεως; συνέδριον κτέ.”; vid. etiam Lys. XIX § 55. Itaque in Equitum fabula postquam Demus e longo stupore ad se rediit et saeculum marathonomachorum reductum est, οὐδεὶς ἀγέειος ἐν τῇ ἀγορᾷ ἔτι ἀγοράσει (vs. 1373). — *Balnearium* autem usus, i. e. τὸ θερμολουτεῖν, improbae mollitiei esse priscis civibus videbatur; vid. infra vs. 1044—1054 et Hermipp. fr. 76 μὰ τὸν Δι' οὐ μέντοι μεθῦνει τὸν ἄνδρα χρῆ | τὸν ἀγαθὸν οὐδὲ θερμολουτεῖν, ἢ οὐ ποιεῖς.

992. φλέγεσθαι] *ira incendi, penitus commoveri*. De animo amore incenso usurpatur hoc verbum a Socrate Plat. Charmid. 155 d (item ab Aeliano Var. Hist. XII 1 paullo ante finem), de dolore Soph. Oed.



καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προσιοῦσιν  
καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν, ἄλλο τε μηδὲν  
995 αἰσχρὸν ποιεῖν, ὅ τι τῆς αἰδοῦς μέλλει τᾶγαλμ' ἀναπλήσειν  
μηδ' εἰς ὄρχηστρίδος εἰσάττειν, ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεκηνῶς,  
μῆλω βληθεῖς ὑπὸ πορνιδίου, τῆς εὐκλείας ἀποθρασυθῆς·

994. περὶ] παρὰ VR alii. || σκαιουργεῖν VR] κακουργεῖν codd. plerique (metro invito), κακοεργεῖν nonnulli; cuius erroris causae fuerunt vocis praecedentis sigma finale et litterarum IO et K (IC) similitudo. Itaque reicio quod in mentem venit καιουργεῖν.

995. ὅ τι Reiz] ὅτι codd., quod ferri non potest; requireretur enim ἐπεὶ vel ἵνα. || μέλλει Par. unus] μέλλεις; codd. cett. || τᾶγαλμ' ἄγαλμ' V aliique multi. || ἀναπλήσειν V] -πλάττειν R, -πλά(σ)σειν alii, ἀφανίζεῖν Kuster e scholio. Blaydes coll. Plat. Conv. 222 a Pausan. III 20 § 10 Alex. fr. 98<sup>5</sup> edidit ὅτι τῆς Αἰδοῦς μέλλω τί σ' ἄγαλμ' ἀναπλάττειν, quod egregie mihi displicet; praeterea hariolationes quas ipse vocat apposuit numero undecim.

997. τῆς εὐκλείας] τὴν εὐκλειαν Blaydes coll. Aesch. Pers. 410 Plat. Phaedr. 248 b.

Col. 1695, de pudore Plut. Mor. 46 c, d  
σκῶμμα ἀνύρριστον... ἐνεργεῖν ἀλύπως καὶ  
ἰλαφῶς οὐκ ἀγεννές οὐδ' ἀπαίδευτον... ἐστὶν  
ἐπαφῆς δὲ καὶ νοουθεσίας... μὴ συνεσταλμένον  
ἀκοῦειν... αἰσχρὴν φλεγόμενον τὴν ψυχὴν...  
ἀνελευθέρου τινὸς δεινῶς κτέ.

993. Magna fuit quondam capitis reve-  
rentia cani; senibus igitur assurgebatur  
et semita cedebatur, ut apud Aegyptios  
(Herodot. II 80) et Lacedaemonios (Xen.  
Rep. Lac. X § 2 Cicer. de Senect. § 63),  
sic Athenis (Xen. Memor. II 3 § 16  
Conv. IV § 31 Plat. Rep. 425 a, b).

994. σκαιουργεῖν] verbum apud nostrum  
alias non obvium. De adiectivo σκαῖός;  
vid. ad vs. 629.

995. τῆς αἰδοῦς... τᾶγαλμα] intemperatum  
pudorem, qui aetatulae decus est longe  
pulcherrimum. Vox ἄγαλμα poetice πᾶν ἐφ'  
ὅτι τις ἀγάλλεται significat, hoc autem loco  
idem valet quod τὸ ἄσχος. Vid. Plat.  
Conv. 222 a. Quadamtenus conferri pos-  
sunt verba mulierculae apud Herodam  
Mimiamb. I 55, iuvenem aliquem, quem  
veluti alterum Hippolytum laudat, ἄθικτον  
ἐς Κυθηραῖην σφρηγῖδα vocantis.

— ἀναπλήσειν] polluere, luis seminibus  
inficere; vid. vs. 1023 et ad Ran. 1084,  
Ruhnk. ad Tim. p. 31. Suspicionem mo-  
vet verbum nullo genitivo accedente  
nunc usurpatum; vid. tamen Thucyd.

II 51 § 4 ἕτερος ἀφ' ἑτέρου θεραπεῖας  
ἀναπιμπλάμενοι, ubi mente supplendum  
est τῆς ἰούσου.

996. πρὸς ταῦτα κεκηνῶς] cupidie inhians  
(Hor. Sat. I 1, 71) rebus quae istis agun-  
tur. Κεκηνῆναι πρὸς τινα legitur Eq. 804,  
1118, vid. etiam Vesp. 695 οὐ δὲ χασκά-  
ζεις τὸν κωλακρήτην.

997. μῆλω βληθεῖς] cf. Theocr. V 88  
βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἢ Κλεαρῖστα,  
VI 6 βάλλει τοι, Πολύφραμε, τὸ ποίμνιον ἢ  
Γυλάτεια | μάλοισιν, δυσέρωτα τὸν αἰπόλον  
ἄνδρα καλεῖσσα (hinc Verg. Ecl. III 64 sq.  
malò me Galatea petit, lasciva puella, | et  
fugit ad salices et se cupit ante videri),  
Plato μῆλον ἐγὼ βάλλει με φιλῶν σέ τις  
ἀλλ' ἐπίνευσον, | Ξανθίππη καὶ ἐγὼ καὶ οὐ  
μαραίνόμεθα et τῷ μῆλω βάλλω σε· οὐ δ'  
εἰ μὲν ἐκοῦσα φιλεῖς με, | δεξιμένη τῆς σῆς  
παρθενίης μετάδος; (epigr. 4 et 5, Diog.  
Laert. III § 32). Vid. etiam Theocr. II  
121 (ad vs. 1007 allatus), Lucian. LXVII  
12 § 1. Solon novam nuptam prius quam  
torum geniale concenderet μῆλον κυ-  
δῶνιον ἐντραγεῖν iusserat (vid. Plut. Mor.  
138 d, 279 f), priscum morem auctori-  
tate sua sic confirmans; cf. Hehn Cul-  
turpf. p. 192—200. Nempae amoris sig-  
num erat malum (gravatum vel cydonium)  
Veneris sacrum. Ad alia omnia aberrarunt  
Clearchus apud Athen. 553 e—554 b

μηδ' ἀντειπεῖν τῷ πατρὶ μηδέν, μηδ' Ἰαπετόν καλέσαντα  
μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν, ἐξ ἧς ἐνεοττοροφῆθης.

## ΔΙΚΟΣ.

1000 εἰ ταῦτ', ὃ μειράκιον, πείσει τούτῳ, νῆ τὸν Διόνυσον,  
τοῖς Ἰπποκράτους υἱέσιν εἴξεις, καὶ σε καλοῦσι βλιτομάμμαν.

998 sq. καλέσαντα | μνησικακῆσαι] καλίσ' αὐτόν | μνησικακῆσαι] Blaydes, quod reci-  
perem — accusativus enim participii defendi nequit — nisi languere videretur  
pronomem additum et verbi μνησικακῆσαι potius quam verbi καλέσαι infinitivus con-  
textu requiri. De elisa syllaba -σαι vid. ad vs. 7.

999. τὴν ἡλικίαν] τῆς ἡλικίας Blaydes; vid. comment. || ἐξ ἧς ἐνεοττοροφῆθης] ἦτις  
ὁ ἐνεοττοροφῆσεν Blaydes; at vid. comment.

1000. ὃ] ὦν V R.

de hac re doctius quam prudentius  
disputans et Plutarchus l. l.

998. Ἰαπετόν] vid. ad vs. 398.

— καλέσαντα] requiritur nominativus.  
Qui nisi poetae est error, obliti se non καὶ  
σε διδάξω scripsisse sententiae initio (vs.  
991) sed καὶ ἐπιστήσοι, vitium aliquod aut  
hoc loco celat textus traditus aut illic.

999. μνησικακῆσαι] absolute usurpari  
solet hoc verbum: in veterum iniuriarum  
memoriam redire; vid. Lys. 590 Plut.  
1146 Andocid. I § 79, 81 Xen. Hell. II 4  
§ 43 Aeschin. II § 176 III § 208 [Aristot.]  
Rep. Ath. 40 § 3 extr. Causa autem  
amici infesti cum additur, genitivo enun-  
ciatur: Xen. Anab. II 4 § 1 μὴ μνησικα-  
κῆσειν βασιλεία αὐτοῖς τῆς σὺν Κύρῳ ἐπι-  
στρατείας, [Arist.] Rep. Ath. 39 § 6 τῶν  
παρῆλυθόντων μηδενὶ πρὸς μηδένα μνησι-  
κακεῖν ἐξεῖναι (etiam 40 § 3, ubi pap.  
habet ἐπεὶ τις ἤρξατο τῶν κατελθόντων  
μνησικακεῖν, suspicor legendum esse παρ-  
ελθόντων), item saepius apud oratores  
μνησικακῆσαι τῶν ἐμπροσθεν, τῶν γεγενημέ-  
νων, τῶν παρῆθεντων. Cf. etiam Herodot.  
III 49 τούτων ὧν εἶνεκεν ἀπεμνησικάμεον  
τοῖσι Σαμίοισι οἱ Κορίνθιοι. Obiectum ta-  
men etiam Thuc. IV 74 § 2 accedit:  
ὁρκώσαντες πίστει μεγάλας μηδὲν μνησικα-  
κῆσειν, et nostro loco genitivus adiungi  
non poterat, non enim propter senectute-  
m stomachari patri sed senectutem patri  
exprobrare dicitur iuvenis; τῶν πληγῶν

filius potest patri μνησικακῆσαι, non τῆς  
τοῦ πατρὸς ἡλικίας.

— ἐξ ἧς] unde, per quos. Turpe est  
patri senescenti exprobrare annos, per  
quos enutrivit te et educavit. Mentem  
poetae optime illustrant Horatii de vir-  
gine immatura ad amicum verba: Od. V  
5, 13 sqq.: iam te sequetur; currit enim  
ferox | aetas et illi quos tibi demperit |  
apponet annos, i. e.: tibi viro maturo  
proximi anni semper aliquid detrahent,  
at per idem temporis spatium puella ad  
plenum aetatis florem est perventura.

1000. ταῦτα] eiusmodi obiectum verbo  
πεῖθεσθαι additur etiam vs. 87 Av. 661  
Thesm. 592 Aesch. Choeph. 781.

1001. Ἱπποκράτης filius Ariphronis, qui  
frater erat Periclis, praetor Megara ag-  
gressus est aestate anni 424, eodem autem  
anno exeunte in proelio ad Delion cecidit  
(vid. Thuc. IV 66 § 3 et 101 § 2). Huius  
filii Telesippus et Demophon ἐκαμφοδούντο  
εἰς ὄρητιαν, qua voce usi sunt noster Pac.  
928 (de Theogene quodam) et Pheres-  
crates fr. 237, adiectivo ὄρηός: Callias  
fr. 31 Plato Leg. VII 819 d, verbo ὄρητιαν  
idem Theaet. 166 c. Cf. Phot. s. v. οὔς,  
Athen. 96 f, schol. h. l., ubi affertur Eu-  
pol. fr. 103, de quo vid. Bergk Rel. Com.  
Att. p. 350 sq. Vox autem ὄρητιαν significat  
σκαυότητα καὶ λιμαδίαν sive δομοουσίαν (Eq.  
986); videatur Epicharmus apud Athen.  
36 c, d: ἐκ μὲν θυσίας θοῖνα..., ἐκ δὲ θοῖνας

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

ἀλλ' οὖν λιπαρός γε καὶ εὐανθής ἐν γυμνασίοις διατρίψεις,  
οὗ στομύλλων κατὰ τὴν ἀγορὰν τριβολεκτράπελ' οἶά περ οἱ νῦν,

1002. οὖν] οὐ V R.

1003. τριβολεκτράπελ'] τριβολεκτράπελ' Kock coll. Arist. Eth. 7 Isocr. VII 49. Vid. Vesp. 469.

πόσις ἐγένετο... ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετ' ὑνάια. Quae vero Suidas habet s. v. τοῖς Ἰ. νείσιν „καὶ τὰχ' ἂν ἦσαν προκεφάλοι τινες, ὡς ἐν Γεωργοῖς φησι καὶ ἐν Τριφάλητι" e diversis notitiis sunt conflata, itaque inde non efficio comicum προκεφάλου; eos dixisse in Agricolis et in Triphalete, sed illic quoque eorum mentionem fecisse utpote ὑητῶν, — fortasse alludentem ad priscum illud οὖς Βουσιτία, quod e Pindaro notum est; cui ioco favebat vocum οὖς et ὕς CIA. IV b 373, 94) similitudo. — Eodem ioco usus Augustus fertur dixisse: *melius est Herodis porcum esse quam filium* (Macrobi. Saturnal. II 4 § 11); vid. etiam Diogenis Cynici dictum βούλομαι Μεγαρέως ἀνόρος κριός εἶναι μᾶλλον ἢ υἱός (Plut. Mor. 526 c Aelian. Var. Hist. XII 56 c), quem item πορξὶ Megarici (ex Aristophanis Acharnensibus noti) non arietis mentionem fecisse suspicor. Tutor de illorum iuvenum iniquitate graviter conqueritur in fragmento, quod e Lysiae πρὸς τοὺς Ἰπποκράτους παῖδας oratione affertur a Dionysio Halicarnasensi; unde apparet eos nondum sui iuris fuisse quo tempore mortuus est pater. Verba Thesm. 273 Ἰπποκράτους ξυνοικίαν sintne ad eos referenda — ut solet statui — necne dubito.

— εἰςεῖς] *similis eris*. Futurum a 3. plur. εἰςσσι (vid. ad vs. 341) deductum, quod analogiam formae τερθνήσω et similitum sequitur, non nisi h. l. occurrit.

— βλιτομάμμαν] Xanthippum et Parasilipi Pericli e Calliae filia liberos (Telesippi et Demophontis patruales) βλιτομάμμαν dictos fuisse docet scholion ad Plat. Alcib. 118 e, addens: βλιτ[τ]αι γὰρ καὶ βλι[τ]ωνες οἱ εὐθήθει· μάμματα δὲ τὰ βρώματα· καὶ τὸ ἐσθίων ἄργεῖοι μμμᾶν

ἔλεγον' ἐκ τούτων οὖν σύνθετον ὁ βλιτομάμμαν ὁ ἐσθίων εὐθήθως, ὡς καὶ συκομάμμαν ὁ συκομάργος. Hinc efficitur voces βλιτας βλιτώνας συκομάμμαν, ut βλιτομάμμαν h. l. et βλιτάδας γυναικας apud Menandrum, Athenis in sermone quotidiano fuisse usitatas; nugas vero etymologicas, quas profert hic grammaticus, negligere licet. Posterior enim nominis nostri pars est infantulorum vox μαμμία (Lys. 878), unde ductum est etiam μαμμάζουρος illud Ran. 990, ubi vid.; priorem autem partem cum voce ibidem obvia μελιττίδιαι iure contulit Bergk, qui syllabam βλι- e meli-prodiisse, ut verbum βλιττειν (Eq. 794 Lys. 475) e μελιττειν, acute vidit. Nugati igitur sunt grammatici ad herbae βλιτου (*atriplidis*) nomine cognomentum hoc repetentes (Bekk. Anecd. p. 31, item Plinius XX 93); significat enim βλιτομάμμαν τὸν μαμμόθρεπτον (*moederskūdjē. jansalie*), puerulum in thalami umbra edulia a matre flagitantem (*bij moeders ruppel*), et συκομάμμαν dictus fuit ὁ τὴν μμμῖαν οἶκα σιτῶν (cf. Vesp. 302), βλιτῶν autem (nam sic scribendum) conferatur cum voce γάστρων et similibus (vid. ad Ran. 200). — *Bliteum* dixere Romani, Graecam vocem utcumque vertentes: Plautus Truc. IV 4, 1 *blitea et lutea est meretrix* (πορνὴ βλιτῶς καὶ πηλίην), Laberius apud Nonium.

1002. ἀλλ' οὖν] cf. vs. 985.

— λιπαρός γε καὶ εὐανθής] *nitidus et floridus*, bene curata cute. Vid. ad vs. 300.

1003. Vid. ad vs. 991 et de verbo στομύλλειν ad Ran. 92.

— τριβολεκτράπελα] prior huius adiectivi pars est τριβόλος (Lys. 576), quo nomine spinæ genus quoddam agricolis molestum significatur, herbis nostratibus *genistae sarrothamno ononidi* cognatum

οὐδ' ἔλκόμενος περὶ πραγματίου γλισχροαντιλογεξεπιτρέπτου  
 1005 ἀλλ' εἰς Ἀκαδήμειαν κατιῶν ὑπὸ ταῖς μορῖαις καταθρέξει,  
 στεφρανοσάμενος καλάμῳ λεπτῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου,

1005. *Ἀκαδήμειαν*] -μίαν codd. || *καταθρέξει*] *καταθρέξεις* V, *ὑποθρέξει* R, *ὑποθρέξεις* multi.

1006. In margine habet R. || \**λεπτῷ*] om. V R, *λευκῷ* cett.; nihil est *arundo candida*, vitium autem peperit sequentis versus vox *λευκή*. Cf. fr. 51 *κερκώπηνη θρηνησαμένη καλάμῳ λεπτῷ*. || *σώφρονος*] *σωφροσύνης* V.

(vid. Theophr. Hist. Plant. VI 5 § 3); cf. Verg. Georg. I 152 sq.: (in agris neglectis) *subit aspera silva, laetaeque tribulique*. Cum huius herbae nomine comicus componit adiectivum *ἐκτόραπελος*; *insolens*, apud Pherecratem fr. 145<sup>23</sup> obvium, ubi Musica Timotheum Milesium *ἐκτοραπέλου* μυρμηκῆς in arte sua adamare perhibet; conferendae autem sunt voces cognatae *ἐκτόραπελος* (Vesp. 469) et *δυστόραπελος* (πρῶγμα...δυστόραπελον πᾶνυ Heniochi fr. 4<sup>4</sup>). Significat igitur vox festive ficta *verbula spinosa, molesta*, unde ex-tricare vix te queas.

1004. *ἔλκόμενος*] *medii* haec est forma, ut *ῥεῖδισθαί* vs. 1375; nempe *ἔλκονται* *περὶ τινος*; *qui se invicem vellicant, altercantur*. Non recte passivi participium interpretatus fuerit quispiam, hoc enim significat *in ius vocatum* (cf. vs. 1218).

— *γλισχροαντιλογεξεπιτρέπτου*] sic dicitur quaestiuuncula quae *ξεπιτρέπει* i. e. *παντελῶς ἐπιτρέπει* (*funditus perdit*) *τοῦ γλισχρῶς*; *περὶ αὐτῆς ἀντιλογούντας* (*eos qui curide de ea disceptant*). Adiectivum *γλισχρῶς*; proprie *lentum, viscosum* significat, ut *γλοιός* vs. 449; vid. Pherecrat. fr. 69<sup>3</sup>, ubi *γλισχρον* dicitur *τὸ σίαλον* hominis cui arent fauces. Hinc ad animum translatum *avidum* valet; sic Pac. 482 Megarensis famelicī dicuntur *γλισχροτάτα σαρκάζειν ὡσπερ κυνίδια*, Dicaeopolis Ach. 452 fieri cupit *γλισχρῶς προσαιτῶν λιπαρῶν*, vid. etiam Av. 451, Euphronis fr. 10<sup>6</sup> ὡς; *ὅτι καὶ γλισχρον βλέπει*, Pac. 193 ὁ *γλισχρῶν* (ad Ran. 200), et cf. verbum *γλισχομαι* i. e. *λιπαρῶν*, *ἀνο*. — De verbo *ἐπιτρέπειν* vid. ad Ran. 571, adiectivum autem inde ductum est *ἐπιτρέπτος* = *κά-*

*μιστ' ἀπολούμενος, θεοῖς ἐχθρὸς* (Ach. 557 Pac. 1236 Plut. 275, 619). Compositum vero *ξεπιτρέπειν* vel *ξεπιτρέπτος* non extat, sed nunc fingitur ad analogiam verborum *ἐξολλύναι* *ἐξπατύν* similitum.

1005. ὑπὸ ταῖς μορῖαις *καταθρέξει*] *decurret sub umbra sacrarum olivarum* in amoenis Academiae viretis (*ἐν εὐσκίῳ δρόμοισιν Ἀκαδήμῳ θεοῦ* Eupol. fr. 32). Corporis iuvenilis vires in gymnasiis ambulationibus exercebis potius quam de nugis spinosis in foro deblateres inter institorum tabernas (*ἐν τῷ μύρῳ* Eq. 1375 quem locum Pherecrates fr. 64 vocat *συνέδριον τοῖς μειρακίῳ ἐλλαλῆν δι' ἡμέρας*). Academiae Cimon δρόμοις *καθαροῖς καὶ συσκίῳ περιπάτοις* ornaverat et *κατάρρυνον ἀπέδειξεν* (Plut. Cim. 13), *μορῖαι* autem dicebantur olivae, quae ex surculis primae arboris a Minerva in arce olim creatae procrevisse credebantur, *φύτευμα ἀχειρῶν αὐτόποιον* quod dicit Sophocles Oed. Col. 698; cf. Lys. VII.

1006. *στεφρανοσάμενος καλάμῳ λεπτῷ*] *tenui arundine coronatus, coronam capite gerens e tenuibus arundinum cacuminibus nexam*. Arundineam coronam gerebant iuvenes in honorem τῶν *Ἀνάκων* sive Dioscurorum, qui cum Mercurio palaestrarum gymnasiarumque habebantur praesides; vid. schol. Item Lacedaemonii *καλάμῳ ἐστεφρανοῦντο ἐν τῇ τῶν προμαχῶν ἑορτῇ* teste Sosibio apud Athenaeum 694 b. Nisi autem fallor, hinc explicandum est id quod Xenophon Hell. II 1 § 1—4 narrat de Eteoneico duce Spartano, qui cum rescivisset esse inter suos milites qui res novas moliri vellent, hos autem *κάλαμον φέρειν* quo se invicem



σμύλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης καὶ λεύκης φυλλοβολούσης,

1007. σμύλακος] μύλακος V R et multi, idque Aristophaneum esse perhibet Eust. 1822, 22. Plena forma in V R extat Av. 216. || φυλλοβολούσης] φυλλοκομούσης; Meineke et nunc Kock infeliciter, hoc enim cuilibet arbori aptum est epitheton (cf. φυλλόκομος Av. 215, 742), φυλλοβόλοι vero in paucis sunt populi; vid. comment.

agnoscere possent, civem quendam oculis laborantem, qui nihil mali suspicatus e medici aedibus procedebat ἔχων καλαμίσκον, medicinam scilicet calamo infusam (cf. Ach. 1034) manu tenens, confodit „ὄτι τὸν κάλαμον εἶχεν“, quo consilio crudeli quidem sed callido seditionem repressit.

1007. Verbo ὄζειν praeter nomen *smilacis* arbusti odori adiunguntur voces ἀπραγμοσύνη et λεύκη, simplicem vitam, qua iuvenes olim gaudebant, indicantes. Simillima verborum compositio est supra vs. 50—52, Ach. 190—198, Pac. 529—538; vid. etiam ὄζειν δεξιότητος Vesp. 1059, σπονδῶν Eq. 1332, καλοκαγαθίας Xen. Symp. II § 4, et verba latina *redolere et sapere*.

— σμύλακος] *smilax* flore fragrantissimo est praedita, ἀνθρεῖ λευκῆ καὶ εὐώδει λειριῶν Theophr. Hist. Plant. III 18 § 11; cf. etiam Eur. Bacch. 108, Eupol. fr. 14<sup>3</sup>, Plin. Hist. Nat. XVI 63 XXI 28. Apud nostrum commemoratur etiam Av. 216; haud raro autem eius folia στιβάσι conficiendis inservisse apparet coll. Plat. Rep. 372 b.

— ἀπραγμοσύνης] haec vox usurparsi solet de placida vita civium a negotiis vanisque studiis alienorum nec nisi suas res agentium; cf. Av. 44 Thucyd. II 40 § 2 etc. Oppositum est τὸ πραγμάτων ἔρῳν (vs. 1303) sive πολυπραγμοσύνη (Ach. 838), et homines moleste negotiosi πολυπράγμονες εἶναι et πολυπραγμονεῖν et πράγματα παρέχειν καὶ ἔχειν dicuntur, praesertim autem τοῖς ἀπράγμοσι τῶν πολιτῶν sophistarum discipuli et asseclae erant refugiendi iudice Aristophane, vid. Vesp. 1040 sq. et ad Ran. 228. — Incredibilis vero est stupor grammaticorum (inter quos fuisse Aristophanem

Byzantium noli credere scholiis nostris!), qui hinc efficiebant herbae alicui Athenis nomen fuisse ἀπραγμοσύνην. Quas nugas suo pretio olim aestimavit Berglerus.

— λεύκης] *populi albae*, Herculi sacrae ideoque athletic dilectae; cf. Theocr. II 121, ubi Philinus *ultra vesperi* — inquit — *ad te venturus eram, Simaetha, roma tibi afferens, κρατὶ δ' ἔχων λεύκην Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος*, Verg. Ecl. VII 61 Georg. II 66 Aen. V 134 VIII 276, 286, Hor. Od. I 7, 23 II 3, 9, Ovid. Heroid. IX 64. Causam hanc profert Pausanias V 14 § 3, quod Hercules cum ad inferos descendisset eam arborem *πεφυκῖαν παρὰ τὸν Λιγέροντα* ἤφρετο, sed multo probabiliorem praebent quae de *Λιευίους* Rhodi celebratis tradita sunt, ubi victor λεύκην ἐλάμβανε στέφανον; cf. schol. Pind. Ol. VII 141, Athen 561 e, Preller Myth. I<sup>4</sup> p. 432, 1. Statuamus igitur Herculi, ut soli, sacram fuisse populum albam propter foliorum iuvenilem candorem primo vere inter arbores vicinas veluti eluentem.

— φυλλοβολούσης] *folia sua iaculantis, mobilis*. Folia populea perpetuo fere tremore agitari nota res est; eo alluditur in Odyssea η 106, ubi ancillae trepidantes φύλλοις μακεδόνης αἰγείροιο assimulantur. Verbum ducitur ab adiectivo φυλλοβόλος, hoc autem formatum est ut κερασβόλος (Plat. Leg. 853 d), quo significatur aries vel taurus „*qui cornu petiit*“. Recte interpretatus est Merry („that tosses its leaves“), infeliciter vero Kock olim *folia sua mutantem* coll. Theophr. Hist. Plant. I 10 § 1 III 18 § 7 Plin. Hist. Nat. XVI 35, abusus eruditione sua neque reputans quam alienum esset huiusmodi epitheton ab loci contextu; qui quoniam ipse illam explicationem iam reiecit, mitto nunc rogare num βάλλιν



- ἦρος ἐν ὥρῃ χαίρων, ὁπότεν πλατάνος πτελέα ψιθυρίζη.  
 ἦν ταῦτα ποιῆς ἀγὼ φράξω,  
 1010 καὶ τούτοισιν προσέχης τὸν νοῦν,  
 ἕξεις αἰεὶ  
 στῆθος λιπαρόν, χροιάν λαμπράν,  
 ὄμους μεγάλους, γλῶτταν βαιάν,  
 πυγὴν μεγάλην, πόσθην μικράν.  
 1015 ἦν δ' ἄπερ οἱ νῦν ἐπιτηδεύης,  
 πρῶτα μὲν ἕξεις χροιάν ὠχράν,  
 ὄμους μικρούς, στῆθος λεπτόν,  
 γλῶτταν μεγάλην, πυγὴν μικράν,  
 κωλῆν μεγάλην, ψήφισμα μακρόν  
 καὶ σ' ἀναπέσει  
 1020 τὸ μὲν αἰσχρὸν ἔπαν καλὸν ἡγεῖσθαι,  
 τὸ καλὸν δ' αἰσχρόν,

1010. τούτοισιν προσέχης Kayser] πρὸς τούτοις προσέχης codd., Bergk πρὸς τούτοισιν ἔχης (ut Plat. Protag. 324 a), μὴ τούτω προσέχης Kähler.

1012. λαμπράν] λευκὴν VR alii perperam, non enim adulescentium liberaliter educatorum sed muliercularum vel virorum effeminatorum in umbraculis delitescantium hic est color: οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος (fr. adesp. 791). Vid. Ran. 1092.

1016. ὠχράν] λευκὴν Fritzsche (vid. ad vs. 1012).

1017. στῆθος; λεπτόν] post ἕξεις vs. 1016 haec collocat Bücheler, ut eodem quo supra ordine enumerentur partes corporis.

1018. κωλῆν] ψωλῆν Blaydes (cf. vs. 989).

dem quod μεταβάλλειν significare potuerit. Prorsus vero absurda est Teuffelii explicatio *foliis suis se petentis*, quod de arbore iocose nunc dictum esse perhibebat coll. Hor. Od. III 18, 14.

1008. Cf. Theocr. I 1 sq. ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἅ πίτυς αἰπόλε τήνα, | ἅ ποτιταῖς παραῖσι μελίσδετα. — Celsae platani in Academiae ambulatione erant etiam postea, Plinii autem tempore cubitorum erant XXXIII (Plin. Hist. Nat. XII 5). „Der Ruhm des Platanenbaums erfüllt das ganze Alterthum” (Hehn Culturpfl.<sup>4</sup> p. 234, ubi vid. seqq.), inde ab Homero B 307; etiam forum Athenis Cimon platanis ornaverat (Plut. Cim. 13); omnium autem clarissimam platanum quandam

prope Ilissum crescentem fecit Phaedri Socraticaeque eius umbram secutorum colloquium in Platonis dialogo Phaedro (230 b, cf. Cic. de Orat. I 7). — Eleganter nunc platanus dicitur *cum ulmo susurrare*, ut solent familiares vel amantes; cf. Theocr. II 141 XXVII 67 et epicum verbum ἰσαρίζειν.

1013. βαιάν] adiectivo poetico noster etiam Ach. 2 usus est; apud Aeschylum et Sophoclem frequens est, Euripides eo non utitur.

1014. πόσθην] cf. Thesm. 515 (Pac. 1300).

1017. Crescet tibi lingua, — hanc enim exercebis dum in scholarum subselliis haeres, — sed marcescent tibi corporis tori. Cf. Ran. 1070 et supra vs. 419.

καὶ πρὸς τοῦτοις τῆς Ἀντιμάχου  
καταπυροσύνης σ' ἀναπλήσει.

## ΧΟΡΟΣ.

(Cantus.)

Antistropha (vs. 1024—1033).

ὦ καλλίπυργον σοφίαν

1025

κλεινοτάτην τ' ἐπασκῶν,

ὡς ἡδύ σου τοῖσι λόγοις

σῶφρον ἔπεστιν ἄνθος.

εὐδαίμονες δ' ἦσαν ἄρ' οἱ

ζῶντες τότ' ἐπὶ τῶν προτέρων.

1030

πρὸς τὰδ', ὦ

κομποπρεπῆ μοῦσαν ἔχων,

1023. σ'] om. V R alii. Cf. vs. 1019 Ach. 847 et comment.

1025. τ'] om. V R alii.

1028 sq. Sic V R alii, δ' ἄρ' ἦσαν multi, οἱ τότε ζῶντες ἡνίκ' ἦς τῶν προτέρων complures. Verba, quae strophae non respondent, interpolata esse patet, sed incerta est emendatio.

1030. τὰδ'] τὰδε σ' cod. unus, τὰδε δ' unus, οὖν τὰδ' complures, δὲ τὰδ' Bentley. Equidem requiro pronomen ταῦτα: fortasse \*πρὸς ταῦτα δ' ὦ legendum est et ἐνταῦθα (sic Brunck) vs. 955.

1031. κομποπρεπῆ] κοσμοπρεπῆ V.

1022. *Inquinabit te Antimachi impudicitia*. Simillimi sunt versus Ach. 843 et 847. — Antimachi mentio cur nunc fiat nescimus. Quod optime intellegeremus, opinor, si sciremus quemnam virum ὁ Δίκαιος, quem ὁ Ἄδικος vultu rettulerit; vid. ad vs. 913 sq. Sitne intellegendus Antimachus ille, cuius sordida avaritia a choro notatur Ach. 1150, an alius homo eiusdem nominis, — quod perhibent scholia, — non liquet. — De verbo ἀναπιπλάναι vid. ad vs. 995 et Ran. 1084. Forma autem, qua hoc loco usus est poeta, sitne activi an passivi dubitari posse monuit GHermand; nam futurum πλήσομαι licet alias apud Atticos scriptores non extet, potuit tamen ab aoristo ἐπλήμην sine vitio deduci, et apud Aratum certe reperitur Phaen. 1121. Collato tamen

loco consimili Ach. 846 sq. οὐ ξυντυχὸν σ' Ὑπέρβολος δίκων ἀναπλήσει tantum non certum fit comicum eidem formae eadem versus sede collocatae sensum quoque eundem tribuisse.

1024. καλλίπυργον] *celsam* (*verheven*). Vox poetica (Eur. Suppl. 619 Bacch. 1202 etc.), cf. ὑψίπυργοι ἐπιπίδες Aesch. Suppl. 96. Praeterea vid. ad Ran. 1004.

— σοφίαν... ἐπασκῶν] cf. vs. 517.

1027. ἄνθος] cf. vs. 978.

1028 sq. Simillimus est Cratini locus fr. 238 μακάριος ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος | βροτοῖσι πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες | ἀγανόφρονες, vid. etiam Soph. fr. 267 εὐδαίμονες οἱ τότε γέννας ἀφθίτου λαχόντες.

1031. κομποπρεπῆ μοῦσαν] i. e. μοῦσαν τοῖς κομποῖς τῶν νεανῶν πρέπουσαν. Vid. ad Ran. 967.

δεῖ σε λέγειν τι καινόν, ὡς  
ἠὺδοκίμηκεν ἀνὴρ.

## SCENA VIGESIMA PRIMA.

Eidem.

## ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

1035 δεινῶν δέ σοι βουλευμάτων ἔοικε δεῖν πρὸς αὐτόν,  
εἴπερ τὸν ἀνδρ' ὑπερβαλεῖ καὶ μὴ γέλῳτ' ὀφλήσεις.

## ΔΙΚΟΣ.

καὶ μὴν πάλαι γ' ἐπνιγόμην τὰ σπλάγχνα, καὶ ἐπεθύμουν  
ἅπαντα ταῦτ' ἐναντίας γνώμασι συνταράξαι.

1033. ἠὺδοκίμηκεν] εὐδοκίμηκεν (sic VR) vel -sen codd.

1035. ὑπερβαλεῖ] -λεῖς codd. complures.

1036. πάλαι γ'] ἔγωγ' VR, πάλαι γ'ὼ dubitanter Bentley. Cf. vs. 4. || ἐπνιγόμην... ἐπεθύμουν] πνίγομαι... ἐπιθυμῶ Lenting coll. (Eq. 236) Vesp. 317, 320 Lys. 1164 Av. 49, 465, 921; sed vid. comment.

1032. δεῖ σε λέγειν τι καινόν] simillima est chori ad Philocleonem certamen initurum cohortatio Vesp. 528 sqq. νῦν σε τὸν ἐκ Θημετέρου | γυμνασίου δεῖ τι λέγειν | καινόν, ὅπως φανήσῃ | μὴ κατὰ τὸν κτανῖον | τοιοῦτὶ λέγων.

1034. σοι βουλευμάτων... δεῖν] eadem est verborum structura Aesch. Ag. 848 ὅτω δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων, Soph. El. 612 ποίας δέ μοι δεῖ πρὸς γε τήνδε φροντίδος, Eur. Med. 565 σοι παιδῶν τί δεῖ etc.

1035. εἴπερ] vid. ad Ran. 1460.

1036 sqq. Demonstratum iam it Injustus ὡς οὐδὲν λέγει τὸ σωφρόνως τραφῆναι (Eq. 334). Iambico autem metro utitur adversarium confutans, ut Euripides Ran. 907 sqq., fator Eq. 335 sqq.; nempe iis, quos poeta prudenter probe serio acute disputare facit, anapaesti dari solent canori et epica quadam amplitudine aures delectantes, *Bdelycleoni* in Vespis, *Pithetaero* in Avibus, *Lysistratae* in fabula cognomini, *Aeschylō* in Ranis, *Praxagorae* in Ecclesiazusis, *Paupertati* in Pluto, iambici vero tetrametri, metrum acre et litigiosum, apti sunt

deteriorum causarum patronis; quapropter etiam infra eo utuntur pater et filius altercantes. Quamquam minime firmam hanc legem fuisse vix est quod moneam; itaque nihil insoliti habet Philocleonis in Vespis sermo anapaestico metro adstrictus.

1036. ἐπνιγόμην] *suffocabar, angebar*. Suo sensu hoc verbum usurpatur vs. 1376, item compositum ἀποπνίγειν Vesp. 1039. Saepe vero transfertur, ut h. l., vid. Pherecrat. fr. 51 κῆν μὲν σιωπῶ, τείρεται καὶ πνίγεται, Alex. fr. 16 τοὺς ἐχθροπόλας τοὺς κάμιστ' ἀπολουμένους | ἐπὴν ἴδω κάτω βλέποντας, τὰς δ' ὄφρῶς | ἔχροντας ἐπάνω τῆς κορυφῆς, ἀποπνίγομαι, Epicharmus apud Stob. Flor. XC 8 πνίγομ' ὅταν ἐγγένηται οὐδὲν ὦν καλῶς | λέγη τις. Eodem sensu usurpatur ἀπάγγεσθαι, vid. vs. 98<sup>v</sup>. Imperfecto mente addendum est *dum loquebatur iste*; cf. quae de hoc temporis praeteriti usu dicta sunt ad vs. 174.

— τὰ σπλάγχνα] cf. Ran. 1006 μου τὰ σπλάγχνα ἄγανακτεῖ.

1037. ἅπαντα ταῦτα] *omnia ista, cuncta quae iste homunculo protulit*. Male Blaydes „*omnia hic*” collatis Eq. 99 Pac. 319

1040 ἐγὼ γὰρ ἦντων μὲν λόγος δι' αὐτὸ τοῦτ' ἐκλήθη  
 ἐν τοῖσι φροντισταῖσιν, ὅτι πρόωτιστος ἐπενόησα  
 τοῖσιν νόμοις κἄν ταῖς δίκαις τὰναντί' ἀντιλέξαι.  
 καὶ τοῦτο πλεῖν ἢ μυρίων ἔστ' ἄξιον στατήρων,  
 αἰρούμενον τοὺς ἦντονας λόγους, ἔπειτα νικῶν.

(Ad Phidippidem:)

σκέψαι δὲ τὴν παιδευσιν, ἣ πέποιθεν, ὡς ἐλέγξω.  
 ὅστις σε θερμοῦ φησι λοῦσθαι πρῶτον οὐκ ἔάσειν

(Ad Iustum:)

1045 καίτοι τίνα γνώμην ἔχων ψέγεις τὰ θερμὰ λουτρά;

ΔΙΚΑΙΟΣ.

διτὴν κάκιστόν ἐστι καὶ δειλὸν ποιεῖ τὸν ἄνδρα.

ΔΙΚΟΣ.

ἐπίσχεξ' εὐθύς γὰρ σε μέσον ἔχω λαβῶν ἄφρυκτον.

1038. μὲν] om. codd. quidam, suspectum Blaydesio.

1039. πρόωτιστος] πρότερος V (cf. vs. 553).

1040. τοῖσιν νόμοις Elmsley] τοῖσιν νόμοισι VR, καὶ τοῖσ(ι) νόμοισ(ι) plerique, καὶ τοῖς νόμοις pauci. || κἄν Kähler] καὶ codd.; ἐν scripserat Kock, Kähler proposuit etiam τοῖσιν νόμοις καὶ τῇ δίκῃ.

1046. δειλὸν] δειλότατον VR alii; hinc Kock ὅτι ποιεῖ βλακίστατον καὶ δειλότατον τὸν ἄνδρα, cum Buechelero verba ὅτι κάκιστόν ἐστι insulsa ratus. Confert Xenoph. Mem. III 13 § 4 Athen. VII 277 d et Olympiodorum apud Ruhnck. ad Tim. 61 (... χαῦνον), nostro autem loco scholia verbo χανοῦν uti acute observavit. Reisig κάκιστον αὐτὰ καὶ δειλότατον ἄνδρα ποιεῖ. Mihi vulgata sana videtur; cf. comment.

1047. σε μέσον ἔχω] σ' ἔχω μέσον codd. nonnulli et Suidas s. v. εὐθύς, Dindorf μέσον σ' ἔχω.

Cratin. fr. 186; quibus locis nihilo magis quam nostro ταῦτα vel ταυτί vertendum est hic vel haec, sed valet ut alias ista sive vos vestraque.

— ἐναντίας γνώμοισι] cf. vs. 1314.

1038 sq. Nunc profecto non senis illiterati stuporem causari possumus, sed ipse comicus locutione ἦντων λόγος malitiose admodum abutitur; nam ipsum latuisse veram horum verborum vim credibile non videtur. Vid. ad vs. 112 sq. et 883 sq.

1039. φροντισταῖσιν] vid. ad vs. 94.

1040. κἄν ταῖς δίκαις] vel coram iudicibus. Nempe ἐάν ἢ ψήφος μὴ ἀκόλουθος γένηται τοῖς νόμοις καὶ τοῖς δικαίοις, cul-

pandi sunt iudices (vid. Hyperides c. Demosth. 39).

1041. πλεῖν ἢ] vid. ad Ran. 90.

1042. ἦντονας] vid. ad vs. 1038 sq.

— ἔπειτα] vid. ad vs. 624.

1044. Cf. vs. 991.

— πρῶτον] primo, item vs. 1172. Respondet εἶτα vs. 1055.

1046. κάκιστον] nocentissimum. Vid. ad vs. 991.

1047. ἐπίσχεξ] vid. ad Ran. 522.

— μέσον ἔχω] de palaestrae hac formula videantur quae ad Ran. 469 observavi. Conferri possunt etiam Ach. 274 (μέσον λαβεῖν) et Aristophontis fr. 4<sup>3</sup> (αἰρεῖσθαι μέσον).

καί μοι φράσον, τῶν τοῦ Διὸς τίν' ἄνδρ' ἄριστον εἶναι  
ψυχὴν νομίζεις, εἰπέ, καὶ πλείστους πόνοὺς πονῆσαι;

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

1050 ἐγὼ μὲν οὐδέν' Ἡρακλέους βελτίον' ἄνδρα κρίνω.

## ΔΔΙΚΟΣ.

ποῦ ψυχρὰ δῆτα πάποτ' εἶδες Ἡράκλεια λουτρά;  
καίτοι τίς ἀνδρειότερος ἦν;

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

ταῦτ' ἐστὶ, ταῦτ' ἐκεῖνα,  
ἃ τῶν νεανίσκων ἀεὶ δι' ἡμέρας λαλούντων  
πλήρης τὸ βαλανεῖον ποιεῖ, κενὰς δὲ τὰς παλαίστρας.

## ΔΔΙΚΟΣ.

1055 εἶτ' ἐν ἀγορᾷ τὴν διατριβὴν ψέγεις· ἐγὼ δ' ἐπαινώ.  
εἰ γὰρ πονηρὸν ἦν, Ὀμηρος οὐδέποτ' ἂν ἐποίει

1048. τίν' ἄνδρ' ἄριστον εἶναι Meineke] τίν' ἄνδρ' ἄριστον V R, παίδων τίν' ἄνδρ' ἄριστον codd. cett.

1052. ἐστὶ, ταῦτ' ] ἐστὶν αὐτ' Reisig.

1048 sq. Constr. τίνα τῶν τοῦ Διὸς νομίζεις εἶναι ἄνδρα ἄριστον (τὴν) ψυχὴν; Cf. Eur. Herc. 183, ubi Amphitryon Centaurus roga — ait — τίν' ἄνδρ' ἀριστεία κρίνοιν ἄν, | ἢ οὐ παῖδα τὸν ἐμόν;

1051. In gratiam Herculis defessi Minervae Thermopylis e solo civisse fontes calidos Pisander Rhodius in Heraclaea carmine epico his versibus narraverat teste scholio: τῶ δ' ἐν Θερμοπύλῃσι θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη | ποιεῖ θερμὰ λουτρά παρὰ ὄρημιν Φαλάσσης. Cf. Herodotus VII 176, Megaclides apud Athenaeum 512 e, f. Hanc autem ob causam chorus in Sophoclis Trachiniis Herculis virtutem strenuaque facinora celebraturus ναύλοχα καὶ πετραῖα θερμὰ λουτρά primo loco commemorat vs. 634.

1052. ταῦτ' ἐστὶ, ταῦτ' ἐκεῖνα] vid. ad Ran. 318 et de iterato ταῦτα ad vs. 353.

1053 sq. Consimilia Euripidi exprobrat Aeschylus Ran. 1069—1071.

1053. ἀεὶ δι' ἡμέρας] cf. Hermipp. fr. 4<sup>6</sup> οὐ παύσεται δι' ἡμέρας ὁσημέραι τροχάζων,

Amphis fr. 43 πίνουσ' ἐκάστης ἡμέρας δι' ἡμέρας. Praeterea vid. Vesp. 485 Pac. 27, 56 Ran. 260, 265 Eccl. 63; item δι' ἔτους per totum annum Vesp. 1058, Pac. 398 διὰ παντός ἀεὶ perpetuo.

1055. De re videantur quae ad vs. 991 et 1005 observavi, de particula εἶτα ad vs. 1044.

1056 sq. En purum putum sophistam τοῦ κακίστου κόμματος, quales Euthydemum et Dionysodorum illos e Platone novimus. Argumento enim e „sacris” Graecorum „scriptis” desumpto os claudit adversarii, abutitur autem fallaci sono vocis epicae ἀγορητής. Quae quid significet hodie profecto nemo est docendus, neque inter comici aequales deerant qui probe scirent quid interesset inter verba Homericā ἀγορή ἀγορήσατο ἀγορητής (A 248 etc.) et Attica ἀγορά, ἀγοράζειν, ἀγοραῖος (vid. ad vs. 991). Attamen erant olim qui vel in talibus interpretandis errarent, itaque haudquaquam est incredibile, argumento, quod nunc Aristopha-



- 1060 τὸν Νέστορ' „ἀγορητήν“ ἄν, οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἄπαντας.  
 ἄνεμι δῆτ' ἐντεῦθεν εἰς τὴν γλῶτταν, ἣν ὀδὶ μὲν  
 οὐ φησι χρῆναι τοὺς νέους ἀσεῖν, ἐγὼ δὲ φημί  
 καὶ σωφρονεῖν αὐ φησι χρῆναι δύο κακῶ μεγίστω.  
 ἐπεὶ σὺ διὰ τὸ σωφρονεῖν τῷ πάποτ' εἶδες ἤδη  
 ἀγαθόν τι γενόμενον; φράσον, καὶ μ' ἐξέλεγξον εἰπών.

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

πολλοῖς. ὁ γοῦν Πηλεὺς ἔλαβε δι' αὐτὸ τὴν μάχαιραν.

## ΔΙΚΟΣ.

- 1065 μάχαιραν; ἀστεῖον τὸ κέρδος ἔλαβεν ὁ κακοδαίμων.  
 Ὑπέροβολος δ' οὐκ τῶν λύχνων πλεῖν ἢ ἑκατὸν τάλαντα

1062. εἰπών] εὐρών Meineke coll. Eccl. 607.

1063. δι' αὐτὸ Porson] διὰ τοῦτο codd.

1064. τὸ V R] om. nonnulli, γε plerique.

1065. \*ἑκατὸν τάλαντα] τάλαντα πολλά codd., quod ferri non posse, certum enim numerum requiri, iure observavit Ernesti. Numerale intercidisce (ΠΛΕΙΝΗΤΑ-ΛΑΝΤΑ) dein versus imperite expletum esse arbitror. Vid. comment.

nes ὁ ἡμερικώτατος Iniusto suo oratori festive tribuit, serio aliquando usum fuisse quempiam. Cf. Enchir. dict. ep. p. LII sqq.

1058. ἄνεμι] *adscendam, pergam* (ad rem novam cum praecedentibus coherentem), item Herodot. VII 239 Plat. Rep. 531 c etc.; cf. ἐπανίναί (ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον) Herodot. VII 137 Isae. V § 12 Dem. XVIII § 211 Plat. Theaet. 186 b etc., παρίναί vs. 1075, μετίναί vs. 1408, et ἐπαναφέρειν vs. 1080.

1061. πάποτ' εἶδες] cf. Eupol. fr. 306 εἶδες χορηγὸν πάποτε ὑπάρωτερον. Vid. etiam ad vs. 386.

1063. *Peleus* propter fratris caedem patria carens cum Phthiam, inde Iolcum fugisset, ibi Hippolyten Acasti regis uxorem, quam alii Astydamiā dicunt, „dum fugit abstinens“ (Hor. Od. II. 7, 17) ab ea apud maritum criminatus regnoque eiectus est (ut Bellerophon et Hippolytus), vid. Pind. Nem. IV 56 sqq. V 26 sqq.; inermis autem cum per montium saltus oberraret, Mercurius ei

attulit deorum donum μάχαιραν ἡφαι-  
 στότευκτον (antea acceptam eum Mercurii vel Chironis ope recuperasse ferunt alii, Hesiod. fr. 38), qua feras depulit et calumniatores ultus est, pudicitiae autem praemium concessae ei sunt Thetidis nuptiae (Pind. l. l.). — Alios aliter hanc materiem tractasse patet e scholiis, Apollodoro (III 12 sq., ubi vid. Heyne), aliis; admodum autem libere in ea grassatus Euripides Troad. 1127 Peleum grandaevum senem ab Acasto in exilium detrusum dicit; cf. Horatius Epist. II 3, 95 sq. In fine tamen vitae expertus est quid esset deae cubili fuisse dignatum, nam ipsa Thetis se abduxisse eum et immortalitate donasse asseverat apud Euripidem in exitu fabulae Andromachae.

1065. *Hyperbolo*, de quo vid. supra vs. 623 et 876 et ad Vesp. 1007, officina erat, perinde atque Cleoni aliisque demagogis huius aetatis (vid. Eq. 129—136); lucernas enim fabricabatur, *λυχνοπώλης* (Eq. 739) sive *λυχνοπώτης* (Pac. 690)

εἴληφε διὰ πονηρίαν, ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ μάχαιραν.

ΔΙΚΑΙΟΣ.

καὶ τὴν Θέτιν δ' ἔγρημε διὰ τὸ σωφρονεῖν ὁ Πηλεΐς.

ΔΙΚΟΣ.

κἄτ' ἀπολιποῦσά γ' αὐτὸν ὄχρετ'. οὐ γὰρ ἦν ὕβριστής,  
οὐδ' ἠδὺς ἐν τοῖς στρώμασιν τὴν νύκτα παννυχίζειν

1066. ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ] ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ codd. nonnulli (ut Av. 1237), ἀλλ' οὐ μὰ Δία Elmsley (ut Thesm. 567 Ran. 937). Vulgatae tamen metrum non obstat (cf. Eq. 909 sq. Nub. 1075 Thesm. 568 etc.), usus loquendi favet (vid. comment.).

1067. δ'] γ' V R, om. multi.

erat. Quapropter contumeliose admodum et maligne — non enim ipsum suas lucernas venditasse quisvis intellegit — ὁ ἐκ τῶν λύχνων vocatur, *institor iste forensis*. Τὰ λύχνα enim dicebatur fori locus ubi lucernae venibant, noto usu loquendi; item apud Cratinum fr. 196. Sic ὁ ἐκ τῶν ὀρνέων Av. 13 dicitur homo quidam aves in foro venditans; similia vid. in annot. ad Ran. 1068 et de praepositionis ἐκ usu vid. ad vs. 37.

— πλείν ἢ ἑκατὸν τάλαντα] vid. ad Ran. 90. Ingentes sane hae sunt rapinae et multo maiores quam quae Hyperbolo imputari potuerint cum probabilitatis aliqua specie; at non serio talia dicuntur in scena comica, itaque ad amussim non sunt exigenda, ὁραδίως γὰρ ἐτόλμων λέγειν comici eorumque cives ὡς ὁ δεῖνα ἔχει τάλαντα πολλὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς (Lys. XIX § 49, ubi vid. vicina; cf. etiam Isocr. XV § 157); valet autem de huiusmodi criminibus illud: *calomniez toujours: il en restera quelque chose*. Et demagogi, qui δημοδοσοῦσι κατὰ πενήζοντα τάλαντα ἀπὸ τῶν πόλεων (Vesp. 669 Thesm. 811 Timocl. fr. 4), satis cito profecto plus centum talentis corradere sibi possunt (cf. Eq. 442 Aelian. Var. Hist. X 17). — Ceterum hoc loco et vs. 876 collatis oborta mihi est suspicio Iniustum vultu *Hyperboli praeceptorem* retulisse, quisquis fuit ille sophistarum; vid. ad vs. 889 sqq. et 913 sq.

1066. διὰ πονηρίαν] potestne insulsius quid excogitari quam id quod in scholiis legitur, admixto plumbo lucernarum suarum aes eum adulterasse? Quae non aeneae erant opinor sed fictiles, ingen-tem autem auri vim non malas lucernas fabricando sed artibus veteratoriis corrasisse nunc dicitur Hyperbolus sophistarum discipulus.

— οὐ μὰ Δί' οὐ] perpetua fere in hac negandi formula est vocis negativae οὐ repetitio; vid. Ran. 493, 1043 Plut. 704 Xen. Oecon. I 7 XXI 7 Conv. II 4 etc.

1067. De re vid. ad vs. 1063.

— καὶ...δὲ] at...etiam.

1068. Thetis, quae Iovis iussu ἔτλη ἀνέρος εὐνήν οὐκ ἐθέλουσα (Hom. Σ 433 sq.), secundum recentiores poetas in Sepiadis promunturii littore a Peleo vi subacta (Herodot. VII 191, Eur. Iph. Aul. 707 fr. 1078, Soph. fr. 163) duodecimo postquam Achillem inixa est die mariti domum reliquit (vid. Lehrs Arist.<sup>2</sup> p. 190). Cuius rei orator noster hanc fingit causam perridiculam, quod singularis illa Pelei continentia parum grata fuerit deae minus segniter amari cupienti.

— κἄτα] irridentis est hoc καὶ: *dein scilicet*. Item nos: *ja en vervolgens*.

— ὕβριστής] *petulans, lascivus*; cf. Thesm. 63 Vesp. 1303; eodem sensu usurpatur verbum ὕβριζειν e. g. Xen.

- 1070 γυνή δὲ σιναμωρουμένη χαίρει. σὺ δ' εἶ κρόνιπτος.  
σκέψαι γάρ, ὦ μειράκιον, ἐν τῷ σωφρονεῖν ἅπαντα  
ἂ ἔνεστιν, ἡδονῶν θ' ὄσων μέλλεις ἀποστερεῖσθαι,  
παίδων, γυναικῶν, κοττάβων, ὄψων, πότων, κιχλισμῶν  
καίτοι τί σοι ζῆν ἄξιον, τούτων ἐὰν στερηθῆς;  
1075 εἶεν. πάρεμι' ἐντεῦθεν εἰς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας.  
ἥμαρτες, ἡράσθης, ξμοίχευσάς τι, κατ' ἐλήφθης;

1071. ὦ — σωφρονεῖν] ἐν τῷ σωφρονεῖν, ὦ μειράκιον Blaydes.

1073. πότων] ποτῶν Meineke. || κιχλισμῶν] καχασμῶν R (cf. Eccl. 848 et Clem. Alex. Paedag. II 5, 167 b).

1075. φύσεως] -ος Bentley Elmsley coll. Vesp. 1282, 1458 Plut. 1044. Sed vid. ad vs. 1066. || πάρεμι' ἄνεμι' (ut vs. 1058) Kayser coll. Pac. 663 (εἶεν ἀκούω), Meineke μέτειμι coll. vs. 1408, Blaydes εἶεν. | (ut Eq. 1078, 1238 et saepius apud Eur.) ἄνεμι δῆτ' ἐντεῦθεν (δῆτ' additum habent codd. complures).

1076. κατ' Bentley] κατ- codd.

Comm. II 1 § 30, vid. etiam ad vs. 1506 et cf. σικριῶν verbum vs. 1078.

1070. σιναμωρουμένη] *vecare* (*plagen*) significat verbum *σιναμωρεῖν*, Herodot. I 152 VIII 35, quod ductum est a voce *σινάμωρος* ibid. V 92, 6, qua etiam Anacreontem (fr. 53) usum esse testatur Et. M. 713, 28, addens apud Pherecratem inveniri substantivum verbale *σιναμωρεύματα* (fr. 230). Adiectivum autem *σινάμωρος* cum epicis *ἐχεσίμωρος* et *ὕλακώμωρος* est conferendum, inest enim stirpis verbi prisci *σινεσθαι laedere* (Herodot. I 17 etc.).

— κρόνιπτος] *vetus equus, een oude knol*. Simili ratione composita sunt *κρονόληρος* Plut. Mor. 13 b et *κρονοθήκη* Bekk. Anecd. 46; praeterea vid. ad vs. 398.

1073. κοττάβων] cf. interpretes ad Pac. 1244; praeterea apud nostrum videantur Ach. 525 Pac. 343 fr. 209.

— κιχλισμῶν] vid. ad vs. 983.

1074. Item Av. 548 ὡς ζῆν οὐκ ἄξιον ἡμῖν, | εἰ μὴ καί. — De dativo σοι vid. ad vs. 474.

1075. πάρεμι] vid. ad vs. 1058.

— τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας] *ea quae necessario fert corporis nostri natura indolisque imbecillitas, de zwakheden der men-*

*schelijke natuur*; praesertim autem *ai* ἐρωτικάι ἀνάγκαι quae dicuntur apud Platonem Rep. 458 d nunc sunt intellegendae. — Cf. Isocrat. IV § 84: *eorum qui pro patria mortui sunt τὰ μὲν σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ἀπέδοσαν (οἱ θεοί), τῆς δ' ἄρετῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην ἐποίησαν*. Apud Euripidem Hecuba deum mundi gubernatorem invocat *δυστόπαστον εἰδέαι, εἶτ' ἀνάγκη φύσεος εἶτε νοῦς βροτῶν* (Troad. 886).

1076. ἥμαρτες] *peccasti, deliquisti aliquid, furtum aliquid amatorium in te admisisti*. Cf. Ienae apud Herodam Mimiamb. I 61 sq. *uxorem pudicam ad stuprum pellicientis verba μοι...μίαν ταύτην | ἄμαρτήν δός*, et servi qui cum vicina rem habuit dominam exorantis ibidem V 26 ἄφες μοι τὴν ἄμαρτήν ταύτην.

— τι] *elevantis crimina* hoc est, ut Eq. 1242, vid. etiam Av. 1111; simillimus est pronomini usus ironicus in locutionibus qualis est *ἀνόσας τι*.

— ἐλήφθης] *depressus es, sc. μοιχός*. Constanter enim Graeci dicunt *ὁ δέικνα ἐλήφθη, μοιχός, λαρεῖν μοιχόν τινα ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ γυναικί*, vid. Isae. VIII § 44, Dem. LIX § 65 et 67, Soph. Ai. 1295 etc.; *insons autem erat qui ἐπὶ δάμαρτι ἢ ἐπὶ*

ἀπόλωλας· ἀδύνατος γὰρ εἶ λέγειν. ἔμοι δ' ὁμιλῶν  
 χρῶ τῆ φύσει, σκίρτα, γέλα, νόμιζε μηδὲν αἰσχρὸν.  
 μοιχὸς γὰρ ἦν τύχης ἀλούς, τάδ' ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν,  
 1080 ὡς οὐδὲν ἠδίκηκας· εἴτ' εἰς τὸν Δί' ἐπανευγκεῖν  
 καὶ ἐκεῖνος ὡς ἤττων ἔρωτός ἐστι καὶ γυναικῶν  
 καίτοι σύ, θνητὸς ὢν, θεοῦ πῶς μεῖζον ἂν δύναιο;

1078. γέλα] om. R.

1079. τάδ'] om. R.

1080. ἠδίκηκας] -σας multi. || εἴτ' εἴτ' οὖν V.

1081. ἤττων] post γυναικῶν habet V. || ἐστι] τε R.

μητροὶ ἢ ἐπὶ ἀδελφῇ ἢ ἐπὶ θυγατρὶ ἢ ἐπὶ  
 παλλακῇ μοιχὸν λαβὼν obtruncabat, Lys. I  
 § 30, Demosth. XXIII § 53; vid. etiam  
 Plat. Leg. 874 c.

1078. χρῶ τῆ φύσει] *genio indulge*. Eadem locutione utitur e. g. Isocr. VII § 38; cf. θυμῷ χρῶσθαι *irae indulgere* Herodot. I 137 et 155.

— σκίρτα] vid. Vesp. 1306 et ad vs. 1068.

1080. ἐπανευγκεῖν] de infinitivi usu vid. ad vs. 850. Significat autem ἐπαναφέρειν vel ἀναφέρειν *culpam rei in aliquem conferre*: Solon fr. 11 εἰ δὲ πεπόνθατε λυγρὰ δὲ ὑμετέρῃν κακότητα, | μὴ τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε. Sic apud Euripidem dicit Iphigenia: *homines eis tñn θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ* (Iph. Taur. 390), et Semelen sorores perhibuerunt νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος | εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τὴν ἁμαρτίαν λέχους (Eur. Bacch. 28 sq.); vid. etiam Ion. 827 Lys. XIII § 55 Dem. XVIII § 224 etc., eadem autem praepositionum est vis in verbo (ἐπ)ανείναι (vs. 1058) *ad principium rei veluti ascendere vel regredi*.

1081. ἤττων ἔρωτός ἐστι] *deditus est voluptati, δουλεύει τῷ ἔρωτι, ἀκρατής ἐστι*; cf. Eur. Troad. 948 sqq. Sic e. g. Xen. Mem. I 5 § 1 ἤττων γαστρός ἢ οἴνου ἢ ἀφροδισίων ἢ πόνου ἢ ὕπνου, Soph. Trach 489 τοῦ τῆσδ' ἔρωτος εἰς ἄπανθ' ἴσσαν ἔφθ. Item apud nostrum Plut. 363 εἰσὶ τοῦ κέρδους ἄπαντες ἤττονες. Oppositum est *κρείττων*, i. e. ἐγκρατής, *inviolus*, videatur e. g. Xen. Cyr. IV 2 § 45 γαστρός

*κρείττους εἶναι καὶ κερδῶν ἀκαίρων*, Dem. LVIII § 29 *χρηστός καὶ πιστός καὶ κρείττων χρημάτων*.

1082. Olympiorum exempla suis furtis et sceleribus obtendere ne poterat quidem in mentem venire priscis Graecis, quibus vivebant vigeabantque illa numina. Sed recentiori aetate egregie displicebant in fabulis vetustis Saturnus patri insidiatus et Iuppiter adulter et saeva Iuno et fur Mercurius, animi autem prouti severioris essent vel hilari magis adque iocandum propensi, aut indignationem aut risum iis movebant dei illi poetarum epicorum κλέπτοντες καὶ μοιχεύοντες καὶ ἀλλήλους ἀπατόλλοντες, quos dicit Xenophanes (cf. Plat. Rep. 391 d, e Leg. 941 b). Indignationi suae saepius temperare non potuit Euripides, e. g. fr. 294 εἰ θεοί τι δοῦσαν αἰσχρὸν οὐκ εἶσιν θεοί, non sine gravissimo damno ipsius fabulis illato: vid. Herc. 1307 sqq, 1341 sqq. Iph. Taur. 380 sqq. Hel. 21 fr. 209, et quae olim observavi *de Aristophane Euripidis irrisore* p. 23—28. Induxit autem Iovis exemplo adulterium suadentem Phaedrae nutricem (Hipp. 451 sqq.), „ὑβρίν scilicet esse κρείσσω δαιμόνων εἶναι θελεῖν” (ibid. vs. 475), suumque adulterium defendentem Helenam (Troad. 948 sq.). Multo vero aptiora sunt talia iocosus vitae communis colloquiis; sic apud Theocritum ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ, Daphnis exclamat, οὐ μόνος ἠγάσθην καὶ τὸ γυναικοφίλια; (VIII 60), et apud Terentium Chaereas iuvenis

ΔΙΚΑΙΟΣ.

τί δ', ἦν ῥαφανιδωθῆ πιθόμενός σοι, τέφρα τε τιλθῆ;  
ἔξει τινὰ γνώμην λέγειν τὸ μὴ εὐρύπρωκτος εἶναι;

ΑΔΙΚΟΣ.

1085 ἦν δ' εὐρύπρωκτος ἦ, τί πείσεται κακόν;

ΔΙΚΑΙΟΣ.

τί μὲν οὖν ἂν ἔτι μείζον πάθοι τούτου ποτέ;

ΑΔΙΚΟΣ.

τί δῆτ' ἐρεῖς, ἦν τοῦτο νικηθῆς ἐμοῦ;

ΔΙΚΑΙΟΣ.

σιγήσομαι. τί δ' ἄλλο;

ΑΔΙΚΟΣ.

φέρε δὴ μοι φράσον'

ξυνηγοροῦσιν ἐκ τίνων;

1083. *πιθόμενος* Kuster] *πειθόμενος* (γε *πειθ.* nonnulli) codd. || Post hunc ver-  
sum quaedam interciddisse putat Bergk.

1084. *τινὰ*] *τίνα* pauci (sic τὸ μὴ οὐ deberet sequi, ut Ran. 68).

1086. *ἂν*] om. V R.

1088. *τί δ' ἄλλο*] Iniusto haec verba tribuunt V R. || *μοι φράσον*] om. V.

puellae dormienti custos appositus dum suspectat tabulam pictam, ubi inerat Iuppiter aureum imbrem in Danaae gremium immittens, *ego homuncio ait hoc non fecerim? ego vero fecerim ac lubens — et virgini vim intulit* (Eun. III 5).

1083. A moechis manifestariis, quorum vitae parcebatur, haec poena sumi solebat, — certe poterat, — nisi grandi pecunia se exsolverent; altera autem eius pars, ὁ παρατιμῶς, commemoratur etiam Plut. 168, cf. praeterea Thesm. 537 sq. — Apud Romanos *raphanis* (τῆ ῥαφανιδώσει) etiam *mugiles* accedebant, si quid veri inest verbis Catulli XV 19 et Iuvenalis X 317; videantur etiam Plautus Poen. IV 2, 40 et Horatius Sat. I 2, 133.

1084. τὸ μὴ] i. e. ὥστε μὴ. Cf. Aesch. Prom. 865 *unam e Danaï filiiabus retinuit ἕμερος τὸ μὴ | κτείνει ξύνευνον*, Ag. 15

*obstat mihi metus τὸ μὴ βεβαίως βλέρρα συμβαλεῖν ὑπνω*. Videatur etiam ad Ran. 68, locus autem sic vertatur: *poteritne ulla argumentandi calliditate efficere ut non gerat in corpore manifesta ignominiae quam perpessus est vestigia quodque factum est infectum sit?*

1087. ἦν τοῦτο νικηθῆς ἐμοῦ] *si hoc te cogam concedere*. Cf. vs. 1335.

1089. I. e. ἐκ τίνων γίνονται οἱ ξυνηγοροὶ; *oratores publici ex quibusnam hominibus proveniunt?* — Cui quaestioni quod respondet Iustus, desumptum hoc est e dicerio populari; per iocum enim perhibebat comici aequales τῶν νεανίσκων ἦσοι | πλείστα αποδοῦνται διανοητόν: εἶναι λέγειν (Ecel. 112 sq., vid. etiam Eq. 880); item Plat. fr. 186 *κεκολλόπλευκας* (i. e. ἠταίρηκας)· *τοιγαροῦν ἤγητωρ ἔσει*, ipse Aristophanes apud Plat. Conviv. 192 a *τελειωθέντες; μόνοι ἀποβαίνουσι εἰς τὰ πολιτικά*



## ΔΙΚΑΙΟΣ.

1090

ἔξ εὐρουπρώκτων.

## ΑΔΙΚΟΣ.

πείθομαι.

τί δαί; τραγωδοῦς' ἐκ τίνων;

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

ἔξ εὐρουπρώκτων.

## ΑΔΙΚΟΣ.

εὖ λέγεις.

δημηγοροῦσι δ' ἐκ τίνων;

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

ἔξ εὐρουπρώκτων.

## ΑΔΙΚΟΣ.

ἄρα δῆτ'

1095

ἔγνωκας ὡς οὐδ' ἐν λέγεις;

καὶ τῶν θεατῶν ὀπότεροι

πλείους σκόπει.

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

(Circumspectans:)

καὶ δῆ' σκοπῶ.

## ΑΔΙΚΟΣ.

τί δῆθ' ὄραῖς;

## ΔΙΚΑΙΟΣ.

πολὺ πλείονας, νῆ τοὺς θεοῦς,

τοὺς εὐρουπρώκτους. τουτονὶ

γοῦν οἶδ' ἐγώ, καὶ ἔκεινονί,

1090—1093. Om. V.

1093. δημηγοροῦσι δ' VR soli] δημαγωγοῦσι δ' multi, καὶ δημαγωγοῦσι(ceteri).

ἄνδρες οἱ τοιοῦτοι, quin etiam Sophocles — in satyrico opinor dramate — ad civium hoc dictum allusit fr. 865 οἱ γὰρ γύνανδροι καὶ λέγειν ἡσχηκότες. — Huiuscemodi orator pingitur Vesp. 687 sqq.; vid. etiam Ach. 716. Quamquam leges τοὺς ἡταιρη-

κότας a rebus publicis arcebant; cf. Eq. 877.

1091. Prae ceteris tragoediarum poetis tangitur fortasse Agathon; vid. Thesm. 200.

1096—1100. Vid. ad Ran. 276.

1100

καὶ τὸν κομήτην τουτουί.

ΑΔΙΚΟΣ.

τί δῆτ' ἐρεῖς;

ΔΙΚΑΙΟΣ.

(ad spectatores:)

ἠττήμεθ', ὧ βινούμενοι.

(Ad meditaculum conversus:)

πρὸς τῶν θεῶν,

δέξασθέ μου θοιμάτιον, ὧς

ἐξαυτομολῶ πρὸς ὑμᾶς.

(Vestem ponit, dein meditaculum intrant ambo. Prodit Socrates.)

1100. Om. V R, quod vitium peperit versuum vicinorum exitus similis; cf. vs. 114.

1102—1104. Phidippidi in codd. nonnullis tribuuntur verba ὧ — ὑμᾶς vel πρὸς τῶν θεῶν — ὑμᾶς, item olim in aliis teste scholio. Qui error est manifestus; nam Probus orator apte dici potest adversarii castra petere transfuga, iuvenis vero, qui neutris partibus hactenus se addixerat, non item. Neque huius nunc est verba facere.

1102. Non recte Kuster Teuffel Blaydes alii post ἠττήμεθ' colon ponunt, voces ὧ βινούμενοι ad sequentia trahentes. Nam Socraticos βινουμένους vocare nequit Iustus, ἐξαυτομολεῖν autem non nisi in Socraticorum castra potest dici. || βινούμενοι Dindorf] νινούμενοι codd.; quam certam duco correctionem coll. Eq. 877 Eupol. fr. 100, item vs. 1371. Quamquam etiam κινεῖν verbum in re amatoria ab Atheniensibus fuisse usurpatum testantur Lys. 227 sq. et 1166 Cinesiaeque disertissimum nomen Lys. 838 sqq.; videatur etiam infra vs. 1301 et Eq. 364. Itaque Herodae vasesculum Mimiamb. V 2 ὡστ' οὐκέτ' ἄρχει τὰμά σοι σκέλεα κινεῖν minime sollicitandum esse patet. Cf. L Sternbach Wien. Studien 1886, qui Ran. 429 Ἰπποκρίνου verum ducit.

1100. κομήτην] vid. ad vs. 14 et cf. dictum populare ὀδδεις κομήτης ὅστις οὐ περαινεῖται (fr. com. adesp. 12—14).

1102. Victi sumus, o impudici; causa cecidimus; ἡμεῖς οἱ ἀσφόροτες καὶ δίκαιοι inferiores sumus, impuri vero sophistarum alumni numero nos vincunt et in civitate praepollent! — Ipse igitur ὁ κρείττων λόγος iam confitetur se ἦττω, adversarium autem κρείττω evasisse e verborum et argumentorum certamine, novam igitur vitam in posterum sibi esse vivendam, alia studia ineunda, alia disciplina utendum esse.

— βινούμενοι] cf. Eq. 877, Eupol. fr. 100 μειράκια βινούμενα. Ab inexpectato

pro θεόμενοι nunc dici statuit Kock.

1103. δέξασθέ μου θοιμάτιον] scholam Socraticorum intraturus Iustus en pallium meum! ait vestem ponens, quoniam γυμνοῦς εἶσθαι νομιζέται (vs. 498). „Nudus” igitur, i. e. μονοχίτων, „eorum castra petit” (Horat. Od. III 16, 22). — Perperam interpretes coll. Vesp. 408 Plat. Rep. 474 a Hom. B 183 al. hactenus statuerunt eum proicere pallium (ἔσθαι τὸ ἱμάτιον), quo sit expeditior, multi autem ad spectatores eum transsilire contendunt, eum de contextu securi tum vero de verbi δέχεσθαι sensu, quod non est abicentis quae molesta sunt sed donum offerentis, e. g. Pac. 906.

## SCENA VIGESIMA SECUNDA.

Strepsiades, Phidippides, Socrates.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

1105 τί δῆτα; πότερα τοῦτον ἀπάγεσθαι λαβὼν  
βούλει τὸν υἱόν, ἢ διδάσκω σοι λέγειν;

## ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

δίδασκε καὶ κόλαζε καὶ μέμνησ' ὅπως  
εὔ μοι στομώσεις αὐτόν, ἐπὶ μὲν θάτερα  
οἶον δικιδίους, τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον  
1110 στόμωσον οἶαν εἰς τὰ μείζω πράγματα.

## ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ἀμέλει, κομιεῖ τοῦτον σοφιστὴν δεξιόν.

## ΦΕΙΛΙΠΠΙΔΗΣ.

(secum:)

ἄχρον μὲν οὖν, οἴμαι γε, καὶ κακοδαίμονα.

1105—1112. Post versus 877—888 ferri non posse, non eiusdem igitur recensio-  
nisse, multi statuerunt, sine iusta causa tamen. Vid. commentarius. Chori versus  
aliquot intercidisse suspicatur Bergk, et fuit cum ego quoque putarem coryphaei  
anapaestos nonnullos altercationi oratorum subiunxisse poetam; nunc tamen reicio  
eam opinionem. Vid. ad vs. 888.

1105 sq. et 1111. Iniusto tribuit Beer.

1105. πότερα V R] -ρον multi. || ἀπάγεσθαι V R] ἐπάγεσθαι multi.

1109. οἶον Teuffel] οἶαν codd.

1110. οἶαν] οἶον V R.

